UB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

D. D.

GABRIELIS ALVAREZ

DE VELASCO,

IVDEX PERFECTVS.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

D. D. GABRIELIS ALVAREZ
DE VELASCO,
REGIÆ SANCTÆ FIDEI CANCELLARIÆ
NOVI GRANATENSIS REGNI SENATORIS.

IVDEX PERFECTVS
SEV
DE IVDICE PERFECTO
CHRISTO IESV
DOMINO NOSTRO
VNICE PERFECTO,
VIVORVM ET MORTVORVM IVDICI
DICATVS.

Cum Indicibus neceſſariis in hoc Volumine contentis.

NVNC PRIMVM PRODIT.



LVGDVNI
Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXII.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials



OMNIPOTENTISSIMO

CHRISTO IESV

DOMINO NOSTRO,

Regi Regum & Domino Dominantium, *Apoc.19. v.16.*

Iusto Iudici, *Psalm.7. v.12.*

Qui constitutus est à Deo, Iudex Viuorum & Mortuorum. *Act.12. v.42.*

Ante cuius Tribunal omnes nos manifestari oportet, *Ad Cor.2. c.5.v.10.*

Cui omne Iudicium dedit Pater, *Ioan.5. v.22.*

Cui data est omnis potestas in Cœlo & in terra, *Matt.28. v.18.*

Iustitiæ Regi. *Ad Hebr. 7.v.2.*

ALI ne, VNICE PERFECTE, INEFFABILIS, VENERANDA ET TREMENDA MAIESTAS CHRISTE IESV, *Iudex Perfectus*, seu *de Perfecto Iudice*, Liber iste dicandus? Inscriptio eius, Argumentum, & quantumuis tepidus scribentis affectus (qui ferueat optat, vtque omnia orat interiora sua ignito Amore Tuo ardeant) vniuersorum Dominum Excelsum Te aduocant, *Fautorem*, *Adiutorem* requirunt, faustéque sibi *Benignum Acceptorem* spondent. Initium à Te, PIENTISSIME DOMINE, sumpsit opus; incrementum, finémque recepit; Tuis felicissimis Auspiciis inchoatum, expletum; à prima littera, à parato calamo, *Sacratißimo Excelsóque Nomini Tuo* consecratum.

Gratus humiliter vota soluo, cúmque Tuo Regio, [a] *Dico ego opera mea Regi.* Tibi quod Tuum est reddo. [b] Quid enim habeo quod Largitati Tuæ non debeam? [c] *Et quis habet quidquam non Tuum?*

[a] *Psal.44. v.1.*
[b] *2.Cor.1. cap.4.v.7.*
[c] *Aug. in Manual. seu de Contempl.Christi cap.1.*

Si quid boni Liber hiſce continet, à Te acceptum refero.
Quod ſpiro, & placeo, ſi placet Tuum eſt,
[a] qui aperis os mutorum, & linguas Infantium facis diſertas: [b] qui immenſos, brutóſque Aſinæ ruditus perſenſati humani colloqui diſtinxiſti modos. [c] *Poteſt enim ſoluere impedimenta imperitiæ, qui in Aſina ſoluit naturæ. Cur deſperandum quod Dominus loquatur in hominibus, qui eſt locutus in ſentibus? Deus ne rubum eſt dedignatus? Atque vtinam meas quoque illuminet ſpinas. Erunt fortaſsis qui & noſtris ſentibus aliquem mirentur lucere fulgorem; erunt quos ſpina noſtra non vrat.*

Si quid à recto aliquatenus deuium; humanæ adſcribendum inſcitiæ, libera mens à culpa. [d] *Voluntaria tantùm commiſſa ſequitur delictorum inuidia*, nec inuoluntario ineſt errori ſcelus. [e] *Nullus error vbi ſimplex pietatis affectus, atque omnis fidelis eſt ſenſus.* Scrutator es, Domine, cordium, [f] *Diſcretor cogitationum & intentionum.* Scrutentur homines verba. Non timebo in hoc eorum iudicium, internum Te Iudicem habens.

Non futilem, caducam periturámve gloriam conquiro, aut ſaltem non exquirere curo, non humanum quidem Fauorem. Tuum, BENIGNISSIME MVNERVM LARGITOR, ex intimis præcordiis poſco, ad Pedes Tuos ſupplex prouolutus efflagito; qualicumque oblatione ſolicito; de acceptione, pro Tua Bonitate, confidens. Diua namque Majeſtas, [g] *Largitorem non oblatæ rei pretio, ſed offerentis affectu & facultate metitur.* Id norunt, qui veram ignorarunt Deitatem. Apud quos [h] *Diis lacte ruſtici, multæque gentes ſupplicant, & mola tantùm ſalſas litant, qui non habent thura. Nec vlli fuit vitio Deos colere quo quomodo poſſet.* [i] *Nam ſuperi non hoſtiam, ſed affectum conſiderant; eorúmque gratiam Deuotio, non impenſa promeretur. Purus & integer Animus eos quocumque vult, inclinat. Nec quantum, ſed quali profectum ſit voluntate perpenditur.* [k] Quia *Affectus diuitem collatorem aut pauperem facit, & pretium rebus imponit.* [l] *Nihil apud te magnum eſt, quod non pauper donare poſſit. Vt ne hac quoque in re tenuiores propellantur: vt qui non habeant quomodo cum locupletioribus certent. Etenim in cæteris quidem rebus inter diuitias & paupertatem intereſt: hic autem qui promptior atque alacrior eſt; idem quoque ditior eſt.*

[m] *O vanas hominum mentes! ô pectora multo*
Plena mero! quando Cœleſtia Numina auara
Creditis, & pro opibus voces audire precantum.

Nonne contra gazophylacium in Templo quondam, IESV CLEMENTISSIME, ſedens, multis in illud jactantibus multa, duo pauperculæ viduæ minuta longè reputaſti majora, pluſque omnibus in gazophylacium

[a] *Sapient. 10. v. 21.* [b] *Num. 22. v. 28.* [c] Ambroſ. *de Virginib. ad Marcellinam Sororem, lib. 1. in princip.* [d] *Cap. Non eſt 15. quæſt. 1. cap. ſicut, 32. quæſt. 5. cap. Humanæ aures. 22. quæſt. 1.* [e] Ambroſ. *in tit. Pſalmi 31. col. 3. ad med.* [f] *Regum 1. cap. 16. v. 7. Pſal. 28. v. 10. ad Hebr. 4. v. 12.* [g] Nazianzen. *Orat. 9. ad Iulianum tributorum exiguatorem.* [h] Plin. *epiſtol. dedic. Veſpaſ. lib. natural. hiſtor.* [i] Hildebert. Turonenſ. *epiſt. 16.* [k] Ambroſ. *de Officio, lib. 1. cap. 30. col. 2. poſt med.* [l] Nazianz. *orat. 40. in Sanctum Baptiſma.* [m] Comes *Natal. Mitholog. lib. 4. de Promatheo, num. 30.*

phylacium Tibi misisse prædicasti. [a] *In qua moraliter instituisti vniuersos, ne quis à collatione ministerij pauperis pudore reuocetur: ne sibi diuites blandiantur, quod plus videantur conferre quàm pauperes. Verior est enim nummus è paruo quàm thesaurus è maximo. Quia non quantum detur; sed quantum resideat expenditur.* [b] *Tantùm illa vidua dedit in duobus minutis, quantum Zaqueus in dimidio bonorum suorum. Minores facultates ferebat; sed parem voluntatem.* Animus, quem respicis, valorem grandem paruo muneri dedit. [c] *Non enim quantitas solutionis, sed Animus reddentis consideratur & Affectus.*

[a] Luc. 1. Ambros. de Vidua, col. 5. parum post med.

[b] Incognit. Psal. 125. p. 1196.

[c] Ambros. de Abel & Cain, lib. 2. cap. 6. in fin.

[d] *Hic facit vt veniat pauper quoque gratus ad Aras,*
Et placeat caso non minus agna boue.
Parua petunt Manes. Pietas pro diuite grata est
Munere.

[d] Ouid. de Pont. lib. 3. eleg. 4.

[e] *Te gula porrectis satis est vallata coronis,*
Et sparsæ fruges, paruáque mica salis.

[e] Idem Fastor lib. 2.

[f] *Est nobis voluisse satis, nec munera parua*
Respueris.
Paruaque cœlestes pacauit mica, nec illis
Semper in aurato taurus cadit hostia cornu.
Hic quoque sit gratus labor.

[f] Tibull. lib. 4 eleg. ad Messalam.

Apud Veram, siquidem Immensámque Majestatem ac Magnitudinem Tuam *non quod datur, sed à quo datur, aspicitur. Hinc est enim quod scriptum est:* Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit. *Dicturus quippe; quia Dominus respexit ad munera: præmisit solicitè:* quia respexit ad Abel. [g] *Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus; sed munera ab offerente placuerunt.*

[g] Gregor. epistolar. lib. 7. epist. 128. Richardo Regi Visigotorum.

Quod deest offerenti, quodque munusculo isti, Animus suppleat, ditet Affectus. Illum siquidem magis quàm magnitudinem obsequiorum attendis.

[h] *Quandoquidem & Tibi non tam sunt grata frequenter*
Munera, quæ grauida diues largitur ab arca;
Quam quæ (sit modo chara) manus pauperrima fudit.

[h] Nazianz. carm. 1. de Principiis seu Principio.

Vt sæpè (ad veniam, ad spem paruitatis humanæ, meæque præcipuè consolationem, ad excelsam gloriam Tuam, laudémque perennem) non tam compellor, quàm repetere gaudeo, recreor. Qua fronte namque aliter, aut quo procaci pudore ad Ineffabilem Majestatem exiguitas auderet accedere nostra, déque ingeniolo tenui (à Te qualecumque profecto) exiguum Eximio, Maximóque offerre libamen? Nisi quia [i] *nihil eorum quæ Tibi offeruntur tam paruum est (quamuis etiam minimi momenti sit, quamuis longè infra ipsius dignitatem) quod*

[i] Idem orat. 9. ad Iulianum tributorum exequatorē, num. 22.

non

non omnino accipias, gratúmque habeas. Et quia ſicut

[a] *Fuſo taurorum ſanguine centum;*
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

[b] *Ex dantis quippe corde id quod datur accipitur.*

Cor mundum ergo *crea in me Deus*, vt acceptabilis fiat, vt ſit oblatio munda. [c] *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Emundent quæſo. [d] *Non enim vita perfecta me eſſe fatebor, cum de vita perfecta alios moneo; ſed potius vt cum hæc ad alios loqui audeo; ſimul cum illis quæ loquor audiam.*

[c] *Pulchrum depinxi hominem pictor fœdus, alióſque ad perfectionis littus dirigo, qui adhuc in fluctibus verſor.* Aſt procellas vitandi, vtque cæteri vitent; cupidus. Vt tandem Diuina fauente Gratia, *Perfectionis* portum appellamus, & ad optati perueniamus littoris ſtationem.

Tuum, DOMINE, quod conamur, perficere, quod optamus, implere. [f] *Sine quo facere nihil aſſurgimus; per ipſum implere omnia valeamus.* Ex Tua enim [g] *gratia ad bona opera conari quidem poſſumus, ſed hæc implere non poſſumus, ſi ipſe non adiuues, qui iubes.*

[a] Ouid. *Triſt. lib. 1. eleg. vnica.*
[b] Gregor. *Moral. lib. 22. cap. 8.*
[c] *Pſal. 138. v. 16.*
[d] Ambroſ. *de Dignit. Sacerdotali, cap. 1. in fine.*
[e] Gregor. *Cura Paſtoral. 4. p. cap. vnic. in fin.*
[f] Idem *epiſtolar lib. 7. epiſt. 113. Ad regio Epiſcopo.*
[g] Idem *in Ezechielem, lib. 1. homil. 9. ad princip.*

VENERANDÆ, TREMENDÆ ET INEFFABILIS MAIESTATIS TVÆ,

Indignus, vilis, & inutilis ſeruus.

PROOEMIALIS EPISTOLA LECTORI.

PRo more noſtro, & Libri Inſcriptionis, & laboris huius rationem reddimus Lectori. IVDEX PERFECTVS, ſeu de PERFECTO IVDICE titulum libro dedimus, quia cùm Iuſtitiæ Miniſter & Executor, ipſa imò quidem Iuſtitia Animata, Iudex ipſe ſit: PERFECTVS eſſe debet. *Iuſtitia enim*, ſecundùm Philoſophum, [b] *Perfectiſſima virtus, quia perfectæ virtutis vſus eſt.* Verumenimuerò ex omni parte perfectum, ex nullla reprehenſibilem eſſe, D. Hieronymi ſententia, [c] *penè contra naturam.* Diuique Gregorij [d] *ipſa noſtra Perfectio culpa non caret.* Quia *omnis perfectio noſtra in hac vita* [e] *quandam imperfectionem habet annexam.* iuxta illud Iob: [f] *Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.* Ex quo Gregorius: [g] *Mundos nos ad perfectum reddere, vel vita vel lachrymæ non valent. Intentam quippe Deo animam* (inferius ſubdens) *ipſa adhuc corruptibilis caro diuerberat, eiuſque amoris pulchritudinem obſcenis, & illicitis cogitationum motibus fœdat.* Ad hoc referens memorata finalia verba: *Et abominabuntur me veſtimenta mea. Quid enim* (ait) *veſtimenti nomine, niſi hoc terrenum corpus exprimitur, quo induta anima tegitur, ne in ſubtilitatis ſuæ ſubſtantia nuda videatur?* Etenim *quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* [h] Vnde & Vas ipſe Electionis Paulus inquit: [i] *Non quod iam acceperim, aut Perfectus ſim, &c.* Perfectionémque ad cœleſtem gloriam ſic remittit: [k] *Cum venerit quod Perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt*, Nempe, *Cùm venerit perfectio gloriæ.* Diuo Thoma explanatore. [l] Interim namque

Optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur. [m]

Nuſquam ergo & nunquam Perfectio hic, vt arguit deducítque Bernardus. [n]

At verò nihilominus adhuc & ad Abraham, & in eo ad cæteros, Diuinum hortamen habemus: [o] *Ambula coram me, & eſto perfectus.* Et apud Matthæum: [p] *Eſtote ergo & vos Perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Scilicet: *Non ſecundùm æqualitatem, ſed ſecundùm proportionem.* vt benè Diuus explicat Antoninus. [q] A Paulo item, Iacobóque repetitum. Ab illo: [r] *Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & eadē ſententia.* Et iterum: [ſ] *Perfecti eſtote.* Ab hoc: [t] *Vt ſitis perfecti, & integri, in nullo deficiētes.*

Quo nos exemplo ſuffulti, ad conceſſam humanæ naturæ, Diuina fauente Gratia, Perfectionem, eam quæ in hac vita haberi poteſt, quæque totali & abſolutæ præparet locum, Doctoris Angelici doctrina; [u] hortamur, inſtruimus Iudicem, & Titulum ponimus Libro.

Duplex eſt enim forma Perfectionis. Alia medios, alia plenos numeros habens: alia hìc, alia ibi. alia ſecundùm hominis poſſibilitatem; alia ſecundùm Perfectionem futuram. Vt Ambroſius diſcriminat. [x]

Ad hanc ſecundùm hominis poſſibilitatem, noſtra dirigitur oratio. *Vt nitamur ſemper ad optima. Quod facientes, aut euademus in ſumma; aut certè multos infrà nos videbimus.* [y] Nullatenus diffidendum. *Licet lubricum ſit iter per quod incedis, tamen de Domini auxilio confidens, deſere ima quantum vales, & ſumma pete. Non deficias, neque tepeſcas, vt gradum Perfectionis poſſis aſcendere.* [z] Namque *animus ad ima relabitur, niſi ad ſumma conetur.* [aa] *Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas. Si attendas ſtare; ruat neceſſe eſt. Minime pro certo, eſt bonus, qui melior eſſe non vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi etiam deſinis eſſe bonus.* [bb] At verò indefeſſa ad meliora animi contentio Profectum gignit; parturit Perfectionem. *Ea enim verè perfectio eſt, vt qui augetur in melius, nunquā conſiſtat, neque terminis illis Perfectionem exiſtimet eſſe concluſam.* [cc] Imò *qui vſque ad Perfectionē angitur, de Perfectione ſecurus eſt.* Magni Patris Ambr. elogio. [dd]

Huc tituli Inſcriptio, vt diximus, tendit. Quo ad ſecundum:

Non liber vt fieret.

Gabr. de Velaſco.

[a] Ariſtot. 2. *de Anima.*
[b] Idem *lib* 5. *Ethicor. c.* 1.
[c] Hieron. *epiſt.* 83. *ad Oceanum.*
[d] Gregor. *Moral. lib.* 5. *c.* 8. *in fine.*
[e] Thom. à Kempis *de Imit. Chriſti. lib.* 1. *c* 3. § 4.
[f] Iob *cap.* 9. *v.* 30. & 31.
[g] Gregor. ibi, *lib.* 9. *cap.* 19.
[h] Iſaiæ *c.* 64. *v.* 6.
[i] Paul. *ad Philip.* 3. *v.* 12.
[k] *Ad Cor.* 1. *c.* 13. *v.* 13.
[l] D. Thom. ibi, *lection.* 3.
[m] Horat. *lib.* 1. *ſermon. ſatyr* 3.
[n] Bernard. *in Saliloq. c.* 7.
[o] Exod. 17. *v.* 2. 6. & 7.
[p] Matth. 5. *v.* 48.
[q] Antonin. *p.* 1. *ſumm. tit.* 6. § 5. *col.* 5.
[r] *Corinth.* 1. *c.* 1. *v.* 10.
[ſ] *Corint.* 2. *c.* 13. *v.* 11.
[t] Iacob *epiſt. Cat. c.* 1. *v.* 4.
[u] D. Thom. 2. 2. *q.* 184. *art* 2.
[x] Ambroſ. *de offic. lib.* 3. *cap.* 2.
[y] Quintil. *Orator. inſtit. lib.* 12. *cap.* 1. *in fine.*
[z] Bernard. *lib. de ordin. vitæ, col.* 10, *ante med.*
[aa] Gregor. *cura Paſtoral.* 3. *p. c* 35.
[bb] Bernard. *epiſt.* 91.
[cc] Nyſſenus *Oratione de perfecti Chriſtiani formâ in fine.*
[dd] Ambroſ. *in Euangel. Luca, c.* 12. in illud: *Baptiſmo etiam habeo baptizari, &c.*

& ſcribendi vana cupido, non inſanabile (quod multos tenet) cacoëthes in hanc Nos traxere Prouinciam. *Eſt enim res ardua, difficilis, & faſtidioſa.* [a] Vere inquam res ardua *vetuſtis nouitatem dare, nouis authoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem.* [b] Quis tam pennatus vnquam, auſpicalibúſque euolauerit alis, vt cacumen attigerit iſtud? quis tam ſublime faſtigium ſine diſcrimine ſcandet, ſine vertigine tenere contendet, quin ruat in barathrum?

Non Gloria Nobis
Cauſa, ſed vtilitas, Officiúmque fuit. [c]

Non Famæ ſtudium. Nam

Siccum ſterili vomere littus aro. [d]

Si quid horum incautior floridior vindicauit ætas: iam toties, nec infeliciter, periculum feciſſe ſatis ſuperque: prouectior, & laboribus fatigata, langoribus attrita, implicata negotiis, refugit. Onus iſtud ſuſcipere Neceſſitas coëgit, Munus compulit. Cui pro viribus ſatisfacere curantes, quaſdam in id ſignauimus notulas, quaſdam Nobis ſolùm animaduerſiones conſcripſimus, inſidioſi itineris huius ſcopulos vitare contendentes. Noua in dies inſurgebant, alia ex aliis naſcebantur dubia. Iudicialis Muneris obſeruationes in appendicem collegimus. Non adhuc deſiderio votóque reſpondebant. Maiore labore opus eſſe perſpicientes:

Auſus ſum tanta ſumere molis onus. [e]

Ad aratrum tendimus manus. Fertilior cultura ſeges, maioribus delinita fomentis, vigili adhibita diligentia, intentiore, improbóque labore, indefeſſo ſtudio, dum per negotia, dum per valetudinem licuit.

A quo retrahere pedem verba Domini ſuadebant peccatori dicentis: [f] *Quare tu enarras iuſtitias meas?* Hieronymi item Heliodoro. [g] *Grandes materias ingenia parua non ſuſtinent, & in ipſo conatu vltra vires auſa ſuccumbunt.* Proferre, quoad eruditionem noſtram, hortabantur illa: [h] *Erudimini qui iudicatis terram:* [i] hortarique eundem, qui ſapientiam præſtat paruulis, [k] abſcondita eis reuelat, & linguas infantium facit diſertas. Ad aliorum (ſi quid exiguitas noſtra prodeſſe valet) illa: [l] *Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.* Minabantur alia: [m] *Serue male & piger, &c.* Ex quibus Hieronymus. [n] *Va illi, qui acceptum talentum in ſudario ligans cæteris lucrum facientibus, id tantum quod acceperat reſeruauit. Illicò indignantis Domini clamore ferietur: Serue nequam, quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, vt ego veniens cum vſuris exegiſſem eam?*

Putáſne paruum, parui quoque numiſmatis, ad lucrũ concrediti occultatio? *Quid tam malignum, quàm nolle prodeſſe cum poſſis?* [o] *Quid retribuis Domino pro omnibus quæ retribuit tibi? Quid inquam lucri pro tot tibi creditis talentis referes Creditori? O ſi vacuã manum inuenerit ille donorum promptus quidem Auctor, ſed importunus exactor.* [p]

Nemo dicat: [q] *Admonere non ſufficio: Exhortari idoneus non ſum. Quantum potes exhibe, ne malè ſeruatum talentum quod acceperas, in tormentis pendere exigaris. Neque enim plus quam vnum talentum acceperat, qui hoc abſcondere magis ſtuduit, quam erogare. Et ſcimus quod in Dei Tabernaculo non ſolùm phiala, ſed percipiente Domino, etiam cyati facti ſunt. Per Phialas quippe Doctrina exuberans, per Cyatos verò parua atque Anguſta deſignatur Scientia. Alius doctrina veritatis plenus audientium mentes inebriat. Per hoc ergo quod dicit, profectò Phialam porrigit. Alius explere quod ſentit non valet: ſed quia hoc vtcumque denuntiat; profectò per Cyatum guſtum præbet.*

His iam ſcribendi ſuperato diſcrimine, & ille ſuperuenit ſcrupulus: tot nempe tantóſque viros circa id operam feliciter nauaſſe. Lancellotum, Conradum, qui *Templum Iudicum* conſtruxit. Herediam *de Iudice*, Ioannem Seguram de Avalos *Directorium Iudicum*, Laurentium Grimaldum *de Optimo Senatore*, Garziam, Maſtrillum, & Camillum Borrellum *de Magiſtratibus*, Claudium Cantiuncula, & Paulum Xamar *de Officio Iudicis*. Qui tamen, quod viderim, nihil aut penitus, aut penè tetigere ex his quæ trahimus in diſputationem. Xamar qui poſt huius operis conſummationem, vltimámque illius manum, ad noſtras deuenit in partibus hiſce) aliquas tantummodo tetigiſſe contentus, & aliorum retuliſſe ſententiam, tacuiſſe ſuam: diſputationem prorſus omiſit: in cæteris, inſtituto noſtro omninò neceſſariis, nec fecit quidem mentionem. Forſan ille ſuo non ſic neceſſariam iudicauit. Non volumen & Nos affectantes grande, externa (quæ tamen aptari poſſent) vulgaria etiam (quoad licet, ſinéque argumenti diſcrimine) reſecantes, & data opera prætermittentes: ad difficiliora, per medios, vt aiunt, tendimus enſes.

Et Xamar, & cæteri ſtrenuè quidem ſe geſſere in ſuis (non inuidi, ſed laudatores iure

[a] Plin. Iun. *epiſtolar. l. 6. epiſt. Reſtituto ſuo.*
[b] Plin. Sen. *epiſt. dedicat. Veſpaſiano naturał. hiſtor.*
[c] Ouid. *de Ponto lib. 3. eleg. 9. in fin.*
[d] Idem ibi *lib. 4 eleg. 2. ad ſeuerum.*
[e] Ouid. item *de Ponto, lib. 2. Eleg. 5. ad Solanum.*
[f] *Pſal. 94. v. 16.*
[g] Hieron. *epiſtolar. l. 2. epiſt. 32.*
[h] *Pſ. 2. v. 10.*
[i] *Pſ. 18. v. 8.*
[k] *Matth. 11. v. 25.*
[l] *Pſ. 39. v. 11.*
[m] *Matth. 25. v. 26.*
[n] Hieron. *epiſtolar. l. 2. epiſt. 6. ad Diodorum.*
[o] Tertull. *lib. 5. contra Marc. c. 22.*
[p] Bernard. *epiſt. 104 ad Magiſtrum Gualterum.*
[q] Gregor. *homil. 6. in Euang. ad finem.*

iure ex animo quæsumus) in nostris, an aliqua ex parte euacuarint opus; Iudices alij erunt. *Vnumquemque fallunt sua scripta.*[a] Suspectus quilibet in sua causa, aut saltem *nemo non benignus est, sui Iudex, nec satis suo pretio se æstimatum putat.*[b]

Cum sua plus iusto carmina quisque probet.
Iudicium tamen hic nostrum non decipit error,
Nec quidquid genui, protinus illud amo.[c]

Aliorum ingeniis libenter cedimus; nostrum profitemur laborem, quem gratum cupimus Lectori. *Et quoniam quot homines,*[d] *tot sententiæ: si quid defæcatum est in sermone nostro, omnes legant: si quid decoctum, maturiores probent: si quid modestum, pectoribus inhæreat, genas pingat: si quid florulentum, ætas florulenta non improbet.* Sin minus (quamuis purorum nostrorum scriptorum, reputamus, acceptio aliquam in hoc confidentiam allicere posset: quamuisque quod licuit Martiali[e] non liceat dicere Nobis:

Laudat, amat, cantat, nostros mea Roma libellos,
Méque sinus omnis, me manus omnis habet:
Ecce rubet quidam, pallet, stupet, hæsitat, odit:
Hoc volo, nunc nobis carmina nostra placent.

Quamuis, inquam, dicere non liceat Nobis; non mercede fraudabimur. *Ad perfectum omnia tendunt, & ad bonam mētem Non quæritur plausus.*[f] Nobis scribimus, quæ implere desideramus. Faxit Deus Optimus Maximus. *Ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*[g] Et ne *dum alienis medemur vlceribus, vlcera nostra cumulemus.*[h] *Quoniam docere, & non facere, non solùm lucri nihil; sed etiam damni plurimum confert. Grandis enim condemnatio est, sermonem quidem suum componere; vitam verò suam & opera negligenti.*[i]

Strictiores, aut laxiores, primo forsan intuitu, Lectori videamur: *Sed lege quæ subdita sunt, & cum legeris & non placuerint (scio enim haud placitura ignorantibus) suspende iudicium, expecta paulisper, vsque ad finem responsionis nostræ cohibe sententiam: & si tibi postea non placuerint; tunc nos calumniæ denotabis:*[k] Liceat mihi vsurpare Hieronymi verba *Malè se habet liber, qui sine assertore non defenditur*[l] Equidem *bonorum operum proprium est, vt externo commendatore non egeant, sed gratiam suam cum videntur, ipsa testētur. Plus est quod probatur aspectu, quā quod sermone laudatur; suo enim vtitur testimonio, non alieno suffragio.*[m] Si non se probauerit istud: agnoscet Auctorem. *Opus enim agnoscit Opificem.*[n] Et veniā labor, & intentio gratiā promerebitur.

Vtcunque verò, quoad Nos, mille conscientia testes: quoad alios, Veritati intenti, quod verius putamus, inani proferimus contempto metu. *Hydra execra ore dilaniet: non timebo hominum iudicium, habiturus Iudicem meum.*[o] *Quid enim mea interest, qui rei veritatem magis curo, imò solum curo? Hoc enim vel me condemnauerit, vel absoluet, hoc Miserum, vel Beatum reddiderit. At quid aliis videatur, nihil ad Nos; quemadmodum nec alienum somnum.*[p] *Nam ego vnus è medio, quid mihi liberum sit, vtique experiar: faciam necne operæpretium, post videro. Quorsum tamen fluxerint, aut quocumque res ceciderit, aqui boni faciam, planéque malignitatem omnium, & obtrectationum venena non deuorabo modo; sed (quo sum stomacho) etiam concoquam. Certè veritatis hunc esse quasi genium simul atque in publicum appareat, vt odiosa, inimicaque sit vulgò. Conticuerant igitur alij licet, & dicere verum mussent: Ego vnus profectò (quidquid erit) non dissimulabo iudicium, non supprimam quæ sensero, non indulgebo iam talibus patientiam. Cuiusmodi excant, quomodo hæc accipiantur, minimè profectò recusamus. Sed nec, opinor, euademus communem illam Scribentium sortem, malè audiendi, sit modo ita cordi Lectori. Illi aleæ caput obiectamus, neque Patrocinium respicimus, quod vltrò Nobis ademimus Censura.*[q]

Si quid indoctius, incautiúsque protulero, refutari à quouis cupio, refutaturus ipse me, si fuero admonitus. Tam correctioni paratus, *vt libenter ipse Lectorem meum, subtilius veriúsque sentientem velut Magistrum discipulus sequar.*[r]

Non ego ventosæ plebis suffragia venor.[s]

Nulli ingratus meritus plausus.

Quis circum pagos, & circa compita pugnax
Magna coronari contemnat Olimpia? Cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine puluere laudis?[t]

Fatemur, etiamque dolemus. Ea fragilitatis humanæ conditio est. Nisi verò fallor & ipse

Nec tamen vt lauder vigilo.[u]

Gabr. de Velasco.

a Ambros. epistolar. lib. 8. epist. 63. Sabino.
b Senec. de benefic. lib. 2. cap. 26.
c Ouid. de Ponto. lib. 3. eleg. 9. ad Bruscum.
d Ambros. de Virginib. lib. 2. ad fin.
e Martial. Epigr. lib. 2. epigr. 61. in inuidum.
f Seneca epist. 100. ad finem.
g Corinth. 2. cap. 9. v. 26.
h Ambros. de viduu. col. 510. in princip.
i Chrysost. de compunct. lib. 1. in fin.
k Hieron. ad Pammachium aduersus errores Ioan. Episcop. Hierosol.
l Ambros. lib. 6. epistolar. epist. 63. Sabino.
m Idem Hexam. lib. 1. c. 9.
n Ipsemet sub epist. 1. ad Corinth. c. 11. in illud: Quæ & loquimur, &c.
o Hieron. lib. 1. epist. 2. ad Iulianum Diaconum.
p Gregor. Nazianz. orat. 27.
q Angel Politian. in præfat. Miscel.
r Gregor. Moral. lib. 30. c. 18. col. 2. post princ.
s Horat. epistolar. lib. 2. epist. ad Lollium.
t Idem ibi, epist. 1. ad Mecænatem.
u Ouid. Trist. lib. 5. eleg. 7.

Nobis Indulgentia ſatis : *& Indulgentiam meretur Humilitas.* [a] Quare *noſtra quicumque legerint, & aliquid præter communem opinionem inuenerint ; ſic accipiant, vt ſine vllius iniuria, dicendi exercitatione probabiliter diſputata. Neque enim propoſitum defendere, aut dogma conſtituere profitemur, vel calumniantibus occaſionem præbeamus.* grato Nyſſeni conſortio.[b] Non de ſingularitate tumemus, de doctrinâve elatè præſumimus. *Quod ſi quis Præſumptionis arguat ; arguat potius ſedulitatis.*[c] Non tam laudem, quam precamur excuſationem ; meremur. Siquidem in pleriſque

Peragro loca nullius ante
Trita ſolo. Iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire ; iuuátque nouos decerpere flores. [d]

In reliquis, ſi non noua, nouè dicuntur, nec vulgaribus illuſtrata locis.

Quo magis his debes ignoſcere, Candide Lector,
Si ſpe ſint, vt ſunt, inferiora tua. [e]

Penitus in nullo errare, Diuinitatis magis quàm mortalitatis eſt. [f] *Et hoc differt ab Humanitate Diuinitas, quòd Humanitatis eſt Ignoratio ; Diuinitatis ſcientia.* [g]

Si neque his veniam debitam conſequamur : non ſuccenſebimus, communis ſcribentium, Lectorúmque conditionis gnari, *& illuſtribus factum id quoque exemplis. Niſi cui tamen leuis eſt Auctor Horatius, Ennium, Plautum, Lucillum, Doſſenium, totámque illam cohortem Poëtarum veterum ſemel iugulans, & quidem reclamante populo. Quid? non in Senecam quoque Aulus Gellius, magna libertate verborum, incurrit? non eundem Quintilianum atro notat calculo? Non Marino Ptolomæus diem dicit? Eraſtoſtem Strabo? Theſalo Galenus? Hermogeni Cicero? Non omnes denique Philoſophorum ſchola maximè cum prioribus digladiantur, nec cuiuſquam ſanè parcitur nomini?* [h]

Orpheos alij libros impunè laceſſunt,
Nec tua ſecurum te, Maro fama vehit.
Ipſe Parens Vatum, Princeps Heliconis, Homerus
Iudicis excepit tela ſeuera noti.
Sed non Virgilius, ſed non accuſauit. [i]

VALE.

[a] Cyprian. *ad Card. oper. Chriſti.*
[b] Nyſſen. *in Hexam. col. 3. poſt med.*
[c] Ambroſ. *de Virginib. lib. 1. in princip.*
[d] Lucret. *rerum natur. lib. 1.*
[e] Ouid. *Triſt. lib. 1. eleg. 10.*
[f] *l. 2. §. ſi quid autem, C. de veter. iure enndo. cap. inter hæc, de pœnit. diſt. 3.*
[g] Lactant. *de ira Dei, cap. 1.*
[h] Angel. Politian. *epiſtol. lib. 3. epiſt. Iacobo Antiquario.*
[i] Claudian. *in Alechiñ.*

APPROBATIONES DOCTORVM.

CLariſſimus Dominus Gabriel Aluarez de Velaſco ſic graphicè iuſtum ac numeris omnibus abſolutum Iudicem hoc in ſuo opere depinxit, vt nemo ſit qui illud non approbet, laudet, & prælo dignum æſtimet ; ſic nos infrà ſcripti Doctores Theologi Pariſienſes ſcripſimus, Lugduni hac die vltima menſis Decembris anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi primi.

FR. IOANNES ROBE' Ordinis Prædicatorum.
FR. CYRILLVS MOREL Ordinis Carmelitarum Lugdunenſium Prior.

VIſa Approbatione Doctorum, hoc Opus, cuius Titulus eſt *Iudex Perfectus à D. Gabr. Aluarez de Velaſco conſcriptum*, Nos quoque prælo digniſſimum cenſemus Lugduni die 7. Ianuarij 1662.

DE NEVF-VILLE Vic. Generalis.

Conſenſus Procuratoris Regij.

NOn intercedo Regis cauſa, ne Liber cuius Titulus eſt, *Iudex Perfectus à D. Gabriele Aluarez de Velaſco conſcriptum*, imprimatur, & in lucem edatur ab HORATIO BOISSAT, & GEORGIO REMEVS, huiuſce Ciuitatis Bibliopolis, cum prohibitionibus aliis omnibus Bibliopolis in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni die 10. Ianuarij 1662.

VIDAVD.

Licentia.

FIat iuxta Conſenſum Procuratoris Regij, die 11. Ianuarij 1662.

SEVE.

EPISTOLA

ELENCHVS
RVBRICARVM ET QVÆSTIONVM CONTENTARVM IN EIS.

Forma Virginali.

RVBRICA I.

Adnotatio prima.

IVSTITIA quare sub Virginis forma pingatur? *folio* 2

Adnotatio secunda.

Virginitatis, Castitatis, & Pudicitiæ quatenus Iudex amans, cultórque esse debeat? *f.*5

Adnotatio tertia.

Perquisitus, rogatúsque futurus debet esse Iudex, non se sponte muneri offerre, multóque minus illud ambire. *f.*8

§. I. De legibus circa Ambitum latis, & à quo tempore ceperint? *f.*18

§. II. De pœnis in Ambitiosos constitutis, quamque perniciosus sit in Republica Ambitus. *f.*20

§. III. Vtrum officia publica, Magistratus præcipuè, vendi & emi queant? *f.*23

§. IV. Ambitio quæ precibus contrahitur, an prohibita & punibilis æquè vt quæ pretio contrahitur sit, vel saltem illicita? *f.*30

§. V. An aliquo casu, aliquáve ratione, etiam sine pretio, honestari Ambitio possit? *f.*32

Adnotatio quarta.

Quam taciturnus, modestus sermone, & tenax secreti custos Iudex esse debeat? *fol.*34

Adnotatio quinta.

Quo habitu, cultuve Iudex vti debeat? *fol.*36

Adnotatio Sexta.

Quam incessu modestus, compositúsque debeat esse Iudex? *f.*41

Adnotatio septima.

Quem Iudex secessum amare, quamque vitare frequentiam debeat? *f.*42

Aspectu vehementi & formidabili.

RVBRICA II.

Adnotatio vnica.

AN & quatenus formidabilis Iudex esse debeat? Num omnibus placere valeat, aut prudenter studeat? *f.*44

Luminibus oculorum acribus.

RVBRICA III.

Adnotatio vnica.

QVam in subditos, seque oculorum aciem intendere Iudex debeat? *fol.*52

Neque humilis neque atrocis.

RVBRICA IV.

Adnotatio vnica.

QVatenus Iudex humilis esse debeat, & superbiam fugere? *f.*57

Sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate.

RVBRICA V.

Adnotatio vnica.

AN & quæ tristitia Iudicem deceat? *fol.*72

Grauem.

RVBRICA VI.

GRauitatem sine fastu, aut elatione, Comitate conditam, Iudex præseferat. *f.*74

Sanctum.

RVBRICA VII.

Adnotatio prima.

SAnctum Iudicem esse oportet. *f.*66

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Adnotatio secunda.

Non solùm sui, sed subditorum, exemplique ratione, Sanctum Iudicem esse oportet. *f.71*

Adnotatio tertia.

An criminosus, seu in peccato mortali existens, Iudex esse possit? Eius teneat sententia? Aut exceptione criminis, seu indignitatis opposita, à iudicando repellatur? *f.75*

Adnotatio quarta.

An Iudex criminosus, eodem vel maiore crimine implicitus alium iudicans, seu condemnans, peccet mortaliter, aut liceat illi absque noui reatus crimine eum iudicare, vel etiam debeat? *f.79*

Seuerum.

RVBRICA VIII.

Adnotatio vnica.

QVatenus seueritas sit in Indice necessaria? *f.81*

Incorruptum.

RVBRICA IX.

Adnotatio prima.

QVatenus Iudicem incorruptum, mundisque manibus esse oporteat? *fol.84*

Adnotatio secunda.

De pœnis in Iudices munera recipientes. *fol.86*

Adnotatio tertia.

Vtrum à consanguineis possit Iudex dona recipere? *f.90*

Adnotatio quarta.

Vtrum ab amicis dona recipere Iudicibus liceat? *fol.97*

Adnotatio quinta.

An in parua saltem quantitate recipere dona ab amicis possint Iudices? *fol.101*

Adnotatio sexta.

An contrario vsu legibus parua quoque munera Iudicibus recipere vetantibus possit derogari, & derogatum sit? *fol.107*

Adnotatio septima.

An causa remunerationis dona Iudicibus recipere liceat? *fol.112*

Adnotatio octaua.

An à subditis quibusque præter iam exceptos, munera Iudices recipere prohibeantur? *fol.114*

Adnotatio nona.

An ab alterius ditionis foríve hominibus, in qualibetque quantitate dona, mutuúmve Iudicibus recipere liceat? Vel etiam dare? quidque in subditis circa posteriorem mutui casum constitutum sit? *f.116*

Adnotatio decima.

An post sententiam, seu Officium saltem depositum munera recipere ab iis, qui coram ipsis litigarunt, Iudicibus fas sit? *f.119*

Adnotatio vndecima.

An & quatenus Barateriæ, Repetundarum, & Concussionis crimina differant, seu conueniant? Quodque sit grauius? *f.122*

Adnotatio duodecima.

An & quando ad restitutionem eius quod Iudex in officio, præter salarium stipendiáq; debita, recepit: teneatur? *f.125*

§. I. An Regiæ leges in conscientiæ foro ad restitutionem, pœnásque cæteras in eis designatas, ante sententiam obligantes, iustæ sint? Vi sua, pacti, vel iuramenti obligent? Aut recentioribus aliis, seu desuetudine, quatenusque sint derogatæ? *f.129*

§. II. Vtrum Iudex qui aliquid gratuitum accepit à prohibitis capere per Legem, ad restitutionem eius ante sententiam in conscientiæ foro teneatur? *f.133*

§. III. An ad cæteras pœnas à prædictis Regiis Legibus, præsertim *dicta Lege 56. tit. 5. lib. 2 & leg. 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ Collectionis*, in Iudices munera recipientes, ipso facto impositas, ante Iudicis sententiam in conscientiæ foro earum transgressores teneantur? *f.142*

§. IV. An solius perjurij ratione, vel quod perjurus dictæ Legis 56. transgressor habeatur, officij priuationem & inhabilitatem ad alia ipso iure incurrat, & ad restitutionem fructuum seu prouentum perceptorum in iam obtento, vel postmodum adepto absque alia sententia teneatur? *f.151*

§. V. An verbum *Ipso facto* in dicta lege 56. cæterisque Regiis pœnas in Iudices munera recipientes imponentibus adjectum, clausula cui apponitur contineatur, vel referatur ad sequentes omnes? *f.156*

Adnotatio decimatertia.

De aliis huic corruptionis Iudicum materiæ concernentibus, perfunctoriè & remissiuè pertactis. *f.159*

Inadulabilem.

RVBRICA X.

Adnotatio vnica.

QVatenus Iudex fugere, vitaréque adulationem debeat, & in sui cognitionem laborare? *f.160*

Contráque

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Contráque improbos, nocentéſque immiſericordem.

RVBRICA XI.

Adnotatio prima.

AN & quatenus Iudex miſericors eſſe debeat, aut poſſit, & Legum ſeueritatem lenire? *f.*165

Adnotatio ſecunda.

Vtrum amicitiæ ſaltem ratione pœnam minuere Iudicibus liceat? *f.*182

Adnotatio tertia.

Vtrum Iudex vel pœnam non imponens, vel mitiorem aut rigidiorem quam Lex præfinit infligens, ad reſtitutionem teneatur? *f.*189

Inexorabilem, Erectum & Arduum.

RVBRICA XII.

Adnotatio vnica.

AN Inexorabilis Iudex eſſe debeat, & precibus nullatenus moueri, aut inclinari? *f.*192

Potentem vi, & Maieſtate.

RVBRICA XIII.

Adnotatio vnica.

QVam potentiam Vi, & Majeſtate munitam præ ſe ferre debeat Iudex? *f.*195

Æquitatis, veritatiſque Terrificum.

RVBRICA XIV.

Adnotatio prima.

AN Æquitas à Iuſtitia differat? Quibus, qualitérque terrorem incutere, quos increpare, quomodo, quorumque impatiens Iudex eſſe poſſit, aut debeat? *f.*201

Adnotatio ſecunda.

An Veritas Iuſtitia ipſa, vel Lex ſit? Quatenúſque Veritatis cultor: amánſque Iudex eſſe debeat? *f.*212

Adnotatio tertia.

An ſecundum allegata & probata, vel ſecundùm ſcientiam & veritatem quam priuatim nouit, iudicare poſſit vel debeat Iudex? *f.*215

Adnotatio quarta.

Vtrum Iudex, aſtutia, calliditate, fraude, dolo, vel ſimulatione veritatem extorquere, aut immunitatem vt eam fateatur reo promittere poſſit, & adimplere promiſſum teneatur, vel promiſſione non obſtante, ſic confeſſum reum iure valeat punire? *f.*219

Adnotatio quinta.

Vtrum Iudex confeſſionem dolo, fraudéve extorquens, aut contra vel prætet Iuris ordinem inquirendo, vel de ſociis interrogando, ad damni ea ratione prouenientis reſtitutionem teneatur? *f.*244

Adnotatio Sexta.

Qualiter ſecundum propriam conſcientiam iudicare debeat Iudex? Et quid, quotupléxque ſit Conſcientia? *f.*261

Adnotatio ſeptima.

An cuique liceat contra propriam opinionem, quam probabiliorem putat, probabili aliorum ſententia adhærere? Et an Aduocatus. Confeſſarius, vel Iudex in opinionum conflictu probabiliorem omninò ſequi debeat? *f.*265

Adnotatio octaua.

Vtrum in iudiciis aliquatenus Iudici liceat gratificari amico, proque illo in opinionum varietate ſententiam ferre? *f.*269

Librorum cumulo circunſtante.

RVBRICA XV.

Adnotatio prima.

QVaIiter ſtudio litteríſque ius profitenti nauandum? Quam in litibus diſcutiendis & terminandis diligentiam adhibere, quamque Iuris habere peritiam, & opinionem ſequi Magiſtratus debeat? *f.*280

Adnotatio finalis.

De præmio meritóque bonorum Iudicum, & malorum pœna. De vita priuata, tranquilla, occupatíque otij laudibus, & exhortatione ad illud. *f.*299

LOCI EX LITTERIS SACRIS

QVI EX SANCTORVM PATRVM traditionibus hoc opere signanter referuntur.

GENESIS.

CAp. 3. v. 7. *Et aperti sunt oculi amborum, &c.* Rub. 14 Adnot. 4. num. 24. *folio 228. & seqq.*

Cap. 4. v. 4. & 5. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*, in epistola dedicat. post med.

Cap. 9. v. 2. *Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ.* Rub. 14. Adnot. 1. n. 14. *f.* 205

Cap. 12. v. 13. *Dic ergo obsecro te, quod soror mea sit.* Rub. 14. Adnot. 4. n. 4. 222. & 23. *f.* 228

Cap. 19. v. 1. *Venerunt duo Angeli Sodomam vespere, &c.* Rub. 11. Adnot. 2. n. 8. *f.* 184

Ibidem v. 2. *Qui dixerunt: Minimè.* Rubric. 9. Adnot. 1. n. 1. ad finem. *f.* 85

Iterum ibi, v. 3. *Ingressisque domum illius, &c.* Rubric. 9. Adnot. 5. n. 11. ad finem. *f.* 104

Cap. 27. v. 19. *Ego sum primogenitus tuus Esau.* Rub. 14. Adnot. 4. n. 5. & 35. *f.* 222. 235

Cap. 36. v. 24. *Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine.* Rub. 15. Adnot. fin. n. 8. *f.* 304

Cap. 49. v. 16. & 17. *Dan gubernabit populum suum, &c.* Rub. 2. Adnot. vnic. n. 6. *f.* 48

EXODI.

Cap. 1. v. 19. *Quæ responderunt: Non sunt Hebræa sicut Ægyptiæ mulieres, &c.* Rub. 14. Adnot. 4. n. 6. & 34. *f.* 222. 234

Cap. 3 v. 6. *Ego sum Deus patris tui, & abscondit Moyses faciem suam.* Rub. 11. Adnot. 2. n. 8. in fin. *f.* 184

Cap. 7. v. 1. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Rubric. 7. Adnot. 1. n. 2. *f.* 67

Cap. 13. v. 21. *Dominus autem procedebat eos ad ostendendam viam in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Rub. 13. Adnot. vnic. n. 3. *f.* 196

Cap. 14. v. 5. *Et nunciatum est Regi Ægyptiorum quod fugisset populus, &c.* Rub. 7. Adnot. 2. ante finem. *f.* 74

Cap. 28. v. 30. *Pones autem in rationale iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron.* Rubric. 14. Adnot. 2. n. 5. *f.* 213

LEVITICI.

Cap. 11. v. 11. *Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius supreme?* Rub. 15. Adnot. fin. n. 15. *f.* 309

Cap. 19. v. 19. *Iumentum tuum non faciet coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste quæ ex duobus contexta est, non indueris.* Rubr. 14. Adnot. 4. n. 40. *f.* 236

DEVTERONOMII.

Cap. 16. v. 18. *Vt iudicent populo iusto iudicio.* Rub. 13. Adnot. 1. n. 5. *f.* 197

Ibidem v. 20. *Iuste quod iustum est persequeris.* Rubric. 11. Adnot. 1. n. 28. 177. & Rub. 15. Adnot. 1. n. 46. *f.* 292

Cap. 22. v. 10. & 11. *Non arabis in boue simul & asino. Non indueris vestimento quod ex lana linoque contextum est.* Rub. 14. Adnot. 4. n. 40. *f.* 236

EX LIBRIS REGVM.

LIBRO I.

CAp. 2. v. 23. *Quare feciſtis res huiusmodi?* &c. Rub. 11. Adnot. 2. n. 21. *f.* 187

Cap. 3. v. 1. *Et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis.* Rub. 1. Adnot. 3. n. 12. *f.* 15

Cap. 13. v. 1. *Duobus autem annis regnabit super Israel.* Rub. 15. Adnot. fin. n. 13. *f.* 308

Cap. 16. v. 4. *Venitque Bethleem, & admirati sunt seniores ciuitatis.* Rub. 1. Adnot. 7. n. 7. *f.* 43

Cap. 21. v. 13. *Et immutauit os suum coram eis, &c.* Rubic. 14. Adnot. 4. num. 7. & 34. vers. *Commutatio.* *f.* 235

LIBRO III.

Cap. 3. v. 9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile.* Rubric. 14. Adnot. 1. n. 14. *f.* 205

Ibidem v. 24. *Afferte mihi gladium,* & Rub. 14 Adnot. 4. n. 3. & 30. *f.* 222. 232

TOBIÆ.

Cap. 5. v. 7. & 18. *Ex filiis Israël, & ego sum Azarias Ananiæ Magni filius.* Rub. 14. Adnot. 4 n. 36. *f.* 235

IOB.

Cap. 1. v. 1. *Et erat vir ille simplex & rectus.* Rubric. 14. Adnot. 1. n. 14. *f.* 205

Cap. 4. v. 13. *Sub quo curuantur qui portant orbem.* Rub. 15. Adnot. fin. n. 15. & 17. *f.* 309. 310

Ibidem v. 30. & 31. *Si lotus fuero quasi aquis niuis,* & in epistola Lectori.

Cap. 12. v. 2. *Ergo vos estis soli homines, & vobiscum oritur sapientia?* Rub. 15. Adnot. 1. n. 53. ad fin. *f.* 296

Ibi v. 18. *Adducet consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.* Rub. 9. Adnot. 7. n. 6. *f.* 113

Cap. 19. v. 6. *Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixit me.* Rubric. 14. Adnot. 1. num. 29. *f.* 207

Cap. 26. v. 5. *Ecce Gigantes gemunt sub aquis.* Rub. 15. Adnot. fin. n. 13. *f.* 308

Et ibi v. 8. *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.* Rub. 2. Adnot. vnic. num. 12. *f.* 51

Cap. 28. v. 12. *Sapientia verò vbi inuenietur?* & v. 14. *Abyssus dicit: Non est in me. Et mare loquitur: Non est mecum.* Rubric. 15. Adnot. fin. num. 8. vers. *Ex quo.*

Ibidem v. 25. *Qui fecit ventis pondus.* Rub. 6. Adnot. vnic. n. 1. *f.* 64

Cap. 29. v. 14. *Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento,* & Rubric. 1. Adnot. 1. num. 5. ad fin. & Rub. 15. Adnot. fin. n. 6. *f.* 301

Ibidem v. 18. *Dicebámque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.* Rub. 15. Adn. fin. n. 13. ad fin. *f.* 308

C. 36. v. 7. *Nō aufert à iusto oculos suos, & Reges in solio collocat in perpetuū,* Rub. 3. Adn. vn. n. 2. *f.* 53

Cap. 39. v. 6. *Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.* Rub. 15. Adnot. fin. num. 8. *f.* 304

EX

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Sacræ Scripturæ.

EX PSALMIS.

Psalm.4.v.5. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Rub.14. Adnot.1. n.22. & 29. *f.*207. & 210

Psalm.6. *Domine ne in furore tuo arguas me.* Rubric.14. Adnot.1. n.15. *f.*206

Psalm.7. v.10. *Et dirigis iuſtum*, & v.11. *Qui ſalvos facis rectos corde.* Rub.11. Adn.1.n.28. *f.*177

Pſ.11. v.3. *Labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt.* Rub.14. Adnot.4. n.26. *f.*230

Pſ.14. v.2. *Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.* Rub.11. Adn.1. n.28 *f.*177

Pſ.17. *Et adorabunt eum omnes Reges terra*, &c. Rub.13. Adnot.vnic. n.8. *f.*198

Pſ.22.v.4. *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Rub.8. Adn.vnic. n.3. ad fin. *f.*83

Pſ.24.v.10. *Vniuerſæ viæ Domini, Miſericordia, & veritas.* Rub.14. Adnot.3. n.21. *f.*219

Pſ.26. v.4. *Vnam petij à Domino, hanc requiram vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Rub.15. Adnot. fin. n.8 *f.*304

Pſ.36. v.30. *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Rubric.15. Adn.1. num.9. *f.*284

Pſ.44. v.7. *Virga directionis, virga Regni tui.* Rub.14. Adnot.1. n.9. *f.*203

Ibidem v.8. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem*, &c. Rub.1. Adn.1.n.5. & Rub.11.Adn.1. n.27. & 28. *f.*175. & 176

Ibid. v.11. *Obliniſcere populum tuum, & domum patris tui.* Rub.15. Adnot. fin. n.8. ad fin. *f.*306

Pſ.45. v.11. *Vacate & videte quoniam ego ſum Deus.* Rub.15. Adn.fin. n.14 antè fin. *f.*307

Pſ.50 v 16. *Libera me de ſanguinibus.* Rub.15. Adnot. fin. n.8. *f.*304

Pſ.54.v.7. *Quis dabit mihi pēnas ſicut colūbæ, & volabo & requieſcam.* Rub.15. Adn.fin.n.8. *f.*304

Pſ.57. v.11. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.* Rub.11. Adnot.1. n.35. *f.*181

Pſ.72.v.18. *Dejeciſti eos dum allenarentur.* Rub.15. Adnot. fin. n.8. *f.*304

Pſ.74. v.3. *Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.* Rubr.15. Adnot.fin. n.7. *f.*303

Pſ.83. v.7. *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum* Rub.15. Adn. fin. n.8 *f.*304

Ibi v.12. *Miſericordiam & veritatem diligit Deus.* Rub.14. Adnot.2. n.2. *f.*212

Pſ.84.v.11. *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi:* eādem Rubric. Adnot. & n.

Pſ.91. v.2. *Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.* d. Rubric.14. Adnot.2. n.2. *f.*212

Pſ.92. in princ. *Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem.* Rub.13. Adnot. vnic.n.2. *f.*195

Pſ.97. in fin. *Iudicabit orbem terra in æquitate: & populos in veritate ſua.* ibid.

Pſ.98.v.3. *Confitcantur nomini tuo magno: quoniam terribile & ſanctum eſt: & honor Regis iudicium diligit.* Rubr.14. Adnot.1. n.13. *f.*205

Pſ.100. in princip. *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Rub.11. Adn.1.n.25. *f.*174

Ibid. v 7. *Superbo oculo, & inſatiabili corde cum hoc non edebam.* Rub.3. Adn. vnic. n.13. *f.*56

Pſ.110. v.10. *Sanctum & terribile nomen eius.* Rub 14. Adnot.1.n.13. *f.*205

Pſ.118.v.137. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Rub.11. Adn.1. n.28 ad med. *f.*177

Pſ.120. v 6 *Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.* Rub.2. Adn. vnic. n.6. *f.*48

Pſ.149. *Ad faciendum vindictam in nationibus*, &c. Rub.13. Adn. vnic. n.6. in fine. *f.*198

Ibidem v.7. *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.* Rub.15. Adnot. fin. n.6. *f.*301

PROVERBIORVM.

Cap.1.v.23. *Conuertimini ad correptionem meam.* Rub 2. Adnot. vnic. n.11. *f.*51

Cap.3. v.3. *Miſericordia & veritas te non deſerant.* Rub.14. Adnot.2. n.2. *f.*212

Ibid. v.32. *Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius.* Rub.14. Adnot.4. n 24. *f.*218

Cap.4. v.11. *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi: ducam te per ſemitas æquitatis.* Rubric.11. Adnot.1. num.22. ad princip. *f.*172

Cap.11. v.1. *Statera doloſa abominatio eſt apud Dominum.* Rub.14. Adnot.4. n. fin. *f.*242

Cap.13. v.16. *Aſtutus omnia agit cum conſilio.* Rubric.14. Adnot.4. n.41. *f.*257

ECCLESIASTES.

Cap.7 v.10. *Ira in ſinu ſtulti requieſcit.* Rub.14. Adnot.1. n.28. *f.*209

Cap.12. v.13. *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Rubr.7. Adnot.1. num.7. *f.*68

EX CANTICIS.

Cap.2.v.4. *Ordinauit in me charitatem.* Rub.11. Adnot.2. n.8. *f.*184

Cap.4. v.12. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus.* Rub.1. Adnot.7. n.2. *f.*42

Cap.5. v.7. *Inuenerunt me cuſtodes*, &c. *tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Rub.14. Adnot.4. n.fin. in fine. *f.*243

SAPIENTIÆ.

Cap.6. v.6. *Horrendè, & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durißimum his qui præſunt, fiet.* Rub.1. Adnot. fin. n.7. poſt med. *f.*43

Ibid.v.11. *Qui enim cuſtodiunt iuſtè iuſte, iuſtificabuntur.* Rub.11. Adnot.1. n.28. *f.*177

Cap.7.v.26. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius.* Rub.1. Adn.1. n.7. *f.*3

ECCLESIASTICI.

Cap.7. v.6. *Ne fortè eximiſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.* Rub.11.Adn.1. num.25. *f.*170

Cap.8. v.17. *Non iudices contra Iudicem*, &c. Rubric.14. Adn.5. n 24. in fine. *f.*149

Cap 11.v.10. *Fili, ne in multis ſint actus tui.* Rubric.15. Adn. fin n 8. *f.*304

Cap.27.v.28. *Qui in alcum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet.* Rub.1. Adn 5. n 10. *f.*12

Cap.35. v.1. *Qui conſeruat legem, multiplicat oblationem.* Rub.15. Adnot.fin. n.3. in fin. *f.*300

ISAIÆ.

Cap.1.v.17 *Quærite iudicium.* Rub.15.Adn.1. num.15. *f.*186

Cap.5.v.25. *Ideo iratus eſt furor Domini*, &c. Rubric.14. Adn.1.n.32. *f.*211

Cap.6. v.8. *Quem mittam, & quis ibis nobis?* &c. Rub.1. Adn.3. §.5. n.5. *f.*34

Cap.9 v.6. *Cuius imperium ſuper humerum eius.* Rub.15. Adn. final. n.15. *f.*109

C.11.v.1. *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcēdet.* Rub.6.Adn.vn.n.10.*f.*66

Cap.16 v.1. *Emitte Agnum Domine Dominatorē terra de Petra deſerti.* Rub.14.Adn.8.n.26 *f.*276

Cap 25. *Super hoc laudabit te populus fortis* &c.

C.42.v.2. *Sicut qui abſcōditur à vēto, & celat ſe à tempeſtate.* Rub.13.Adnot.vnic.n.6.in fine.*f.*198

Cap.33.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cap.33. v.15. *Qui excutit manus suas ab omni munere*, &c. Rubr.9. Adnot.5. n.9. *f.*103. & Rub.11. Adnot.2. n.6. *f.*183

Cap.47. v.2. *Tolle molam, & mole farinam.* Rub.15. Adnot. fin. n.15. *f.*309

IEREMIÆ.

Cap.10.v.24.*Corripe me Domine*, &c. Rub.14. Adnot.1. n.28. *f.*209

Cap.17. v.16. *Et diem hominis non desideraui.* Rub.2.Adnot.vnic.num.6. in fine. *f.*48

Cap.31. v.30.*Omnis homo, qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.* Rubr.7. Adn.1. num.12. *f.*70

Cap.48. v.10. *Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.* Rub.11.Adn.1.n.20. *f.*171

EZECHIELIS.

Cap.1. v.22. *Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis.* Rubric.2.Adnot.vnic.num.4. *f.*46

Ibi, v.8. *Et manus hominis sub pennis eorum.* Rubric.15. Adnot. final. num.4. *f.*300

Cap.11. v.5. *Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel, &c.* Rub.13. Adnot.vnic. num.3. *f.*196

Cap.34. v.4. *Cum austeritate imperabitis eis, & cum potentia, &c.* Rub.13. Adn.vnic.n.2. *f.*195

OSEE.

Cap.2. v.14. *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem* Rub.15.Adn.final. n.8. *f.*304

Cap.4. v.2. *Sanguis sanguinem tetigit.* eadem. Rubric. Adnot. & num.

Cap 8. v.4. *Ipsi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui.* Rubric.1. Adnot.3. num.3. *f.*9

Cap.11. v.4. *Ero eis quasi exaltans iugem super maxillas eorum.* Rub.14.Adnot.11.n.16. *f.*206

SOPHONIÆ.

Cap.1.v.15. & 16. *Dies ira dies illa, &c. Super ciuitates munitas, & super angulos excelsos, &c.* Rub.14.Adnot.4 n.final. in fine. *f.*243

MALACHIÆ.

Cap.1. v.3. *Esau autem odio habui.* Rubic.11. Adnot.1. n.19. *f.*178

EX NOVO TESTAMENTO

D. MATTHÆI.

CAp.3. v.12. *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Rub.4. Adnot. vnic. num 3. ad finem. *f.*58

Cap.6. v.1. *Attendite ne Iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Rub.2. Adn. vnic. num.7. ante finem. *f.*50

Ibidem v.17.*Tu autem cum ieiunas, &c.*Rub.12. Adnot.4.num.32. *f.*233

Cap.10. v.16.*Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba.* Rubric.14. Adnotat.4. num.28. *f.*231

Cap.12. v.48. *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Rub.14. Adnot.8. num.26. *f.*276

C.18. v.4. *Quicunque ergo humiliauerit se sicut parvulus iste, hic est major in Regno cœlorum.*Rub.4. Adnot.vnic. num.3. in fine. *f.*58

Ibidem v.6. *Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis, &c.* Rub.2. Adn.vnic. num.11. *f.*51

Ibidem v.7. *Væ homini illi per quem scandalum venit.* Rub.7.Adnot.2. num.3. *f.*74

Cap.20. v.23. *Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis.* Rubric.1. Adnot.3. num.9. *f.*2

Cap.22. v.13. *Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.* Rub.14. Adn.4. num.40. ad finem. *f.*236

Cap.23.v.14. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ. quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, &c.* Rub.14.Adnot.4. n.40. ibid.

Cap.27. v.50. *Iesus autem iterum clamans voce magna, &c.* Rubric.14. Adnot.1. n.19. *f.*207

Cap.28. v.3. *Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.* Rubric.3. Adn. vnic. num.3. *f.*54

MARCI.

Cap.3. v.5. *Et circumspiciens eos cum ira, &c.* Rubric.14. Adnot.1. num.28. *f.*209

Cap.4. v.36. *Et admittens turbam,* &c.Rub.2. Adnot. vnic.n.7. ante medium. *f.*49

Cap.5.v.6.*Beati qui esuriunt & sitiunt Iustitiam.* Rub.15.Adnot.1.num.47. *f.*293

Ibi, v.9. *Quod tibi nomen est?* Rub.14.Adn.3. num.15. *f.*219

Ibid.v.40.*Ipse vero eiectis omnibus,&c.*Rub.15. Adnot.fin. num.8. *f.*304

Cap.11.v.14. *Iam non amplius in æternum ex te quisquam fructum manducet.* Rubric.14.|Adnot.1. num.17. *f.*206

LVCÆ

Cap.8. v.35. *Venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem, &c.*& v.38. *Et rogabat eum vir à quo dæmonia exierant, &c.* Rubric.15. Adn. fin. num.4. ad finem. *f.*300

Cap.9. v.60. *Sine vt mortui sepeliant mortuos suos.* Rub.10. Adnot.vnic. n.9. *f.*164

Cap.11. v.34. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Rubr.15. Adnot.1. num 46. *f.*292

Cap.19. v.20. *Domine ecce omnia tua, quam habui repositam in sudario.*Rub.1.Adn.3.n.20.*f.*29

Ibid. v.22. *De ore tuo te iudico.*Rub.14.Adn.4. num.12. *f.*224

Cap.22. v.36. *Sed nunc qui habet sæculum, tollat similiter & peram: & qui non habet vendat tunicam, & emat gladium.* Rubric.8. Adnot. vnic. num.2. ante med. *f.*82

Cap.24. v.28.. *Et ipse se finxit longius ire.* Rub.14. Adnot.4. n.3. *f.*222

IOANNIS.

Cap.5. v.30. *Non possum ego à me facere quidquam, sicut audio, iudico.* Rub.14. Adnot.8. num. fin. ad finem. *f.*190

Cap.6. v.15. *Cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum Regem, &c.* Rub.1. Adnot.3. num.7. *f.*11

Cap.7. v.8. *Vos ascendite ad diem festum istum, ego autem non ascendo ad diem festum istum, &c.* Rub.14. Adn.4.n.35 & 36. *f.*235

Cap.8.v.7. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Rubric.7. Adnotat.3. num.1.& 2. *f.*76

Cap.11. v.43. *Voce magna clamauit: Lazare veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus.* Rub.14 Adnot.1.num.17. *f.*206

Cap.13. v.3. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus,* &c. Rub.4. Adnot.vnic. n.3. *f.*58

Cap.18. v.38. *Quid est veritas?* Rubric.14. Adnot.2. n.8. *f.*214

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.

Cap.5. v.3. & seqq. *Cur tentauit satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, &c. Audiens autem.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

autem Anania hæc verba, cecidit, & expiravit. Rub.14. Adnot.4. n.40. *f.*136

PAVLI AD ROMANOS.

Cap.2. in princip. *Inexcusabilis es homo omnis qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas.* Rub.7. Adnot.4. n.3. post medium, *folio* 80

Cap.13. v.4. *Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time*, &c. Rubr.11. Adnot.1. n.22. aliquantulum longè post principium. *f.*172

Cap.14. in fine: *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.* Rub.14. Adnot.6. n.1. *f.*162

AD CORINTHIOS I.

Cap.6.v.4.*Secularia igitur si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum.* Rubric.15. Adnot. fin. num.5. in fin. *f.*301

Ibidem v.17. *Divitibus hujus sæculi præcipe non superbè sapere.* Rub.13. Adnot.vnic. n.3. *f.*196

Cap.13. v.13. *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est*, in epistola ad Lectorem.

AD CORINTHIOS II.

Cap.11. v.13. *Libenter sufferris insipientes, cum sitis ipsi patientes.* Rub.14.Adn.1.n.17 in fin *f.*206

Cap.12. v.16. *Ego vos non gravavi; sed cum essem astutus, dolo vos cepi.* Rubric.14. Adnot.4. num.41. *f.*237

AD GALATAS.

Cap.12. v.14. *Quomodo gentes cogis judaizare?* Rub.7. Adnot.2. n.2. ante finem. *f.*72

AD THIMOTHEVM I.

Cap.3. v.1. *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Rub.1. Adnot.3. §.5. n.5. 6. & 7. *f.*34

AD HEBRÆOS.

Cap.1. v.8. *Virga æquitatis virga regni tui.* Rubric.14. Adnot.1. n.9. *f.*103

Cap.1. v.20. *Ira viri justitiam Dei non operatur.* Rubric.14. Adnot.1. n.28. *f.*209

Cap.9. v.4. *In qua urna aurea habens manna,& virga Aaron*, &c. Rub.8. Adnot. vnic. n.3. circa finem. *f.*82

APOCALYPSIS.

Cap.1. v.13. *Et conversus vidi septem candelabra*, & Rub.14. Adnot.8.n.13. & 26. *f.*273.276

Cap.2. v.17. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum*, &c. Rubric.15. Adnot. fin. n.7. *f.*303

Cap.3. v.15. *Utinam frigidus esses, aut calidus*, & Rub.15. Adnot.1.n.23. *f.*287

Cap.3. v.8. *Collyrio inunge oculos tuos ut videas.* Rub.15. Adnot.1. n.53. *f.*295

Cap.19. v.11. *Et vidi cœlum apertum: & ecce equus albus*, &c. Rub.14. Adnot.4. n.24. *f.*228

IVRA CANONICA, CIVILIA, ET REGIA,

Quæ hoc opere præcipuè explicantur.

EX IVRE CANONICO.

EX DECRETO.

CAp. *Prohibetur* 2. q.1. Rub.7. Adn.4. n.4. & 8. in fine. *folio* 80

Cap. si quis objiceret, in fine, c. fin. 1. *quæst.*3. Rub.9. Adnot.10. n.8. *f.*120

*Cap. Inolita, quæst.*1. Rubric.9. Adnot.12.§.5. num.18. *f.*159

Cap. Clericos 50. *dist. cap. Miror.*17. *quæst.*4. *cap. veniam* 35. *quæst.*9. Rubr.11. Adnot.2. n.14. & seqq. vsque ad numer.20. *f.*185

Cap. consuetudinis 4. *dist.*11. Rubr.9.Adnot.6. num.8. *f.*109

EX DECRETALIBVS.

Cap. Omnipotens de accusationib. Rub.7.Adn.3. num.14. *f.*78

Cap. quæsitum, de tempor. ordination. Rubric.9. Adnot.12. §.3. n.21. *f.*147

Cap.3. de offic. Legat. Rub.11.Adnot.2 n.14 & seqq. *f.*185. & Rub.14. Adnot.8. n.19. *f.*274

*Cap. requisit.*15. *de testament.*Rub.9. Adnot.3. num.20. *f.*94

Cap. fin. de transactionib. Rubric.14. Adnot.1. num.12. *f.*104

*Cap.3. de regulis iur. lib.*5. Rubr.14. Adnot.2. num.2. ad finem. *f.*212

Cap. Afferte, de præsumptionib. Rub.14.Adn.4. num.30. *f.*232

*C.de cætero de homicid.*Rub.14 Adn.5.n.9.*f.*147

Cap. cum dilectus, de his quæ vi met. ve causa fiunt. d. Rubric.14. Adnot.4. n.43. *f.*238. & 46. & Adnot.5. n.71.

C. per tuas de simon. Rub.14.Adn.6.n.17. *f.*264

Cap. Inquisitioni de sentent. excommun. ibid.

Cap. venerabilem, §. quod autem, de electio. d. Rub.14. Adnot.8 n.18. *f.*274

Cap. consuluit, de offic. & potest. judic. delegat. ibid. n.20. *f.*275

EX SEXTO DECRETALIVM.

C.1 de judic. Rub.1. Adn.2.n.17. remissiuè. *f.*7

Cap.4. de censib Rub.9 Adnot.6. n.12. *f.*110

Cap. statutum 12. §. *Insuper de rescript.* ibid. Adnot.10. n.14. *f.*121

*Cap.2.de testam.*Rub.4.Adnot.11.n.28. *f.*125

Cap.1. & 2. de accusationib. Rub.14. Adnot.5. n.39.*f.*236. & Adnot.5. n.55. & seqq. & n.64. *f.*252. & seqq.

*C.licet Heli,de simon.*Rub.11.Adn.2.n.21.*f.*187

Cap. Pastoralis, de jure patronat. Rubric.14. Adnot.5. n.59. *f.*257

*Cap. fin. in fin. de consuetud.*Rubric.9 Adnot.6. num.8. *f.*109

EX EXTRAVAGANTIBVS.

Extravag. Ambitiosè, de rebus Eccles.non alienand. Rub.9. Adnot.12.§.3. n.31. *f.*148

EX MOTIBVS PROPRIIS.

Motus proprius Pij Quarti in diffidationes facientes. Rub.9. Adnot.12. §.4. n.18. *f.*155

EX

Index locorum, Sacræ Scripturæ.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

EX CONCILIO TRIDENTINO.

Sessione 24. *de reformat. matrim. cap.* 4. Rub. 9. Adnot. 3. n. 15. *f.* 93

EX IVRE CIVILI.

EX DIGESTO VETERI.

Lex Obseruandum 19. *de offic. Præsid.* Rubr. 9. Adnot. 4. num. 5. & Rubric. 14. Adnot. 4. num. 29. *f.* 231

Lex Principalibus 33. *si art. pet.* Rub. 9. Adn. 9. n. 13. & seq. *f.* 118

Lex 1. §. *Hoc autem iudicium, de calomniator.* eadem Rub. 9. Adnot. 10. n. 9. & 10. *f.* 120

Lex cum quasi 30. § *cum plures*, versic. *hi autem, de fideicommiss. libert.* Rubric. 9. Adnot. 11. num. 27. *f.* 124

Lex 1. §. *dolum*, & §. *Non fuit autem, de dolo malo.* Rub. 14. Adnot. 4 n. 25. *f.* 230

Lex qui occidit 30. §. *vlt. ad legem Aquil.* d. Rub. 14. Adnot. 5. n. 8. *f.* 247

EX DIGESTO NOVO.

Lex 1. *ad leg. Iul. repetund.* Rub. 9. Adnot. 3. à n. 1. cum seqq. *f.* 91

Lex prospexit, qui & à quibus Rub. 14 Adnot. 1. num. 12. *f.* 204

Lex lex Iulia 7. §. 1. *ad legem Iuliam repetundar.* Rub. 9. Adnot. 4. n. 6. & 21. *f.* 99. & 100

Lex 1. & 2. *de concussionib.* d. Rub. 9. Adnot. 11. num. 23. *f.* 119

Lex Reus delatus, de munerib. & honorib. Rub. 7. Adnot. 3. n. 14. *f.* 78

Lex quod quis 203. *de regul. iuris.* Rubric. 14. Adnot. 5. n. 17. *f.* 248

EX INFORTIATO.

Lex ex imperfecto 23. *delegat.* 3. Rub. 1. Adnot. 3. §. 3. n. 16. *f.* 28

EX CODICE.

Lex digna vox 4. *de legib.* Rubric. 1. Adnot. 3. §. 3. n. 16. *f.* 28.

Lex ex imperfecto 3. *de testament.* eadem Rubrica, Adnot. & num.

Lex vnic. ne quis in sua causa iudicet vel ius sibi dicat. Rub. 9. Adnot. 8. n. 6. *f.* 116

Lex 2. *qua sit longa consuetudo.* d. Rub. 9. Adn. 6. n. 8. & seqq. *f.* 109

Lex final. ad legem Iuliam repetundar. d. Rub. 9. Adnot. 10. n. 9. & 10. *f.* 120. & Rub. 1. Adnot. 3. §. 4. n. 7. *f.* 31

Lex final. de crimin. sacrileg. d. Rub. 1. Adnot. 3. §. 4. n. 9. *f.* 31

Lex non dubium 5. *de legib.* Rub. 9. Adnot. 12. §. 2. n. 16. & seqq. *f.* 135

Lex Raptores 41. *de Episcop. & Cleric.* eadem Rub. 9. Adnot. 12. n. 40. *f.* 141

Lex placuit 8. *de indic.* Rub. 14. Adnot. 1. n. 9 cum tribus seqq. *f.* 203. & seqq.

EX INSTITVTIONIBVS.

§. *fin. institut. quibus modis testam. infirm.* Rub. 1. Adnot. 3. §. 3. n. 16. *f.* 28

EX AVTHENTICIS.

Authent. Nouo iure, Cod. de pœna iudic. qui malè iudic. Rub. 9. Adnot. 2. n. 3. *f.* 87

Authent. vt litig. iurent. §. *si quis autem ex litigatoribus, coll.* 9. ibid.

Authent. Iusiurandum quod præstat ab iis, §. *Iure quoque*, vers. *& æquum, coll.* 1. Rub. 14. Adnot. 1. *f.* 293. & Adnot. 3. n. 5. *f.* 117.

Authent. Hodie, C. de iudic. d. Rub. 14. Adnot. 3. num. 5. ibid.

Authent. vt iudices sine quoquo suffrag. §. *scriptum exemplar. coll.* 2. Rubric. 9. Adnot. 5. n. 3. 12. & seqq. *f.* 102. 104. & seqq.

EX IVRE REGIO.

Lex 2. vers. *otro si decimos que la costumbre. tit.* 3. *part.* 1. Rub. 9. Adnot. 6. n. 8. *f.* 109

Lex 3. vers. *la quarta, eadem part. & tit. eod.* ibid.

Lex 4. *tit.* 4. *part.* 3. *vers. otro si*, Rub. 7. Adn. 3. num. 14. *f.* 78

Lex 6. *eodem tit. & parte eâdem.* Rub. 9. Adn. 4. num. 3. & seq. *f.* 98

Lex 2. *tit.* 16. *part.* 7. Rubric. 14. Adnot. 4. num. 25. *f.* 230

Lex 7. *tit.* 4. *part.* 5. Rubr. 9. Adnot. 12. §. 3. num. 38. *f.* 150

EX LEGIBVS TAVRI.

Lex 54. Rub. 9. Adnot. 11. n. 27. *f.* 124

Lex 45. d. Rub. 9. Adnot. 12. §. 3. n. 38. *f.* 150

EX NOVA REGIA COLLECTIONE.

Lex 6. *tit.* 2. *lib.* 7. Rub. 1. Adnot. 3. §. 4. n. 10. *f.* 32

Lex 56. *tit.* 5. *lib.* 2. Rub. 9. Adnot. 8. num. 3. & seqq. *f.* 114. Adnot. 10. n. 6. & 13. *f.* 120. & 121. & Adnot. 12. n. 14. 127. & §. 2. n. 23. ad fin. *f.* 137

Lex 5. *tit.* 9. *lib.* 3. d. Rub. 9. Adnot. 8. num. 3. & seqq. *f.* 114

Lex 1. *tit.* 6. *lib.* 3. ead. Rub. Adnot. & n.

Lex 6. *tit.* 8 *lib.* 5. Rub 9. Adnot. 12. §. 2. n. 7. 37. & 48. *f.* 135. 140. & 142

Lex 1. *tit.* 3. *lib.* 5. ibi, n. 47. *f.* 142

Lex 5. *tit.* 18. *lib.* 6. d. Rub. 9. Adnot. 12. §. 2. num. 47. ibid.

Lex 5. *tit.* 11. *lib.* 5. ibid. §. 3. n. 32. *f.* 149

Lex 21. *tit.* 3. *lib.* 1. ibid.

Lex 1. *tit.* 21. *lib.* 8. d. Rubr. 9. Adnot. 12. §. 3. num. 33. *f.* 149

Lex 25. *tit.* 3. *lib.* 1. ibid.

Lex 5. *tit.* 4. *lib.* 2. Rub. 14. Adnot. 3. num. 9. & seq. *f.* 218

Lex 24. *tit.* 5. *lib.* 2. d. Rubric. 14. Adnot. 8. num. 31. *f.* 279

Lex 3. *tit.* 1. *lib.* 2. Rubric. 9. Adnot. 6. num. 8. *folio* 109

EX ORDINATIONIBVS Regiæ Cancellariæ Noui Granatensis Regni.

Ordinatio 29. Rubric. 9. Adnot. 8. num. 4. vers. *Omnia supra dicta.* *f.* 115

UAB Biblioteca de Ciències Socials

IVDEX PERFECTVS.

THEMATIS ARGVMENTIVE' INtercalaris series à qua dicenda profluunt.

DVPLICI Iustitiæ descriptione (vt eleganti, non vulgari, quâ pulchrèomnibus suis partibus constans ipsa depingitur, Magistratûs officium demonstratur, & Perfectus Iudex constituitur) vsam antiquitatem fuisse, apud Aulum Gellium, & Diodorum Siculum notatum reperio. Ad cuius nostrum, ex vtriusque verbis, Iudicem, tractatumquè componimus.

Gellij *noctium Atticarum lib.* 14. *c.* 4. sic se enarratio habet: *Condignè me hercle, & condecore Chrisippus in librum qui inscribitur, de Honesto, & Voluptate,* (ita enim Græca ibi posita verba interpretantur) *primo os, & oculos Iustitiæ, vultumquè eius, severis, atquè venerandis verborum coloribus depinxit. Facit quippè imaginem Iustitiæ, sicriquè solitam esse dicit à Pictoribus, Rethoribusquè antiquioribus ad hunc fermè modum:* Forma atque filo Virginali, Aspectu Vehementi, & formidabili, Luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate.

Addit continuò Gellius: *Ex imaginis istius significatione intelligi voluit, Iudicem, qui Iustitiæ Antistes est, oportere esse* Grauem, Sanctum, Inadunabilem, contraquè improbos, nocentesquè Immisericordem, atque Inexorabilem, Erectumquè, & arduum, ac Potentem vi, & Maiestate, Æquitatis, Veritatisquè Tertificum.

Diodorus Siculus *Rerum antiquarum lib.* 2. (postquam Simandi Ægyptiorum Regis mirandam potentiam Ciuitatis, ac Sepulchri sumptibus, & structurâ incredibilem penè formam enarrauit: cum ad situm, ædesquè vbi ius reddebatur deuenit) hæc adiicit: *In ea statuæ ligneæ posita haud parvo numero repræsentantes tum eos, qui de re dubia disceptarent; tum respicientes eos, qui in iudiciis sententias ferrent. Hi ab vna muri parte sculpti triginta numero erant, & in medio iudicandi Princeps,* Cuius à collo suspensa Veritas penderet, & oculis esset subclausis, Librorum cumulo circumstante.

Declarationem sic ipse nectit: *Hæ imagines præseferebant, Iudices integros esse debere, Prætorem solam inspicere Veritatem.*

Desideratas Iudicum qualitates, & mores, propositæ Iustitiæ indicant Imagines, multa tamen earum velamine latent, multa declaratione egent; decisione multa, ex descriptis resultantia verbis, quæ discussionem exigunt, & materiæ institutoquè huic terminata, afferent implementum. Quod vt aptè fiat, singula quæque relatorum verba explicemus oportet: effigierum auferamus velamen: obstrusas vsqueadhuc fores, pro viribus, reserare, aperire conemur. Lucem præstet Lux vera, omnem hominem illuminantem venientem in hunc mundum. Ad cuius laudem, honoremquè omnia cedant.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

FORMA VIRGINALI.

RVBRICA I.

IVSTITIA QVARE SVB Virginis formâ pingatur?

SVMMARIVM.

1 *Iudex omni ex parte Perfectus, omnium virtutum, & animi dotium splendore ornatus, mente, & corpore integer, quoad humana fert natura, esse debet*, & n. seqq.
2 *Virgo non corpore tantùm, sed mente pariter esse debet. Perit enim & mente Virginitas.*
3 *Omnes videtur Virginitatem continere virtutes, omnesvè per eam significari, & sine illa multum cætera valoris perdunt.*
4 *Iustitia virgo est. Quidque eius virginis forma denotet.*
5 *Iustitia est virtutum præclarissima, cæterarum mater, & nutrix, & ipsa est omnis virtus, seu omnes virtutes complectitur. Omnes etiam Iudex continere virtutes debet, qui Iustitia animata est.*
6 *Qui aliis præsunt, irreprehensibiles esse debent, & cæteros multos longè antecellere, Solis seu lucentium gemmarum ad instar; tantumquè abesse Præsulis à populi actione distare, quantum grex a Pastore distat.*
7 *Iustitia diffinitio, Iudicisquè descriptio, demonstratiovè.*
8 *Iudex* Vir Bonus *in iure nominatur. Et quare?* num. 15. *& solus vir bonus honore afficiendus est*, num. 17.
9 Bonum *undique perfectum est.*
10 Bonum, *id est perfectum undique, humana fragilitas reperire non sinit, quia nemo sine crimine vivit.* & num. seqq.
11 Boni *seu* Perfecti *appellatio soli Deo cõpetit.*
12 Bonus *seu* Perfectus *quis, sententia Senecæ?*
13 *Irreprehensibilem quem existere, penè contra naturam est, Diui Hieronymi sententia.*
14 *Qua ratione Apostolus irreprehensibilem Episcopum desideret?*
15 *Qui Magistratus Romanos antiquitùs petebant, cur albis induti vestibus, candidatiquè prodirent?*

ANNOTATIO PRIMA.

1 Ratio prima cur virginis formâ Iustitia pingatur.

VIRGINIS sub imagine Iustitiam, Iudicemvè depingi, † eo tendere in aperto est, vt ex omni parte Perfectum, omnium virtutum, & animi dotium splẽdore, cumuloquè ornatum, mente, & corpore integrum Iudicem esse debere mon-
2 stretur, ad virginalis integritatis similitudinem, quæ non corporis tantum, † sed mentis pariter esse debet. Nam (vt *Psalmo* 29. Augustinus inquit) *Quid prodest integra caro, mente corrupta? siquidem perit & mente virginitas.* Diuo quoque Hieronymo assertore *epist. lib. 2. epist. 17. ad Eustochium.* Qui & inferius ibidẽ, *Sponsa Christi*, ait, *arca est Testamenti, intrinsecus, & extrinsecùs de aurata.* Qui ad nullam interiorem, aut exteriorem maculam Virginitatem admittere, patiùs ostendit, mentequè, & corpore integram, Perfectam, & virtutum splendore ornatam Virginem esse debere. *Quæ nullo doli ambitu sincerum adulteret affectum.* iuxta Sanctum Ambrosium *de Virginibus lib. 2. cvl. 1. ad finem.* Et sic 3
omnes videri Virginitatem † continere virtutes, seu omnes per eam significari, & sine illa multum cætetas perdere valoris, ita Antonius Bonifinius *de Pudicitia lib. 3. pag. mihi* 394. comprobat: *Qua quidem tantum in se ponderis habet, vt sola tantum valeat, quantum conglomerata cætera virtutes. Nam sicut absque cæteris operibus hæc sola nos beat: ita omnia opera sine virginitate, continentia, Castitate imperfecta sunt. Ideo cum legitur in Cantico Canticorum:* Emissiones tuæ paradisus malogranatorum cum fructibus pomorum, & reliqua: *ex his omnium virtutum significatur in Virginitate conceptus.* Vt & *Annotatione sequenti* latius constabit.

Quæ quidem omnia Iustitiæ conueniunt, confirmaturquè inde ex Proculo, qui *Iustitiam* 4
† *Virginem esse scribit, quoniam dicasticon genus esse deceat ideò integrum, puriũ, cuius sit Virginitas Symbolum*, vt Cœlius prodit *lib. 13. c. 16.* Nec Aristoteles dissentit, dum *Ethicor. lib. 5. c. 1.* paulò ante finem ait: *Iustitia est* † *virtutum præclarissima, & ipsa est omnis virtus, & non pars virtutis, sed tota virtus.* Consentit Cicero *de offic. lib.* 5
3. sic de ea fatus: *Hæc virtus vna omnium est domina & regina virtutum.* D. Ambrosius *lib. de Paradiso, cap. 3. col. 2. ad finem*, sic: *Quæ quadam parens cæterarum est fœcunda virtutum*, rationibus, & exemplis id peracutè demonstrans. Incognitus *in expositione Psalmi 44. v. 740.* in illud: *Propter veritatem, & mansuetudinem, & Iustitiam*, sic pariter: *Iustitia legalis est quid generale, & est quodammodo omnis virtus.* rationem reddens. & *Psal. 110.* in verba illa: *Confessio, & magnificentia opus eius: & Iustitia eius manet in sæculũ sæculi*, ait: *Hic ostendit Psalmista Deum esse laudandũ generaliter ratione Iustitiæ. Vbi notandum, quod Iustitia legalis est omnis virtus vt ait Philosophus, eo quod sine Iustitia nullum opus moraliter potest esse bonum. Hinc est, quod habens Iustitiam legalem, omnem habet virtutes, quia talis seruat omnem legem.* Si enim omnis lex est diligere Deum, & proximum: *Iustitia dilectionem Dei, & proximi seruat.* vt D. Bernardus inquit, *lib. de ordine vitæ, col. 10. ad med.* Ex Philosophis itidem Lucius Apuleius, *de Philosophia, pagina mihi* 43. de ea sermonem habens: *Hanc ille heros* (inquit) *Iustitiam modo nominat, nunc vniuersa virtutis nunc vpatione complectitur.* virtutũ matrem, & alticem, vt Ambrosius, Stobæus appellat *de Iustitia, sermone* 9. & Paulus Lucanus nobilis antiquus Philosophus, cuius M. Anton. Muret. *oratione 7. pag. mihi* 115. mentionem facit. E nostris dixere quoque idem (post Paulum Castrensem *in l. Iustitia, D. de Iustitia, & iure*) Guillielm. le Rouille *de Iustitia, & iniustitia, lib. 1. c. 1 col. 3. verf. Tertius lapis*, Quintilian. Mandos. *in proœm. glossa Facultatum, verb. Iustitiam, pag.* 28. Parlador. *rerum quotidianar. lib. 2. cap fin. 5. p. §. 12. n. 7. & seq.* Hermogen. Thorus *in comment. ad princip. inst. de actionibus, n. 57. verf. Est enim Iustitia, qua omnes virtutes amplectitur: animi affectio, qua ad legum obseruationem*

apti

UAB Biblioteca de Ciències Socials

apti sumus, quaquè res iustas & facimus, & facere volumus. Aliis Theologis, & Iuristis (nullo tamen allato, Cicerone dempto, ex proximè citatis) Marius Giurba *consil. 1. n. 17.* rationem similiter præstans; *quod per omnes virtutes morales aquè diffusa sit.* Etenim *Iustitia est Deum timere, Religionem venerari, honorem ferre parentibus, patriam diligere, cunctis prodesse, nocere nulli, fraternæ charitatis vinculũ tenere, pericula aliena susscipere, opem ferre miseris, bonis vicissitudinem rependere, aquitatem in iudiciis conservare.* vt eam D. Bernard. *loco superiori* describit. Imperatorio tandem decreto Iustinianus *vnam quidem esse omnium perfectissimam virtutem, arbitrandum est hominibus* (ait) *quæ iura omnibus distribuit. Hac est ex causa cognominata Iustitia. Etenim vnamquamque* (seu vt Glossa vertit) *vnaquaque aliarum virtutum, nisi subsequantur huius bona, fiet nihil horũ, qua competunt, in auth. vt omnes obed. Iudicib. prouinc. in princ. coll. 5.* vtque pro omni malo; peccatoquè *Iniquitas* sumitur (iuxta illud Ioannis *epist. 1. c. 3. v. 4. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas.* & quidem grauius, iuxta eundem D. Ioannem *ibi cap. 5. v. 17. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem.* & laltem *ipso vsu loquendi, plus iniquitas, quàm peccatum sonat: & omnis se homo liberè peccatorem fatetur: iniquum verò, dicere, nonnunquam erubescit.* vt D. Gregorius ait *Moral. lib. 11. c. 21.* & cum eo Incognitus *Psal. 15.* in illud: *In quorum manibus iniquitates sunt, n. 376.* latiusquè ostendit Ambrosius *in exposit. Psalmi 50.* in illud: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,* post medium) ita pro omni bono capitur Iustitia iniquitati opposita, in Psal. 44. v. 8. *Dilexisti Iustitiam, & odisti iniquitatem &c. Neque enim possumus cognoscere qua sit forma Iustitiæ, nisi cognoscamus quæ sit iniquitatis effigies. Sunt enim sibi aduersa, atque contraria,* vt idem Ambrosius inquit, *in præfat. Psalm. 35.*

Quare eos, qui pro iure reddendo, iustitiaquè ministranda constituti sunt, vndique Perfectos esse oportet, vt se Iustitiæ imagini conformes præstent. Quo Aristoteles 2. *de Anima* appellatio de Iudice facta respexisse videtur, *Iustitiam animatam* illum nominans. Cui assentitur. Martianus *in l. Nam & ipsum, 8. D. de iustit. & iure.* textus etiam *in auth. de Consulib. ad finem vers. Omnibus autem, col. 4.* Communisquè vsus in Hispania nostra Iudices appellandi, *Iustitia.* Quia sicut Iustitia omnes in se virtutes complectitur; ita Iudex animata Iustitia, omnes complectatur oportet, Iustitia vndique redimitus, Iobi exemplo, *cap. 29. vers. 14.* dicentis: *Iustitiâ indutus sum, & vestini me sicut vestimento.* Omni scilicet bono opere, vt D. Gregorius *Moral. lib. 19. cap. 12.* expendit: *Vestimento vtique cum vestimur, ex omni parte circundamur. Ille ergo Iustitia sicut vestimento vestitur, qui se vndique bono opere protegit, & nullam partem actionis sue peccato nudam reliquit.* Quod etsi omnibus; Iudicibus, Rectoribusquè maximè necessarium. *Irreprehensibiles* † *enim conuenit esse, quos præesse necesse est corrigendis: nec quidquam illis deesse persona, penès quam est Religionis summa, & substantia disciplinæ,* vt Ant. Augustin. *in Epithom. iuris Pontif. vet lib. 4. tit. 5. cap. 11.* ad-

6

uertit. *Et tantum debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare solet à grege vita Pastoris. Oportet namque vt metiri se sollicite studeat, quanta tenenda rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, benignè agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in internorum sollicitudine non relinquens,* vt *Curæ Pastoralis part. 2. c. 1.* & pingit. & requirit Præsulem D. Gregorius. *Re vera enim, qui ad hoc eliguntur, vt ceteris præsint; sicut præordinantur dignitate, sic præeminere debent sanctitate* vt inquit textus *in cap. Hi quoscumque 44. in ord. in quæst. 1.* Enim *vero priuati quidem hominis virtutem in eo consistere, vt vitio careat, aut quoquo modo probitatem colat: Principem autem, & Antistitem, ac præsertim huiusmodi Imperium gerentem, improbitatis notam effugere non posse, nisi multum antecellat, ac melior in dies existat, paremquè Dignitati suæ, ac Throno virtutem afferat,* vt cum Basilio Magno D. Gregorius Nazianzenus sentit *Oratione vicesima in laudem eiusdem Magni Basilij?* Maiora populus semper à summo exigit. Ideoquè *Irreprehensibilem Episcopum requirit Apostolus, vt hoc vno sermone virtutis omnes comprehenderet.* D. Hieronymus notat *epist. 83. ad Oceanum.* Similiter Chrysostomus: *Hoc vno verbo genus omne virtutis expressit,* professus est *Homil. 10. in 1. ad Timot. super verb. Irreprehensibilem.* Quia (eodem ibidem Chrysostomo assertore) *eum qui regendos alios suscipit, tanta decet gloriâ virtutis excellere, vt instar Solis cæteros veluti stellarum igniculos in suo fulgore obscuret.* Vtque *de doctrina Principum* scribit Plutarchus: *Sunt Principes tam sacri, quàm prophani, instar lucentium gemmarum.*

Inde merito Cicero † *Officior. lib. 1. pag. mihi 9. in fine,* Iustitiam esse dixit, *in qua virtutis est splendor maximus, ex quo Viri Boni nominantur.* Adeò, vt neque Hesperus, neque Lucifer sit ita admirabilis, vt ex Aristotele, & aliis tradit Conrad. *in Templo Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. Rubric. de contract. iuris gent. obseruatione, num. 2.* Descripseratquè prius Iustitiæ solem, Christum Dominum nostrum (Supremum viuorum, & mortuorum Iudicem, lucem veram omnem hominem illuminantem venientem in hunc mundum) Sapientia cap. 7. v. 26. *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, Dei Maiestatis, & imago bonitatis illius.* Quamuis enim de sapientia ipsa loquatur: Christo Iesu (sapientia Patris ad Corint. 1. cap. 1. v. 24. *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi,* ad Coloss. 2. v. 3. id Apostolus tribuit ad Hæbræos 1. v. 3. *Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius* & ad cuius similitudinem *illa Anima bene picta est, in qua est splendor gloriæ, & paterna Imago substantiæ.* D. Ambrosius inquit *in Hexameron lib. 6. cap. 7. ad caput illa Anima, 15. de pœnit. dist. 2.* translatus, vtraque Sapientiæ, Ciceronisquè confert verba. & (quantum subiecta

7

patiuntur) assimilia reperies. Hæc: *Candor est lucis æterna.* Illa: *Virtutis est Splendor maximus.* Quod de Deo metaphoricè dicitur, sententia D. Ambrosij relati à D. Thoma *super Ioann. cap.* 1. in verba illa: *& vita erat lux hominum.* Hæc: *Imago Bonitatis illius.* Illa: *Ex quo Viri Boni nominantur.* Tandem hunc Sapientiæ locum Iustitiæ ipsi accommodari posse, aliaquè huic discursui conuenientia, sic *serm.* 25. *super Cantic.* D. Bernardus protulit: *Candor est enim vitæ æternæ Sapientia, vt Sapiens definit: & candidam oportet esse Animam in qua ipsa sedem elegerit. Quod si Anima Iusti sedes est Sapientiæ: haud dubiè dixerim Animam Iusti esse candidam, & fortassis Iustitia ipsa Candor est.* Ergo *Virum Bonum* virtutum candorem splendoremquè præseferentem, Iudicem fore necessarium est, aut non fore Iudicem.

8 Inde etiam frequens illa in iure pro Iudice, *Viri Boni* nominis vsurpatio facta *à lege Continuus* 137. §. *cum ita. D. de verbor. obligation.* vbi sic Venuleius: *Et magis est, vt totam eam rem ad Iudicem, ideſt, ad Virum Bonum remittamus.* Repetitquè similiter *in l. Vir bonus* 18. *D. iudic. solut.* & Vlpianus *in l. Catera* 4. *paragrapho* 1. *D. famil. ercisc.* Quod neque Regia prætermisit *lex* 31. *tit. fin. part.* 7. ex præcedentibus, concordibusquè enuncians: *E aun dixeron que por esta palabra* Ome Bueno *se entiende el iuez ordinario de la tierra.* 9 Bonum autem † (secundùm Aristotelem *Ethicor. lib.* 1. *cap.* 7. & Dionysium simplicitet citatum à Castro *de lege pœnali lib.* 1. *cap. documento* 1. à Soto *de ratione tegendi, & detegendi secreti, membr.* 2. *quæst.* 2. *in* 4. *cap. de Diuin. nominib.*) vndique Perfectum est, & talem iura exoptaret Iudicem: Sed quia bonum, perfectum vndique, † 10 & cui nihil deest (id enim *Perfectum* à D. Thoma appellatur 2. 2. *quæst.* 188. *art.* 8. seu *cui nihil possit accedere*, Lactantij Ferminiani sententia *diuinar. instit. lib.* 1. *cap.* 3. *quid enim accedere Perfecto potest? nihil, aut perfectum non erat cui accessit.* vt conuincit Seneca *epist.* 66. quod idem est; seu quod ex omnibus suis partibus constat, *l.* 1. *D. de orig. iuris*, cui nihil addi, aut detrahi potest, *l. fin. D. de his quibus vt indign.* Et *quo melius non est aliud*, secundùm Quintilianum *oratoriar. instit. lib.* 12. *cap.* 1.) humana fragilitas reperiri non sinit (*est enim nobis dura, & flenda conditio, peccare nos cogit fragilitas innata*, Diuo Petro Chrysologo assertore *sermone* 34. nemoquè sine crimine viuit, vt comprobauimus latè *de priuileg. miserabil. personar.* 3. *p. quæst.* 2. *num.* 10. & prosequitur eleganter Innocentius III. *de contemptu mundi, lib.* 2. *c.* 41. Sed *sua cuique sunt vitia*, vt *Orator. instit. lib.* 11. *c.* 1. Quintilianus ait: adeo vt S. C. Tridentinum *sess.* 6. *can.* 23. decidat, Quod si quis dixerit, *posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.* 11 Bonique appellatio † soli Deo competat, Psalm. 118. v. 69. *Bonus est tu.* Math. 19. v. 17. *Vnus est bonus Deus.* & Lucæ 18. v. 19. *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Perfectique pariter appellatio, cum solus sit Perfectus Deus, veluti Clemens Alexandrinus affirmat *Padagog. lib.* 1. *cap.* 10. vt tamen quanta requiratur in Iudice Perfectio detur intelligi: *Viri boni* appellatione insignitur. Qua instructus redditur † nulla vi, aut necessitate à bono recedere, 12 aut malum facere sibi licere. *Scis quem dicam* Bonum, Perfectum, Absolutum? *quem malum facere nulla vis, nulla necessitas potest*, quærit, respondit què Seneca *epistola* 34. Sic dum *Irreprehensibilem* Episcopum Apostolus desiderat (Diui Hieronymi sententia dicta Epistola 83. ad Oceanum) *penè* † *rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in verbo otioso, reprehensione dignum est; quis est ille, qui absque peccato versetur in hoc mundo?* 13 Cuius meminit, licèt non verbis iisdem Gratianus *in cap. vnum orarium, §. Nuncautem, vers. Ac primum, dist.* 25. Similia (ab Hieronymo ipso forsan desumpta, in eundemquè Apostoli locum) D. Petrus Damian. *epistolar. lib.* 2. *epist.* 1. *ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales*, verba protulit. *Hic*, ait, *tantæ vult esse perfectionis Episcopum, vt penè contra naturam loquatur Apostolus. Quis enim in carne constitutus tam cautè viuat, tam sollicitè vndique circumspiciat, vt reprehendi aliquando nequeat? Cum* (vt *Oratoriar. instit. lib.* 10. *cap.* 2. Quintilianus ait) *in his, quos maximos adhuc nouimus, nemo sit inuentus in quo nihil, aut desideretur, aut reprehendatur.* Ideò Scriptura sacra, *quia omnes sub peccato sumus, non à te exigit quod vltra naturam est, vt peccatum non facias: quia nec vnius diei infans sine peccato; sed non vt maneas in peccato quadam statione diuturna.* S. Ambrosius explicat *in Psalm.* 1. *Dauid. v.* 1. *Beatus vir. & col.* 2. *circa med.* In eandem recidens sententiam Hieronymus idem *lib.* 1. *aduersus Pelagianos, cap.* 8. ait: *Quod dixit* Irreprehensibilem, *aut nullus, aut rarus. Quis est enim qui non quasi in pulchro corpore aut nœuum, aut verrucam habeat?* At verò † *facit hoc Paulus non absque ratione, qui* 14 *huiusmodi monitis vtitur: quia par erat plurimos eius rei desiderio allici: idcirco tanta illum diligentia pingit, vt qui se ad eam rem præparare vellent, ad quantam virtutis celsitudinem sibi euadendum esse agnoscerent.* vt optimè considerat D. Ioannes Chrysostomus *d. Homil.* 10. *in* 1. *ad Timot.*

Sic & *Virum Bonum* † leges Iudicem appellant, & vndique Perfectum desiderant, vt tales (quantum humana fragilitas sinit) se præbeant. *Quod si non contingat; altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur, quàm qui præsumpta desperatione quo velint, euadendi, protinus circa ima subsisterint.* vt ad perfectionem Oratorem prouocans Quintilianus ait *in prœm. lib.* 1. *Orator. instit.* suadentquè dicta *in Epistola ad lectorem.*

Idque ostendendi, & suadendi gratia, apud Romanos illos priscos eos, qui Magistratus petebant, † albis indutos vestibus, candidatosquè 1 prodire soliros *lib.* 1. *triumphantis Romæ* testatur Blondinus. Cum hic purus color non alio extraneo quàm albo naturali infectus, quandam animi integritatem, & perfectionem repræsentet, vt & *lib.* 4. *Decade* 2. Liuius prodit, & ex vtroque Petrus Gregorius *in prælud. Optimi Iuris consult. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 1. Tiber. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 22. *n.* 1. *Siquidem*

(vt

UAB Biblioteca de Ciències Socials

(vt *Orat.23.in laudem Heronis Philosophi* D. Gregorius Nazianzenus post principium ait) *Angelicum est, vestitus candor, & splendor, cum corporea forma pinguntur: ad designandam, ni fallor, naturalem ipsorum puritatem.* Conueniuntque adducta, *supra n.7.*

Ergo † *si verum quarimus solus* Virbonus *affectandus honore est*, vt *lib.4.Ethicor.* Aristoteles profitetur. Imò & melior cæteris, vt *infra Rubric.7. Annot.1.n.4.* comprobamus. *Nec debet hominum Ducatum suscipere, qui nescit homines bene viuendo præire*, Diui Gregorij sententia. *Moral.lib.24.cap.15.*

VIRGINITATIS, CASTITATIS, & Pudicitiæ quatenus Iudex amans cultorquè esse debeat?

SVMMARIVM.

1 *Licèt omnium virtutum acerrimus cultor Iudex esse debeat, maximè ipsiusmet Virginitatis, Castitatis, & Pudicitiæ, quâ amissâ omnis virtus ruit, cuius Castitas, & Pudicitia fundamentum est.*

2 *Victorinus Imperator virtutes multas, & in regendo dexteritatem, qua maximè pollebat, sic libidine fœdauit, vt nemo sit ausus eius in litteras virtutes mittere.*

3 *Luxuria sensus tardos, graues, & obtusos reddit: intelligentiam stupefacit, sapientem infatuat: Iustitia alioqui cultorem à recto diuertit. Danidis Salomonisquè successu confirmatur. A negotiis abducit, à ratione reuocat;* & n.4.

5 *Marcus Antonius* (belli pacisque arbiter) *postquam Cleopatram deperire cœpit, omnia alia fastidio, & contemptui habuit.*

6 *Tiberius* (qui nunquam intermissa Reipublicæ cura, negotia pro solatiis habebat) *postquam se luxuriæ, & turpitudini dedit, omnino eam, penitusquè abiecit.*

7 *Appij Claudij, Populi Romani Magistratus, quæ mala turpitudo, & impudicitia attulerit?*

8 *Flaminius Prætor Maiestatis accusatus, quod inter cœnam rogatus a meretrice* (qua aiebat se nunquam hominem decollari vidisse) *vnum ex damnatis occiderit.*

9 *Herodis lasciuia, cumquè Herodiade fratris sui vxore turpis consuetudo sanctissimum Ioannem decollauit.*

10 *Iob* (Rector & ipse) *quale, vt Pudicitiæ conseruaret, cū oculis suis mēteque fœdus pepigerit.*

11 *Paulus apud Felicem Iudeæ Proconsulem verba facturus, nil sic ipsi, vt officij admoneret, ingerendum putauit, quàm Castitatem, Iustitiam, & futuri iudicij recordationem. Timotheum præcipuè monuit, vt esset exēplum Fidelium in castitate. Imperator Leo castos Episcopos eligendos, vt omnia propria vita integritate purificent.*

Quam pœnam Prælati Ecclesiastici ex simplici quoque fornicatione incurrant ibi.

12 *Præcipuum Regum, & Illustrium munus, debitumquè est, Castitatem seruare: & hac prima Imperatoris, & Regentis cura, vt non modo se, sed alios etiam castos, & pudicos exhibeat.* & num.14.

13 *Apud Athenienses creati præcipui Iudices, qui de Pudicitia cognoscerent.*

14 *Per Magistratuum Pudicitiam, curamquè vt ceteri subiecti eam seruent, maxima à Deo bona donantur.*

15 *Malorū congeries immineat his, qui non se, nec sibi subditos in officio continent, inseruientes Luxuriæ, & alios inseruire patientes;* & n.16.

17 *Magistratus, qui casum effingunt, vel fraudem moliuntur vt ad fœmineam domum pro iureiurando recipiendo vadant, excommunicationem ipso facto incurrunt.*

18 *Ciuilia iura vsque ad Authenticorum tempora, concubinatum, etiam in Iudice vxorato, non puniebant: Concubinamque ex ea Prouincia, in qua quis Magistratum gerit, habere permittunt. Et quare cum Matrimoniū is cōtrahere in ea prohibeatur? remissiuè.*

19 *Humanum amare, & ignoscere: & aliqualem veniam humana fragilitas, iuraquè, & praxis fori etiam Ecclesiastici, quoad temporalem pœnam, huic infirmitati condonant, nonnihilque remitti patiuntur.* & n.seq.

Romani Præsidibus in Prouincia euntibus, inter stipēdia alia, Cōcubinas designabant. ibi.

Catholica Religio simplicem etiam fornicationem damnat, & detestatur. ibid.

20 *Contra Iudices in delictis carnis, nō officij prætextu cōmissis, violētia, & scādalo cessante, nō scrupulosè proceditur, inquiriturvè; in aliis vtique. Et quid Nicolaus VI. aduersus Officiales concubinarios sanxerit?* n.21.

22 *Licèt in omnibus libidinosus amor turpis sit; nunquam tamen deterior est, quàm in honorato, Dignitasquè delictum aggrauat.*

13 *Crescente delicto, crescere debet & pœna.*

24 *Consilium his, qui voluptatum illecebris detinentur præstatur.*

ANNOTATIO II.

Ratio secūda, quare sub Virginis formâ Iustitia pingatur.

SVb Virginis formâ Iustitiā depingi *præcedenti Annotatione* diximus, vt integrum, Perfectum & omnibus ornatum virtutibus, Iudicem futurū Effigies demonstraret. Licèt autē omniū acerrimus cultor Iudex esse debeat, maximè ipsiusmet Virginitatis, Castitatis, & Pudicitiæ. *Nā cū omnes templum simus Dei, illato in nos & consecrato Spiritu Sancto eius templi aditua & Antistes Pudicitia est*, vt *de cultu fœminarum c.1.* inquit Tert. Siquè *Prætorē decet non solū manus, sed etiā oculos abstinētes habere*, vt est apud Ciceronē *de offic.l.1.pag.mihi* 50. seque Pudicitiæ alumnum præbere, *quam virorū pariter, ac fœminarum præcipuum fundamentū* Valerius Maximus iure optimo appellauit *l.6.c.1 in princ.* Siquidem *Pudicitia est honor corporū, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordia caput*, vt his aliisque cognominibus eam descripsit Cyprianus *de bono Pudicitiæ col.3. ex principio.* Quasi fastigium, omniumquè consummationem virtutum, Lactantius dixit *lib.6. diuinar. inst. c.23.* Omnium virtutum concentum, D. Hieronym. *lib.1. contra Iouinianum*, vt relator est Ioan.

Velasq. *super Psal.*100. *lib.* 2. *annot.*10. *morali. n.*1. *in fin.* adeo Castitatem in Principe, Magistratuvè desiderari dicens, vt qui cunctas, præter Castitatem, virtutes habuerit, dignitatem non impleuerit, virtutū concentum soluere, & dissipare videatur. *Nec opus bonum est aliquod sine Castitate*, assertore D. Gregorio *Homil.* 13. *in Euangelia* aliquantum post principium. *Nulla enim bona sunt cætera, si occulti Iudicis oculis Castitatis testimonio non approbentur*, ex ipso *Moralium lib.* 21. *c.* 3. *ad principium.* Inde *Doctissimi viri vox est, Pudicitiam esse retinendam, quâ amissâ omnis virtus ruit*, vt ex D. Hieronymo *loco eodem cap.* 30. prodit Augustinus Barbosa *de Episcopali munere*, tit. 2. glos. 8. n. 3. *Et quamlibet alia fuerint bona opera, si Luxuria scelus non abluitur, immanitate huius criminis obruitur*, Gregorij quoque testimonio *proximo loco cap.* 9. *post medium.*

2 Prodeat in confirmationem, quod de Victorino Imperatore, † ex Iulio Ateriano, affert Trebellius Pollio *in libro* cui titulus est *Triginta Tyranni*, sic verba faciente: *Victorino (qui Gallias post Iunium Posthumum rexit) nemini existimo præferendum. Non in virtute Traianum, non in gubernando ærario Vespasianum, non in censura totius vitæ, ac seueritate militari pertinacem, vel seuerum: sed omnia hæc Libido, & Cupiditas mulierariæ Voluptatis sic perdidit, vt nemo audeat virtutes eius in litteras mittere, quē constat omnium iudicio meruisse puniri.* A quo narrationem eandem verbaquè D. Antonius *in Chronic. part.* 2. *tit.* 7. *c.* 8. §. 4. sumpsisse videtur. Quam sic constituit: *Hic in Gallijs Imperium sumpsit; fortissimus in bello, ac prater libidinem optimus Imperator, sed omnino libido, & mulierum voluptas sic eum perdidit, vt nemo ex antiquis Scriptoribus ausus sit eius vitam in litteras mittere, quem constat, iudicio omnium, per effrenatam libidinem debuisse puniri.* Meritoquè ideò inter maximas Traiani laudes, hanc præcipuam *in eius Panegyr.* Plinius memorat: *Aduentum tuum non pater quisquam, non maritus expauit. Affectata alijs Castitas, tibi ingenita, & innata.*

Quid enim refert, sapientem, eruditum, imò
5 & Iustitiæ amantem Iudicem existere, si non Castitatis, & Pudicitiæ cultor sit, luxuriæquè vitio laboret? Omnia hæc namquè turpitudo, † seu luxuria perdit. Siquidem *his qui in deliciis & luxuriâ vitam ducunt, sensus ipsi tardi, graues, obtusi, & quodammodo consepulti*, ait Chrysostom. Homi. quod nemo lædituʳ, nisi à se ipso. *Offundit etiam caliginem sensibus; robur quoque interrumpit*, Clem. Alexand. *Pædagogi lib.* 2. *c.* 10. ex Sophista Abderitano, aliisquè confirmans, *paruam epilepsiam coitum dicente, morbumquè immedicabile existimante.* Nobilissimi medicorum id ipsum docuēre, Galenus *lib.* 14. *de vsu partium, cap.* 10. & *lib.* 2. *de tuenda valetudine.* Veneri, mentis spamum, sensuum hebetudinē, torporemquè signanter attribuens, Ætius *Tetrab.* 1. *serm.* 3. *cap.* 8. & *Tetrab.* 1. *c.* 13. de ea loquens: *Neque ad sanitatem conducit* (ait) *neque ad animæ ratiocinationes: sed congelat quodammodo, ac stupefacit intelligentiam.* Adstipulatur Claudianus *lib.* 1. *de laudibus Stiliconis.*

Luxuries perdulce malum, quæ dedita semper Corporis arbitriis, hebetat caligine sensus.

Sapientem infatuat, † & Iustitiæ alioqui cultorem à recto diuertit. *Salomon quippe* (vt Moral. *lib.* 12. *cap.* 12. & ex eo textus *in cap. Salomon* 13. 32. *quæst.* 4. Diuus Gregorius inquit) *immoderato vsu, atque mulierum assiduitate ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis fabricaret: & qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis, etiam perfidiæ substractus, idolis construere templa non timuit.* Salomonis quoque parens Dauid, *(qui tanta Dei mysteria prophetico spiritu valuit contemplari,* vt Diuus idem Gregorius ibi) *in solario deambulans, alienam coniugem concupiuit, & abstulit, eiusquè virum cum damno sui exercitus interemit.* Immane namque hoc vitium mentem eripit, ratione priuat, in furoremquè trahit, *vt de prinileg. miserab. personar.* 3. *part. quæst.* 10. sat ostendimus & animum à negotiis consequenter abducit, ad eaquè reddit ineptum. Elegāter Diuus Ambrosius *de Caino, & Abele cap.* 5. hæc omnia complexus: *Sæuus criminum stimulus libido est* (ait) *quæ nunquam manere quietum patitur affectum. Nocte ferues, die anhelat, de somno excitat, à negotijs abducit, à ratione reuocat, aufert consilium.* Et in sermone de Assumptione. *Ignorat amor iudicium, nec aliquid cogitare potest, quàm quod diligit.* Prædixerat Cicero in Catone Maiore: *Impedit consilium voluptas rationis inimica, ac mentis, vt ita dicam, perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium.*

Non Dauidis, Salomonisquè in id exemplo 5
contenti, pauca alia è multis referemus. Egregium alioqui belli ducem, pacisquè arbitrum, Marcum Antonium † post deperditos Cleopatræ amores, omnia alia fastidio, & contemptui habuisse; sic Plutarchus *in eius vita* prodit: *Quamquam dimidium Imperij administrandum haberet, & infinita negotia nullis tamen vacare poterat, nec Legatos audire, nec hostium conatus animaduertere, nec res ad bellum necessarias præparare, nec suis periculis prospicere, nec amicorum, & sociorum amicitiam fouere. Quid quæris? Nihil animo ipsius obseruabatur die, nocteque, præter dominam, quæ mentem eius adeò captiuam detinebat, vt nec per horam quidem liberam ad munia publica referre posset.*

Imperator Tiberius † (qui nunquam inter- 6
missa reum cura, negotia pro solatijs habebat, vt Cornelius Tacitus scriptum reliquit *Annal. lib.* 4.) postquam se luxuriæ, & turpitudini dedit, *Respublica quidem curam vsque adeo abiecit, vt postea non Decurias Equitum vnquam suppleret, non Tribunos militum, Prefectosquè, non Prouinciarum Præsides vllos mutauerit: Hispaniam, & Syriam per aliquot annos sine Consularibus Legatis habuerit: Mœsiam à Dacis, Sarmatisquè, Gallias à Germanis vastari neglexerit, maximo dedecore Imperij, nec minore discrimine*, Suetonio Tranquillo *in eius vita* authore *c.* 41.

Quid aliud quàm Appij Claudij † Magistratus Populi Romani, impudicitia efficit, vt virginis propriā filiam occideret, ne ipsius pudicitiā à Claudio (qui omne fas atque nefas amore virginis miscebat) eerneret violatam, eamque à stupro liberaret, vt & exercitus à Republica secederet, maxima ipsius Appij & cæterorum collegarum

collegarum Decemvirum, Populi consensu, claue? vt refert Pomponius *in l.2.§.Et cum placuisset, & sequenti, D.de orig.iuris.*

Quid aliud in causa fuit cur Flaminius Prætor † inter cœnam à Metettice (quæ aiebat *se nunquam decollari hominem vidisse*) togatus, vnum ex damnatis occideret, ob idquè Maiestatis accusaretur? Vt est apud Marcum Senecam *controuersiar.lib.9.controuers.* 2. & Ciceronem *in Catone*, qui se huius facinoris Iudicem, Flaminiumque à Senatu ob id eiecisse refert.

Quid nisi Herodis lasciuia, † & iniqua cum Herodiade fratris sui vxore cõsuetudo Sanctissimum Ioannem Baptistam decollauit? *Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum propter Herodiadem vxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam.* successum Matthæo referente *cap.* 14.

Longum esset recensere quas strages, quas rerum etiam publicatum euersiones dirũ hoc malum effræna libido parturierit, indies què parturiat. Quæ vt se acerbissimo dolori, & planctui offerunt, relationi auferunt. Quare noscens Iob † quantum & omnibus Principibus, & Rectoribus maximè (vt & ipse erat, & memorat *cap.* 29.*a v.*7.) Castitatem seruare conueniat, mentem, & oculos habere pudicos; pactum quod cum eis inierat, sic *c.*31.*v.*1. pandit? *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Quod quidem quàm pangere, & seruare expediat eis, quàm imò necessarium sit oculosquè & mentem habere pudicam; eleganter hunc in locum Diuus Gregorius monstrat *Moral. lib.*21.*cap* 2. & 3.

Paulus Apostolus (*vt in Actis Apostolorum c.*24.*v.*25. traditur) apud Felicem † Iudeæ Proconsulem verba facturus, nil illi, vt officij admoneret, potius admonendum putauit, quàm Iustitiam, Castitatem, & iudicij futuri recordationẽ; ita vt *disputante illo de Iustitia, & Castitate, & iudicio futuro tremefactus Felix.* Sic & Timothęum *c.*24.*v.*12 admonet ipse: *Esto exemplum fidelium in Castitate, vt vel ex te vno discant quàm purè, & integrè viuendum sit.* Sic pariter *in l.si quemquam, 29.C.de Episc. & Cleric.* religiose Imperator Leo Anthemius *Castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus vt locorum quocumque peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet.* Quem ex simplici quoque fornicatione depositionis pœnam incurrere, multorum opinione ostendit Farinacius *q.*137. *num.*33.

Præcipuum Regentium † Illustriumque munus esse Castitatis, & pudicitiæ obseruationem *in l.si qua Illustris, 4.C.ad senat.consult.Orfician.* his verbis Iustinianus Imperator testatur: *Illustribus quibus Castitatis obseruatio præcipuum debitum est &c.* vrquè doceret, munus & ipse suum implere, inferius subdit: *& hanc legem ipsi pudicitiæ (quam semper colendam censemus) merito dedicamus.*

Quæ adeo Athenienſibus cordi fuit, † vt in celebertimo illo toto orbe tertarum Areopago Iudices præcipui designarentur, qui *de Pudicitia* cognoscerent, vt *de Republica lib.4.c.5.n.44. versic. Cum enim varij*, Petrus Gregorius prodit.

Hanc primam Imperatoris, & Regentis curam † (vt non modo se castum, & pudicum adhibeat; sed alios etiam, Ecclesiasticos præsertim, esse conetur; tum sui amore, tum quia per eam maxima à Deo nobis bona conferuntur:) sic *in auth.quomodo oport.Episc.col.1.in princ.& in §. Nos igitur*, Iustinianus idem manifestat. *Ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut Sacerdotum Honestas*, subiungens: *Nam si hoc quidem inculpabile sit vndique, & apud Deum fiducia plenum: Imperium autem rectè, & competenter exornes traditam sibi Rempublicam: erit consonantia quædam bona, omne quidquid vtile est humano conferens generi:* Continuò *in dict.§. Nos igitur* concludens: *Nos igitur maximam habemus felicitudinem circa Dei dogmata, & circa Sacerdotum honestatem: quam illis obtinentibus, credimus quia per eam maxima nobis dona dabuntur à Deo: & ea, quæ sunt firma, habebimus, & ea, quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus.* Similiter *lex* 58.*tit.*5.*part.*1.

Quod si *contrariorum* † *contraria sunt consequentia* (vt *Tusculanar.quæst.lib.*5. Cicero ait, & Consulti dicunt *in l.*1.*D.de his qui sunt sui, vel alieni iuris, in l.fin.D. de legat.* 3. milleque aliis locis cumulatis à Nobis *in Axiomatib.iuris lit.A.num.*375. *& lit.C.num.*222.) malorum congeries Iudicibus, † Rectoribusquè bis imminet, qui non se, nec sibi subditos in officio continent, pudicitiaquè abiecta, luxuriæ inseruiunt, & alios inseruire patiuntur. *Nulla enim bona sunt cætera, si occulti Iudicis oculis Castitatis testimonio non approbantur*, Diuo Gregorio assertore *Moral.lib.*21.*cap.* 3. Maximè si officij prætextu † delinquant, quos Bonifacius Octauus *in c.*2.*de indic.lib.*6. excommunicatione ipso facto incurrenda, ferit, eo etiam in casu vbi illum effingunt, vel fraudem moliuntur vt ad fœminæ domum pro iureiurando recipiendo vadant. De cuius agunt intellectu Nauarrus *in Manuali, cap.*25.*num.*125.*vers.Dicunt idipsum.* Gambata *de casib. reseruat. cap.* 10. *numero* 8. Filiuc. & alij, quos *eo cap.*2.*num.*11. refert Barbosa. Quare eis (Quintiliani quoque sententia Oratoriar.instit.lib.2.cap.2.) *Carendum non solum crimine turpitudinis; verum etiam suspicione.*

Bene verum est ciuilia Iura † (vsque saltem ad Authenticorum tempora, quibus prohiberi cœpit, *auth.de lenonib.coll.*3.) concubinatum, simplicemvè fornicationem (*quam terrena ciuitas licitam turpitudinem fecit*, vt verbis hisce D.Augustinus tradit *de Ciuit.Dei, lib.*15.*cap.*17.) vt neque in cæteris (veluti *de priuileg.pauper. 2.p.quæst.*65.*num.*95. diximus) neque in Iudicibus puniuisse; imò neque etiam in vxoratis castigasse, Paulo *in l.fin.C.de concubin.* dicente: *Concubinam ex ea prouincia in qua quis aliquid administrat, habere potest.* Quod *singulari* 487. (incipiente *Ius ciuile prohibet*) notandum aduertit Romanus: cum matrimonium ibi Iudex contrahere prohibeatur, *l. si quis officium*, 38. *D de ritu nuptiar.* cum similib. Vtrumque simul edixit *lex* 2. *tit.* 14. *part.* 4. *vers.E otrosi dezimos.* Rationem reddit in eius singularis additione Nicolaus Pignolatus: excusationem † Plautus *de Mercatore, actu* 2. *scena* 2.

Humanum est amare; humanum autem ignoscere est.

In

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In Prouincias sibi destinatas Præsidibus euntibus, inter stipendia alia, Concubinas pariter Romanos designasse; tradunt Petrus Gregorius *syntagm. iuris vniuersi, 3. p. lib. 47. cap. 32. num. 28.* Tiberius Decianus *tract. crimin. lib. 2. cap. 36. num. 30.* & scripsimus quoque Nos *de priuileg. Pauper. 1. p. quæst. 6. num. 64.* Quid mirum si hi, quos Christiana doctrina, perfectioquè non arctabat, Præsidibus laxamenta darent, incitarentquè ad luxuriam, quam non damnabilem cæca Gentilitas existimabat? Quam Religio Catholica, simplicem etiam damnat ac detestatur, *cap. Nemo blandiatur, 4. cap. Meretrices, 11. 32. quæst. 2.* & ratione & sactarum litterarum testimoniis comprobat, conuincitquè D. Thomas *contra Gentiles lib. 3. cap. 122.* Sacrum Concilium Trident. *sess. 24. de reform. matrim. c. 8.* prosequuntur latè Gutierrez *Canonicar. quæst. lib. 2. cap. 7. num. 15. & 16.* & Farinacius *quæst. 137. a num. 7. cum seqq.* Et si humana
10 fragilitas † delicatæ infirmitati (quæ multos domuit leones, quæquè, vt Augustinus *de singularitate Clericorum* ait: *Cum sit vilis & misera, de magnis efficit pradam, quę multos vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea*, vt prædixerat Sapiens *Prouerbior. cap. 7. v. 26.*

Si Veterum libros, & Patrum scripta reuoluas,
Si doleas sanctos sic cecidisse viros;
Nec docto Salomone quidem tu doctior esse,
Nec Dauid sancto sanctior esse potes.
Si Loth, Samsonem, si Dauid, si Salomonem
Fœmina deiecit, quis modò tutus erit?

Vt Diuus Anselmus discurit *in carmine de contemptu mundi*) & iura quoad temporales pœnas, nonnihil remitti patiuntur. Quia *multa secundum veniam relaxantur infirmitati, quamuis simplicissimæ nequaquam placeant veritati*, vt Augustinus ipse *lib. contra mendac. cap. 19.* Obtentu maxime difficilium. *Difficilium enim facilis est venia*, vt hac in specie, thesiquè eâdem Tertullianus *lib. 2. ad vxorem cap. 1.* Etenim *reuera difficile est libidinis incendia extinguere. Impuberes stimulat, iuuenes inflammat, senes, & decrepitos fatigat: non aspernatur tuguria, non reuereatur palatia*, vt D. Bernardus *de interiori domo cap. 29. ad finem.* Ex quo Farinacius *de delictis carnis, quæst. 136. num. 1. & d. quæst. 137. num 37.* inquit. *Ego autem pro simplici fornicatione, nec in foro Seculari, nec in foro Ecclesiastico exteriori vidi vnquam aliquem Laicum punitum, nisi concurrant qualitates concubinatus, aut stupri, aut alias grauior.* Id si non officij prætextu dèlinquat Iudex, non violentia scandalumvè intercueniat: quibus cessantibus neque in syndicatu ob id procedendum, aut scrupulosè inquirendum aduertunt Puteus *de syndicat. verbo Adulterium, & verbo Officialis, per totum*, præcipuè *num. 8. & 11.* Iulius Clarus *in pract. lib. 5. §. Fornicatio, num. 6.* Auiles *in cap. 47. Prator. glossa Manceba, num. 5.* Bobadilla *in Politic. lib. 5. cap. 3. num. 126.* sed hæc ex indulgentia; nos Perfectum Iudicem desideramus.

In casibus verò proximè exceptis peccans, † se quoque indulgentiâ indignum efficit, grauibusquè pœnis iura delinquentem afficiunt, vt iam vidimus, & proxime citati notant, Bobadilla *num. 124.* Clarus *num. 17. vers. Item in officiali*, Baiardus *ad ipsum num. 5.* Nicolai Sexti constitutionem referens sancientem, Officiales concubinas tenentes officiorum priuationis pœnam incurrere, ad aliaquè inhabilitatem contrahere, prout relator quoque est Farinacius *quæst. 138. num. 39.* Optima autem id ratione; † quia 21 22

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Vt *Satyra 8.* Iuuenalis inquit. *Et quia licèt in omnibus libidinis amor turpis sit: nunquam tamen deterior est, quàm in honorato: quia quanto nobilior, tanto nocibilior. Licet enim in scrito & lana eadem versetur libido: dignitas tamen persona habet libidinis aggrauare delictum: cap. Cum quidam, de iure iurand. l. Presbyteri, C. de Episc. & Cleric. & l. Si qua Illustris, C. ad Orfician.* Verba sunt Philippi Probi ad Monachum *in cap. 1. de regul. iur. lib. 6. num. 14.* Estquè sententia Diui Thomæ *1. 2. quæst. 73. art. 10.* Diniquè Gregorij Nazianz. *Carminibus Iambicis, vbi de comparatione vitarum, Carm. 19.* Mundi, Spiritusquè collocutionem sic formantis:

Mun. Quid ergo summo si cadant ex ordine
Quidam? *Spi.* Quid ergo si cadant ex altero?
Nam labi vtrique; cõsequi & laudẽ queunt.
Par cum pari sit, peior, & multo mihi
Videtur is, qui Principe in vita cadit.
Tam sum malis infecta! Nam quorũ magis
Est Palma celebris, dum decus Palmę ferunt.
Harum ruina est, dũ cadunt, quoque tristior.

Quæquidem criminis, delictiquè aggrauatio † pœnę aggrauationem requirit, iuxta textum *in cap. fin. §. Quia verò vbi magis exceditur, ibi est seuerius vindicandum, de excessib. Prælator.* & alios de quibus *in Axiomatibus nostris lit. P. num. 41.* 23

Cum Cicerone ergo *pro Sextio* consulimus, † vt *qui voluptatibus ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt, missos faciant honores, nec attingant Rempublicam. Nam vbi libido dominatur, innocentiæ, leue præsidium est*, veluti *Orator. instit. lib. 9. cap. 4.* Quintilianus affirmat. *Quis enim sub disciplina se constrictione retineat, quando & ipsi qui ius constrictionis accipiunt, sese voluptatibus relaxant?* vt conuincit Gregorius *Moral. lib. 2. cap. 9.* 24

PERQVISITVS ROGATVS-

què futurus debet esse Iudex, non se sponte muneri offerre, multoquè minus illud ambire.

SVMMARIVM.

1 *Virgo secessum amare, & profiteri debet, qui Virginalis pudoris index est, & in sui desiderium*

sideriũ, amoremq; trahit. & num. 12. & 15.

1 *Index è secessu suo, & quasi è latebris ad forum, iudicialeq; munus perquisitus, atq; rogatus extrahendus est, ad Dei Optimi Maximi electionum similitudinem. Nemoq; debet sibi honorem assumere, neque ad gubernandam Rempublicam sponte accurrere. Denegandus locus regiminis desiderantibus, & fugientibus, offerendus,* & num. 3.

4 *Virtus, meritaq; ad dignitatum cacumen ducunt, etiam nolentes, & inuitos euehunt: sine his, laborumq; suffragio, indignum est ad honores peruenire. Est enim Virtus gradus ad gloriam, eiusq; mater.* & num. seqq.

5 *Gloria fugientes magis ac magis sequitur, Primatus fugientẽ se desiderat, desideratẽ se horret. Exemplis ornatur,* & n. seqq.

6 *Labeo Consulatum sibi ab Augusto oblatum noluit. Quique alij consulatum & Imperium renuerint?*

7 *Sanctissimi viri Episcopatus, dignitatesq; sibi oblatas non modo renuerunt, sed vt voti sui compotes euaderent, ne sanguini, nec famæ pepercêre.*

8 *Magis se muneribus dignum, qui ea spernit, præstat: & solus spernere potest qui meretur.*

9 *Qui se regimini ingerunt, eo se indignos profitentur.*

10 *Ignorare videtur solicitudinem, & mala, quæ regimine latent (quæ vel sola loci, honorisq; celsitudo indicat) & desideratam Perfectionem, qui illud ambit. Sublimitas honorum sine onere peccati vix tenetur, nullusq; sine peccati periculo terrenas res administrat; & incentiuum peccati est facultas imperandi: nec coeunt Virtus, & summa Potestas.* ibid.

11 *Ambitiosi dum altiora petunt, in profundum vilitatis merguntur, natalium, cæterosq; defectus manifestant.*

12 *Plurimi desiderata, possessa parui fiunt, & negligetur quod communiter possidetur;* & num. 15.

13 *Ambitiosus contemptui se, & miseræ seruituti subdit, quasi se venalem expositum habet indecora quæque faciens, & ferens.*

14 *Ambitionis vitium ambitiosis ipsis exosum, qui illud celare conantur.*
Ambitio mater hypocrisis, latebras amat, & lucis impatiens est. ibi.

16 *Qui desiderauerit Primum in terra, confusionem inuenit in cœlo.*

17 *Neque abnuendum si dat Imperium Deus, neque appetendum. Sarcina muneris propter charitatem suscipienda. Appetenda ex corde quies: tamen propter multorum lucrum aliquando postponenda.*

18 *Non ad contumaciam, & proteruiam vsque resistendum, & abnuendum munus, ne sub humilitatis specie superbè contradicat electus, meritam Principis iram, & indignationem incurrat, & ad damna (si quæ interim recusatione Reipublicæ euenerint) teneatur;* & n. seq.

20 *Tanta potest esse electi necessitas, vt sub mortali reatu sibi delatum munus acceptare teneatur.*

ANNOTATIO III.

SIC VT item Virgo secessum † amare, ac profiteri debet (qui virginalis pudoris index est, & in sui desiderium, atque amorem trahit, quia *Castitas solitudinem quærit, pudica secretum, impudica conuentum,* iuxta D. Ambrosium *de Viduis col. 9. post medium.* & *Si nunquam Danaën habuisset ahenea turris,*
Non esset Danaë de Ioue facta parens.
Vt Ouidius cecinit *Amor. lib. 2. Eleg. 19. & lib. 1. Eleg. 8.*
Corrupta, pranaq; rogant.) 1 Ratio 3. quare sub virginis forma Iustitia pingatur.

Sic Iudex † è secessu suo, & quasi è latebris ad forum, iudicialeq; munus perquisitus, atque rogatus extrahendus est, ad Dei Optimi Maximi electionum similitudinem, qui Ioseph è fœtido carcere ad vniuersæ Ægypti regimen deduxit; Moysen ex misero ortu, cista naufragũ, in solitudine vagantem: Dauidem è gregis puluere; Saulem de asinatũ custodia, in Principes, Rectoresq; populi sui sustulit. Christus Dominus nostet è fractis retibus, quassataq; carina, Petrum ad Ecclesiæ caput euexit, similesq; Apostolorum vocationes effecit, vt perpendimus latius *de priuileg. pauper. & miserab. personar. 1. p. quæst. 6. num. 61. & seqq.* Nullus ex septem Isai Samueli filiis oblatis electus ab ipso, sed desideratus Dauid qui latebat, vt *primo Regum cap. 16.* enarratur; iussusq; requiri, allatus, in Regem dictante Domino, vnctus. *Quærat ergo Doctor instanter, non deficiat quærere, donec latentes possit inuenire. Magna quidem electorum virtutes quasi thesauri Omnipotentis Dei ferè semper in occulto sunt.* vt *ex ipso loco lib. 6.* Gregorius infert. Ad regimen non patens, aut se offerens (multoq; minus ambiens, sed latitatione saltem tenuens adducendus. Quia *nemo debet sibi honorem assumere; sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron,* vt (Pauli verbis *ad Hebr. 5.*) textus ait *in cap. Qualiter, 17. de election.* Quod (præcipiat; seu consulat) *dialogo primo de Iusto* Plato sic prouidit: *Nemo sponte ad gubernandam Rempublicam accurrat*: referentibus Petro Gregorio de *Republica lib. num. 4. vers. Et Plato.* Suarez *de Religione tomo 4. tractatu 10. lib. 6. cap. 7. num. 4.* laudatoreq; Eusebio *lib. 12. de præparatione Euangelic. cap. 4.* Quod & Canonica, & Ciuilia iura † obseruandum decetnunt *in l. Ex omnibus domibus, 31. C. de Decurionibus & filiis eor. lib. 10. in l. fin. C. de crimin. sacrileg. & in cap. In scripturis, 8. quæst. 1.* inquiente: *Locus regiminis desiderantibus denegandus est, & fugientibus offerendus* à D. Gregorio desumpto, *Epistolar. lib. 6. epist. 4. Cyriaco Episcopo Constantinopolitano.* Iura quoq; Regia *in l. 5. tit. 17. par. 1.* statuente, *Si alguno rogare por si mismo que le diessen dignidad, o alguna Eglesia, a si como Obispado, o otro Personaje: tal como este*

2

3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

non es bueno, nin deve ser cabido en ninguna manera, ante lo deven desechar alque lo ficiere como à cobdicioso. Sed *deben ser buscados y llamados para ellos*, vt *lex 3. tit. 2. lib. 7. ordinamenti* exigit. Similiter Alexander Seuerus dictabat. *Inuitum, non ambientem esse ad Rempublicam assumendum*, vt *in eius vita* Lampridius refert. Verissimum est enim illud: *Benè imperant, qui non libenter imperant.* Contraquè ambientes munera, & audacter regimen inuadentes *Dominus per Prophetam queritur dicens*: Ipsi regnauerunt, & non ex me. Principes extiterunt, & ego ignoro. *Ex se namquè, & non ex arbitrio Summi Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitùs vocati, sed sua cupidine accensi culmen regiminis rapiunt, potius quàm assequuntur.* Diuo sic Gregorio exponente *Pastoralis cure 1. p. cap. 1.* Quapropter rectè D. Bernardus *de consideratione ad Engenium lib. 4. cap. 4.* cum monet: *Non volentes, neque currentes assumite, sed cunctantes, sed renuentes. Etiam coge illos, & compelle intrare.*

Fugienda itaque Ambitio, amplectenda
4 virtus† (quæ *extollit hominem, & supra cara mortalibus collocat*, teste Seneca *epist.* 87.) merita procuranda, quæ ad dignitatum munerumquè cacumen ipsa dirigunt, faciuntquè iter planum. Vt duo illa Antiquitatis templa notabant. Alterum *Honoris*, alterum *Virtutis*, sic disposita, vt ad *Honoris* templum, non nisi per *Virtutis* templum pateret aditus. Quorum meminit D. Augustinus *de Ciuit. Dei lib. 5. cap. 12.* Namquè *Virtutes comitatur Gloria* Diuo Petro Chrysologo asserente *sermone 31. in principio.* Sin aliter *frustra ad celsitudinem nititur gloria, qui prius non claruit virtute. Quæ enim sine virtute est gloria, profectò indebita venit, præpropere affectatur, periculosè captatur. Virtus gradus ad gloriam; Virtus mater gloria est. Fallax gloria, & vana est pulchritudo quam illa non parturiuit. Sola est cui gloria iure debetur, & securè impenditur.* Diuo Bernardo *sermone 1. in Natali S. Victoris. Ad honoremquè sinè suffragio temporis, sinè merito laboris, indignum est peruenire:* & *notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant*, textus inquit *in cap. Miramur, 6. in ord. dist. 61. in fine.* Honesti siquidem *honoris augmentum non ambitione, sed labore ad vnumquemque conuenit deuenire*, vt Imperatores Gratianus, & Theodosius dicunt *in l. Contra publicam, 14. C. de re milit. lib. 12.* Idemquè religiosissimus Hispanus noster Theodosius (vt *in eius Panegyrico, Romæ dicto*, Pacatus, prodit) *in l. fin. C. ad leg. Iuliam repetund.* sanciens: *Eiusmodi viros ad Prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione, vel pretio, sed probata vita solent testimonio promoueri.* Conducentia alia iura retulimus *de priuileg. pauper. & miserabil. personar. 1. part. quæst. 6. num. 54.* Præclarè id ipsum cecinit Bonamicus, rectequè monet.

Esse vnum hoc nobis omni ratione modoquè
Optandum, & conandum acri assiduoquè labore.

Vt simus primum, deinde vt videamur honore
Digni: tum nobis postremaquè & vltima cura,
Quod tunc est hominum primum plerisquè, sed agris.
Ipse honor.

Merita namquè, vitæ probitas, doctrina fulgens† nolentem quoquè ad regimen tra- 5
hunt, & quantumuis latentem (si latere Virtus potest, *nũquam enim quamuis obscura Virtus latet, sed mittit sui signa.* Senecæ testimonio *de tranquillit. animi cap. 3.*)

Inuitam blandè vestigat, & vltro
Ambit Honor.

Claudiano quoque teste *in Panegyri Manlij Torquati.* Cuius laudationis decore (velut in Regente maximo) Honorium *in eius quarto Consulatu* hac ipse idem Commendatione perfudit:

Hac tamen innumeris per se quæsita trophæis,
Non generis dono, non ambitione petitus.
Digna legi Virtus. Vltrò se Purpura supplex.
Obtulit.

Magistratum etiam si longè deguerit, exigit qui meretur. Nunquam absconditur quem prodiderit Innocentia, vt & *Panegyrico suo* Theodorico prodit Ennodius. Numne argumentis veritas eget?

Docuit toties à rupe profectum.
Liber, & in mediis Consul quæsitus aratris.

Quia *Gloria fugientes magis ac magis sequitur*, vt Seneca ait *de Clementia lib. 1.* Siquidem *Gloria vmbra virtutis est, etiam inuitos comitabitur*, eiusdem sententia *epistola 79.* Hieronymiquè *epistolar. lib. 3. epistol. 27.* ad Eustochium: *virtutem quasi vmbra sequitur; & appetitores sui deserens, appetit contemptores.* Quod & Crocodili similitudine carmen comprobat recitatum à Mathæo Tympio *in speculo Principum, signo 73.* id quoquè persequente ibidem:

Gloria, si fugias, Crocodili more, sequetur:
Si profugam sequeris, longius acta fugit.

Primatus enim fugientem se desiderat; desiderantem se horret: vt Chrysostomus ait *Homil. 35.* & vt D. Bernardus *epistol. 126. Quo Gloria plus affectatur, eo minus apprehenditur, vbi deprehenditur affectari. Quid* namquè (vt idem ipse ibi) *tam inglorium, quàm gloria cupidum deprehendi? Qua* (communi, necnon Quintiliani sententia Oratoriar. institution. lib. 10. cap. 2. ad finem) *tum est pulcherrima, cum sequitur, non cum arcessitur.* Quàm merito D. Thomas exaltat *de regimine Principum lib. 1. cap. 7.* Catonem Cicero, ex eoquè Diuus Augustinus *de Ciuit. Dei, lib. 5. cap. 12.* Qui *quominus petebat gloriam, eo magis illam sequebatur.*

Scipio (vt Cicero idem *de Amicitia* memorat) *Consulatum petiit nunquam, Consul factus est bis, primum ante tempus; iterum sibi suo tempore.* {Reipublica penè serò?

Superioti Africano *voluerunt statuas in Comitio, in Rostris, in Curia, in ipsa denique Iouis Optimi Maximi sellam ponere: voluerunt imaginem eius triumphali ornatu indutam Capitolinus puluinaribus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vita annos Consulatum, perpetuamque Dictaturam tribuere: Quorum sibi nullum, neque Plebiscito dari, neque Senatus consulto decerni patiendo: penè tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat in merendis.* Sic Valerio Maximo tradente *lib. 4. cap. 1. §. 6.*

P. Sextius eiusdem Ciceronis testimonio *Oratione* 34. pro P. Sextio filio, *homo & sapiens, & sanctus, & seuerus, cum Tribunus plebis primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset; reliquis honoribus non tam uti voluit, quàm dignus videri.*

In coquè maximè Traianum *in Panegyri sua* commendat Plinius, quod coactus ad imperium veniſſet. *Tibi* (ait) *ascendenti de more Capitolium, quamquam non id agentium, ciuium clamor, vt iam Principi occurrit. Siquidem omnis turba, qua limen insederat, ad ingressum tuum, foribus reclusis, iam quidem vt tunc arbitrabantur Deum: caterum vt docuit euentus, te consalutauit Imperatorem, nec aliter à cunctis omen acceptum est. Nam ipse intelligere nolebas, recusabas enim imperare, recusabas quod bene erat imperaturo. Igitur cogendus fuisti. Cogi porro non poteras, nisi periculo patriæ, & mutatione Reipublicæ. Obstinatum enim tibi non suscipere Imperium, nisi seruandum fuisset. Quare ego illum ipse furorem, motumque castrensem reor extitisse, quia magna vi, magnoquè terrore modestia tua vincenda erat.* Et iterum ibi: *Expectandum est tempus quo liqueret, non tam accepisse te beneficium, quàm dedisse. Confugit in sinum tuum concussa Respublica, ruensque Imperium super Imperatorem, Imperatoris tibi voce delatū est.* Sæpequè idem repetens (præcipua veluti hæc Imperatoris laus) inferius subdit: *Eras Imperator, & esse te nesciebas. Vt verò ad te fortuna tua nuntius venit; malebas quidem hoc esse quod fueras, sed non erat liberum.* Cuius etiam magister Plutarchus libro quem *de constitutione politica* ad Traianum eundem scripsit, hoc fecit initium. *Modestiam tuam noueram non appetere Principatum; quem tamen semper morum elegantia merens induisti? Quo quidem tanto dignior iudicaris; quanto à crimine ambitionis videris esse remotior.*

Hanc ipsam præclaram Theodosij pariter nostri laudē, sublimitate sua, sic Latinus Pacatus *in eius Panegyrico* præclariorem reddidit: *Illud tamen præ ceteris mirum, quod cum omnia faceres vt Imperare deberes; nihil tamen faciebas vt Imperares. Argumentum est dies ille, communis boni author, quo tu cum ad suscipiendum Rempublicam vocabaris; oblatum Imperium deprecatus es, nec dans speciem tantum vt cogi videreris; sed obnixè, & diu & velut impetraturus egisti.*

6 Consultus etiam Labeo ab Augusto oblatum renuit Consulatum, sic *in l. 2. §. Labeo, D. de origine iuris* Pomponio dicente: *Labeo noluit, cū ei offerretur ab Augusto Consulatus.*

Gabr. de Velasc.

Fauius Maximus filio suo Consulatum pariter oblatum respuit, vt Valerius Maximus prodit *lib. 4. cap. 1. §. 6.*

Adrianus Imperator ad Imperium venit inuitus; & *Cæsaris* filio delatam appellationem non admisit, vt relator est Guil. Benedictus *in repet. cap. Raymuncius, verbo Condidit, num. 35. de testam.*

Probus quoque delatum ab exercitu Principatum inuitus accepit, vt Hotatius Turselinus prodit *in Epitom. historiar. lib. 4. cap. à Christo nato anno 279.* Qui & *lib. 6. c. à Christo nato anno 669. ad finem* tradit Bambæ Gothorum Regis inter eximias animi dotes, hoc maximè admirandum: *quod omnium consensu delatum Regnum non nisi minis, ac terroribus coactus accepit.*

Sanctissimi sæpè viri non modò dignitates fugêre, ††sed vt voti sui compotes euaderent, nec sanguini pepercêre, nec famæ. Diuum Marcum ne ad sacerdotium eucheretur, pollicem sibi amputare fecisse: Diuum Ambrosium, ne Mediolani Episcopus crearetur, in domum suam introduxisse meretrices, D. Paulinus *in eius vita* refert, vtrumque Bortellus *in additionib. ad Petrum Bellugam in speculo Princip. rubrica 11. §. Postquam, ad n. 5.* vbi & Diuos Hieronymum, Gregorium Papam, Thomam Aquinatem, Albertum Magnum, Vmbertum viennensem, & alios refert, qui ne Pontificiam, aut Episcopales sedes conscenderent, in eisvè consisterent, multa conati fuêre. Diuus Ephren insanum se, vt Episcopatum fugeret, simulauit, veluti prodit Zozomenus *histor. ecclesiastic. lib. 3. cap. 15.* Ammonius sibi auriculam abscidit, vt testatur Socrates *histor. lib. 3. cap. 25.* & Palidius *histor. Lausiaca, cap. 12.* Recusarunt quoque Episcopatus Cyprianus, Nicolaus, Martinus, Chrysostomus, Augustinus, Antonius, & multi alij, quos recensent Azorius *institut. moral. 2. p. lib. 3. cap. 28. quæst. 2. vers. Animaduertendum.* Augustin. Barbosa *de Episcopali munere, tit. 2. glossa 1. à num. 14. vsque ad 27. inclusiuè.* Thomas Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 6. cap. 18. n. 35.* Ioan. Lorin. *comment. in lib. Sapient. cap. 6. vers. 6.* Antoni. Dauriout. *in Catechism. historial. 3. p. tit. 55. per totum.* Quibus addendus Desiderius cœbonij Cassinatis Abbas, *qui ter cunctis suffragiis Pontifex creatus insignia Pontificatus non prius accepit, quàm in conuentu Capuano, Episcopis, Cardinalibus, Rogerio Duce, Iordane Principe Capuano, simul ad eius pedes procidentibus victa eius pertinacia est.* Horatio Turselino relatore *in Epitom. historiar. lib. 8. capit. à Christo nato. 1055. col. 13.* Christi Iesu Domini nostri exemplo docti; qui (apud Ioannem cap. 6. v. 15.) *cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Quis enim* (vt Curæ pastoralis *p. 1. cap. 3.* perbelle Diuus Gregorius hunc locum expendens) *principari hominibus tam sine culpa potuisset, quàm is qui hos nimirum regeret, quos ipse creauerat? Sed quia idcirco in carne apparuit, vt non so-*

7

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lùm nos per passionem redimeret, verum etiam per conuersationem doceret, exemplum se sequentibus prebens, Rex fieri noluit, ad Crucis verò patibulum sponte peruenit. Oblatam gloriam culminis fugit, pœnam probrosæ mortis appetiit, vt membra eius videlicet discernerent fauores mundi fugere, terrores minimè timere. Cuius vestigia, doctrinamquè sequentes, Dignitates, & Magistratus, Episcopatus, Imperiaquè fugientes, †seu recusantes, & doctri-
8 næ profectus ostendunt, & dignos solos se regimini monstrant. Quia,

Hic solus spreuisse potest: qui iure meretur.

Claudiani sententia *Panegyri 2. in laudes Stiliconis.* Quemadmodum ex aduerso, qui se
9 regimini ingerunt, † eo se indignos profitentur. *Et sicut is qui innitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admonẽdus: sic qui vltrò ambit, vel importunè se ingerit, est procul dubio repellendus,* indice Diuo Gregorio *lib. 7. epist. 112. ad caput vltimum, 1. quæst. 6.* translato. Cui adhæret laudabile, sanctumquè Imperatoris Leonis Anthemij decretum *in l. si quemquam, 19. C. de Episc. & Cleric.* prouidens *ne pretio, sed precibus ordinetur Antistes.* Precibus, non quidem ab Antiste ipso, sed ab aliis Antistiti ipsi interpositis vt acceptet, vt optimè notauit *Glossa ibidem,* & integra textus series patefacit, subiungens: *Tantum ab ambitu debet esse sepositus; vt quaratur cogéndus, rogatus recedat, sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus.* Æquè *lex 3. tit. 17. par. 1. §. La tercera.* dum ait: *Pero si alguno rogasse porsi mismo que le diessen dignidad, o alguna Eglesia, o si como obispado, ò otro Personage: tal como este non es bueno nin debe ser cabido en ninguna manera, ante lo deben desechar alque lo ficiere, como a Cobdicioso.* Quod & Christi saluatoris nostri ad filiorum Zebedei, eorumquè matris petitionem, *Mathæi 20.* responsum monstrauit. *Non est meum dare vobis,* & indignitatem postulationem ipsam continere ostendit. Quasi diceret. *Meum quidem est dare, sed non vobis, id est Ambitiosis, quales vos estis:* vt eleganter explicat Innocentuis Tertius Pontifex Maximus, *de contemptu mundi, seu de miseria conditionis humanæ, lib. 2. c. 35.* Insciis, & ignaris, vt *v. 22.* subiungitur *Nescitis quid petatis.*

10 Ignotare enim sollicitudinem, †mala regimine latentia, & perfectionem in eo desideratam ambitiosi indicant. Siquidẽ *sublimitas honorum sine onere peccati vix tenetur,* vt *Epistol. l. 4. epist. Floriano* Diuus Ambr. inquit. Ac *nullus sine peccati periculo terrenas res administrat,* ipsius ibi sententia. *Et facultatem imperandi, incentiuum esse peccandi,* idem ipse *Apolog. Dauid posterior c. 3.* assertor est. Quare, iudicio quoque Lucani *belli ciuilis lib. 8.*

Abeat aula
Qui vult esse pius. Virtus & summa Potestas
Non coëunt.

Moyses suadẽte Domino, trepidat; & infirmus quisquè vt honoris onus suscipiat, anhelat, & qui ad casũ valde vrgetur ex propriis, humerũ libenter opprimendũ ponderibus submittit alienis quæ ferre non valet, & auget quæ portet, vt D. Gregor. *Cura Pastoralis p. 1. c. 7 in fine,* rectè perpendit. *Confragosa in fastigium dignitatis via est,* vt Seneca *epist. 84. ad finem.* Equidem.

Habitat sub pectore cæco
Ambitio.

Vt bene *Manil. lib. 5.* Enimverò *qui Index fieri vult animarum, nescit quam durum quàm districtum cogatur expectare iudicium,* vt Diuus Petrus Damianus inquit *lib. 6. Epistolar. epist. 7.* Quas etiam temporales curas, iacturasquè subire cogatur. *Verè namquè meditantibus quidem honores, honores blandiuntur: sed onera pensantibus tædio sunt, atque formidini. Non autem omnes capiunt hoc verbum. Multi enim non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores, si esse sentirent & onera. Grauari profectò metuerent, nec cum tanto labore, & periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum,* vt Diuus Bernardus considerat *epist. 42. ad Henricum senonensem Archiepiscopum pag. mihi 27. col. 1.* Quos (vt Nicolaus eius Notarius inquit) *in terribile curarum pelagus honoris altitudo resorbet.* Quia *magna fortuna magna est tempestas,* vt optimè Franciscus Petratcha *de remed. vtriusque fortunæ lib. 1. dialogo 17.* Etras si gaudium, si lætitiam ab honoribus petis. *Inter honores gaudium, id est, inter sollicitudines quaris? Ista quæ sic petis tanquam datura lætitiam ac voluptatem, causa dolorum sunt,* vt prouidè Seneca. *Epistola 59.*

Non enim gazæ, neque consularis
Summouet Lictor miseros tumultus.
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis
Sed auget, cumulat.
Scandit æratas vitiosa naueis.
Cura.

vt Horat. *Carminum l. 2. ad Grosphum.* Quapropter *nemo sapiens lato animo creatur Episcopus, si quis pericula, & supplicia ei proposita consideret: atque adeò stultus videri potest, ac reprehensione dignus, qui cum viã ingredi possit complanatam, & expeditam, sponte se in locũ angustum, periculosumquè redegerit.* D. Greg. Nazianz. *in Apologia* appositè dixit. *Etenim* (cum D. Ioanne Chrysostomo *c. 1. in Act. Apostol. Homil. 3.*) *si nouisses quod Episcopus debet omnium onera gestare, quòd aliis irascentibus datur venia, ipsi verò nequaquã: quòd aliis peccantibus supereſt excusatio, ipsi verò minimè: haudquaquã festinasses ad Primatũ, haudquaquã accurrisses. Hic enim omniũ linguis expositus est, omnium indiciis obiectus, & sapiẽtiũ, & insipientiũ: curis perpetuis obtunditur, tũ diurnis, tũ nocturnis. Multos habet quibus est inuisus, multos habet inuidentes.* Et post alia infertius ibi: *Verum si vehementer commoueatur, audis* Crudel. *si parum vehementer, audis.* Frigidus. *Sed oportet hæc duo contraria concurrere, sic vt neque contemnatur, neque odio habeatur. Quin & aliàs ipsa negotia præueniunt, occupantquè. Quam multos cogitur offendere, volens nolẽs. Quàm multos obiurgare, velit nolit. Nõ temerè dico, sed vt affectus sũ, & sentio. Nõ arbitror inter sacerdotes multos esse, qui salui*

fiant,

fiant, sed multò plures qui percant. In causa est, quoniã res excelsũ requirit animũ. Multa enim habet cau sa, qua depellant ipsũ à suis moribus & innumeris oculis illi opus vndiquè. Nõ vides quam multas res oportet adesse Episcopo, vt sit appositus ad docendum, vt tolerans malorum, vt tenax sis, ac fidelis in doctrina sermonis? Quanta hoc difficultatis? Et quod alij peccant, illi imputatur. An Rectoribus solum Ecclesiasticis hæc dicere, hæc minari putas? cum sæcularium quoque Præpositorum subiectionem obedientiamquè subditis Apostolus persuadens ad Hebræos 13. v. 17. *Obedite*, inquiens, *Præpositis vestris, & subiacete eis:* illico & obedientiæ eis causam, & Præpositis officium, grauissimumquè illius pondus sic ante oculos ponat: *Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* In quæ quidem verba D. ipse Ioannes Chrysostomus *Homil. 34. col. 1. in fine*, hæc metuenda prorsus, & stuporis plena (ad quæ, scit Dominus tota mente, atquè omnibus artubus contremisco) in quoslibet indistinctè Rectores: *Miror an fieri possit, vt aliquis ex Rectoribus sit saluus.* Admirationis, prouidiquè sui timoris causam sic continuò reddens: *Cum videam post minas, & præsentem socordiam, aliquos adhuc accurrentes, & se coniicientes in tantam molem rectionis, & administrationis.* A cuius discrimine nec inuitos ad eam tractos excusari exemplis edocet; & quanto maiori periculo se exponant, qui regimen aut voluntariè suscipiunt, aut ambiunt, ostendens, ita arguit: *Nam si ij, qui necessitate trahuntur, non habent quò confugiant, & quò se excusent, si rem malè administrent, & sint negligentes (nam & Aaron tractus est necessitate, & venit in periculum; & Moyses rursus venit in periculum, cum sæpè recusasset: & Saul cui fuerat creditum aliud imperium, postquam recusauit, vocatus est in periculum, quoniã ipsum male administrarat) quanto magis ij, qui in hoc suum studium ponunt, & in id irruunt? Qui est autem talis, longè magis se omni priuabit venia. Timeri enim oportet, & contremiscere & propter conscientiam, & propter molem Imperij.*

Meritò ideò ambientes honores Christi Domini nostri animaduersione *numero præcedenti* memoratæ, insipientes habentur, & *stultos* illos dicto supra proximè loco Nazianzenus appellat. *Temerarios* Cyrillus *in Cat. ad cap. 14. Luc.* inquiens: *Prosilire promptè ad honores, indicat nos Temerarios esse.* Et comprobamus infra *hac eadem Rubrica, & Annotatione*, §. 5. *nu.* 4. Themistocles audiens quosdam ambire Magistratum, dicit: *Si mihi duas ostenderetis vias, quarum vna ad infernum, altera ad Tribunal duceret; multò libentius ingrederer eam, qua rectà ad Infernum tenderet*, vt Ælianus prodit *var. histor. lib. 9.* & ex eo Matthæ. Tympius *in speculo Princip. signo 11. num. 5.* Non absimiliter suos alloquens Imperator Otho in fine dixit: *Mihi credite iam experto, qui mori malo quam imperare*, vt est auctor Bruson. *lib. 3. cap. 3.*

I nunc & primas, supremasquè appete Sedes, & tot periculis expositas, & in ruinam casumquè pendulas semper. Num *qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet*, vt & *cap. 27. v. 28.* præmonet Ecclesiasticus. *Quod ideò dicit, quia maior potentia, maiorem casum generat & ruinam*, veluti eius explicat sententiæ sensum Incognitus *Psalmo 18. v. 262.* Hos.

E summo quasi fulmen eiicit ictos.
Inuidia interdum contemptim in tartara terra,
Vt satius multo iam sit parere quietum,
Quam regere imperio res velle, & regna tenere.

Vt & arbitratur Lucretius *de rer. natur. lib. 5.* quia

Summa petit liuor, perflant altissima venti.

Vt ex quodam transcripsit Bernard. *de Passione Domini, cap. 17.* vtque *Carminum lib. 2. Oda 10. ad Licinium* Horatius inquit:

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus: & celsæ graniore casu
Decidunt turres, feriuntquè summos
Fulmina montes.

Omnia præcipitem formidant ardua casum,
Et Magnis semper vis aliena nocet.
Sæpius alta ruit ventorum flatibus arbor.
Tuta humilis myrtus, tuta myrica manet.
Bellica cum celsas subuertit machina turres,
Nil nocet exiguæ pauperis illa casæ.
Et rapit obstantes fluuium violentia moles,
Plana satis placido permeat ille gradu.
Montes & scopulos sæui maris obruit vmbra
Ad placidum litus mitior vnda venit.
Aërias Alpes niuibus candescere scimus,
Frigoribusquè premi, perpetuoquè gelu.
Illic & rabies ventorum plurima sæuit;
Temperiem gratam proxima vallis habet.
Ergo time quisquis celsos conscendis honores,
Tequè ruinoso stare memento loco.

Sancti Anselmi cautione *in Carmine de Contemptu mundi*, similia inde prosequentis. Siquidem *verum est illud Poeticum: In se magna ruunt, sunt misque negatum est stare diu: tolluntur in altum, vt lapsu graniore ruant*, veluti ex Claudiano, Lucanoquè, eorum licet suppressis nominibus, transtulit Innocentius Tertius *de Contemptu mundi, lib. 2. cap. 19.* Claudiano nempe *libro 1. in Ruffinum* dicente:

Tolluntur in altum,
Vt lapsu graniore ruant.

Lucano *lib. primo de bello Ciuili:*

Summisquè negatum
stare diu.

Etenim *humanorum ascensum sunt lubrici gradus tremulus vertex, horrendum præcipitium. Ægrè conscenditur ad eminentem statum, anxiè ibi consistitur, grauiter inde & repentè descenditur* quemadmodum Sigismundus Scaccia *de iudicdib. 1. cap. 86. num. 3. vers. An & quando*, Ex Seneca *sine mora videlicet proruit; qui magnis conatibus ad Summa peruenit. Longo studio seges seritur, sole atque imbre diutino nutritur; sed tamen vna & subita scintilla consumitur. Paulisper ædificia ad alta proficiunt; sed repentinis casibus terram petunt. Robusta*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

arbor in æra per tarda incremẽta se erigit; sed quidquid diu ad alta protulit, semel & simul cadit, vt disp icit Gregorius *Moralium lib. 7. cap. 10,* Et *quo sublimior sedes, eo grauior casus.* Quia *semper de alto peior sit ruina,* vt alterum Franciscus Petrarcha *de remed. vtriusque fortunæ, lib. 1. Dialogo 107.* Alterum Ambrosius *de vitiorum virtutumque conflictu, vbi de inuidia.* Eminentiquè loco vix potest statio longæua perdurare. Et

Semel profecto premere fœlices Deus
Cum cœpit, vrget: hos habent Magna exitus.

Vt *in Hercul. Oeta. actu 3.* Seneca. *Quæ namque sunt diuitiæ, quas non egestas & fames & mendicitas à tergo sequantur? Quæ Dignitas, cuius non Prætextam, & Augurale, & Patricia, & sordes comitentur, & exportatio, & notæ, & mille macula, & extrema contemptio? Quod Regnum est, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nec magna ista internallis diuisa, sed hora momentum interest inter solidum & aliena genua,* vt alter Seneca, si alter est, *de tranquillitate animi cap. 11.* Etenim,

Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,
Vt maneat rapido firmius igne Iouis.
Nil ita sublime est, supráque pericula tendit,
Non sit vt inferius suppositumque Deo.

Vt Ouidius cecinit *Tristium lib. 4. Eleg. 9.* Quin *& sapè honor sæculi abiit antequam venerit. Quid enim sæculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint sæcula?* Diui Ambrosij sententia *in comment. cap. 4. Euangelij secundum Lucam, in illud: Dixit autem illi diabolus &.* Quo autem sublimior, eo magis ictibus, ruinæ, casibusquè fortunæ obnoxius.

Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio, quauis incertior aura.

Vt itidem Ouidius ait *lib. 4. de Ponto Eleg. 3.* ad amicum instabilem. *Si mobile conscendat elementum frequentioribus obnoxium sit periculis,* vt sat monstratum, Ratio ipsa, & Ambrosius idem *vbi proximè* persuadet.

Et subito casu quæ valuere ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Cræsi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracusia modo formidatus in vrbe,
Vix humili duram tepulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? Tamen ipse rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuique vito totus terrarum paruit orbis;
Indignus effectus omnibus ipse magis.
Ille Iugurtino clarus Cimbroque triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit;
In cæno Marius iacuit, carinaque palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda vito.
Ludit in humanis Diuina Potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

Vt bene pensat, discurritquè Ouidius *proximo loco.*

Liceat ergo mihi (cum Diuo Bernardo *sermone 2. de ascensione Domini, ad finem*) conclamare: *O peruersitas, ò abusio filiorum Adam? Quia cum ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum; ipsi & leniter ascendunt, & descenduns difficilius: parati ad Honores & Celsitudines graduum ecclesiasticorum, ipsis etiam Angelicis humeris formidandos.* Cumque Francisco Petrarcha *de remed. vtriusque fortunæ*, præcitato Dialogo centesimo septimo: *O vertigo morum pessima? Ad quod olim consueuerant cogi homines; inde hinc retrahi non possunt, & tam præceps feruet Ambitio, vt non Christianus pudor ac modestia videatur, sed ardor, & pernicacia pagonorum.*

Habent autem ignorantiæ, † delitiique potius sui Ambitiosi in periculis, & (quem adeo horrent) contemptu, mercedem. Qui dum altiora petunt, in profundum vilitatis merguntur. Opprobrium enim incutit Ambitio, vt textus inquit *in cap. Nullus itaque 1. quæst. 2.* Infamiam, vt Hermolao Barbaro Patriarchæ Aquilienſi *infamem Ambitum* dixit Angelus Politianus. Gregorius Magnus *lib. 30. Moral. cap. 11.* quod *Honoris Ambitus captiuos tenet.* Estque *crux ambientium,* vt eam Bernardus appellat. *de consider. ad Eugenium lib. 3. cap. 1.* eiusque relatione (etsi non allegatione loci) *Glossa in Extrauag. Execrabilis, Ioannis 22. de prabend. & dignit. verbo Ambitio.* Enim vero, *qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat?* assertore Gregorio ipso *epistolar. lib. 7. epist. 112. Sagrio, & aliis Episcopis Galliarum,* & ex eo textus *in cap. fin. 1. quæst. 6.* Chrysostomo etiam *Homil. 66. in Matha.* dicente: *Qui primatum quærunt, sibi ipsis dedecori sunt, ignorantes hoc se pacto in infima detrudere.* Idem ex Ambrosio, & Cicerone, sic *tract. crimin. lib. 8. cap. 21. num. 12.* tradit Tiberius Decianus: *Ambitiosi seruos se faciunt vt dominentur, semper anxij semper timidi, semper solliciti.* Ambrosij in id verba nectimus *proximen um. 13.*

Quare. *Relinque Ambitum, tumida res est, vana, ventosa; nullum habet terminum; tam sollicita est ne quem ante se videat; quam ne se post alium. Laborat inuidia, & quidem duplici.* Cte de Senecæ ita consulenti *epistola 84.* Magnus videri optas? *Ille verè erit Magnus, qui fuerit totius Ambitionis alienus. Dicente Domino: Quicumque voluerit inter vos Maior fieri, sit vester minister: & quicumque voluerit inter vos Primus esse, erit vester seruus.* vt S. Leo *epistola 55. ad Pulcheriam.* Prosequimurquè infra *dicto num. 13. & seq.*

Nec obtento quoque munere, votiquè compos, ipsius ambitus contemptum Ambitiosus euadet, quem non tegete Dignitas valet, sed illum potius, naralium, cæterosque defectus expandit, iuxta illud Horatij *Sermon. lib. 1. Satyr. 6.*

Qui promittit ciuibus, vrbem sibi cura,
Imperium fore, Italiam, & delubra Deorum:

Quo

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quo patre sit natus, num ignota matre, inhonestius,

Omnes mortales curare, & quærere cogit.

Quemquè vel sola indiscreta & frequens ad
12 Munera sui oblatio, † importuna petitio, rogatusque parant. Quid enim aliud magis ad contemptum ac despectionem, quam facilis, & ad manum, vt aiunt, sui copia prouocat? Ita siquidem natura comparatum est, vt plurimi desiderata, possessa parui fiant. *Naturale quippe vitium est, negligi quod communiter possidetur*, vt Imperator Theodosius inquit *in l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10.* vt *de benefic. lib. 3. cap. 30.* Seneca: *Quidquid domi est, vile est,* & epist. 70. *Vile videtur quidquid patet.* Inde *vicinum habent permissa fastidium*, vt *in Panegyri ad Theodosium* ait Pacatus, & *ardentius appetitur quidquid est rarius*, vt *epistolar. lib. 3. epistola aduersus Vigilantium* Hieronymus. *Vitroneas enim, aiunt, putere merces; & pretia facilitate decrescunt, quæ semper raritate maiora sunt*, ex Hieronymo ipso *lib. 2. epistolar. epist. 18. ad Demetriadem.* Ob id, *quod voles gratum esse, rarum effice*, consilio Senecæ *de benefic. lib. 1. cap. 14. Quia omnia præclara, rara*, secundùm Ciceronem *in Lælio*, & *Omne rarum, pretiosum*, secundùm Bernardum *epistola 1. ad Robertum nepotem suum.* Sicquè *rerum pretia de raritate pensamus*, communi experimento, ipsiusque Bernardi nota *Sermone de Beata Maria, super illud Apocal. Ioannis 12. Signum magnum apparuit in cœlo &c. col. 4. post medium.* In quem sensum illud *Regum 1. cap. 3. v. 1. Et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis lib. 2. cap. 4.* exponit Gregorius inquiens: *Quantum ad sacræ historiæ veritatem pertinet*, Pretiosum *pro* Raro *posuit.* Et Natura *eximia ipsa, raritate commendat*, testimonio Senecæ *epistola 42.* Inde *toleramus sæpè quod gratis offertur; perfruimur quod difficilius obtinemus: parui pendimus quod abundat, & quod deesse conspicimus, inhianter appetimus*, vt eleganter D. Petrus Damianus *epistolar. lib. 7. epist. 6.* Quia *semper abundantia contumeliosa in semetipsa est*, vt belle Tertullianus *de habitu muliebri cap. 7.* Sic *bona mundi non habita, in amore sunt; & plerumque habita vilescunt*, iuxta Gregorium *Moral. lib. 14. cap. 6.* Quoniam *vsu etiam pretiosa degenerant; quorum autem difficilis possessio eorum grata perfunctio*, veluti *de Elia & ieiunio cap. 9.* Ambrosius inquit. *Quidquid enim facilè percipitur, facilè quoquè in contemptum venit: quod autem suprà nos est, quo maiore difficultate percipi potest, eo etiam maiorem sui admirationem mouet: atque id omne quod desiderium nostrum fugit, cupiditatem exercet*, vt Gregorius Nazianzenus *Oratione 16. de pauperum amore*, in idem sic *Oratione 19.* recidens: *Quod difficilius expugnatur, studiosius atque ardentius appetitur.* Idquè adeò vt Petronius dixerit: *Nolo quod cupio statim tenere: nec victoria mihi placet parata.* Cuius meminit Annæus Robertus *rerum iudicatar. lib. 2. cap. 12.* Concinuntque Poëtæ. Seneca *in Hercule Oeteo actu 2.*

Illicita amantur; excidit quidquid licet.

Ouidius *Amorum lib. 2. Eleg. 19.*

Quod licet ingratum est; quod non licet acrius vrit.

Martialis *Epigram. lib. 1. Epigram. 41. ad Cæcilianum.*

Nullus in vrbe fuit tota qui tangere vellet
Vxorem gratis, Cæciliane tuam;

Et cætera quæ referre pudicitia vetat. Item *Epigram. 109. alias 22. ad Pudentem:*

Rara iuuant.

Bene id comprobans, & exornans. *Epigram. 118. ad Gallam:*

Satiatur amor nisi gaudia torquent.

Atque

Voluptates commendat rarior vsus.

Vt Iuuenalis *Satyra 11. in fine.* In idemquè Ouidius *dicto proximè loco:*

Quod sequitur fugio; quod fugit, ipse sequor.

Nam

Quod venit ex facili, faciles segnesquè tenemus;

Quod spe, quodquè metu torsit, habere iuuat.

Vt Propertius *lib. 4. de Hercule & morte Cæy.* Vtque alter:

Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Conducentia adduximus alia *hac eadem Rubrica Adnot. 7. num. 7. & 8.*

Male ergò sibi, † Gloriæ & Dominatui, 13
quem affectat prouidet Ambitiosus contemptui se infamiæ & miseræ seruituti submittens, quasi venalem se expositum habens. *Vt enim dominetur aliis, prius seruit, curuatur obsequio, vt honore donetur; & dum vult esse sublimior, fit remissior, cum in ipsa Potestate, quod præcellit, alienum sit*, vt belle Ambrosius *lib. 4. in Lucam cap. 4. in illud: Dixit autem diabolus: si filius Dei es &c. col. 3. post medium.* Insuper *illos qui ambitu obeunt capessendi Magistratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantum, verùm & contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum. Quas non ignobilitates vestium affectant? Quæ non atria nocturnis, & crudis salutationibus occupant? Ad omnem occursum maioris cuiusque personæ decrescentes, nullis conuiuiis celebres, nullis comessationibus congreges, sed exules à libertatis, & lætitia felicitate. Idque totum propter vnius anni volaticum gaudium.* vt disertè Ambitiosorum anfractus *libr. de Pœnitentia cap. 12.* describit Tertullianus. *Quis enim ambigat, eum, cum datur occasio, fauorabilibus Dominum sum verbis oblenire, vt eum blanda possit adulatione mulcere? Vtque eius animum capiat, quod sibi magis placet, callidus obseruator explorat. Oculis gliscit, gestibus inuenit festinitatem serenicordis: ore præstendit: pendet ad nutum, vt sic herile præceptum, tanquam Sybilinum, os Phœbi præstoletur Oraculum. Ire iubetur, & volat: stare præcipitur, Silicem repræsentat. Si Dominus fremet, iste sudat: si illi æstum, hic causa conquerituri: at si vel leuiter frigerat; hic necesse est tremefactis visceribus obrpescat. Si ille dormire vult; hic accediatur: si satur est, hic ructare cōpellitur. Sicque non suus, nihil aliud loquitur, nisi quod illi placere suspicatur*, vt pulchrè D. Petrus Damianus *Epistolar. lib. 1. epist. 3.* Similiter ex Poëtis adducimus infra *Rubrica 10. Annotat. vnica num. 6.* Vtque Innocentius

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tius III. *de contempta mundi*, *lib.* 2. *cap.* 26. Ambitiosus *Humilitatem simulat*, *Honestatem mentitur*, *Affabilitatem exhibet*, *Benignitatem ostendit*, *subsequitur & obsequitur*, *cunctos honorat*, *vniuersis se inclinat*; *frequentat Curias*, *visitat Optimates*, *assurgit*, *& amplexatur*, *applaudit*, *& adulatur*. latius vilem, miseramquè Ambitiosorum conditionem pingens. *Qui amictu clariore conspicuus fulgere sibi videtur in Purpura*, *quibus hoc sordibus emit vt fulgeat? Quos arrogantiâ fastus prius non pertulit? Quas superbas fores matutinus salutator obsedit? Quos tumentium contumeliosa vestigia stipatus clientiũ cuneis ante praecessit*, *vt & ipsum etiam salutantũ comes postmodum pompa praecederet*, *obnoxia non Homini*, *sed Potestati? Neque enim Moribus coli meruit ille*, *sed Fascibus*, iuxta Cyprianum *ad Donatum*. Hos *& inuidos*, *& contentiosos*, *& accusatores*, *& imprudentes*, *& calumniatores*, *& varia molientes*, *& prater decorem humiles*, *& seruiles*, *& arrogantes*, *& infinitis turbis plenos facit hoc vitium*, vt affirmat, comprobat, & demonstrat Basilius Magnus *in Constitut. exercitator. cap.* 9. Et vt vno verbo *Moral. lib.* 24. *cap.* 16. Gregorius: *Numerari culpa nequeunt*, *quae habendae Potestatis amore perpetrantur*. Quarum multas infrà *hac eadem Annot.* §. 5. *numero primo & sequentibus* recensemus.

14 Adeoquè indecorum & fœdum Ambitionis vitium, † vt Ambitiosis quoque ipsis sit exosum, eiusquè turpitudinem in aliis detestantes, in se ipsis celare conentur, continentes se honoribus, & muneribus auersos effingant. Namque *Ambitio mater hypocrisis*, *latebras amat*, *& tenebras*; *lucis impatiens est*, *Ambitio supurcum vitium*, *in imo iacet*; *videt tamen omne sublime*, *sed videri ipsa refugit*, vt disertè Bernardus *dicta epist.* 126. *ad Episcopum Aquitaniae*. Etenim (vt ipse idem ibi:) *Non adeò periit pudor à mortalibus*, *vt nuda*, *impudensque vel ab ipsis honoretur Ambitio*.

Exemplum sit, è multis, Tiberius Cæsar, quem tanta imperandi cupido inuaserat, vt per nefandam Posthumi Agrippæ, vnici Augusti nepotis, cædem, locum Imperio fecerit, ipsiusmet Augusti mentito iussu. vt *in Tiberij eiusdem vita* Cornelius Tacitus affirmat, *Annalium lib.* 1. *cap.* 2. ita detestabile factum referens: *Primum facinus noui Principatus fuit*, *Posthumi Agrippae caedes*, *quem ignarum*, *inermemque*, *quamuis firmatus animo*, *Centurio aegrè confecit. Nihil de eare Tiberius apud Senatum differnit*: *patris iussa simulabat*, *quibus praescripsisse Tribuno custodia appositum*, *ne cunctaretur Agrippam morte afficere quandocumque ipse postremum diem expleuisset*. Cædi caussam dedisse metum, ait, ne de Imperio Posthumus contenderet. Concors in relatione Tranquillus. Idem tamen Tiberius, vt se Imperio dignum populo, Senatuiquè redderet, remuentis imagine, Imperium, quod tantopere desiderabat, aliquandiu suscipere recusauit. Idquè adeò, vt *versa apud Tiberium preces*; *& ille variè differebat de magnitudine Imperij*, *sua modestia*, *solam Diui Augusti mentem tanta molis capacem*: *se in partem curarum ab illo vocatum*, *experiendo didicisse*, *quam ardnum*, *quam subiectum fortunae regendi cuncta onus*. *Proinde in ciuitate tot illustribus viris subnixa*, *non ad vnum omnia referrent*, *plures facilius munia Reipublica*, *societatis labores exequuturos*. At verò (vt Tacitus *cap.* 4. notauit) plus in oratione tali, dignitatis quam fidei erat, vt successus monstrauit. Nam cæteris Patribus illius desideria, captioneſquè tenentibus, ad lachrymas, & vota, vt Imperium solus susciperet, occurrentibus; *Dixit fortè Tiberius*, *se*, *vt non toti Reipublicae parem*: *ita quacumque pars sibi mandaretur*, *eius tutelam susceptarum. Tum Asinius Gallus*: Interrogo, *inquit*, Cæsar, quam partem Reipublicæ mandari tibi velis? *Perculsus improuisa interrogatione*, *paululum reticuit*, *dein collecto animo*, *respondit*. Nequaquam decorum pudori suo legere aliquid, aut cuitare ex eo cuius in vniuersum excusari mallet. *Rursus Gallus* (*etenim vultu offensionem coniectauerat*) Non idcirco interrogatum, *ait*, vt diuideret, quae separati nequirent; sed vt sua confessione argueretur, vniuersum esse Reipublicæ corpus, atque vnius animo regendum. *Addit laudem de Augusto*, *Tiberiumquè ipsum victoriarum suarum quaque in toga per tos annos egregiè fecisset admonuit*: *nec ideo iram eius leniuit*. Hæc Tacitus. Breuius seriem eandem *cap.* 24. sic Suetonius contexuit: *Principatum quamuis nequè occupare confestim*, *nequè agere dubitasset*, *& statione militum*, *hoc est*, *vi*, *& specie dominationis assumpta*: *diù tamen recusauit impudentissimo animo*, *nunc ad hortantes amicos increpans vt ignaros quanta bellua esset imperium*: *nunc precantem Senatum*, *& procumbentem sibi ad genua*, *ambiguis responsis*, *& callida cunctatione suspendens. Tandem* (subiungit) *quasi coactus & quarens miseram*, *& onerosam*, *iungi sibi seruitutem*: *recepit Imperium*.

Ita munera, Imperiumquè ambire indecens; fugere decorum, renuere honestum: ita appetere fœdum, rogare turpe; vilibus quoque vile, & contemptibile habitum. Quibus, vt contemptum nimia frequentia, † sponta- 15
neaque sui oblatione natum vitent: secessum, & renuentiam effingere, sic, personis mutatis, Ouidius consulit *Amorum lib.* 1. *Elegia* 9.

Sapè nega noctem
& iterum,
Surda sis oranti.

Et *libro* 2. *Elegia* 19.

Sapè fac insidias, *sapè rogata nega.*

Nescio enim quo pacto quo plus latent, *plus placent*: *& auidius inhiamus negatis*, vt Bernardus inquit *Sermone* 67. *super Cantica col.* 3. *ad finem*. Qua captandi arte Poppæam illam (vt impudicitia, fortunæ bonis celebrem) vsam, Cornelius Tacitus prodit *Annalium lib.* 13. cuius, inter alia, *sermo comis*, *nec absurdum ingenium*, *modestiam praeferre*, *& lasciuia uti. Rarus in publicum egressus*, *idque velata parte oris*, *ne faciaret aspectu*. Namquè *pulchritudo audita*, *nec visa plus desideratur*, *duobus stimulis cupiditatum*, *amoris & cognitionis*: *dum & nihil occurrit quod minus placeat*, *& plus putatur esse quod placeat*; *quod non iudex oculus explorat*, *sed animus amator exoptat*,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

exoptat, vt belle Ambrosius *de Virginib. lib. 2.col. 1.ad finem.* Tiberius quoque ante adeptum Imperium, post plurima tamen bello, pacequè fæliciter munia gesta, *tot prosperis confluentibus, integra ætate ac valetudine, statuit repente secedere, seque è medio quam longissimè amouere. Dubium vxoris ne tædio (quam neque criminari, aut dimittere auderet, neque vltrà proferre posset) an, vt vitiato assiduitatis fastidio, authoritatem absentia tueretur, atque etiam augeret:* arbitrandum Suetonius Tranquillus relinquit *cap.10.* sed affectatè id intendisse illius conditio, artesquè ambitiosæ supra memoratæ *numero præcedenti* suadent. Nos, qui colimus veritatem figmenta odimus, nil simulatione, omnia veritate, sincerequè peragenda curamus, hortamur paritèr Potestatem ex intimis præcordiis renuere, vel saltem non appetere. *Qua vt ministrari rectè valeat, oportet primum, vt hanc non cupiditas, sed necessitas imponat*, veluti Diuus Gregorius docet *Moral. lib. 24. cap. 16.* Sin aliter, *quicumque desiderauerit Primatum in terra,* † *inueniet confusionem in cælo*, 16
vt textus inquit *in cap. Multi sacerdotes 40. dist.* & comprobat eleganter Diuus Basilius Magnus *in constitutionibus exercitatoriis cap.* 17
24. At vero †

Neque abnuendum si dat Imperium Deus
Neque appetendum.

Vt Seneca *in Thyeste actu 3.* vtque Ausonius:

Nec affectans, nec detrectator honorum.

Quid ergo? Bonum est vti Potestate, studere Honori? Bonum si differatur, non eripiatur. veluti *comment. cap. 4. Euangelij secundum Lucam in illud: Dixit autem illi diabolus: si filius Dei es &c. col. 3. ante medium*, quærit, respondetquè Ambrosius. *Quando possumus scire, qui dignus est muneris Prefecturæ? Qui non conatur præesse. Nam qui præesse conatur, quidam Patrum eleganter expressit dicens: Sciat se non esse Prælatum, qui præesse cupit.* vt Patris laudatione *tom 4. quæst. 65.* suum expressit sensum Augustinus. *Sequi enim Gloria, non appeti debet*, sententia Plinij *lib. 2. epist. 8. ad Pomp. Saturninum, & lib. 5. epist. 15.* Pontio suo: *Debet iucundus esse honor, vltro datus. Quadam enim* (teste Vlpiano in l. 1. §. Proinde. D. de vari. & extraordin. cognit.) *tametsi honestè accipiuntur; inhonestè tamen petuntur.* Quædam etiam fugiuntur, & recusantur ineptè. *Etsi enim quies ex corde appetenda est: tamen pro multorum lucro aliquando postponenda*, vt D. Gregorius inquit *epistolar. lib. 6. epist. 4. Cyriano Episcopo Constantinopolitano.* Quod & D. Petrus Damianus *epistolar. lib. 2. epist. 12. ad finem*, sic comprobat, & hortatur: *Ipsa veritas per susceptionem nobis nostræ humilitatis ostensa, noctibus in monte orationibus vacat, die vero in vrbibus per miraculorum signa coruscat. Imitationis videlicet viam bonis Rectoribus ostendens, vt si iam summa contemplanda appetunt; necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur. Quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & quo benigne descendit ad infima, valenter currit ad summa.* Muneríque

sarcina propter charitatem suscipienda est, *cap. In Scripturis, 8. quæst. 1.*

Neque tunc ad contumaciam, † & pro- 18
terviam vsque resistendum, seu abnuendum munus, *& quod verecundè excusant, obstinatius non recusent*, vt *de consideratione ad Eugenium lib. 4. cap. 4.* Diuus Bernardus consilium præbet. *Ne aut peius quis quasi ex humilitate superbiat, si Diuina dispositionis ordinem fugiendo contemnat; aut eo ingum Superni Rectoris abiiciat, quo eum super cæteros priuatum regimen delectat*, vt Diuus Gregorius admonet *Moral. lib. 24. cap. 16.* & ex eodem alio licet in loco, similiter textus *in d. cap. In Scripturis, in fine 8. quæst. 1. Ne*, inquiens, *quem superna gratia elegit, sub humilitatis specie superbè contradicat. Ideo si credis Dei esse electionem, ne indigneris: illi enim indignaris, & aduersus illum irritaris.* Chrysostomo in simul consultore *in Act. Apost. cap. 1. Homil. 3. col. mihi 5. in fine.* Ne & iustam æterni, temporalisquè Principis indignationem, itamquè prouoces, & incurras, Moysis casu edoctus *Exodi 4. vers. 13.* qui post multas sibi à Deo muneris iniuncti excusationes; hanc quoque rogationem addidit: *Obsecro Domine, mitte quem missurus es.* Quid inde. *Iratus Dominus in Moysen.* Nevè damna Reipublicæ resarcienda (si quæ interim recusatione euenerint) tuo damno accidant † Ad ea enim hunc te- 19
neri, iuris extat dispositione sancitum *in l. 1. D. si tutor vel curator, vel Magistratus creatus appellauerit.* vbi sic Vlpianus: *Hi qui ad munera publica nominati appellauerint, nec causas probauerint: sciant ad periculum suum pertinere, si quid damni per moram Reipublicæ acciderit.* In idem *l. 2. & 3. C. si tutor ex falsis allegationibus excusatus sit, l. Imperatores §. 1. de appellat. l. 8. tit. 23. part. 3.*

Potestquè tanta esse electi necessitas, † vt 20
sub reatu mortali sibi delatum munus acceptare teneatur, secundum Archidiaconum *in cp. si electio, num. 2.* & Ioannem Andræam *num. 3. de elect. lib. 6.* Sylvestrum *verb. Episcopatus, quæst. 3. in fine.* Sanchez *in præcept. Decalogi, lib. 6. cap. 18. num. 31.* Huncque Diuus Gregorius *Cura Pastoralis p. 1. cap. 9.* admonitum reddit, vt *caueat ne acceptam pecuniam in sudarium ligans de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare est, præcepta dona sub otio lenti torporis abscondere.* Conueniuntquè similia *proœmiali epist. ad Lectorem* adducta.

Parum nobis in munerum oblatorum acceptatione suadenda, elaborandum, cum iam Ambrosij, aut Augustini pauci: multùm porro in ambitione dissuadenda, atque fuganda. Quod nullo aptius modo effici posse arbitramur, quam legibus illam prohibentibus, & pœnis in ambitiosos sancitis ante oculos positis: vt quos virtutis, & honestatis amor ad secessum, & continentiam non prouocat; pœnæ saltem formido ab ambitione detercat. An deinde precibus contracta ambitio eisdem, aut quibus subiaceat pœnis? An & quando excusabilis sit, sequentibus paragraphis videamus oportet.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DE LEGIBVS CIRCA Ambitum latis, & à quo tempore cœperint?

SVMMARIVM.

1 *Quia pro meritis dabantur munera, longo tempore post Romanam Vrbem conditam sine lege de Ambitu extitit ipsa.*
2 *Prima de Ambitu lex per Tribunos plebis lata.*
3 *Caius Petillius Tribunus plebis legem deinde tulit ad Populum, qua largitiones illorum, qui honores pecunia mercabantur, graui damno, & pœna multauit. Q. Copinus quod vini amphoram ei cuius suffragio Magistratum petebat, dono dedisset, Ambitus pœnas luit.* ibid.
4 *Cincius legem tulit Muneralem, qua grauissimis pœnis affecit eos, qui à quouis Candidato munus suffragij causa acciperent.*
Ne pecuniis in sinu reconditis Tribuum suffragia Candidati mercarentur: visum vt sine toga ad comitia descenderent. ibi.
5 *Paulus Æmilius lege de Ambitu lata munera suffragij causa multiplici pœna interdixit.*
6 *Lex deinde Calphurnia processit. Quidque circa id statuerit.*
7 *Quid Fania lex?*
8 *Marius quam in id legem promulgarit?*
9 *Quid Licinia, & Eubutia lex sanxerit.*
10 *Quid Marius aduersus Cottam Collegam, & Metellum Tribunum plebis?*
11 *Pompeius Magnus eos, qui Magistratus appeterent graui censura multauit.*
12 *Honores quondam adeo sine honore ambiebantur, adeoque exarsit Ambitio, vt inter populares Patrum procellas, & plebis certamina, turbulenta confusione, octo ferè mensibus sine lege, sine Imperio, sinequè Magistratibus vrbs extiterit.*
13 *M. Tullius, Diuus Iulius, Augustus, & Lucro seuera correctione ambitus illorum, qui largitionibus suffragia captabant, inhibuere.*
14 *Senatus consulto prouisum extitit, vt Candidati ante inita suffragia, nec conuiuentur, nec munera mittant, nec pecunias deponant.*
15 *Defenditur Alexander ab Alexandro à Tiberij Deciani morsu, in ipsumquè culpa vertitur.*
16 *Lex de Ambitu, qua hodie legis Iulia nomen retinet, à quo fuerit lata?*
17 *Leges etiam de Ambitu Honorius, Theodosius, Iustinianusquè sanxerunt.* & n. seq.
19 *Felicis recordationis Pius Quintus in ambientes officia iurisdictionis administrationem habentia, grauissimas continentem pœnas legem tulit.*
20 *Qualiter apud nos Regia leges, constitutionesque in id prouiderint?*
21 *Ambitus vitium ipsis qui postulant indecorum ac fœdum, qui impetrant graue; populis pernicioſum. Egregium, securum, ac liberum est nil petere.*
22 *Auctoris hortatio vt Ambitus longe propellatur.*

§. I.

OPeræpretium legentibus me facturum putarim, si Alexandri ab Alexandro relatione quæsito, maiori ex parte satisfaciam, proque incomptis meis verbis ipsius permutem: vt quod mea generare fastidium possent, tollant sua. Quæ *libro 9. dierum genialium cap. 17.* sic se habent.

Post Vrbem conditam, † *longo tempore nullam de Ambitu legem fuisse latam, multorum litteris proditum est. Scilicet quia in dandis Magistratibus, & conferendis Honoribus prisci Romani non largitionibus, & Ambitu, sed virtute nitebantur, propter res egregiè gestas domi, militiaquè meritos ciues Prætura, Ædilitate, & Consulatu, amplissimisquè Honoribus honestabant.* 1

Fulmina post ausos cœlum affectare Gigantes
Sumpta Ioui: primo tempore inermis erat.

Quemadmodum *Fastorum libro tertio* fabulatur Ouidius.

Prima lex † *contra Ambitus illorum, qui Magistratus appeterent per Tribunos plebis lata fuit. Quo tempore post Decem viros, Tribuni militum, Consulari Potestate Reipublicæ præfuere. Qua ne cui album inuestimentum petitionis causa quemquam adire liceret, cauebatur.* 2

C. deinde Petillius Tribunus plebis † *legem tulit ad Populum, qua largitiones illorum, qui Honores pecunia mercarentur graui damno, & pœna multauit: fuitquè seuerissima disciplina, & sub graui censura lex seruata. Qua Ambitioni & cupiditati obuiam sæpè itum est: ita vt inter exempla relatum sit Q. Coponium quod vini amphoram ei cuius suffragio Magistratum petebat, dono dederat, Ambitus condemnatum pœnas luisse.* 3

Cincius deinde † *legem tulit Muneralem, qua grauissimis pœnis affecit eos, qui à quouis Candidato munus suffragij causa, donove acciperent. Inde cautum vt in petendis Honoribus Candidati sine toga ad Comitia descenderent, ne pecuniis in sinu reconditis Tribuum suffragia mercarentur.* 4

Sed cum quotidie hoc malum serpere videretur magis, † *& Ambitus petentium coerceri oporteret; Paulus Æmilius Consul legem tulit ad Populum, qua ne quis suffragij causa munus dare liceret, multiplici pœna interdixit.* 5

Postea lege Calphurnia † *his, qui mercede corrupti, aut munere deliniti Candidatis obuiam isset, quique pretio illos sectarentur, aut si prandium ad captandos animos, aut quid muneris exhibitum foret, præter pœnas legibus constitutas, etiam pecuniaria mulcta dicta fuit.* 6

Id quod Fania lege † *cauebatur. Qua præfinitur numerus sectatorum prosequentium in Comitiis Candidatos, pœna adiecta si quis plures aduocaret.* 7

Quam

8 *Quam legem † Marius etiam in ſuo Tribunatu contra eos, qui Tribunum ſuffragia ambirent, ſeuerissimè tulit.*

9 *In tantumquè Ambitus Honorum inhibitus fuit, vt Licinia lex † & Ebutia non ſolum illi, qui de nouo creando Magiſtratu ad populum ferret, ſed nec ipſius collega, & affini curationem poteſtatemvè demandari, graui documento ſancierit.*

10 *Demum Marius † in Conſulatu denuo ita Ambitum exoſum habuit; vt aduerſus Cottam collegam, & Metellum Tribunum plebis legem promulgauerit: Ne quis largitione; aut donis Magiſtratum, Honoresve aſſequeretur.*

11 *Mox Pompeius Magnus, † cum vnicus eſſet Conſul, aliam pertulit, qua pernicax illorum cupido, qui Magiſtratus appeterent, grani cenſura multauit. Manſitquè diu Roma hac vita integritas, & obſeruantia diſciplina, vt procul ambitione, officium, & virtus pluris quam cenſus æſtimaretur.*

Vſque adhuc Alexander ab Alexandro. Qui exinde corruptius referens ævum (in quo ſine vllo pudore procedebat Ambitio, adeo vt ad rixas, † & ſeditiones vſque pro largitionibus ventum fuerit) tantam exarſiſſe Ambitionem addit; vt ex illius turbulenta confuſione, octo fere menſibus inter populares Patrum procellas, & plebis certamina, ſine lege, ſine Imperio, ſinequè Magiſtratibus vrbs exiſteret. *Donec M. Tullius, † & mox Diuus Iulius, deinde Auguſtus ne qua occaſio fraudi pateret, inter cæteras, quas tulerunt leges, ſeuera correctione Ambitus illorum, qui largitionibus ſuffragia captabant, inhibuere. Et deinde à Lucrone Tribuno plebis.* Tandem concludens: *Sed cum effrenata cupiditati nondum obuiam irent, corruptioneſquè ſuffragiorum nihilominus immodica fierent.*

14 *Senatus conſulto † prouiſum eſt, vt Candidati ante inita ſuffragia ne conuiuentur, nec munera mittant, neque pecunias deponant. Quibus editis legibus, & Senatu conſultis, vix tandem Ambitus illorum, qui Honores peterent, poſtquam diu peruagati ſunt, compreſſi ére.*

Ad tantum compeſcendum malum (vtinam compeſcerent illud) tot neceſſariæ leges. Eaſdem, aliaſquè longa ſerie Tiberius Decianus recenſet *tract. crimin. tomo 2. lib. 8. cap. 22. per totum.* Cuius frequentes

15 in Alexandrum ab Alexandro morſus, † ſæpequè repetitas incuſationes (quaſi ex căpite ſuo telata effingentem, cerritudine, & Auctoritatibus deſtitutum) non poſſum non mirari; cum vel certa eſſe, vel Auctoritatibus multis fulcita ſaltem, ex annotationibus ad eum facundiſſimi Andreæ Tiraquelli conſtet. Id præcipue quod *num. 16.* Decianus ſic calumniatur. *Refert itidem Alexander Genial. dier. lib. 3. cap. 17. Senatus conſultum factum vt Candidati ante inita ſuffragia ne conuiuentur, nec munera mittant, nec pecunias deponant. Cuius rei fides apud eum ſola ſit, cum nullum alium ſcribat Auctorem, neque vſpiam hoc legerim.* Ineptæ præſumptionis ſuæ mercedem Tiberij inſcitia in hoc (in cæteris eius æſtimatione ſalua) reportet, qui cum alibi id non legiſſet, tantum virum, & antiquitatum acerrimum indagatorem ſic carpere, morderequè auſus eſt: cum potius illi credere debuiſſet in dubio: nunc ſaltem eius fidem & agnoſcat, & diligentiam laudet. Quaſi enim ad litteram illud memorat Senatus conſultum, ſuaquè tempeſtate proximis Comitiis editum Plinius Iunior *epiſtolar. lib. 7. epiſt. 19. Nepoti ſuo* ita prodit: *Res multis agitata ſermonibus, proximis Comitiis honeſtiſſimas voces Senatui expreſſit.* Candidati ne conuiuentur, ne mittant munera, nec pecunias deponant. *Ex quibus* (addit) *tam aperte, quam modice fiebant: hoc tertium tanquam occultaretur; pro comperto habebatur.*

Leges item Ambitum prohibentes, † breuius licet, recenſet Iacobus Menochius *de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 5. caſu 401. à num. 12.* Quarum vltimam Octauianum Cæſarem tuliſſe inquit *num. 13.* quam hodie *legis Iulia de Ambitu* nomen retinere, Zazij, & Budei auctoritate confirmat. Tametſi Manucium exiſtimare dicat, legem hanc à Iulio Cæſare prolatam. Quod ex nomine conuenientius eſt, certiuſquè ab hoc conditam fuiſſe: ab illo (Octauiano ſcilicet) poſtmodo innouatam, confirmatamquè. Quod in cauſa fuit vt Sanctionem iſtam vtrique Hiſtorici tribuerint, vt ex Suetonio *in Caio Cæſare, cap. 41. & in Auguſto cap. 40.* deducitur, & Menochius *dicto loco* aduertit. Iulij autem primi conditoris vſque ad nos retinuit nomen, eiuſquè ſolum fit in iure mentio.

Honorius quoque, † & Theodoſius legem de Ambitu ſanxere *in Codice Theodoſiano locatam lib. 9. tit. 26. l. vltima.* non tamen vulgato Codice inſertam, & *l. fin. C. ad legem Iul. repetund.* Canonizatam *in cap. Sancimus, 1. quæſt. 7.*

Imperator etiam Iuſtinianus † *in Authen. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, §. 1. verſ. Quod non aliter, cum paragraphis ſequentibus, & §. Sic igitur, col. 1. & in Authent. Ius iurandum quod præſtatur ab iis qui adminiſtrationem accipiunt, §. Iure quoque.*

Fœlicis recordationis Pius Quintus † in Ambientes officia iuriſdictionis adminiſtrationem habentia, grauiſſimas continentem pœnas legem tulit anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoprimo, menſe Decembris. Cuius §. *ſequenti* facienda mentio eſt.

Apud nos † hac de re lex extat *2. tit. 5. lib. 3. noua Regia collectionis.* Scioquè poſtmodum varias Ambitum cohibentes prolatas ſanctiones, & recentius anno 1623. ne pluſquam per triginta dies in anno Ambientes in Curia eſſe poſſent; etſi fere à promulgatione ceſſatij.

Vtinam tot, tantæquè ſalutares leges † deprauatum Ambitus morem, vitiumquè perimerēt, quod omnis deflevit fletque ætas. Ipſisquè poſtulant, indecorum, ac fœdum,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

qui impetrant grauc, populis perniciosum. Antiqua cessauêre Comitia, non cessauit Ambitio. Leges in Ambitum sunt latæ, Ambitiosi pullulant.

22 Quod ergo non præstant leges, † quod non pœnarum metus efficit, non conuenientia euidens, Ambitione, & inani cupiditate excæcata, consequitur, consequatur Honestas, & tranquillæ vitæ proposita fœlicitas. Turpe prorsus spectare.

Nimeos ad frena Quirites.

De fossa in locutis, quos sportula fecit amicos. Vt & Iuuenalis expendit *satyra* 10. Sibi quisque consulat, quod prudenter Seneca *epist.* 118. Lucillo consulit: *Hoc est egregium, hoc securum, ac liberum nil petere, & tota fortuna Comitia transire. Quam putas esse iucundum Tribubus vocatis, cum Candidati intenti suis pendeant, & alius nummos pronunciet; alius per sequestrem agat; alius eorum manus oculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est: omnes attoniti vocem præconis expectant: stare ociosum, & spectare illas nundinas, nec ementem quidem, nec vendentem. Quanto hic maiore gaudio fruitur, qui non Prætoria, aut Consularia Comitia securus intuetur; sed magna illa in quibus alij honores anniuersarios petunt, alij perpetuas Potestates, alij bellorum euentus prosperos, triumphosque, alij diuitias, alij matrimonia, ac liberos, alij salutem suam, suorumque. Quanti animi res est, solum nil petere, nulli supplicare, & dicere: Nihil mihi tecum Fortuna, non facio mei tibi copiam. Aio apud me Catones repelli, vatinios fieri. Nihil rogo. Hoc est priuatam facere fortunam.* Magnum quidem hoc. Sed si perfectionis istius non ascendimus culmen; non saltem in ambitionis barathrum descendamus, continentiæ, & tranquillitatis potius amore, quam ambitus metu pœnarum. Quas tamen leuili animo proponimus. *Quoniam humana Ambitio nisi per metu damna non potest intueri, dogmate Cassiodori.*

DE POENIS IN AMBICIOsos constitutis, quamquè perniciosus sit in Republica Ambitus.

SVMMARIVM.

1 *Ambitus, & Ambitio vnde descendant? An idem significent? Vel in aliquo, & in quo differant?*
2 *Externos actus, non internos humana leges puniunt.*
3 *Ambitus multa leges strictè vetarunt, non tamen de omnium pœnis specificè apparet, nec quæ prior pœnas imposuerit, facile est discernere, nec differere necessarium. Tempori parcendum, nec conterendum in inanibus.*
4 *Lex Calphurnia quas in Ambientes statuerit pœnas.*
5 *Iulia qualiter in eos animaduerterit? quoque tempore fuerit lata? & num seq.*
7 *Lex Iulia de Ambitu quid caueris?*
8 *Iulius Cæsar (à quo lex Iulia de Ambitu dicta) deposita Prouincia spe Pontificatum maximum ambiuit, & profusissima obtinuit largitione.*
9 *Lex Iulia de Ambitu cessauit cum ad Principis curam, non ad Populi fauorem Magistratuum creatio pertinere cœpit: viget vbi populus, vel Ciuitas eligit. Quamque pœnam tunc in Ambientem statuat? Et an ipso iure incurratur? remissiuè.*
10 *Etiam vbi Magistratuum creatio ad Principem spectat, Ambitus committitur pœna, locumque habet si per suffragia electio fiat.*
11 *Theodosius qualiter Ambitum cohibuerit?*
12 *Qualiter Iustinianus?* & num seq.
14 *Qualiter Constant. Augustus.*
15 *Carolus Octauus Gallie Rex, quid circa hoc sanxerit?*
16 *Quid nostra Hispania lex.*
17 *Pius Quintus Pontifex Maximus qualiter in id cauerit?*
18 *Pretio munera ambientes Iustitia administrationem habentia, vniuersum ius destruunt, illiusquè subuertunt præcepta.*
Ambiens pretio munera ad quid ea visus sit ambiisse? ibid.
Dignores habent ad Reipublica munera allectionem. ibid. remissiuè.
Ambiens pretio munera an dicatur sacrilegus? ibi.

§. II.

AMbitus, † & Ambitio à verbo *Ambio* descendunt, idemquè significant: ni quod *Ambitio* dum in mente retinetur, *Ambitus* cum ad actum procedit, dicatur, secundum Laurentium Vallam *elegantiarum lib. 4. cap. 19.* & Leandrum Galganetum *de differentiis iudiciorum vtriusque iuris, lit. A. num. 62.* Eaquè ratione in Digestis, & Codice *ad legem Iuliam, de Ambitu* inscribitur, non de *Ambitione.* 1

Quod externos actus leges humanæ puniant, † non internos, *l. Cogitationis, 18. D. de pœnis, l. 1. D. quod quisque iuris; cap. Cogitationis, de pœnit. dist. 1. cap. Sicut, de simon.* cum aliis de quibus Nos *in Axiomatibus & locis commun. iuris lit. C. num. 75. & lit. E. num. 1.* Quod & Tironem Tullium, Marci Ciceronis libertum, sic Aulus Gellius *noctium Atticarum lib. 7. cap. 3.* dicentem refert: *Facta sola censenda, atque in iudicium vocanda: sed voluntates nudas, inanesquè neque legibus, neque pœnis fieri obnoxias.* 2

Eorum tamen nominum frequens est sine discrimine vsus, vnumque pro alio sæpè sumitur, vt *in l. fin. C. ad legem Iuliam repetundar.* Eisquè sic provt se occasio obtulerit, in præsenti vtemur. Vtque iam alibi, cum Ouidio *Fastor. lib. 1.* simili thesi dixisse recordamur:

Hac tibi dicta semel totis herentia factis,
Nec serienm rerum scindere cogar, erunt.

Ambitum itaque ad externum actum deductum multas cohibuisse leges, † strictèque vetasse; non tamen omnes imposuisse pœnas, aut non specificas apparere, ex relatis *paragrapho precedenti* deducitur. 3

A qua

A qua prius in Ambitos pœnæ emanauerint, latè differit Tiberius Decianus *tract. crimin. tom. 2. lib. 8. cap. 22. num. 1. & duobus seqq.* in hoc quoque maximè elaborat. Cuius rei disputationem (vt minime fructuosam, vt supervacuam) omittimus, tempori, & necessitati inseruientes, ab inutilibus temperantes, Ecclesiasticę obsequentes admonitioni *cap. 3. v. 14.* dicentis: *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter*, intemperantiam vitantes. Quia *plus scire velle quam sit satis, intemperantiæ genus est*, vt *epistola* 88. Seneca ait, vtquè bene iterum ibidem ad propositum nostrum: *Annales evolvam omnium gentium, & quis prima carmina scripsit quæram. Quantum temporis inter Orphea interfit & Homerum? cum fastos non habeam, computabo? Et Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit, recognoscam? Adeo mihi præceptum illud salutare excidit*: Tempori parce? *Hæc sciam, vt quid ignorem?*

Inter priores, quæ pœnas Ambitui imposuere, † lex fuit Calphurnia à C. Calphurnio Pisone Coss. & Marco Glabrione, anno ab vrbe condita 686. lata. Qua (præter alias pœnas, pecuniariamquè mulctam) cautum extitit, vt Ambitus damnati ab honorum omnium petitione excluderentur, vt ex Dione, & Tullio prodit Decianus *dicto cap. 22. num. 4. repetitquè eodem libro 8. cap. 25. num. 5.* ex Salustio, & aliis Petrus Gregorius *Syntagm. iuris vniuers. lib. 36. cap. 29. numero 26.* 4

Tullia deinde lex, † quam M. Tullius Cicero cum Antonio anno ab vrbe condita 690. promulgauit, cauêtem vt Senatores Ambitus damnati, aqua, & igni ad annos decem interdicerentur, vt est apud eundem Tullium *in Oratione pro Murena, & in Vatinium*, apudquè Dionem *lib. 37.* Deciano eodem *dicto c. 22. num. 8.* relatore, aduertente pariter *numero nono.* Polybium *in libro* quem *de Rerum public. gener.* scripsit, apertè significare, multo ante legem Tullian, & Calphurniam etiam, capitalem Ambitus pœnam fuisse, verbis hisce: *Pecuniis palam apud Carthaginenses Magistratus emuntur; quod Romæ capitali pœna vindicatur.* nullam tamen legem capitalem de Ambitu latam reperiri. Quod antiquiore Romanorum tempore inspecto, verum quidem erit: nouiori non vtique, vt infra *numero* 14. constabit. 5

De lege quoque Tullia † mentionem (diuersam licet) fecit Iacobus Menochius *de arbitrar. lib. 2. cent. 5. casu 301. num. 12.* decennalis nempe exilij. Quam etiam pœnam eâdem lege contineri, ex Dione *lib. 37.* idem ipse Tiberius *dicto numero 8.* tradit, *& cap. 25. num. 6.* scribente: *Lege Iulia cautum fuisse, vt eâdem pœna tenerentur, qui de* Ambitu *damnati fuissent, quam ij qui* Repetundarum, *videlicet decem annorum exilio.* In quam etiam pœnam eiusdem legis constitutione, & iisdem consentit Petrus Gregorius *dicto libro 36. c. 29. n. 6.* 6

Successit postmodum Lex Iulia de Ambitu, † qua cautum est, vt qui peraturus Magistratum, Prouinciam, vel Sacerdotium, turbam, suffragiorum causa, conduxerit, seruos aduocauerit, convictus veluti vis publicæ reus, in insulam deportaretur, auctore Paulo *sententiar. cap. 32.* Quam (vt prædiximus) Iulius Cæsar promulgauit, in se ipso expertus quot damna afferat, quam sit potens, & pernicioſus Ambitus. Quippe qui *depositæ Prouinciæ spe, † Pontificatum Maximum* petiit, *non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, Domum se nisi Pontificem non reuersurum, Atque ita potentissimos duos competitores, multumque & ætate, & dignitate antecedentes, superauit; vt plura ipse in eorum Tribubus suffragia, quam vterque in omnibus, tulerit*; sicuti *in Iulij ipsius vita* litteris Suetonius mandauit. *dib. 1 n. 13.* 8

Quam quidem legem, † suo tempore ea 9
tatione in vrbe cessasse Modestinus *in l. 1. D. ad legem Iuliam de Ambitu* dixit: *quia ad curam Principis Magistratuum creatio pertinet, non ad Populi fauorem.* Vigere autem in Municipio, aut Ciuitate vbi non Princeps sed Populus eligit, vt *ibidem* notat Accursius *verbo in Municipio*: tuncque centum aureorum, & infamiæ pœnam Ambitiosum incurrere. An *ipso facto*, vel *per sententiam* Decian. disputat *dicto cap. 25. n. 1.* Quam bene declarat Menochius legem *dicto casu 301. n. 13. & sequentibus.*

Notandum interim, pœnas in Ambientes latas, † tametsi Magistratuum creatio ad Prin- 10
cipem spectet, cum per suffragia fit electio, incurri, vt in secunda illius parte *dicta lex* prouidet, notat Salycetus *in rubrica C. eodem titulo*, & sequitur Bossius *in practica tit. de Ambitiosis, num. 1.* Estquè apud nos indubitatissimum.

Religiosissimus Imperator Theodosius † 11
eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione, vel pretio, sed probata vita solent testimonio promoueri, sanciuit *in l. fin. C. ad legem Iuliam repetundarum* iurare præcipens eos qui ad officia regenda veniunt, *se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos vnquam postmodum fore, siue per se, siue per interpositam personam, in fraudem legis, sacramentiquè, aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cuiuscumque contractus.* Seuerissime eos, qui per Ambitum ad honores ascendere tentassent puniens *in l. 1. de Ambitu, in suo Codice Theodosiano.* Ambitus quoque naturam sic declarans: *Et propriè ad Ambitum spectat, si quis ad illustrem palatij nostri ambierit dignitatem, atque ad eos honores ascendere ambitione tentauerit, qui non nisi probatis nobis viris nostro iudicio referuntur: cuiuslibet ille sit loci, ordinis, dignitatis, amissis bonis, & fisco nostro protinus vindicatis; deportationis mulctetur exilio, neque aliud interceptum, & perfectum esse arbitretur, cum pari sorte leges sceleris, quam sceleris, puniat voluntatem*, vt transcribit Decianus *dicto libro 8. cap. 22. numero 23.* miratus quod ad suas hanc non transtulerit Iustinianus sanctiones. Sed si eam ad litteram in suis

non reculit, ſubſtantia iuramenti formula effecit, neque in pœnis clementior extitit.

12 Iuramenti formulam † *in Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, §. ſic igitur, collatione* 1. ita præfinit: *Nil penitus, nec quodlibet ſe præbere, neque occaſione ſuffragij, neque patrocinij: & neque promittere, & neque prouincia profiteri dirigere, neque religioſiſſimis Prafectis, neque aliis cingula habentibus, neque eis, qui circa eos conſtituti ſunt, neque alteri cuilibet per occaſionem patrocinij: ſed ſicut ſine ſuffragio accepit adminiſtrationem, à publico percepturus annonas (has enim ſolas accipere eum ſinimus) ſic eam puris cuſtodire manibus, Deo, & Nobis pro ea reddituru rationem.* Per eadem ferè verba repetitur *in Auth. iuſiurandum quod præſtatur ab iis, qui adminiſtrationem accipiunt, §. Iuro quoque*, ſic iuramentum præſtare iuſſit: *Iuro quoque, idem iuſiurandum, quia nulla penitus neque dedi, neque dabo occaſione dati mihi cinguli, neque occaſione patrocinij, neque promiſſi, neque profeſſus ſum de prouincia mittere, neque mittam, neque occaſione dominici ſuffragij, neque famoſiſſimis Prafectis adminiſtrationem habentibus, neque iis qui circa eos ſunt, neque alij hominum vlli; ſed ſicut ſine ſuffragio percepi cingulum, ſic etiam purè me exhibebo.*

13 Pœnas autem & in præſtantes, †& in petio petentes ſuffragia *in d. Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, §. Igitur*, has cõminatur: *Sciat etiam tua Celſitudo* (Præfectum prætorio alloquitur) *& qui poſt te eaſdem conſcenderint ſedes, quia ſiue ipſi præſumpſerint accipere quidpiam ab iis, qui ad prædictas adminiſtrationes accedunt; ſiue proceres ipſi, ſiue etiam officium ſuum vltra ea quæ occaſione conſuetudinum, à Nobis eis definita ſunt (quæ ſcilicet ſufficere ſola putantes dare decreuimus) non in paruis pœnam fieri, ſed maximi quidem Iudices accipere aliquid præſumentes ab iis, qui ad adminiſtrationes accedunt, aut etiam permittentes ſuum officium tale aliquid agere, & nunciatum non emendantes: non ſolum quadruplum reddent totius quantum perceperunt: ſed etiam magnam indignationem ſuſtinebunt, & cinguli periculum formidabunt.*

14 Conſtant. Auguſti ſanctionem † *in l. 2. C. de murilegulis, & gynaciariis, lib.* 11. in certo perſonarum genere loquentem, Iudicibus aliiſque adminiſtrationem à Principe habentibus Doctores commodant, iubentem: *ſuffragiis abſtineant, per quæ memoratas adminiſtrationes adipiſcuntur, vel ſi contra hoc fecerint, gladio feriantur.*

15 Carolum Octauum Galliæ Regem † legem tuliſſe *anno* 1468. *art.* 68. Petrus Gregorius refert *dicto libro* 36. *Syntagm. iuris vniuerſi cap.* 29. *numero* 20. cauentem vt in iudicandi officij adipiſcenda poſſeſſione, illud adminiſtraturi iurarent ſe muneris habendi cauſa quidquam nec largiros, nec promiſiſſe quidem, pœna adiecta, vt ſi id commiſiſſe conuicti fuiſſent, vacantia haberentur officia, & impetrari poſſent à Principe. Quod poſtmodum miſerè in eo Regno fuiſſe inuerſum ipſe deplorat.

Legem & nos habemus † *ſecundam tit.* 5. 16
lib. 3. *noua Regiæ collectionis*, & electionis, & iuramenti præſtandi formam præfinientem pœnaſque in contrauenientes ſic deſignantem: *Mandamos que quando algunos corregimientos, ſe hubieren de dar en las ciudades y villas y lugares de nueſtros Reynos, ſe guarde la ſolemnidad de la ley ſuſodicha; y que el Corregidor ſea tal que cũpla a nueſtro ſeruicio y a la execucion de la Iuſticia, proueyendo al officio mas que a la perſona.* Hiſque qualitatibus ab ea requiſitis hanc adiicit: *que iure que no dio, ni prometio, ni dara, ni prometera cora alguna por razon del dicho officio à perſona alguna, ni de la renta del, ſo pena de perjuro, è infame, y de auer perdido el officio, y de no auer otro.* De cuius etiam iuramenti præſtandi obſeruantia in Senatu Mediolanenſi teſtatur Iulius Clarus *receptar. ſententiar. §. Simonia, num.* 4. *in fine.* In dieſque ſanctiones ambitum prohibentes, inquè Ambientes, & ſuffragia ob munera præſtantes imponentes exeunt, vt alibi meminimus.

Summus item Eccleſiæ Præſul Pius Quintus † anno 1571. in ſtatu eccleſiaſtico iuriſ- 17
dictionalia munera pretio Ambientes lege lata ſic cohibuit: *Nemini de cætero liceat mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum, & per interpoſitas perſonas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates & officia exercitium, & adminiſtrationem iuriſdictionis habentia procurare, aſſequi, vel obtinere: ac ſi quis his præſentibus contrauenire quoquomodo dici, aut cenſeri poterit: ipſum contrauenientem eo ipſo confiſcationis omnium bonorum, degradationis tam priuilegij Doctoratus, quam quorumcunque per eum obtentorum officiorum, tam ſecularium, quam eccleſiaſticorum, ac demum vltimi ſupplicij pœnam irremiſſibiliter incurrere volumus.* prout relator, traductorque extitit Nauarrus *in Manuali c.* 25. *n.* 7. *verſ. Admonemus*, vlterius conſtitutionis litteram proſequens, quæ maxime antiquiores pœnas Canonici iuris ſuperat, quod officij ita obtenti amiſſione mulctabat, & concedenti prouidendi negabat facultatem *in cap.* 1. *& 2. ne Prælati vices ſuas.*

Iure optimo in Ambientes pretio munera Iuſtitiæ adminiſtrationem habentia leges armantur, †pœnæ ſæuiunt; quippe qui vniuerſum ius deſtruunt, illiuſque ſubuertunt præcepta: quæ ſunt *Honeſtè viuere, Alterum non ladere, Ius ſuum cuique tribuere*, vt habet textus *in §. Iuris præcepta, inſtitut. de iuſtit. & iure.* Per ambitum enim & pretium eos qui Magiſtratus ſunt adepti non honeſte viuere ipſimet ſuadent, ad idque munera ambiiſſe, vt *aut eaſcelera qua prius commiſiſſe doceantur, occultent: aut alia deinceps poſſint impune committere.* vt in eos arguit Conſtant. Imperator, *in l. Ad ſplendidioris, 7. C. de diuerſ. officiis. lib.* 12. & vt Alexander Seuerus (ſicuti *in eius vita* Lampridius refert) *Neceſſe eſt vt qui emit & vendat*, atque expenſum cum vſuris & lucro etiam vſurarum deducat, vt pulchre conſiderat Iuſtinianus *in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, §. Innenimus, verſ.*

Cogitatio.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cogitatio, & paragraphis seqq. coll. 1. Vtque acutè Diuus Augustinus *tract.10.in Ioannem*, de tetertimo Simone illo Mago: *Simon ille (ait) ideo volebat emere Spiritum Sanctum, quia volebat vendere Spiritum Sanctum.* Similiter *Homil. 4. in Euangelia* D. Gregorius: *Simon Magus per impositionem manus edita miracula conspiciens, percipere donum Spiritus Sancti pecunia volnit: scilicet vt deterius venderet, quod malè comparasset.* Frequens id commune que vitium est. In quo singuli de Republica maximè læduntur. Tum ex iniqua Iustitiæ administratione (quid enim æque in Magistratu facete possunt, qui inique ad Magistratū ingrediuntur, quique sic grauiter in primo, vt aiunt, limine Iustitiam offendunt? Licet enim cesset in administratione offensio, quod ex dictis difficillimum est: attamen *Principatus quem aut seditio extorsit, aut Ambitus occupauit, etiam si moribus, atque actibus non offendit: ipsius tamen initij sui est pernicioſus exemplo. Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.* vt ex Sancto Leone *epistola* 87. *ad Episcopos Aphricanos per Mauritaniam Cæsariensem constitutos*, textus inquit, *in cap. Principatus*, 25. 1. *quæst.* 1. Similiter D. Gregorius, cuius verba *paragrapho sequenti, num.* 18. transcribimus :) Tum quia dignioribus ius auferunt, quod ad munera habent; iuxta latè deducta à Nobis *de priuileg. pauper. 1. p. quæst. 6. num. 22. & quæst. 7. à num. 2. cum seqq.* Vniuersa insuper damnificatur Respublica, munia hæc in virtutis præmia habens, quæ in fœdam emptionem, nefandum, ac sacrilegum lucrum (provt illud Ambientemquè sacrilegum Theodosius appellat *in l. 1. C. vt dignitatum ordo seruetur, lib. 12.*) conuertunt. In eoque illam intelligunt Nicolaus Boërius *in tract. de Auctoritate Magni Concilij, num. 40* & Azeued *in l. 1. tit. 5. lib. 3. noue Regia collectionis, num. 3.* Totum itaque ius labefactabant, lætales Reipublicæ existentes, vt professus est Lucanus *lib. 1.*

Lataliſquè Ambitus Vrbi.

Nocuamque adeo Ambitionem istam, & punitione dignam Petrus Rebuffus iudicauit *ad constitut. Gallic. tom. 2. art. 2. glossa vltima in fine*, vt diceret: *Forte non esset malum vt quicumque officium peteret, aut beneficium, inhabilis esset ad cætera officia, & collatio facta illi non valeret. Tunc virtus in pretio esset, nec essent tot malitiosi, & importuni, qui diuites nunc sunt; & virtutibus praditi, non ambitiosi negliguntur.*

VTRVM OFFICIA PVBLICA, Magistratus præcipuè, vendi, & emi queant?

SVMMARIVM.

1 *Iure positiuo publica officia, præcipuè Iustitiæ administrationem habentia, vendi non possunt*, & numer. 12. *Et an Princeps legibus eorum venditionem prohibentibus contrauenire possit?* & numer. seqq.

2 *Iure naturali, vel gentium an ea vendere Princeps valeat?* & num. seqq. vsque ad numer. 17.

3 *Iurisdictio an vendibilis sit?*

Iustitia cœlestis, & sanctissima res est, ibi.

5 *Quæ præcipua Principum, tributorumque constituendorum initio causa extiterit?* & numer. 7.

6 *Ipsi olim Reges iudiciis præerant, & Magistratus officium per se ipsimet exercebant. Quidque circa id gloriosissimi Principes nostri statuerint.*

7 *Quia ob plebis, populorumquè multitudinem, Iustitia ministranda vnus superesse non poterat; datum Principibus, necessumque fuit vt in oneris partem optimos quosque iudicandi peritos assumerent, de Fisci annonis eis mercede persoluenda.*

Debitor, & creditor eiusdem rei in simul quis esse non potest, ibi.

Rex Iustitiæ debitor dicitur. ibid.

8 *An Regum iudicandi officium à iure quoque Diuino ortum habeat?*

9 *Res transit cum sua causa, vel onere. Et dominium potest quis habere, & alienare non posse.*

Princeps quam à Populo officia dispensandi facultatem acceperit. ibi.

10 *Publica officia, & dignitates in id, secundario saltem, à Republica instituta, vt pro meritis quoque præmium accipiat: aliter electionibus factis, & Respublica damnificatur, & digniori ius auferetur.*

11 *Indubitabilius cum per suffragia fit electio.*

12 *Princeps an, & à quibus legibus positiuis, solutus sit?* & numeris seqq.

15 *Princeps legi contrauenies an eiusdem speciei peccatum committat, vt subditi alij contra illam peccantes?*

16 *Princeps an non solum de honestate, sed etiam de necessitate ad legum obseruantiam teneatur.*

Verbum Debet *necessitatem plerumque importat.* ibi.

Intellectus legi Digna vox, C. de legib.

Legi, Ex imperfecto, C. de testam.

Legi, Ex imperfecto, D. delegat. 3. & §. fin. inst. quibus modis testam. infirm. ibid.

Honestas naturalis pars est Iustitiæ potentialis. ibi.

Verba legis ad Honestatem relata an necessitatem inducant? ibid.

17 *Verbum* Videtur *fictionem & oppositum veritati denotare solet.*

18 *Ex venditione officiorum Iustitiæ administrationem habentium Reipublicæ infœlicitas prouenit: ex gratuita illorum promeritis distributione fœlicitas, & incrementum.*

Anaritia forensis pernicioſior & detestabilior, quam in solitudine latrocinia. Et

quare

quare? ibidem. ad finem.

Nemo vnquam Imperium flagitio quæsitum, bonis artibus exercuit. ibi.

20 *In necessitatis casu, vtque illi ob commune bonum Princeps subueniat, potest officia publica iustitia idonei, moderato pretio, vendere.*

21 *Res qualibet alienari prohibita ob necessitatem alienari possunt.*

Necessitas non habet legem, saltem humanam, facitque licitum quod non erat. ibi.

22 *In Hispaniam nostram dimidiam, quam vocant annatam, ab iis qui adiudicandi munera eliguntur, præstandam, necessitatem induxisse, cessaturamque necessitate cessante, existimandum.*

23 *Officia Iustitiæ solum executionem habentia licet vendi possint; pretio tamen aut precibus renunciari, transferrive Hispanica lex grauibus pœnis inhibet.*

§. III.

1 IVre positiuo † vendi, aut emi publica officia, Iustitiæ præcipuè administrationem habentia, non posse; pluſquam notum est, iuribus, & rationibus *in paragraphis præcedentibus* deductis, infraque repetendis. Num 2 iure naturali, seu gentium † ea vendere Principes queant, difficultas valida est, Theologos, & Iuristas affirmantes, & negantes habet. Affirmant, si digno venditio fiat, D. Thomas *in epistola ad Ducissam Brauantiæ, opusculo 21. dubio 5.* eumquè sequuti Syluester *in sum. verbo Dominus quæst. 4.* Tabiena *eodem verbo quæst. 11.* Caietanus *verbo Venalitas.* Armilla *verbo Officium.* Sotus *de iust. & iure, lib. 3. quæst. 6. art. 4. ad 2.* Nauarrus *in Manual. cap. 25. num. 7.* Cordub. *in summ. casuum, quæst. 117.* hisque relatis (cumque Baldo *in l. Barbarius, D. de offic. Prætoris,* & Geminiano *in cap. Prohumani, de homicid. lib. 6.*) Azorius *institution. moral. 3. p. lib. 8. cap. 7. in princ.* Dominic. Bañez *in 2. 2. quæst. 63. art. 2. dubio 6.* Petrus Binsfeld. *de Simon. cap. 38. q. 2. conclus. 2.* Valer. Reginald. *2. p. summæ. lib. 23. cap. 3. sect. 3. num. 38. & lib. 5. cap. 14. num. 257.* cumque aliis Sanchez *consilior. moralium lib. 2. cap. 1. dub. 37. num. 2.* & Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 21. num. 14. vsque ad num. 19. exclusiue.* Mastrill. *de Magistratib. lib. 1. c. 20. à n. 1.*

Rationem reddunt: quod huiusmodi officia temporalia sint, pretio æstimabilia, nec aliquid spirituale annexum habeant, sintque in Principis patrimonio, & humanis contractibus subdantur.

3 Negant, † etiam si digno venditio fiat (sequuto Adriano *in 4. de restitutione, quæst. quæ incipit: Ex his suboritur alia dubitatio.*) Salon *2. 2. quæst. 63. art. 2. controuers. 7. conclus. 1.* Medin. *in codice de Restitut. q. 4. de vsuris.* Villalob. *in summ. tom. 2. tract. 8. difficult. 6. n. 8. & 9.* Ludouicus Torres *in 2. 2. tom. 2. disp. 23. dubio 2. n. 5.* & alij penès Sanchez *supra n. 1.*

Ducuntur hi: quod Princeps istorum officiorum non tam dominus, quam dispensator, seu administrator existat, Reipublicæque voluntate dignioribus distribuenda sint, quam sequi Princeps tenetur: qua, cum veluti conditione in eum huiusmodi sit translata potestas, vt, & superiorum relatione, aduertit Antonius Diana *variar. resolut. tom. 3. tractat. 5. miscellaneo, resolut. 108. in principio.*

Iuristæ, qui hanc pariter sententiam tenēt, alio quoque argumento ducuntur: quod scilicet inuendibilis † Iurisdictio sit, vt pro- 4
bant textus *in cap. 2. ne Prælati vices suas, in cap. Præcipimus, 21. quæst. 2.* & notat Glossa *in cap. 1. verbo, Conferendi, eodem tit. ne Prælati vices suas.* Quatenus saltem non cum territorio venditur, sed sola transfertur: quia esset quodammodo Iustitiam vendere, quæ vendi nequit, *cap. vendentes, 10. in ordine 1. quæst. 3.* Cælestis enim est, *Psalm. 84. v. 12.* & sanctissima, *l. 1. D. de iust. & iure.* cuius ideo non datur commercium, *l. 1. §. Proinde, D. de var. & extraordin. cognit. l. si in emptione, 34. §. omnium, D. de contrahen. empt. l. inter stipulantem, 83. §. sacram, D. de verbor. oblig. §. sacra, instit. de rer. diuis.* Ita profitentur Hostiens. *d. rubr. ne Prælati vices suas*, Bald. *in tit. de pace iuram. firmand. in verbo feudor. c. 1.* quos sequuntur Angelus, & Iacobus de Beluis. *in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio, coll. 2. in princip.* Fauian. de Mont. *in tractat. de emptione, quæst. 4. princ. num. 11. vers. sexto quæritur.* Petrus Gregorius *Syntagm. iuris vniuers. lib. 36. cap. 29. num. 18. & seq.* contra hunc Gallicum morem improbans, Petrus Rebuff. *ad constitut. Gallicas, p. 2. tract. de salariis taxatis pro visitatione processus, glossa vnica, num. 11.* Ægidi. Bossius *in pract. tit. de Ambitiosis, num. 2.* Guil. de la Rouill. *de iustitia, & iniust. it. lib. 3. cap. 3. col. 8. vers. Et circa hoc.* Petrus Bellug. *in specul. Principis. rubr. 23. §. sed pone, num. 12.* Aluar. Valasc. *in praxi partition. cap. 13. num. 66. & 67.* cum Auendano *responso 9.* Boërio *decis. 149. numer. 3.* & aliis.

Quæ quidem pars alia etiam ratione fulcitur. Quia nempe præcipua † constituen- 5
dorum Principibus tributorum causa fuit, vt subditis iustitiam ministrarent, ab iniuriis vindicarent eosdem in pace, quietequè conseruarent. Eamque sic *de offic. lib. 2.* Cicero reddit: *Non apud Medos solum (vt ait Herodotus) sed etiam apud maiores nostros, iustitia fruenda causa, videntur olim bene morati Reges constituti: Nam cum premeretur multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem, qui cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituenda, summos cum infimis pari iure retinebat.* Plurimos in id recenset D. Ioannes à Solorzano *de iure Indiar. lib. 1. cap. 21. num. 59.* In specieque nostra D. Thomas *2. 2. quæst. 67. art. 7. vers. sciendum, & ad tertium.* Ferdinand. Rebell. *de obligation. iustit. 2. p. lib. 18. quæst. 20.* nouissimè Thomæ del Bene *de Parlamentis, dubitatione 7. sect. 1. num. 2. & 3.* Et hanc cur Christus Dominus noster *Matthæi 22.* dixisset: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari*, causam præbet Salas *de legib. quæst.*

quæſt. 95. tract. 14. diſput. 7. ſect. 1. num. 4. col. 3. verſ. Quinto probatur, ſcilicet *quia eos iuſtis legibus gubernabat, & ab hoſtibus defendebat.* Nam *neque quis gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt*, vt Cornelius Tacitus inquit *Hiſtor. lib. 4. cap. 18.*

Inde (quia *Regum officium eſt proprium* † *facere iudicium, & iuſtitiam*, vt Hieronymus *ſuper Hieremiam ad cap. 22.* & ex eo textus *in capit. Regum Officium, 23. in ordi. vigeſimotertio, quæſt. 5.* ait) *ipſi Reges olim iudiciis præerant, & illuſtre, ac venerandum Magiſtratus officium, ipſi per ſe exercebant* vt (ex Ariſtotele *lib. 3. Ethicor. capit. 7.* Scribit Annæus Robertus *rerum iudicatarum, lib. ſecundo, capit. 11.* Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. prima quæſt. ſecunda, numero primo* Conſtat Iudaici populi ad Samuelem poſtulatione libro 1. Regum. cap. 8. v. 5. *Conſtitue nobis Regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes.* Exodi 18. v. 13. *ſedit Moyſes vt Iudicaret populum qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam.* Regnum affectans Abſalon *lib. ſecundo Regum cap. 15. v. 4.* dicebat: *Quis me conſtituat Iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iuſte iudicem?* Salomon. lib. 3. Regum cap. 3. v. 9. *Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum Iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum. Quis enim poterit iudicare populum iſtum populum tuum hunc multum?* Vbi & illud ipſius celebre iudicium de duabus mulieribus eundem vnaquaque filium ſuum dicente, & poſtulante *a v. 16.* refertur ac concluditur, *Audiuit itaque omnis Iſrael* Iudicium, *quod* iudicauit, Rex, *& timuerunt Regem.* Ideo Dauid *Pſalm. 2.* Reges hortatur: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* Ierem. cap. 23. v. 5. *Regnabit Rex, & ſapiens erit: faciet iudicium, & Iuſtitiam in terra.* Iſai. 32. in principio: *Ecce in iuſtitia regnabit Rex, & Principes in* iudicio *præerunt.* Conſtatque aliis in Sacris litteris auctoritatibus, quarum nonnullæ *Rubrica 7. Annot. 3. n. 6.* referuntur.

Sic *Gentilium hiſtoriæ fere omnes, Reges, Principes, & Monarchas per ſeipſos iudicaſſe narrant*, vt verbis hiſce Petrus Gregorius affirmat *Syntagm. iuris vniuerſi d. lib. 36. cap. 19. num. 13.* Quorum multos commemorate inquit Athenæum *lib. 12. d. cap. 3. 4. 15. & 18.*

Medorum populus Deioci Phraotis filio, ob iudiciorum probitatem, ſe commiſit, vt Herodotus auctor eſt, à Petro Gregorio *proxime dicto loco* relatus.

Moſyncorum Rex in altiſſima domo ſedebat, & æqua multis populis dictabat, ea lege, vt ſi male iudicaret, illa die fame macerent, vt prodit Apollinius. Rodius *lib. 2. Argonaut.*

Midam, Gordij filium, Phrygiæ Regem ex ſella Regia ius dicere ſolitum, & eam poſt-

modum apud Delphos poſuiſſe, idem tradit Herodotus *lib. 1.*

Philippum Macedonum Regem, eiuſque filium Alexandrum Magnum in id, *vtriuſque in vita, inque Apophthegmatibus.* Plutarchus memorat. Quorum primus cum Macheræ cuiuſdam pro tribunali ſedens, cauſam cognoſceret, dormitanſque, ac parum iuribus intentus eum condemnaret, clamanſque damnatus, *Prouocare* diceret: & indignatus Rex *ad quem interponeret prouocationem* rogaret: *Ad te*, inquit, *o Rex, ſi expergiſcaris, & attentius cauſam audieris.* Secundus cum in cauſis capitalibus ſederet Iudex, accuſatorique alteram occluderet aurem: interrogatus cur id faceret: *Alteram*, ait, *ſeruo reo.*

Ageſilaum Lacedæmoniorum Regem, cauſas iudicaſſe, idem ipſe Plutarchus *in eius vita, Apophthegmatibuſque prodit.*

Cum Iulio Cæſare cauſam in iudicio audiente longum veteranus litigator ſermonem traxit, telatore Seneca *de benefic. lib. 5. cap. 24.*

Octauianus Auguſtus *ipſe ius dixit aſſiduè, & in noctem nonnunquam ſi parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domicubans.* Suetonio teſte *lib. 2. cap. 33.*

Veſpaſianus non Romæ tantum, ſed in cæteris ciuitatibus ius reddebat, vt eſt apud Philoſtratum *in vita Apollinij.*

Domitianus *ius diligenter, & induſtriè dixit. Plerumque & in foro pro tribunali ambicioſas Centurionum ſententias reſcidit*, vt *in eius vita capit. 8.* Suetonius refert.

Traianus pariter ſæpiſſime litigantes pro tribunali audiuit, cauſaſque decidit, vt Dion Caſius prodit, idem de Adriano eius in Imperio ſucceſſore affirmans. Valentinianum *audire in conſiſtorio negotia* ſolitum D. Ambroſius *Concione in illius obitu.*

De Græcorum Regibus, Athenorum, Medorumque idem tradit Bobadilla *in Politica libro 1. cap. 9. num. 4.* De aliis etiam mentionem facit M. Antonius Muretus *Oratione 12.* Id ipſum confirmans, viriliter ſuadet, & eleganter comprobat Marques *de Gubernatore Chriſtiano, lib. 1. cap. 19. §. 2.*

In iure mille ſunt loci in quibus Imperatores iudicaſſe lites, & controuerſias iudicio diremiſſe conſtat, *in l. Romanus, 28. D. de tutorib. & curator. datis, ab iis, in l. Mulier quæ, 22. D. ad S. C. Trebell. in l. Non putabam, 47. D. de condit. & demonſtr. in l. Æmilius, 39. D. de minorib. in l. fin. D. de iure fiſc. in l. 3. D. de his, quæ in teſtam. delentur, in l. Pedius 4. D. de incend. ruin. naufrag.* & alibi ſæpè.

Glorioſiſſimi Principes noſtri duos in hebdomada dies aſſignarunt, quibus litibus dirimendis pro tribunali cum Conſiliariis aſſiſterent, *in l. 1. tit. 1. lib. 2. ordinamenti,*

translata *ad legem primam tit. 2. lib. 2. nouæ Regiæ collection.* Ita sancientes: *Ordenamos de nos assentar a juicio en publico dos dias en la semana con los de el nuestro Consejo, y con los Alcades de nuestra Corte. Restos dias sean Lunes, y Viernes, & Lunes a oyr peticiones y querellas de los officiales de nuestra casa y otros, y quando este dia no nos pudieremos assentar por algun embargo que acaesca; assentarnos emos otro dia de la semana en emienda deste: y los Viernes a oyr los presos, segun que antiguamente esta ordenado por los Reyes nuestros predecessores.* Hacque, iudicandi causas, ratione suas lustrandi Prouincias sibi ipsis iidem obligationem imposuere, *in l. 3. dicto titulo, & libro ordinamenti, & in l. 5. ditto titulo, & libro nona Regiæ collectionis.*

Sed quia plebis, populorumque multitudini vnus superesse non poterat, † nec 7
frequenter (præ negotiorum Imperio occurrentium mole) Principibus ipsis iudicare licebat: datum eis, necessariumque fuit, vt sibi in oneris partem optimos quosque iudicandi peritos assumerent, quibus congruum de Fisci annonis stipendium, condignaque merces præstaretur laboris, *auth. vt Iudices sine quoquo suffragio sint, paragrapho Inuenimus, vers. Cogitatis, coll. 2. auth. Iusiurand. quod præstatur ab iis, §. Iuro quoque, collatione eadem, auth. de mandatis Princip. §. Festinabis, coll. 3.* vbi Iustinianus Imperator, obligationis suæ conscius, eique attentus Quæstori Palatij sui rescribens, eligendorumque sibi sociorum qualitates demonstrans; has duas nominatim designat: non Mediocrem quidem, aut bonum simpliciter, sed *Optimum* futurum eligendum, & qui stipendiis à Fisco datis contentus sit. *Festinabis etiam* (ait) *Consiliarium & quicunque fuerit circa te assumere Virum Optimum, & purum vndique, & contentum iis quæ à Fisco dantur.* Veluti in vniuersa Hispanica ditione dantur. Textus in hæc omnia bellus, *in l. 1. tit. 4. lib. 2. nouæ Regiæ collectionis.*

Ergo natura sua, de iure gentium officia hæc Iustitiæ administrationem habentia vendere Princeps nequit, cum eius officium sit per se, vel per sibi ad munus id ascitos, ius reddere, ob idque præcipuè à Populo stipendia sumpserit. *Ad hunc enim finem omnes redditus Regni instituti sunt, vt ex eis iustitia administretur, & Regnum defendatur.* vt, cum Luca de Pen. Afflict. Ilern. & communi, tradit Thom. del Bene *de Parlament. dubit. 7. sect. 1. num. 2.* & prædiximus supra. Ex quibus (cum omnibus ipse negotiis superesse non possit) constituere, soluereque Iudicibus mercedem cõdignam debet pro labore qui integer Principis humeris nitebatur, vt idem Hom. del Bene *proxime* notauit, *vers. Hinc Officialibus.* Tantum abest vt iure quoque gentium vendere possit, nouumve facere lucrum; vt sumptus potius de proprio, stipendiisque sibi præstitis facere debeat.

Neque id iure positiuo, aut Gentium, in- 8
ductum solummodo; sed Diuino † quoque non obscure monstratum coniector. *Numer. c. 11. v. 14.* vbi conquestus Moyses Domino quod tantum populum sustinere solus non posset: *Dixit Dominus ad Moysem: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint, ac Magistri, & duces eos ad locum Tabernaculi Fœderis, facieque ibi stare tecum, vt descendam, & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradamque eis vt sustentent tecum onnes, & non tu solus graueris.* Quod sic factum *v. 25.* refertur. Ecce qualiter de spiritu ad totius regiminis onus Moysi dato cum in alios partitur, distribuiturque labor, aufertur, & inter illius participes distribuitur, quin plus aliquid penes eum, quam pro sua portione ad regimen necessarium remaneat. Quo datur intelligi, ex facultatibus, seu tributis principio Regibus vt populum iudicarent constitutis, Administris in partem oneris ascitis, non pro pretio, sed pro dignitate, meritisque congrua stipendia præstanda: nec lucrum capturos inde Principes vnde patrimonij diminutionem, Partiti laboris ratione, quem soli sustinere debebant, sensuros. Repugnat siquidem natura debitorem ipsum debitum cui idemmet astrictus est, vendere posse, eundemque eiusdem rei debitorem & creditorem esse *l. Vrianus, 82. D. de fideiussorib.* cum adductis *in Axiomat. nostris, lit. D. num. 17.* & consequenter Principem iustitiæ administrationem vendere, cuius ipse debitor appellatur, vt, cum communi, Thom. del Bene inquit *de Parlament. dicta dubit. 7. sect. 1. n. 3.*

Ex maiori forsam stipendio Iudicibus designato, eorumque consensu huic argumento satisfieri posset, cum eo saltem modo, iustitiæ ministrandæ obligationi quoque satisfiat, si natura sua vendibilia hæc munera forent. Esto enim, quod tẽporalia sint, & pretio æstimabilia (cui assertioni opponitur ratio *supra num. 4.* assignata) adhuc in facultate ea vendendi difficultas superest. Cum non absolutam in Principem translatam etiam aduersæ partis sectatores fateantur, sed vt in præmium dignis, in Reipublicæ vtilitatem, non pro pretio dirioribus in publicum nocumentum, conferantur: cumque ea causa, & onere munera hæc dispensandi facultatem in Principem transiisse, in eiusque illa dominio, & patrimonio esse. Res siquidem † cum sua causa, & onere transit, *l. Is cui nouum, 23. D. de noui operis nunciatione,* 9
cum vulgatis. Neque repugnat *dominium habere, & alienare non posse,* sed bene datur, vt probant textus *in l. Non ideo minus, 66. D. de rei vendic. in l. Nemo, 11. C. qui testamen. facere poss.* postque Bartholum, Baldum, Imolam, Castrensem, Romanum, & alios, obseruant Peregrin. *de iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 171.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. 2. p. num. 5.* Augustin. Barbos. *in Pastoral. allegat. 114. num. 5.* Ioann. Garz. *de expensis cap. 13. num. 10.* Anton. Faber. *coniecturarium iuris lib. 7. cap. 20.* Andræ. Fachinæ *controuers.*

controuerſ. iuris lib. 9. cap. 35. verſ. ſed contrarium. Præcipue ſi (vt in caſu noſtro) ea cauſa, conditiouè extiterit, à principio *l. 3. C. de condict. ob cauſ. dator.* cum aliis. Quod nec Dominicus Bañez (contrariæ partis aſſertor) *2. 2. quæſt. 63. art. 1. dubio 6. verſ. Nihilominus* diffitetur, ſed affirmat *quod aliter Rex habet dominium iſtorum officiorum, quam Reſpublica. Nam Rex habet illud à Republica, ac ſubinde cum dependentia, & ſub certis legibus, ita videlicet vt diſpenſet illa non pro ſua voluntate, ſed ſecundum voluntatem ipſius Reipublicæ.* Licet id *concluſione ſecunda* contingere poſſe dicat, ſi dignis, pretio moderato, in communes vſus expendendo vendantur.

10 Cum autem in tali venditione digno facta, † digniore omiſſo, Reſpublica damnificetur, & dignioribus ius aufertur (quorum fauore, ſecundario ſaltem, vtque pro meritis quiſque præmium accipiat, à Republica inſtituta ſunt, eoque pacto formali, vel virtuali de digniore eligendo ſunt tranſlata, vt notat Dominicus Bañez *d. quæſt. 63. art. 2. dubio 6. concluſ. 3.*) dignioribus omnino conferenda eſſe, & vendi cõſequenter non poſſe videtur. Eaque ratione ſic defendit (præter iam relatos) Villalobos Caietano reſpondens *dicto 2. tom. tract. 8. difficult. 6. num. 8. & 9.* Cuius ſententia, ratioque fulcitur deciſione textus *in l. Ita vulneratus, 52. §. 1. D. ad legem Aquil. & in l. Non vt ex pluribus, 120. D. de regul. iuris.* Naturaliterque *male ſe res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pretio,* vt probè *de offic. lib. 2.* Cicero inquit: *Nam quis denique veneretur quod venditur, aut quis non vile putet eſſe quod emitur?* vt D. Gregorius *epiſtolar. lib. 7. epiſt. 115. Brunichildæ Reginæ Francorum.* Demitur virtuti præmiumque labori. Eoque iure dignioribus officia præſtanda poſitiua diſponentia iura ducuntur, quæ retulimus *de priuileg. pauper. & miſerabil. perſon. 1. parte, quæſt. 6. num. 22.* Quæ exornat, cum multis à ſe relatis, Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 2. cap. 1. num. 64.* & confirmant Bañez *dicta quæſt. 63. art. 2. dubio 6. concluſ. 1. & 2.* nouiſſime Diana *reſolut. moral. 6. p. tract. 6. miſcel. reſol. 2.* Rebell. *de obligat. iuſt. p. 1. lib. 3. quæſt. 4. num. 13.* Petrus Ala *de Chriſtiano, & Politico Decurione, cap. 16.* Idque ſub præcepto peccati mortalis, cum aliis quos adducunt, obſeruant Paul. Xammr. *de officio Iudicis & Aduocati. p. 1. q. 22. num. 10. & ſeqq.* Ioan. Petrus Fontanel. *deciſ. 212. num. 11. & 12* Miranda *in director. Prælator. tom. 2. quæſt. 5. art. 5. concluſ. 2.* aliique relati à Sanchez *conſilior. moral. cap. primo dubio 36. num. 9.* & Bañez proxime referendus.

11 Quod indubitabilius eſt † cum per ſuffragia fit electio, & munera hæc præſtantur, vt Theologorum & Iuriſtarum, cumque valida vtrorumque manu communem ſententiam dicit Antonin. Diana *reſolut. moral. p. ſecunda tractat. 17. miſcellan. reſolut. 67.* & proſequitur recentius late *part. 6. tract. 6. miſcellan. d. reſolut. 2.* Rationem reddit Bañez vbi proxime *concluſ. 3. in fine*, tum ob pactum formale, vel virtuale inter eligentes & Rempublicam de digniore eligendo; tum quia etiam cum ab vno, hoc eſt, à Principe, fit electio, hoc ordine fieri debet, *quia ſecundum quod vtilia ſunt Reipublicæ, & perſonis, etiam ſubiacent iuſtitiæ commutatiuæ*, vt *concluſione ſequenti, verſ. Ad ſecundum*, ipſe inquit.

Ex quibus de iure naturæ, vel gentium probabilius videtur munera hæc vendi non poſſe. De iure vero poſitiuo † prohibitam eorum venditionem, dubitat, vt diximus; nullus. Quia vero eius legibus Princeps ſolutus eſt, *l. Princeps legibus, D. de legib.* ea vendere Principem poſſe; ſunt qui dicant. Sed tamen nec Principem legibus eſſe ſolutum, neque eis poſſe contrauenire, in hoc præcipue caſu, multa ſuadent, diuerſique *dicit a legi Princeps legibus* ſignati intellectus. Exiſtimant enim aliqui non ſimpliciter Principem legibus ſolutum eſſe † neque ad omnes leges id axioma referendum, ſed ad caducarias ſolum, nempe Iuliani, & Papiniani. Ita cenſet Cuiacius *lib. 15. obſeruation. cap. 30.* Vaſquez *diſput. 167. cap. 1. & 2.* magis hanc ſibi dictæ legi, interpretationem placere dicens ex titulo ipſi inſcripto: titulum autem eſſe: *Idem* (ſcilicet Vlpianus) *lib. 14. ad legem Iuliam & Papiam*, vt refert Salas *de legib. quæſt. 96. tractat. 14. diſput. 14. num. 3. verſ. Alterum*, Quamuis non omnino placet Suarez *de legib. lib. 3. cap. 35. num. 27.* eundem quoque titulum referenti. Cui non conuenit liber meus. 12 13

Sunt qui putent † Principem legibus ſolutum eſſe in his, quæ ad ſolemnitatem pertinent. (iuxta *legem Ex imperfecto, 3. C. de teſtam.*) non in his quæ bonum publicum reſpiciunt, aut à iure naturali, vel Gentium proficiſcuntur, quia nec talem poteſtatem Imperatori Populus concedere potuit. Ita profitentur Corraſius *Miſcellan. c. 21.* & Ferdinand. Vazquez Menchac. *controuerſ. illuſtr. lib. 1. c. 26. n. 15.* cuiuſmodi caſus noſter, vt ex dictis conſtat, deindeque monſtrabunt. 14

Generaliter denique † Principem legibus adſtrictum, vt omnes alios, eſſe, quoad vim directiuam, grauiterque, vt cæteros, legem frangendo peccare, etſi quoad vim coactiuam ſit ſolutus, veluti qui ad legis obſeruantiam cogi non poſſit, tradunt D. Thom. 1. 2. *quæſt. 96. art. 5. ad 3.* Caiet. & Conr. *ibi*, D. Antonin. 1. *p. ſumme tit. 17. paragrapho 5.* Sylueſtr. *verbo Lex, quæſt. 14.* Sotus *de Iuſtitia & iure, lib. 1. quæſt. 6. art. 7.* Vazquez *d. diſput. 67. cap. 5.* Victoria *de poteſtate Ciuili, num. 21. & de poteſtate Papæ, & Concil. num. 7.* Couar. *in relect. cap. Alma mater, p. 1. §. 1. num. 15.* Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuileg. 146. num. 1.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 1. num. 10. cum ſeqq.* Auguſtin. Barboſ. cum multis, *in collect. ad cap. 1. de conſtit. num. 6.* Iacob. Granad. 1. 2. *controuerſ. 7. de legib. tract. 3. p. 1. diſput. 6. ſect. 1. num. 6.* 15

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Andr.Fachin.*controuerſ. iuris lib.* 1. *cap.* 11. multis id legibus & rationibus comprobans, multas etiam recenſet (licet non huic omnino ſententiæ acquieſcat) Salas *d.quæſt.* 96. *tract.*14.*diſp.*14.*ſect.*2.*num.*10. Suarez *de legib.lib.*3.*cap.*35.*num.*4. communem hanc & conſtantem affirmans, *legibus* nempe *adſtrictum Principem eſſe.* Quod verò *legem tranſgrediendo eiuſdem ſpeciei quam ſubditi peccatum committat*, ſic *numero octauo* tradit: *Dicendum igitur cenſeo Principem obligari ad ſeruandam ſuam legem proximè ab ipſamet lege, & ex virtute efficacia eius. Quod ita explicatur, quia tranſgrediendo illam, committit peccatum eiuſdem ſpeciei cum ſubditis peccantibus contra illam.* Nobis hac in re (aſſertionis huius rationibus omiſſis, quas ad longum citati referunt) meminiſſe ſatis, Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, ſupremum omnium Principem, circuncidi voluiſſe, *Non quod hac circumciſione egeret, qua in antiquis Patribus delebat originale peccatum, ſicut, Baptiſmus in nobis, nihil enim peccato originali per concupiſcentiæ vitium contracto debebat, quia ſine omni concupiſcentia carnali conceptus erat: ſed ne legem quam ipſe dederat, ſoluere videretur*, vt S. profitetur Bernar. *de Paſſione Domini, cap.*2. Diui quoque Iſidori ſententiæ *lib.*3. *de ſummo bono cap.*52. relatæ *in cap. Iuſtum diſt.*9. dicentis: *Iuſtum eſt Principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet; quando ipſe illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri ſuis nec in ſe conuenit poſſe damnare iura, quæ in ſubiectis conſtituunt. Iuſta eſt enim vocis eorum auctoritas, ſi quod populis prohibent, ſibi licere non patiantur.* Diui Ambroſij *lib.*2. *epiſtolar. epiſtola* 13. *ad Imperatorem Valentinianum*, eum ſic alloquentis: *Cum præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti & tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipſe cuſtodiat.* & Apolog. Dauid. poſterior cap. 3. *Non ſoluit Potestas Iuſtitiam, ſed Iuſtitia Poteſtatem: Nec legibus Rex ſolutus eſt, ſed ſi peccat, leges ſuo ſoluit exemplo.* Senecæ *de conſolatione ad Polybium, c.*26. affirmantis, quod *Cæſari quoque ipſi, cui omnia licent, propter hoc ipſum multa non licent.* & Regiæ legis 16. *tit.*1. *part.*1. quæ incipit: *Guardar debe el Roy las leyes.* Rationes pariter & ipſa nectit.

Ex quibus ad obſeruantiam legum Principem non ſolum de honeſtate, † ſed de neceſſitate teneri conſtat. Tum ex verbo *Iuſtum*, 16 diſtrictam iuſtitiam denotante quo prædictus textus vtitur: Tum ex verbo *Debe* in dicta Regia lege adiectum, quod neceſſitatem plerumque importat, *l. ſi Prætor*, §. *Marcellus, & §. fin. D. de iudic. l. Prætor in princ. D. de edend. l.* 1. §. *Qui magiſtratum, D. quod quiſque iuris*, Gloſſa *verbo Debent, in Clement.*2. *de ſtatu monachor.* plenè Auguſtin. Barboſ. *de dictionib. dict.*62. *num.* 1. *& ſeqq.* ſic *Ægypti Reges non ex voluntate, ſed ex Lege vitam priuatam agere*, Diodorus Siculus prodit *Rerum Antiquar. lib.*2. *cap.* 3. Nec de honeſtate, aut condecentia, ſed de neceſſitate, ex eo ibi, *veluti priuati tenebantur legibus.*

Deducitur pariter ex iis, ad neceſſitatem reducendas *leges Digna vox*, 4. *C. de legib. l. Ex imperfecto*, 3. *C. de teſtam. l. Ex imperfecto*, 23. *D. delegat.*3. §. *fin. inſtit. quibus modis teſtam. infirm.* Cum dictum *caput Iuſtum eſt*, dictaque *lex Regia* his conueniant, & præfatis verbis neceſſitatem importantibus vtantur, aliorum loco, quibus iſtæ leges vtuntur, quæ decorem, ſeu honeſtatem ſolum præſeferre videbantur. Præterquam quod in iure verba, ſeu diſpoſitio ad *Honeſtatem* relata neceſſitatem importare ſolent. Cum honeſtas inter iuris præcepta contineatur, *l. Iuſtitia*, 10. §. 1. *D. de iuſtit. & iure*, §. *Iuris præcepta, inſtit. eodem tit.* Et vt Sotus *de ratione tegendi, & detegendi ſecreti, membr.* 1. *quæſt.* 3. *verſ. Nihilominus*, ait: *Honeſtas naturalis pars eſt Iuſtitiæ potentialis.* Peccatum ideo mortale eſſe affirmans ſecretum reuelare, quod ex honeſtate naturali ſolum ſeruari debebat. Multa in prædictorum confirmationem Honeſtatiſque obligationem legalem, congerit Anton. Oliban. *de iure Fiſc. cap.*3. *à num.* 3. *cum ſeqq.* Quæ præcipue vrget cũ in cauſa ſua, aut circa res ipſius Principis ipſe diſponit. Qui ſi aliquid inhoneſtum eſſe dicit, vetare cenſetur omnino, *ex l.*2. *C. ne Fiſcus rem quam vendit euincat, libro* 10.

Vnde dictam legem Digna vox, & ſimiles proxime relatas, quæ *Honeſtatem* ſolum importare videntur, ad neceſſitatem reducendas, potiuſque probare dicendum: *Principem legibus eſſe adſtrictum*, neque ſolutionem traditam ab Azorio *inſtit. moral. tom.*1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.*1. §. *Porro*, probatamque à Ioanne de Salas *d. quæſt.* 96. *tract.*14. *diſput.* 14. *ſect.* 2. *num.* 18. eas nempe leges *de Honeſtate* loqui perpenſorum difficultatem euacuare, aut leuare pondus: aliis præſertim etiam legibus ſtantibus hanc Principis obligationem adſtruentibus, ſcilicet *l. Papinianus*, 8. §. *Si imperator, D. de inoffic. teſtam. l.* 4. *C. ad legem Falcid.* & ſit in quo dictæ legis Princeps legibus deciſio verificari poſſit, in vi ſcilicet coactiua. Ad idque reſpexiſſe videtur dicta *lex ex imperfecto*, 23. *D. delegat.*3. inquiens: *Ex imperfecto teſtamento legata, vel fideicommiſſa Imperatorem vendicare, verecundum eſt. Decet enim tantæ Maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur.* Non ſimpliciter dixit *legibus Imperatorem ſolutum*, ſed *Videri ſolutum.* Qui loquendi modus non tam veritatem, † quam fictionem, & oppoſitum veritati denotare ſolet, vt monſtrant Caius *in lege prima*, Paulus *in l. fin. D. de eo* 17 *quod certo loco*, Vlpianus *in l. ſcriptus*, 4. §. *Naturaliter, D. de religioſ. & ſumpt. funer. in l. ſi remunerandi*, 6. §. *Apud Iulianum, D. mandat. & in l.* 1. §. *Deieciſſe, D. de vi & vi armata.* Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de poſtliminio. reuerſ. & in auth. Sed iam, num.* 3. *C. de don. ante nupt.* Petr. Surd. *deciſ.*195. *num.*13. plene Barboſ. *de dictionib. dict.* 396. Ac ſi *videri ſolutum Principem legibus*, dixerit, *non tamen ſolutum verè eſſe.* Conducunt multa quæ congerit Simanc. *de Republ.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Republ. libro quarto, capite decimoquinto.

Nulla autem fere bene instituta Respublica est, nullus fere Princeps (quorum aliquos memorat Xamar *de officio Judic. & Advocati p. 1. quæst. 21. num. 2. & seqq.*) qui non lege cauerit, ac prohibuerit *ne Iustitiæ officia vendantur*, qui non meritis dari, ac distribui velit. Ex altero Reipublicæ infælicitatem, † atque euersionem; ex altero incrementum, &
18 fœlicitatem præuidentes. *Hoc enim omnino euenturum credimus* (Iustinianus inquit in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio fiant, §. Cogitatio) *Si Præsides gentium, quicunque ciuiles administrationes prouinciarum habent, puris procuremus vti manibus, & ab omni abstinere acceptione, pro illis solis contentos, quæ à Fisco dantur. Quod non aliter fiet, nisi & ipsi cingula sine mercede percipiant, nihil omnino dantes, nec occasione suffragiorum, neque his qui cingula habent, nec aly huiusmodi vlli. Considerauimus enim, quia licet quæstus immodicus imminuitur Imperio: attamen nostri subiecti incrementum maximum percipient, si indemnes à Iudicibus conseruentur, & Imperium, & Fiscus abundabit vtens subiectis locupletibus: & hoc vno introducto ordine, plurima rerum, & innumera erit vbertas.* Alitet *necesse est vt qui emit & vendat*, vt Alexander Seuerus dictabat. Cuius iam §. *præcedenti num* 18. mentionem fecimus, Simonisque Magi, qui ideo volebat emere Spiritum Sanctum, quia vendere volebat Spiritum Sanctum. Poptera Seuerus addebat: *Ego non patiar mercatores Potestatum quos si patiar, damnare non possum: erubesco enim punire eum hominem qui emit & vendit*; relatore Lampredio in eius vita. *Nam ipse quoque qui pretio ad Sacrum Ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus, sui radice vitiatus paratior est aliis venundare quod emit*, vt & *lib. 4. epistolar. epist. 50. Virgilio Episcopo Arelatensi* Diuus Gregorius arguit. *An certe non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat, & ita administrationem emit, non dat hoc solum quantum occasione adimuentum est suffragiorum; sed & aliud extrinsecus addit amplius occasione commodi administrationem aut dantibus, aut spondentibus? Et sic vno principio illicito dato, plurimas necesse est manus circuire eum qui donationem facit: & hoc non de suo forte præbere, sed & computare apud se, quia conuenit eum tantum ex prouincia percipere, quantumlibet quidem ei debita sortis; & vsuras, & damna pro mutuo. Computabit autem & in medio expensas largiores*, vt *proximè dicto loco* optimè considerat Iustinianus. *Quodque deterius est malum inde nascens* (eodemmet ibi Imperatore teste) *administrationes prouinciales ad hanc acceptionem respicientes, multos quidem reorum dimittunt vendentes eis delictum: plurimos autem innoxiorum condemnant vt noxios præstent. Et hoc non solum in pecuniariis causis agitur; sed & in criminalibus, vbi de anima est periculum.* Denique (vt ipsemet nectit) *Omnino vna quædam hæc est omnium occasio malorum: & accipere suffragium à Iudicibus, totius nequitiæ est principium & terminus. Quis enim* (addit) *sine periculo non furetur? Quis non latrocinabitur sine reatu ad administrationem respiciens? Nullo eos præsumente cum fiducia redarguere cum illi repente* Se emisse cingula *pronuncient.* Quid plura? *In latronibus est vtcumque aliqua scelerum verecundia, anias fauces, & desertas solitudines deligunt, & sic illic delinquitur, vt tamen delinquentium facinus tenebris, & nocte veletur: Auaritia palam sæuit, & ipsa audacia sua tuta, in fori luce abrupta cupiditatis arma prostitui. Inde falsarij, inde benefici, inde in media ciuitate sicarij, tam ad peccandum præcipites, quam impune peccantes. A nocente crimen admittitur, nec innocens qui vindicet, inuenitur. De accusatore vel Iudice metus nullus. Impunitatem consequuntur mali, dum modesti tacent, timent conscij: venennt Iudicaturi.* Hæc tantorum malorum causa, quam, conformis in eo Iustiniano, Diuus Cyprianus *ad Demetrianum* in medium summo iure, summaque ratione adducit. Quia *nemo vnquam Imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit*, vt verus asserror est Cornelius Tacitus *Historiar. lib. 1. pag. mihi* 559. Denique *quid per hoc aliud agitur, nisi vt nulla de actu probatio, nulla solicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui dare precium sufficerit, æstimetur*: vt D. Gregorius inquit *epistolar. lib. 7. epist. 112. Siagrio, & aliis Galliarum Episcopis.*

An non tanto malo † occurrere Principes de necessitate debent an non rationi, an non 19
legibus, quæ Ambitiosos fugant, persequuntur, & officiorum venditiones prohibent se subiacere patientur? Cum de auctoritate iuris Imperantium pendeat auctoritas; & *re vera maius Imperio sit, submittere legibus, Principatum*, vt Imperatores Theodosius, & Valen. dicunt *in l. Digna vox, 4. C. de legib.* Atque

Tunc obseruantior æqui
Fit populus: nec ferre vetat cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi.

Vt Claudianus *Panegyr. in 4. Consulatu Honorij.* An non cæteræ quoque rationes officiorum iustitiæ administrationem habentium venditioni obstant, & natura, vel iure positiuo, seu vtroque potius ea vendi non posse persuadent?

In casu porro necessitatis, † vtque illi in
commune bonum subueniat, posse Princi- 20
pem officia hæc idoneis, & moderato pretio vendere, tenent Lessius *de iustit. & iure lib. 2. cap. 32. dubio 4. num. 29. & seq.* Arag. 2. 2. *quæst. 63. art. 2.* Villalob. *in summ. tom. 2. tract 8. difficult. 7. num. 3.* & si id in officiis habentibus iustitiæ executionem, non administrationem, ipse concedat, Ioan. de la Cruz. *in Direct. p. 1. præcept. 7. quæst. 7. art. 2. dubio 10. conclus. 3.* Petr. à Ledesma *in summa tom. 2. tract. 7. de iustit. distribut. cap. 2. conclus. 16. col. 4. vers. De lo qual se sigue.* Qui hanc necessitatis vtilitatisque publicæ, præ duabus, dignitatis scilicet, & moderati pretij ad horum officiorum iustificationem, præcipuam causam, qualitatemque sic profitetur esse: *Con estas dos condiciones* (dignitatis, & moderati pretij re-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

latis) *particularmente con ladha vltima* (neceſſitatis publicæ vtque ei ſuccurratur) *el vender eſtos officios ſe puede iuſtificar , y hacerſe licito.* Conueniunt Salon.2.2. *tom.* 1. *quæſt.*63.*art.*2.*controuerſ.*8.*concl.*2. Silui. Tanner. Malder. Valent. & alij quos refert & ſequitur Antonin. Diana *reſolut. moral. tom.*3. *tract.*5.*miſcell. reſol.* 108. *verſ. Poteſt tamen*, Petrus Binsfeld. *de vſuris, cap.*38.*quæſt.*2.*concluſ.*5. Eſtque in id optima *lex* 8.*tit.* 1.*par.*2. *verſ. Mas el Rey.* Iſtæ enim circunſtantiæ, ſeu conditiones malitiæ ſpeciem, quæ aliter horum officiorum venditioni, iure ſaltem gentium , inerat (vt Villalobos *proximo loco num.* 1. & ſequaces dicunt) tollunt, & liciram venditionem reddunt, vt Ledeſma proximeque citati notant. Tum ex probabili ſeu præſumpta Populi voluntate, facultatevè, eo in caſu principio in Principem tranſlata , qui eo plane modo neceſſitate exiſtente , diſponere licite poterat , vt vniuerſi Doctores fa-
21 tentur : Tum † quia *inculpabile indicandum eſt, quod neceſſitas intulit*, vt dicunt textus *in cap. Ad limina*, 7. 30. *quæſt.* 1. & *in cap.* 1. 34. *quæſt.* 1. & propter neceſſitatem illicitum efficitur licitum, *quodque non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum*, vt inquit textus *in cap. Quod non eſt licitum*, 4. *de regul. iur.* id exemplificans. *Quoniam neceſſitas legem non habet*, vt textus perhibet *in cap. Sicut*, 11 *de conſecr. diſt.* 1. humanam ſaltem, vt vbi notat Gloſſa *verbo Neceſſitas* , 2. Multorum iurium , auctoritatumque exornatione comprobamus *in Axiomatib. iuris, litt. N. num.* 17. & 18. ob quam ab omnibus recepta & firma concluſio eſt : *Res quaſlibet alienari prohibitas alienari poſſe* , deducta ex Textu *in l. Sancimus*, 17. *verſ. Excepta videlicet cauſa, C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. ſicut omnino, cap. Aurum* , & *cap. Gloria Epiſcopi*, 12. *quæſt.* 2. Quam & proſequimur late *de priuileg. pauper. & miſerabil. perſonar. p.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 41. & *ſeq.*

Eamque in Hiſpaniam noſtram dimidiam,
22 quam vocant , annatam , † abiis qui ad huiuſmodi munera eliguntur perſoluendam , neceſſitatem induxiſſe cenſendum eſt ; eaque ceſſante , exactionem pariter ceſſaturam. *Vt ſic quod bellica neceſſitate turbatum eſt , pacis remedio reformetur* , Sancti Leonis vſurpatis verbis *in capit.* 1. 34. *quæſt.* 1. tranſlati , & *ex l.* 1. *in principio* , *C. de caducis tollendis.* Imperatori Iuſtiniani : *vt quod belli calamitas introduxit , hoc pacis lenitas ſopiret.* Cum Religioſiſſimi Principes noſtri non ſolum pecuniarium commodum ab officiis iuſtitiæ adminiſtrationem habentibus, ſed ab habentibus tantummodo executionem, vt *Alguacilargos* (quæ vendi poſſe cum Saliceto, Alberico, Baldo, & aliis, tradit Boſſius *d. tit. de Ambitioſis num.* 2. & conſentiunt communiter vtriuſque ſcholæ Doctores ſupra citati) lege auerterint, prouiderintque, *in l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 7. *nouæ regiæ collection.* Ferdinandus & Eliſabeth : *Que ningun officio de veintequatrias , Regimientes , Alcaldias, Alguacilaſgos , Fieles executores , o Iuradurias no ſe puedan vender, ni trocar, ni dar en pago, ni por otro precio, ni reſpeto de precio alguno que en los tales officios intreuenga , agora lo den las perſonas en quien ſe renunciare , o traſpaſaren; o otras por ellos directa, ni indirectamente*, iuxta prohibitionem *legis præcedentis*, vt *in hac* aduertit Azeuedus *numero* 6. Idem in ſuffragiis eorundem officiorum decernente : cum per oppidorum ſuffragia eliguntur, ac repetente : *Por manera que no intreuenga precio ni reſpeto de precio &c. Ni intreuengan promeſas , ni obligaciones de dar coſa alguna por los tales officios antes, ni deſpues de anidos, por parlabra ni por eſcrito.* Regias aliter confirmationes à partibus obtentas obediri, non exequi : nihilque pro talibus officiis datum, vel promiſſum, iurare iubet; contrauenientes pretij officij perditione, & alij pœnis ipſo iure damnat.

Poſt hæc ſcripta ad partes iſtas opera peruenerunt Cardinalis à Lugo (hanc exprofeſſo quæſtionem pertractantis *de iuſtit. & iure p.* 2. *diſput.* 34. *ſect.* 3. *per totam*) inqua non aliam regulam dari poſſe exiſtimat *numero* 27. quam ſi omnibus circunſtantiis, & qualitatibus (quas ſupra retulimus, & ipſe conſcripſerat ibi) penſatis, à graui damno venditione , Reſpublica illæſa remaneat ; aliter illicitam eſſe. Quo , eius iudicio, fere nunquam exiſtet licita, graui damno ſæpe , imo ſemper imminente, vt ex ſe patet, & ſuperiora monſtrant.

AMBITIO QVÆ PRECIbus contrahitur , an prohibita & punibilis æquè vt quæ pretio contrahitur ſit? Vel ſaltem illicita?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars comprobatur.* & numeris ſeqq. vſque ad numerum 5. *Ex quo ſuſtinetur contraria, & reſpondetur oppoſitis.*

4 *Venetorum conſuetudine num precum Ambitus permiſſus ? An punibilis ?* & numero 11.

5 *Pœna non niſi in caſibus à iure expreſſis irrogatur.*

6 *Precum Ambitus an licitus quondam extiterit. An expedierit?*

7 *Intellectus* legis finalis C. ad legem Iuliam repetundar.

8 *Dictio* Vel *quandoque pro* Saltem , *quandoque pro* Id eſt *accipitur.*

9 *Intellectus* legis fin. C. de crimine ſacrileg. *Magiſtratum in ea prouincia à qua oriundus eſt, non abſque ſacrilegij crimine quis deſiderat.* ibi.

10 *Intellectus* legis 8. tit. 2. lib. 7. nouæ Regiæ collection.

11 *Conſuetudo localis locum non excedit , nec extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam.*

12 *Precariam Ambitionem etſi leges non puniant, damnant : Honeſtas reprobat.* *Non omnia quæ licent honeſta ſunt. Quodque non vetat fieri Lex, vetat fieri Pudor.* ibi.

13 *Ambitioſum*

13 *Ambitiosum omne ius abhorret, & ab honoribus longe repellit.*

14 *Satis pœnarum in se Ambitio ipsa continet, quæ nunquam vita durante desinunt; sed semper, ac potentius in dies torquent: totque pœnas, quot crimina continet. Quæque ea sint?*

§. IV.

QVoad primam quæstionis partem affirmatiuè respondendum videtur. *Æquè* scilicet *prohibitam,* † *punibilemque Ambitionem, qua precibus, quam qua pretio contrahitur.* 1
Probatur primo ex textu *in l. fin. C. ad legem Iuliam repetundar.* vbi sic Theodosius Imperator: *Sancimus eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione, vel pretio, sed probata vita, & Amplitudinis tuæ solent testimonio promoueri.* Expende verba illa: *Non Ambitione vel pretio,* & comprobatam abunde forsam assertionem iudicabis: & æquè Ambitionem precibus contractam, vt pretio ad officij obtentionem damnatam, vtriusquè nominis, & disiunctiua *Vel* appositione. Ad idquè sic rectum hunc allegat Accursius *in l. vnica, verbo Contra hanc legem, vers. Sed quid si preces, D. ad legem Iuliam de Ambitu.*

2 Secundo, † ex textu *in l. fin. C. de crimine sacrileg.* vbi Ambitum sine pretio quoque Valentinus & Gratianus Imperatores grauibus his verbis damnarunt. *Ne quis sine sacrilegij crimine desiderandum intelligat gerenda, ac suscipienda administrationis officium.* Cuius malitiæ precum erit Ambitio iustitiæ gerendi munetis, cuius tantummodo desiderium crimine sacrilegij lex ista inuoluit?

3 Tertio, † ex iure nostro Regio, apertoquè textu *in l. 8. tit. 2. lib. 7. noua Regiæ collectionis,* ne officia publica precibus, aut pretio dentur, suscipianturvè, hisce verbis districtè inhibente: *Por manera que no intermenga precio, ni respeto de precio, ni soborno, ni Ruego de otras personas por intercessiony causa del que vbiere de ser eligido.*

4 Quarto, † probat Consuetudo (optima legum interpres, vulgatis iuribus, & auctoritatibus relatis à Nobis *in Axiomatibus iuris, lit. C. num. 165.*) quam apud Venetos vigere, vt etiam precibus munera hæc ambientes plectantur, multosquè ob id vidisse, audissequè damnatos, affirmat Tiberius Decianus *tract. crimin. 2. parte lib. 8. cap. 22. numero 35.*

5 Contrarium † nihilominus (non solum non æquè precibus, vt pretio Ambitum punibilem esse, sed nullo modo, generaliter saltem, & in omni casu) legibus castigari, verius est Quia pœna non nisi in casibus à iure expressis irrogatur, *l. At si quis impediat, 14. §. Diuus autem Marcus, D. de religios. & sumptib. funer.* in verbis illis: Pœnam tamen in eum statutam non esse. *Auth. de non eligen. secund. nubent. §. Cum igitur, vers. Nec eis maiores pœnas, coll. 1.* plene Menoch. *de arbitrar. l. b. 2. cent. 3. casu 276. per totum,* Farinacius *quæst. 18. num. 7.* ne alios in id referamus, quos reculimus *in Axiomat. iuris, lit. P. num. 47.*

Precum verò Ambitus † non modo prisc- 6
cis temporibus damnatus non extitit; sed permissus, receptusquè fuit: imò pulchrum, & decorum solum meritis precibusquè certari, id Candidatorum publicè Ambientium habitu, eiusquè candore denotante. Illumque Ambitum conuenientem fuisse ex Cicerone, Plinio, & aliis, ostendunt, firmantquè Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 401. num. 5. & seqq.* Tiber. Decian. *d. lib. 8. cap. 23. num. 2. & cap. 26. num. 4. 5. & 6.* Castillo *d. cap. 3. num. 71.* Quia (vt *Annali. lib. 11.* Cornelius Tacitus inquit) *virtutis id pramium fuerat cunctis ciuibus, si bonis artibus fiderent licitum petere Magistratum.* Quod & hodie cuttit inoffenso pede.

Cui non obstant assertioni relata aduersantia iura oppositaquè argumenta. Non pri- 7
mum † *de lege finali C. ad legem Iuliam repetund.* quæ non nisi Ambitum cum pretio, aut largitionibus inhibet: ad quod respexisse verba illa *Ambitione, vel pretio* decisio eius monstrat, quæ pœnam solum largitionibus munera ambienti imponit, & iurare præcipit, *Nihil pro munere assequendo datum, aut promissum,* precibus non vtique improbatis, aut punitis. *Ita sane* (inquit in decisione textus) *vt hi, quibus honores per Sedis tuæ, vel per Nostra fuerint electionem commissi, iurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis, neque dedisse quidpiam, neque daturos vsquam postmodum fore, sine per se, sine per interpositam personam in fraudem legis, sacramentiquè, aut venditionis donationisvè titulo, aut alio velamento cuiuscunque contractus.* Vbi prohibitio Precum? vbi harum damnatio, aut pœna?

Neque dictio illa *Vel* † disiunctiuè, seu 8
alternativè semper stat, sed quandoquè pro Saltem, (vt *in l. Testamento, 23. §. 1. D. de manumis. testament.*) vbi Glossa *verbo vel*, dictionem hanc in ea adiectam intelligit, vertitquè pro *Saltem in l. 1. §. Serui quoties, in fine, D. ad Senatus consult. Sillanian.* Quod & textus clarè monstrat, dum *quod vel voce oporteat seruos dominis auxilium ferre ostendit,* ideſt *Saltem voce*, vt & Glossa expendit *ibidem verbo Vel voce.* Quandoque declaratiuè pro *Ideſt*, vt dicunt Bartol. *in l. Vbi pactum num. 1. C. de transaction.* Curt. Iun. *consil. 145. num. 11.* Osasc. *decis. 89. num. 4.* Hieronym. Pottol *de consortib. eiusdem rei cap. 1. num. 65.* Menoch. *consil. 347. num. 19.* Barbos. *de dictionib. dictione Vel, 360. num. 5.* Vtraque autem acceptio pro declaratione stat nostra, vt præfata verba, *Ambitione vel pretio* ad Ambitum pretio, vel largitionibus contractum referatur. Quasi (secundum primam expositionem) dicat Imperator: ad honoris insignia promouendos non esse, qui ad ea ambitione *Saltem pretij* ascendere contendunt. Aut secundum alteram: Ambitione, *ideſt*, Pretio.

Non obstat secundum † *de lege finali C. de* 9
crimine sacrilegij, in cuius veluti specie non Ambitus damnatur simpliciter, sed illius qui in prouincia vnde oriundus existit, Magistratum

tum gerere desiderat. Quod sine crimine sacrilegij fieri non posse dicit: non sic dicturus Imperator si non inde oriundus munus desideraſſet.

10 Tertium † *de lege 8. tit. 2. lib. 7. nouæ Regiæ collectionis.* prioris argumenti solutionem recipit. Quia licet nec precibus renunciationes faciendas suadeat, iubeatque: non tamen nominatim precibus factis, vt pretio pœnas imponit. Quare in his necessitas; in illis Honestas versatur.

11 Quarto respondetur: † Tum memoratam consuetudinem localem esse, & sic locum non excedere, vt probant textus *in cap. Cum inhibitio, 3. de clandest. dispensat. & in cap. Certificari, 9. de sepultur.* Docetque (cum Oldrado, Romano, Dueñas, & aliis) Mascardus *de prohibitionib. conclus. 423. num. 12. & 13.* vbi quod consuetudo non extenditur de loco ad locum, neque de persona ad personam. Ita similiter August. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat. 62. num. 27.* cum Decio *consil. 483. num. 22.* Natta *consil. 555. num. 5.* Menoch. *consil. 163. num. 10. & de retinend. possess. remed. 3. num. 563.* Seraphin *decis. 1159. num. 6.* & Mascardo supra, nouissime Antonin. Diana *resolut. moral. 6. p. tract. 5. de consuetudine, resolut. 17.* Tum de contraria consuetudine apud Venetos eosdem attestati Menochium *de arbitrar. d. lib. 2. casu 401. num. 8.* Apud nos nil frequentius, vsitatius nihil.

12 Ast quod precariam Ambitionem leges non puniant; † non ideo non improbant, non Honestas non damnat, iuxta Callistrati responsum *in l. Eos, 12. D. de Decurionib. & eorum filiis,* Vlpiani *in l. At si quis impediat, 14. §. Diuus autem Marcus. D. de religios. & sumpt. funer. in l. 3. §. Non perpetua, & §. Diuus tamen Marcus, sequenti, D. de sepulchro violato,* & Alpheni *in l. Hæres instituendo, 12. D. de vsu, & vsufruct. legato.* Nec enim omnia quæ licent, honesta sunt, vt vulgatis iuris regula habet *in l. Non omne, 187. D. de regul. iur. in l. In causa, 17. §. Idem Pomponius, D. de minorib. & in l. 1. in princ. D. de aqua quotid. & æstiua. Propterea sæpè*

Quod non vetat Lex, hoc vetat fieri Pudor.

Vt *Troas actu 2.* Seneca ait: *Est sobria quædam, & quodammodo occulta Ambitio, molliens saltem cautè, etsi non castè,* D. Bernardus inquit *epist. 126.* Licet quidem hæc, sed nec expedit, neque Honestate ornatur. Quare

Non tibi quod liceat, sed quod feciſſe licebit
Occurrat, mentemque domet respectus Honesti.

Cum Claudiano Honorium hortante. Virtus pro intercessoribus sit, quæ sine tui ambitione ambibit. Quod & Plautus *prologo in Amphitruo* indicat inquiens:

Virtute ambire oportet, non fautoribus.

Non legibus precarius Ambitus nominatim punitus existit; sed nec à pœna † omnino immunis. A muneribus siquidem iuri Ambitiosi exosi longe quidem repelluntur iure, vt late *hac eadem Rubrica, Annotatione 3.* comprobauimus. Quibus Bernardum addimus *de Consideratione ad Eugenium, lib. 2. cap. 4.* dicentem: *Alius pro alio, alius fortè & prosè rogat. Pro quo rogaris, sit suspectus: qui ipse rogat pro se, iam iudicatus est.* Satisque insuper pœnarum in se ipsa continet Ambitio, † vt *ibidem* quoque fuse dicta demonstrant. Si non merita, sed Ambitio ad honores vehunt. 14

Sæuit in Auctorem prodigiosus honor.

Teste Claudiano *prologo libri 2. in Eutropium.* A semetipso primus sumit Ambitiosus pœnas: Quia

Exemplo quocumque malo committitur, ipsi
Displicet Auctori.

Prima hæc est vltio. Altera, quod mentem semel dominata Ambitio, non miteſcit, sed in dies acrius torquet, non saciatur obtentis, sed irritatur; aliorum desiderio, nec præsentibus fruitur. *Nunquam enim improbæ spei, quod datur satis est. Eo maiora cupimus: quo maiora venerunt: multoquè concitatior est auaritia in magnarum opum congestu collata. Vt flamma infinito acrior est vis, quo maiore incendio: aquè Ambitio non patitur quemquam in ea mensura honorum conquieſcere, qua quondam eius fuit impudens votum. Nemo agit de Tribunatu gratias, sed quæritur quod non est ad Præturam vsque perductus. Nec hic quidem satis est, si vnus est,* vt ait Seneca *de benefic. lib. 2. cap. 27.* Etenim *spes spem excitat, ambitionem Ambitio,* vt ipsemet *de vitæ breuitate* affirmat. Vtque de vita beata, cap. 2. *suspensa semper Ambitio.* Tot denique alias patitur Ambitiosus pœnas, quot in se crimina Ambitio continet. Quæ *paragrapho sequenti* prosequemur, vbi & hos insatiabiles appetitus resumimus. 19

AN ALIQVO CASV, ALIquavè ratione, etiam sine pretio honestari Ambitio possit?

SVMMARIVM.

1 *Mala ex Ambitione nascentia referuntur, ipsaquè describitur Ambitio.*

2 *Ambitio auaritiam nutrit, teterrimum in Iudicibus vitium.*

3 *Ambitio oculos Iudicum, vt auaritia, excæcat.*

4 *Tot in Iudice qualitates desiderantur, vt humilitate salua, nemo se tali muneri dignum, sufficientem, & aptum reputare valeat.*

Indignum, vel insufficientem se eo munere iudicans, illud procurando, grauiter peccat, & temeritatis crimine se inuoluit. ibi.

5 *An honeste munus quis desideret, non vt præsit, sed vt prosit? Et an si secundario & minus principaliter ob honorem, & fructus eius illud optet?* & num 7.

6 *Quid si manifesta necessitas immineat, nec adesset qui assumere vellet onus? aut idoneus non reperiretur?*

8 *Grauiter peccant Episcopi alios Episcopatus ambientes ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinet, vt de illis cognatis, & familiaribus suis valeant prouidere.*

9 *Vt*

Vt egestati, aut necessitati suæ quis subueniat, vtque decenter, pro statu sui ratione, viuere possit, si idoneum sit, neque aliter in legem peccet, licitè sæculare munus seu etiam Ecclesiasticum beneficiũ ambit.

10 *Rei ambitus quibus ex causis excusentur? remissiuè.*

§. V.

NVllo in casu, nullaque ratione, etiam sine pretio honestari Ambitionem posse
1 videtur,† cum semper in se vitium continere censeatur. Idque fateatur etiam qui virtutum causam esse solere dicit. Quintilianus *Oratoriar. instit. lib. 1. c. 3. Et licet ipsa* (inquiens) *vitium sit Ambitio, frequenter tamen causa virtutum est.* Quod vt primum verum, non ita secundum, de vera saltem, solidaque virtute. Aut enim quis ambit vt aliis excellat; & est superbus: aut vt potentia & dominatu valeat; & est Ambitiosus: seu vt laudem, & gloriam aucupetur; & est gloriæ cupidus: seu vt lucrum faciat; & est auarus: aut vltra vires suas publica officia, & administrationes affectat; & est arrogans, vt distinguit Azotius *instit. moral. tom. 1. lib. 4. c. 14. q. 1.*

Neque vitiosam solum Ambitionem esse, sed vitiorum originem, testatus est D. Bernar. *serm. 6. in Psal. Qui habitat, 90. col. 1. postmedium.* sic & Ambitionem describens, & ex ea nascentia mala enumerans: *Subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hyprocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutiũ erugo, tinea sanctitatis, & excæcatrix cordium; ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem.* Vnde *lib. 3. de consideratione ad Eugenium, c. 1.* ipse merito exclamat: *O Ambitio ambitiũm crux! quomodo omnes torquens, omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat; nil tamen apud miseros mortales celebrius negociis eius.* Hæc *potestatis Ambitio Angelũ fælicitate priuauit Angelica; scientia appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit*, vt idem ipse Bern. *serm. 4. de Ascensione Domini.* Quoniam *mens potentiæ auida nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessit.* vt S. Leo inquit *epist. 53. ad Anatol.* Etenim *cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est*, vt *Annal. lib. 5. c. 7. in fi.* testatur Corn. Tacit. *Et sæpè quos vitia nulla deflectunt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla anaritia subruere; facit Ambitio criminosos*, vt D. Ambros. *comm. c. 4. Euangelij secundum Lucam in illud: Dixit autem illi diabolus; si filius Dei es, & col. 3. postmedium.* Eamque inuidiam, contentiones, & rixas excitare, August. Romanorum exemplo, confirmat *lib. 5. de Ciuitate Dei. c. 21. & de const. Monast. c. 10.* Ambitionis mala, pessimasquè Ambitiosorum qualitates non tam proferre lingua, quam mens dignoscere valet. *Nimirum veritas est, quæ sedula suggestione reducit in mentem, quam sit in Ambitu frivola consolatio. Graue iudicium, vsus brevis, finis ignotus*, vt D. quoque Bernard. *sermone 6. super Psalm. Qui habitat* expendit. Multa decerpunt, memorantquè Innocentius Tertius *de contemptu mundi, seu de miseria conditionis humanæ, lib. 2. cap. 26. & 30.* Basilius, & alij, quos referunt Suarez *de Religione, tom. 4. tr. 10. lib. 6. c. 7. n. 4.* & Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi, lib. 6. c. 18. n. 16.* Inter quæ non inferiorem tenet Auaritia † locum (terrerrimum, in Iudicibus 2
præsertim, vitium, vt *de priuileg. pauper. & miserabil. personar. p. 1. q. 6. n. 10. cum tribus seqq.* ostendimus) quam Ambitio nutrit, veluti *in laudes Stiliconis Panegyr. 2.* Claud. cecinit.

Trudis Auaritiam, cuius fœdissima nutrix
Ambitio, qua vestibulis, foribusque potentum
Excubat, & pretiis commercia poscit honorũ.

Quæque *semper plus ambiens, eo magis fit insaciabilis, quo sibi amplius indulgetur*, vt textus inquit *in Extrauag. Execrabilis, Ioannis 22. de prabend. & dignit.* Vt enim *epist. 118.* Seneca rogat: *Cui affectio satisfuit, quod optanti nimium videbatur?* Quibus conueniunt ex eodem, aliisque *in fine paragraphi præcedentis* transcripta.

Quemadmodumquè Auaritiam † Iudicum 3
oculos diximus excæcare: sic & Ambitionem dixit textus *in cap. Quorundam, de electione. lib. 6.* Et eos Ambitione corrumpi, Consultus *in l. Ita demum, 36. §. 1. D. de recept. arbitr.*

Ergo nullo modo honestari Ambitionem posse, venit dicendum.

Quod alio, inuincibili pene argumento
conuincitur. † Quia videlicet aut Magistra- 3
tum ambiens eo se dignum iudicat, aliis meritis superiorem, nec alios esse qui vtilius præsint (quod ad ambitionis aliqualem cohonestationem congruit) & vanissimæ præsumptionis est, vt (ex Chrysostomo *Homil. 35. in Matth.* circa Episcopatum procurantem) arguit Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi, lib. 6. cap. 18. num. 30. solent viris virtutum huiusmodi prælatiæ se offerre* (inquit Cyprianus de Ieiunio & tentationibus, colum. 8. ante medium) *& testimonium religionis conscientia perhibente, cum ab aliis digni honoribus iudicentur, facile acquiescunt, & tam proprio quam alieno fascinati iudicio, à rectitudine corruunt, euersaquè cathedra mentis, humo; fractis ceruicibus colliduntur: repentequè, & subito quod multum erat partum sudoribus; Ambitione irruente, obliteratum est, & turbinis huius impetu anulsum est quidquid antiqua religionis labor meruerat.* Petinde *pateat nobis, quod sicut peremptoria est altitudo quæsita, ita & periculosa est oblata*, vt ipse subnectit *ibidem.* Quodque *si lucri spiritualis gratia hæc faciunt, laudandus est zelus, sed præsumptio corrigenda*, veluti *epistola 42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum* Diuus Bernardus inquit, *Quoties enim* (vt ipsemet *Homil. 1. super Missus est* expendit) *hominibus præesse desidero; toties Deum meum præire contendo.* Quapropter, *locus superior sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur, atque administretur vt decet; tamen indecenter appetitur*, vt D. Augustinus docet *de Ciuit. Dei lib. 19. cap. 19.* Tot enim in Iudice qualitates desiderantur, vt salua humilitate, nemo se ei muneri dignum, sufficientem, & aptum reputare valeat: Aut se indignum, vel insufficientem iudicat; & illud procurando grauiter peccat, ac temeratij crimine se inuoluit;

tot vndique pericula petens. Vt in Episcopo considerat Sanchez *memorato proxime loco*, & Suarez *de Religione tom.4.tract.10.lib.6.cap.7.n.7.* Eoque forsam respectu *desideratas rerum celsitudines absque peccatis ministrari non posse*, D. Gregorius professus est *Moralium lib.17.c.12.* Qua de re suo latius inferius loco.

5 Aliqui vero tum Ambitum honestant † cum Magistratum quis, munusvè desiderat, nō vt præsit, sed vt prosit. Tuncque illud honeste ambire (ex Plutarcho, Catone, Vticense, Cicerone, & aliis) tradit Bobadilla *in Politica lib.1.c.3.n.71.* Quod & illo robotatur Isaiæ *cap.7. v.8.* vbi interrogante Domino: *Quem mittam? & quis ibit Nobis?* se vltro Isaias obtulit, dicens: *Ecce ego, mitte me.* Et ex eo Pauli 1. *ad Timoth.* 3. in principio: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Isaias enim periculis, & laboribus potius se exposuit; quam dignitatem affectauit; *& prodesse proximis cupiens, officium prædicationis appetiit*, vt D. Gregorius notat *Curæ Pastoralis p.1.c.7.* Ad idque respiciens Apostolus notanter dixit: *Bonum opus desiderat.* Nam *opus quidē desiderare bonum; bonum est*, vt Chrysostomus inquit *d. Homil. 35. in Matth. & lib. 3. de Sacerdotio* in eundem ipsum Pauli locum: *Ego non operis ipsius, sed dominationis, ac potentiæ desiderium pestilens esse dixi:* eaque ratione: *Opus, non Dignitatem* Paulum prædixisse, Nicolaus Diui Bernardi Notarius *epistola 37.* ponderat. Apostolus enim *exponere voluit quid sit Episcopatus; quia nomen est Operis; non Honoris*, vt D. Augustin. *de Ciuitate Dei lib.19.c.19.* docet, ex Græco explicans.

6 Itaque semper damnatur Ambitio: tuncque solum Episcopatum, † Dignitatem, Munusvè optari seu peti posse, cum manifesta necessitas imminet, & non adesset qui assumere vellet onus, idoneusvè ad officium non reperiretur (ex D. Thoma 2.2.q.185.art.1.) Azorius tradit, *inst. Moral.p.2.lib.3.cap.28.q.2.* Sed *hic casus adeo extraordinarius est, vt cogitari potius valeat, quam timeri*, vt bene Suarius inquit *de Religione d.tomo 4.tr.10.lib.6.c.7.n.7.* seu cum *Opus* solum, laborquè desideratur; Dominatio fugitur, non quæritur Honor. Cauendum tamē & tunc ne lateat anguis in herba. Quia *tyrannica hac passio est, & nonnunquam eximios etiam viros perturbat*, teste Chrysostomo, *Homil.66.in Matth.* relatoreque Suarez, *vbi proxime d.c.7.n.1.* Qui quamuis hos casus licito bonoque desiderio *numero sexto* ascribat: non assueuerunt omnino loqui ausus est, sed sub *Fortè*, & dubitanter, *Quamquam enim* (ait) *appetere Prælationem propter excellentiam & potestatem, malum sit: at appetere illam propter fructum aliorum, & propter vigilias, & labores eius, non est ex se malum, imo potius habet speciem boni, dicente Paulo ad Timotheum 3. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Ex quo fit, vt procurare Episcopatum, si fiat ex moderato affectu, propter dictum honestum finem, & cum aliis circumstantiis debitis, non sit malum ex natura rei, & aliquando fortasse posset esse meritorium, si Episcopatus vel Prælatio multum haberet laboris, & parum honoris, aut temporalis vtilitatis; & ideo pauci vel nulli essent digni, qui illud acceptare vellent.* Subnectens postmodum quæ cum eo ex Chrysostomo proxime retulimus.

Sed absque vllo peccato † posse dignum 7
appetere Episcopatum, si principaliter appetat vt prosit, licet minus principaliter ob honorem, & fructus eius; affirmat Martinus Nouarius *consil.17. n.7. sub tit. de sentent. excommunic. in nouis*, eoque relato, August. Barbos. *de Episcopali munere tit.2.glos.1.num.10.* longiorique sermone confirmat *de Oratione Miscellaneo 37.num.6.cum sequentibus.* Vrget tamen adhuc pro contraria parte argumentum vltimo situm loco, *num.4.*

Grauiter autem peccare Episcopos † alios 8
Episcopatus ambientes, ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinet, vt de eis suis cognatis, & familiaribus valeant, vt ditiores fiant prouidere; ipse idem Nauarrus aduertit *de Oratione, Miscellan.42.*

Inter hæc itaque quid sequendum est, quid tenendum, nisi vt virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus nec coactus accedat? vt Diuus Gregorius consulit *Curæ Pastoralis parte 1.cap.9.*

Necessitas porro Ambitui excusationem 9
præbet, † si vt egestati, necessitativè suæ quis subueniat, vtque decenter pro statu sui ratione viuere possit, seculare munus, seu etiam ecclesiasticum beneficium ambiat. Quod licite tunc fieri, si idoneus existit illud procurans, neque aliter in legem peccet, docuit Glossa *in cap. Tuam, 10. verbo Nullum prorsus, vers. Istud credo, de stat. & qualit.* cumque Sylucstro *in sum. verb. Dignitas, n.5.* & Ioanne de Sancta Maria *in Politic. christiana cap.25.p.2.* Paul. Xamar, *de offic. Iudic. & Aduoc. p.1. quæst. 21. num. 50.* Et hunc appellari Ambitiosum nō posse, qui vt necessitati suæ succurrat, hæc idoneus appetit, ad eaque preces interponit notauimus etiam *de priuileg. pauper. & miserabil. personar. 2.p. quæst. 7. num. 18.*

Ex quibus præterea causis † rei ambitus 10
excusentur, agit Tiberius Decianus *tract. criminal. 2.p. lib. 8. cap. 26. per totum.* qui breuiter se expedit; sed non latiorem res postulat discussionem. Cui & Nos ideo parcimus.

QVAM TACITVRNVS ET tenax secreti Custos Iudex esse debeat?

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas, & modestia sermonis, omnino in Virgine desideratur.*
2 *Sermo est imago, & vultus animi.*
3 *Virtutes eorum qui in turba sunt, vt appareant, din luctantur, & vitia tenebras habent: Iudicum & Superiorum dicta, factaquè rumor excipit, & quasi marmore incisa, hominum memoria durant.*
4 *Iudex non nisi ponderosa, honesta, ac necessaria, vitaque inculpabili, quoad fieri potest, conformia, & in gratia sale condita proferre debet.*

Taciturnitas

Taciturnitas prudentiam, doctrinamque commendat: stultus verba multiplicat. ibi.

5 *Tardiloquum esse, in cæteris honestum; in Iudice necessarium.*

Quas patiantur pœnas, qui in Reipublicæ perniciem, contra fidem datam, secretum violarit? ibi.

6 *Aut non Hispanum, aut Hispani nominis, originis indignum se exhibet, & infima nota, qui secretum detegit.*

7 *Eximia virtus est, & facilis pariter consequutionis silere, secretumque seruare.* & num. seq.

9 *Merito graues Tantaleasque pœnas secreto infidus, garrulusque patitur.*

10 *Quæ ad earum inflictionem contra secreti istiusmodi violatorē probatio sufficiens sit?*

ANNOTATIO IV.

TACITVRNITATEM, † modestumque sermonem in Virgine maxime desiderari, plus notum, quam vt comprobatione egeat. Ab illa ideo abstinebimus, Augustini, Ambrosijque solummodo sententis, monitis querelatis, vt ad Iudicem continuo transitum faciamus. Ille enim *libro ad Sacras Virgines* ait: *Dominica Virgo ab omni inuerecundo sermone, vel risu debet se penitus abstinere, & cum silentio, & disciplina omnem vitam ornare.* Hic *lib. 3. de Virginibus* illud: *Hortus conclusus soror mea sponsa hortus conclusus, fons signatus*, ipsisque, huicque rei accommodat: *Ne facilè aperiat os suum, nec vulgari resignet alloquio.* Quod secreto patitet mirabilitet conuenit. Et *de institutione Virginis cap. 1.* vtrumque sic complectitur: *Virginitatis dos quædam est verecundia, qua commendatur silentio.*

2 Inter egregia pariter Iudicis † ornamenta (Virginalis Iustitiæ vultu informati) sermonis maturitas eminet. *Speculum enim mentis plerumque in verbis refulget*, vt *lib. 1. de Officiis cap. 18.* D. Ambrosius inquit. Namque *mentem hominis lingua pandit, & qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur*, ex ipsomet *epistolar. lib. 4.* epist. Floriano *Proferatque mores plerumque oratio, & animi secreta detegit.* Quintiliano teste, *Oratoriar. instit. lib. 11. c. 1.* Cum sit *imago animi*, vt ex Aristotele *in Rethor. ad Alexand. cap. de specie laudandi, & aliis*) tradit Menochius *de præsumption. lib. 2. q. 22. n. 2.* Et *fructus cogitationis*, vt Clemens Alex. *Pedagogi lib. 1. c. 1.* Consentiũt Celsus *in l. Labeo, 7. §. Id Tubero, D. de supell. leg.* Imper. Valerian. & Gabienus *in l. Reprehendenda, 6. C. de instit. & subst.* Iustin. *in l. General. 13. C. de non numerata pecun.* Scribentium, multitudo cumulata à Nobis *in Axiom. iuris, lit. V. n. 15.* Dicique vulgo solitum, & apud Græcos in prouerbium cessisse: *Talis hominibus fuit oratio, qualis vita*, Seneca prodit *epist. 117.* vlterius sic confitmans: *Non potest alius esse ingenio, alius animi color. Si ille sanus est, si compositus, grauis, temperans, ingenium quoque siccum, ac sobrium est. Illo vitato, hoc quoque afflatur.* Et post similia multa, ad Mæcenatis mores dilapsus: *Hæc verba* (inquit) *tam improbe structa, tam contra consuetudinem omnium posita, ostendunt, mores quoque non minus nouos & prauos, & singulares fuisse. Itaque* (post pauca concludens) *vbicumque videris orationem corruptam placere; ibi mores quoque à recto discussisse non erit dubium.* Iracundi hominis, iracunda *oratio est, commoti, nimis incitata: delicati, tenera & effluxa.* Nam (vt & diximus, & ipsemet *epist. 115.* ait) *Oratio vultus animi est*, vt similiter *epist. 6. ad Eutichen Constantinopolitanum Abbatem* Sanctus Leo: *Index animi est Sermo.* Vtque *de interiori homo, cap. 43.* D. Bernardus: *Vanus sermo vanæ conscientiæ est index. Mores hominis lingua pandit, & qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur: quoniam ex abundantia cordis os loquitur.*

Recte proinde ille ad quem cum afferetur adolescens vt ex vultu indolem coniecturaretur dixit: *Loquere, & cognoscam te.* Cuius meminere Baldus *in rubr. C. de testib. & attestation. n. 2.* & Tiraquel. *in l. Si vnquam, verbo Libertis, C. de reuocand. donationib. num. 18.* in id quoque (nescio an aptè) Euangelicum illud trahens: *Loquela tua te manifestum facit.* Superioris quidem dicti *floridor. lib. 1. in principio* Apuleius Socratem auctorem compellat. *Quis cum decorum adolescentem, & diutulè tacentem conspicatus foret*: Vt te videam, *inquit*, aliquid loquere. *Scilicet Socrates* (eius verba Apuleius expendens, ait (*tacentem hominem non videbat. Etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie, & animi obtutu considerandos.* Quia *sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius; sic verbum ex cogitatu cordis hominem* Ecclesiastici testimonio *cap. 27. v. 7.* Cuius propterea ibidem documento: *Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum.*

Iudex ergo † cuius *facta, dictaque rumor excipit*, etsi aliorum, *qui in turba, quam non excedunt, lateant, & virtutes vt appareant, diu luctentur, & vitia tenebras habeant*, experientia, & Seneca teste *de Clement. lib. 1. cap. 8.* cuiusque verba non tam decidunt, quam velut incisa marmore, hominum memoria durant: & vt qui in exemplum omnium oculis expositus est, vt *infra Rubri. 7. Adnot. 2. in princ.* latius comprobamus) summopere curet non nisi ponderosa, honesta, & necessaria solummodo verba proferre, moribus, & vitæ inculpabili, quoad fieri poterit conformia. *Eius oratio sit pura, simplex, dilucida, atque manifesta, plena grauitatis & ponderis, non affectata elegantia; sed non intermissa gratia*, ex Diuo Ambrosio *lib. 1. de Offici. c. 22. in fine.* Erenim *delectus rerum, & verborum habendus est, & pondera singulorum exhibenda & examinanda.* Quintiliani institutione *Oratoriar. institution. lib. 10. c. 3. Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ*, Iacobi Apostoli admonitione *epist. catholica c. 3. v. 13.* & Senecæ *epist. 38.* dicentis: *Concordet sermo cum vita.* In gratia sale sit conditus, iuxta Apostolum *ad Colossenses, cap. 4. v. 6.* Grauis ratiquè sermonis Christi Iesu Domini nostri exemplo, qui erat *in colloquio grauis, rarus, & modestus*, vt, inter alias eius eximias qualitates, hac describit, deque eis Imper. Tiberium Lentulus certiorem epistola

fecit, cuius meminisse Diuum Antonium *in Chronica* Eutropium, & Egesipum *libro de excidio Hierosolymitano* refert Ioannes de Cartagena *Homil. Cathol. lib. 11. Homil. 15. super illud Psalm. 44. Speciosus forma præ filiis hominum.* Quæ de re & Catonem Lucanus *de bello ciuili lib. 9.* merito sic collaudat.

Quam pauca Catonis
Verba, sed pleno venientia pectore veri?

Seneca tandem *epistola 40.* ita amicum instruit: *Summa summarum hæc erit: Tardiloquum te esse iubeo.* Epictetus *in Enchirid. cap. 38. omnes: Silentium sit plurimum.* Quod prudentiam, doctrinamque Sapientis ore *Prouerb. 10. v. 19.* ita commendat: *Qui moderatur labia sua, prudentissimus est.* & cap. 11. v. 12. *Vir prudens tacebit.* Namque *elinguis Philosophia vita contenta est*, vt Tertullianus affirmat *libro de Palio cap. 6.* Contra verò: *Stultus multa verba multiplicat*, testimonio Ecclesiastes *cap. 10. vers. 14.* frequentique Sanctorum Patrum, Diui præsertim Ambrosij longum in id elegantemque pariter Sermonem tractantis, *de Officiis lib. 1. cap. 2. 3. & 4.*

Vt autem in cæteris tardiloquum esse, honestum est: in Iudice † pœnitus necessarium. 5
Custos enim Iustitiæ silentium, vt D. Petrus Damianus inquit *epistolarum lib. 7. epist. 6.* & Isaias *cap. 32. v. 17.* prædixerat: *Cultus iustitiæ silentium.* Merito inde *Optimum, atque tutissimum rerum administrandarum vinculum* Valerius Maximus dixit *lib. 2. cap. 2. in principio.* Cuius violatio contra fidem datam, Iustitiam corrumpit, plectitur pœnis acerbis; *Proditoris* nomine violatorem fœdat, iuxta illud Regum lib. 4. cap. 6. v. 11. *Quare non indicatis mihi, quis proditor mei sit apud Regem Israel?* Et proditoris supplicio puniunt iura *in l. Si quis aliquid, 38. §. 1. D. de pœnis, in l. Omne delictum, 6. §. Exploratores, D. de re milit. in l. Qui testamentum, 41. D. ad legem Aquil. in l. 5. & 8. tit. 9. part. 2. in l. 5. tit. 4. lib. 2. noua Regiæ collection.* ad longum Farinacius *quæst. 113. à n. 204. cum seqq.* Quemlibetque etiam priuati secretum reuelantem *Proditoris* nomine insigniuit textus *in cap. Si peccauerit, 19. in ord. 11. quæst. 1.* Idque ipsum ex Diuo Thoma, & aliis obseruat Episcopus Campanil. *in Diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. num. 1.*

Ægyptij, & Persæ eos, qui Reipublicæ secreta pandebant, linguæ abscissione, & morte mulctabant, vt ex Diodoro Siculo, & Q. Curtio tradit Petrus Gregorius *de Republica, lib. 14. cap. 6. n. 6.* sequentibus quoque hac de re plene agens, plene item Simancas *eodem de Republica tractatu, lib. 7. cap. 13.* Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 5. à num. 19. cum seqq.* Ioannes Petrus Ala *de christiano, & Politico Decurione, quæst. 16.* Cabreros (florida ætatis, ingenij floridioris, maturitate cani) *in tract. de Metu, lib. 2. cap. 30. à numero 50. cum seqq.* Xamar *de offic. Iudic. & Aduocat. p. 1. q. 1. n. 76. & seq.*

Quibus nil fere addi potest, præter hoc vnum: Hispanum quidem non esse, † aut 6
indignum nominis, & Hispanæ originis fieri, qui secreta detegit. Siquidem Hispani *sæpè tormentis pro silentio rerum creditarum immorti. Adeo illi fortior taciturnitatis cura, quam vita celebratur*, vt Iustinus Historicus *libro 44.* in Hispanorum laudem litteris, memoriæque mandauit. Contra vero infirmæ esse homines notæ, qui secreta non retinent; Simonidis comprobat testimonio Sotus *de ratione tegendi, & detegendi secretum, quæst. 2. membr. 1. col. 7. in princip. vers. Et Simonides.* Equidem

Eximia est virtus † præstare silentia rebus. 7

Ex Ouidio *de Arte amandi, lib. 2.* ex Martiale *lib. 4. Epigr. 36. Mathoni:*

Res est magna tacere, Mathon.

Et Seneca de Moribus: *Magna res est, vocis, & silentij tempora seruasse.* Magna certe; at non difficilis, † sed laboriosa parum. 8

Qui minor est vnquam quàm tacuisse labor?

Meritas ergo patitur garrulus, infidusque 9
silentio pœnas, Tantali ad instar, cuius garrulitas celebre supplicium fecit. Quod probant, sic canit Ouidius *dicto libro 2. de Arte amandi:*

Quam bene quod frustra captatis arbore pomis,
Tantalus in media garrulus aret aqua.

Et iterum:

Quærit aquas in aquis, & poma fugientia captat.
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.

Ad legumque mensuram, pro facinoris qualitate. Recentior Regia nostra id huic tribuit speciale, † vt ad constitutarum pœnarum in 10
Iudices secreti violatores inflictionem, non ordinaria desideretur probatio, sed minus plena, singulareque sufficiant testes: quibus etiam deficientibus, inditiis & suspitionibus verisimilibus ad Iudicis arbitrium imponi pœnam posse, *lex 82. ex nouiter additis lib. 2. tit. 3. noua Regiæ collection.* decernit. *Teneamus igitur animæ constantiam nostræ, ne in offensionem labia loquendi festina prorumpant.* Vt *Psalm. 38. ab initio* maximè silentium commendans, Ambrosius ait.

QVO HABITV SEV CVLtu Iudex vti debeat?

SVMMARIVM.

1 *Virginali formæ Virginalis conuenit cultus: Eius excessus Virginitatis existimationem in discrimen trahit, læditque pudorem, sine quo non potest esse Virginitas.*
2 *Turpitudinis adeo in Virginem nimis comptam præsumptio vrget, vt ad eam elidendam, aliquando fuerit miraculo opus.*
3 *Nimius cultus multo longe viros, quam fœminas dedecet.*
4 *Viri gloriam perdit, qui nimio cultu formam captat fœmineam.*
5 *In quibuvis fœdus est nimius cultus; in Iudicibus turpissimus.*
Philippus Macedonum Rex quid de Iudice capillorum tinctura superbiente censuerit? ibi.

Apuleius

Apuleius Philosophus de crimine cultus crimine impetitus, qualiter accusationem diluerit ibid.

6 *Sordidum & agrestem cultum longe fugere Iudex debet decorum autem speciosum, & modeste grauem gestare, qui si non auget dignitatem, ornat.*

7 *Vt in nimis precioso, & nitido cultu superbia appareat: in sordido latet. Quia inanis gloria cum videtur contemni, quæritur.*

Æquè immodicè delicatus cultus vt sordidus, & contemptibilis damnatur. Iudicem qui dedecet. ibi.

8 *Regionis consuetudo præbet cultui modum. Quæque in non seruantem regionis morem præsumptio vrget?*

9 *Si in aliquam partem declinandum est; in tenuiorem cultum, decorum tamen, declinatio fiat.*

10 *Imperatoria, Iudicialisve Maiestas plus animo, ingenio, & moribus, quam splendido nimis apparatu, & cultu commendatur.*

Alexander Seuerus, Alphonsus Aragonum Rex, Rodolphus Austriacus, Ludouicus Secundus Rex Gallorum, & gloriosissimus Imperator noster Carolus Quintus, ad detractionem vsque, communi habitu, & moderato cultu vsi sunt. ibi.

11 *Habitus insanum demonstrat, vt & disertum prudentemque mutis vocibus clamitat. Et an peccatum pretiosarum vestium vsus sit?*

ANNOTATIO V.

1 atio 5. Cur sub irginis orma Iuitia pingar.

VIRGINALI formæ Virginalis conuenit cultus.† Namquè *virgo non esse tantum, sed & intelligi debet, & credi, vt nemo cum Virginem videt, dubitet an Virgo sit. Parem se integritati in omnibus præstet, nec bonum corporis Cultus infamet,* iuxta Cyprianum *de discip. & habitu Virgin.*

Talis erat Cultu facies, quam dicere verè
Virgineam inpuero, puerilem in Virgine posses.

vt Athlantæ laudationem ex simplici Cultu ad Virginitatem, ex Virginitate ad cultum argumentum diserte compegit Ouidius *Metamorphos. lib. 8. fabula 4.* Cuius excessus Virginitatis existimationé in discrimen trahit, læditque pudorem, qui *indiuiduus debet esse Virginitati, sine quo non potest esse Virginitas,* Diui Ambrosij testimonio *de Virginib. lib. 1. col. 2. ad finem.* In quod sic de duabus diuersorum morum sororibus cecinit Ausonius.

Delia nos miramur, & est mirabile, quod tam
Dissimiles estis tuquè sororquè tua.
Hæc habitu casto, cum non sit, casta videtur:
Tu, præter cultum, nil meretricis habes.
Cum casti mores tibi sint, huic cultus honestus;
Te tamen & cultus dãnat; & actus eã.

Cuius iam *de priuileg. miserabil. personar. 3. p. quæst. 3. num. 47.* mentionem nos feeisse recordamur, aliaque inibi ad id retulisse; quę ideo missa facimus, quæque apud Tiraquell. videri poterunt *in l. 3. Connubiali*, præsertim *à num. 8. cum seqq.* & apud Roycium Maureum *decisione Lituanica 3. à numero 36.* pulchrè hac de re *sequentibus* quoque agentem. Nobis satis, leuiter id pertingere, Archidami dicto, factoque relato. Cui cùm Dionysius Siciliæ tyrannus splendidas, multique pretij filiabus vestes dono misisset, accipere recusauit, dicens: *Vereor ne hoc amictu puellæ mihi turpes videantur.* vt Plutarchus *in Lacon.* prodit. Namquè *Pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus suum ipsa est,* vt argutè Cyprianus *de bono Pudicitiæ, col. 3. circa principium.* Imo *ornamentorum & vestium insignia, & lenocinia formarum non nisi prostitutis & impudicis fœminis congruunt; & nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est,* vt ipse idem Cyprianus *ibidem, colum. 7. ante medium* ex visione *Apocalyps. 17.* id aptissimè comprobat.

Adeoque ex nimio cultu in virginem turpitudinis præsũptio vrget, vt miraculo† (vt ita dicam) ad eam elidendã opus sit; & Claudiæ Virgini accidisse Exodianus refert *lib. 1. in vita Commodi.* Quæ eximiam nauim, quæ in littore hæserat, quæque nullis inde poterat viribus amoueri, sola traxit. Eoque ostento ab impetito crimine pudicitiæ læsæ, cuius amæniorís cultus ratione, acta rea erat, fuisse liberatam, sic Ouidius memorat, *libro 4. Fastorum:*

Claudia Quinta genus clauso referebat ab alto.
Nec facies impar nobilitate fuit.
Casta quidem: sed non est credita, rumor iniquus
Laserat, & falsi criminis acta rea est.
Cultus, & ornato varie prodisse capillo
Obfuit.

Narrationem, quã fecimus inde protrahens. *Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis,* vt Cultui & Ornatui, vtrunque discriminans, attribuit Tertullianus *de habitu muliebri, cap. 4.* Nam *hæ pompæ quam de proximo curant luxuriæ negotium, & obstrepãt pudicitiæ disciplinis, dignoscere in facili est; quod gratiam decoris cultus societate prostituant,* vt qua solet elegantia, Tertullianus ipse *libro de cultu fœminar. c. 9. & lib. de Pallio c. 1.* prodit: *Lentuli Auguris consultis, quæ ita se se exantorasset, pro stupro erat pœna.* Similia multa Clemens Alexandrinus *Pedagogi lib. 2. c. 10. & 12.*

Cumquè muliebrem honestatem nimius sic dedeceat cultus: multo longe virilem.† 3 Quia.

Forma viros neglecta decet.

vt Ouidius ait *lib. 4. de Arte amandi.* Plurima in id Tiraquellus *præcitato loco num. 19. 20. 45. & seqq.* præsertim *num. 51.* vbi & Philosophos multos ex nitido cultu traxisse dedecus recenset. In superfluumque ornatum pariter Innocentius Tertius *de contemptu mundi, lib. 2. cap. 27. 28. & 29.* Bobadilla *in Politic. lib. 1. cap. 3. à num. 44. vsque ad 50. &*

Diuus Gregorius ſæpe, cuius *infra numero finali* dicta referimus. Sufficiat pro multis Eccleſiaſtici *cap.* 11. *v.* 4. admonitio: *In veſtitu ne glorieris vnquam.* Quæ enim ex dedecore gloria? Viri namque perdit, 4 qui nimio cultu formam captat fœmineam. Quam nitido detractori ſuo ita Martialis *lib.* 6. *epigram.* 64. obiicit:

Cum ſis nec rigida Fabiorum gente creatus,
Nec qualem (Curio dum prandia portat aranti)
Hirſuta peperit rubicunda ſub ilice coniux:
Sed patris ad Speculum tonſi, matriſque togatæ
Filius; & ſponſam poſſit te ſponſa vocare. &c.

Cum itaque in quibuſuis fœdus ſit nimius 5 cultus: in Iudicibus turpiſſimus, in quibus decens, & modeſta debet Grauitas elucere, vt diximus *de priuileg. pauper. & miſerabil. perſonar. 1. p. quæſt. 6. num.* 2.

Philippum ideo Macædonum Regem (Plutarchus *in Apophtegmat.* tradit) quemquam capillorum tinctora ſuperbientem, ex ordine Iudicum, in quem nuper fuerat electus, ſemouiſſe: *neque ſperandam*, dicens, *integritatem ab eo in rebus gerendis, qui etiam pilis fucum pretenderet.*

Veſpaſianus *adoleſcentulum fragrantem vnguento, cum ſibi pro impetrata Præfectura gratias ageret: natu aſpernatus, voce etiam grauiſſima increpuit:* Maluiſſem allium oboluiſſes: *litteraſque reuocauit*, vt Suetonius *in eiuſdem Veſpaſiani vita cap.* 8. auctor eſt.

De quibus, aut ſimilibus timeri poteſt, quod Seneca ſuis quoque temporibus *de vita breuitate, c.* 12. ſic deplorat: *Quomodo iraſcuntur ſi tonſor paulo negligentior fuit? quomodo excandeſcunt ſi quid ex iuba ſua deciſum eſt? ſi quid extra ordinem iacuit? niſi omnia in annulos ſuos reciderunt? Quis eſt iſtorum, qui non malit Rempublicam turbaui, quam comam ſuam? Qui non ſollicitior ſit de capitis ſui decore, quam de ſalute? Qui non comptior eſſe malit, quam honeſtior?*

Lucius Apuleius Philoſophus de crinium cultu grauiter accuſatus, in ſe accuſationem iactatam *Apologia ſua*, ſic elidit: *Capillus ipſe, quem iſti, aperto mendacio, ad lenocinium decoris promiſſum dixere: vides quam non ſit amanus, ac delicatus, horrore implexus, atque impeditus, ſtupeo tormento aſſimilis, & inæqualiter hirtus, & globoſus prorſus inenodabilis diuina incuria, non modo comendi, ſed ſaltem expediendi, & diſcriminandi.* Tanta exculpatione tantum in Philoſopho crimen indigebat. Quod etiam amatoribus diſſuadet Ouidius *libro primo de Arte amandi:*

Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos.

Ergo pariánt, ergo parturiant qui criſpant comam ſicut fœmine, vt in hos invehens *annotatione ad caput* 22. *Deuteronom.* D. Ambroſius inquit. *Ergo à forma remoueatur omnis viro indignus ornatus*, vt Cicero conſulit *lib.* 1. *de offic. pag. mihi* 46. Etenim *degeneris ſignum eſt, inſiſtere iis, quæ corporis ſunt, vt plurimo exercitio, plurimo corporis cultui*, ſecundum Epictetum *in Enchirid. c.* 56. & ſecundum Bernardum *lib.* 3. *cap.* 5. *de conſideratione* ad Eugenium: *Forma hæc veſtium deformitatis mentium, & morum indicium eſt.*

Hæc vtique non ad crudam in totum & ſe- 6 *rinam habitudinem inſinuandam vobis ſuggeruntur, nec de bono corporis ſqualorem, ſed de pudoris ſuademus, ſed de modo & cardine, & iuſtitia corporis excolendi*, cum Tertulliano *de cultu fœminarum, cap.* 5. Non enim (vt multa alia prætereamus in delicati nimium cultus exprobationem, quæque belle etiam recitat Francis. Petrarch. *de remed. vtriuſque fortunæ, lib.* 1. *Dialogo* 20.) quia is damnatur, ad extrema, & ſqualidum fugiendum. Nec Iuſtitia ſordibus oſtentanda, ſed colenda interius, & cultu modeſte graui interius decoranda. Quia

Marent captiua pellito Iudice leges.

teſte Claudiano *in Ruffin. lib.* 2. & quia *plebeium cultum Regia non admittit Poteſtas: Auguſtus honor non niſi diademate confertur, & purpura*, vt D. Petrus Chryſolog. ait *ſerm.* 23. vtque *de Dignitate ſacerdotali c.* 3. Ambroſius: *Senatorem chlamys ornat.*

Quare *aſperum cultum, & intonſum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quidquid aliud ambitionem pernerſa via ſequitur*, deuita, Senecæ conſilio *epiſtola* 5. Eccleſiaſtæ obtemperans *cap.* 9. *v.* 8. dicenti: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* & Iob. cap. 40. *v.* 5. *Circumda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus.* Non ad pompam, *non vt coma capitis illecebroſo redundet vnguento*, vt D. ipſe Petrus Chryſologus aduertit *ſermone* 7. *in illud Matth. Cum ieiunatis & ſed vt ex maioritate, & decore maiori ornatuum, maioritas appareat dignitatum*, veluti Clemens Quartus ait *in cap. vt Apoſtolicæ, de priuileg. lib.* 6. & vt *epiſtolar. lib.* 7. *epiſt.* 114. *Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi* D. Gregorius ſcribens: *Quia dignum profecto eſſe credimus, vt cum mentis grauitate, qua Deo te propitio, pollere didicimus, habitus quoque exterioris clarior in te cultus accreſceret: præſertim cum te hunc non ad ſuperflua elationis pompam, ſed pregenio & honore tuo arbitramur Eccleſia petriſſe.* Namque &

Aurea maieſtas conuenit ipſa Deo.

vt *Faſtorum lib.* 1. Ouidius inquit.

Quæ ratio extitit cur in Gallia olim ſuperiores ſaltem Magiſtratus, purpura verentur, aſſertore Petro Gregorio *in præludi optimi Iuris conſult. lib.* 2. *cap.* 7. à Romanis, aliiſque tationibus more tracto. Quorum Imperatores, Senatores, & Principes ea quidem de cauſa purpura vſos fuiſſe, ad longum oſtendit, & Quintilianus Mandoſius *in gloſ. Facultatum, ſuper inſcriptione, in verbo ſeruus ſeruorum Dei, col.* 4. *ad finem, & ſeq.* itemque

Lancello

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Lancellotus Contadus *in Templo Iudicum* §. 1. q. 2. *Rubr.* 1. quibus concessus, quibus & interdictus Purpuræ vsus, quaque ratione, demonstrans. Ex qua, sorti, conditionive suæ purpuream non conuenire vestem. *Carmin. lib.* 2. sic fatur Horatius:

Nec Laconicas mihi.
Trahunt honesta purpuras clientæ.
At
Purpura Pompeium summi velauit honoris.

vt Quidius cecinit *de Ponto lib.* 4. *Eleg.* 4. *ad Sextum Pompeium.* Etenim *cultus concessus, atque magnificus addit hominibus authoritatem*, vt *in prologo lib.* 8. *orator. instit.* Quintilianus affirmat. *Quo etsi non augetur dignitas; ornatur tamen*, vt & Quintiliano scribens Plinius *lib.* 6. *Epistolar.* eo quoque suadet, quod *ratio ciuilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponis.* Ita tamen, vt neque ille (vt diximus) elationem, & superbiam præseferat, neque sordes hypocrisim sapiant, aut tegant interius vanitatem latentem. Quæ
7 & in delicato† nimisquè pretioso cultu, & in agresti residet æque. Vt perbellè Diogenes Cynicus, qui cum adolescentes Rhodios aliquando conspexisset sumptuose admodum, & delicate vestitos, ridens dixit: *Superbia prorsus inditia hæc sunt.* Mox cum Lacedæmoniis occurrisset (quibus substrictior tunica, citraque humeros desistens, & sordida erat) paritet inquit: *Alter superbia species ista*, vt Ælianus *varia histor. lib.* 9. prodit. Cuius Lacedæmonum motis, arrogantiæ, & superbiæ sordibus, Aristoteles meminit *Ethicor. lib.* 4. *cap.* 7. ex Dionisij Lambini translatione *num.* 65. *pag. mihi* 104. verbis hisce: *Atque adeo interdum hoc vitium arrogantiæ similitudinem gerit. Qualis est Lacedæmoniorum vestitus. Nam sibi & nimium assumere, & parum aut nihil tribuere, de seque omnia detrahere, arrogantis est.* A vestimentorumque contemptu quandam non abesse superbiam Apollinius *apud Philostratum lib.* 6. asserit: *Interdumque gloriosis tumemus sordibus*, vt D. Hieronymus *Epistolar. lib.* 3. *epist.* 33. *ad Oceanum.* Recte ideo Sidonius *lib.* 9. *epist.* 9. consulit, *nō pallio, aut claua, velut Sophisticis insignibus gloriari, aut affectare de vestium discretione superbiam, squallore iactantiam.* Ideoque etiam post mores, vestes præfiniunt, cultumque sacerdotibus sacri Canones designant, *in cap. Clerici*, 15. *de vita & honest. Clericor. & in summ. dist.* 41. *Ecce*, dicitur, *quibus oporteat Sacerdotem esse ornatum moribus: sed præterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet, & incessu, Habitu vt nec fulgidis, nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus: Nec affectata sordes, nec exquisita deliria, laudem pariunt.* Vbi & illud pariter Hieronymi ad Nepotianum: refertur: *Vestes pullas æque demita vt candidas: ornatus vt sordes pari modo fugienda sunt. Quia alterum delitias; alterum gloriam redolet.* Diuumquoque Bernardum solitum dicere: *Tunica sordibus obsoleta, testis est desidiæ*, refert Suarez *de Religione, tom.* 3. *tract.* 7. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. cuius & meminit Tiraquellus, *dicta lege* 3. *connubiali, num.* 56. in superius dictorum confirmationem addens: *Eius immunditiam interdum ad hypocrisim spectare: vtpote quia inanis gloria cum videatur contemni quæritur.* Quod & *lib.* 2. *epist.* 17. *ad Eustochium. de custodia virginitatis* D. Hieronymus sic prædixerat. *Mirum in modum laus dum vitatur; appetitur*, hac in thesi loquens. In eandem venerat Augustinus sententiam in libro de sermone Domini, *Aduertendum est* (inquiens) *non solum rerum corpore, eorum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luxosis esse posse iactantiam: & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei decipit.* Eidem ipsi ideo vestimenta fuisse nec nitida nimium, nec adiecta plurimum (quia his plerumque vel iactare se insolenter homines solent, vel abiicere) *in eiusdem Augustini vita* Possidonius Calamensis scriptum reliquit. Propterea *adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita; tamen quæ fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam*, vt probè Cicero *lib.* 1. *officior.* Sic in Oratore honeste splendidum cultum Quintilianus probat *lib.* 11. *cap.* 8. *Orator. instit.* nimiam vel curam, vel negligentiam damnat, *Cultus*, ait, *non est proprius Oratoris aliquis, sed magis in Oratore conspicitur. Quare sit* (vt in omnibus honestas debet esse) *splendidus, & virilis. Nam toga, & calceus, & capillus tam nimia cura, quam negligentia sunt reprehendenda.* & lib. 12. cap. 10. *Ne crassa toga sit, non serica; ne intonsum caput, non in gradus, atque annulos totum compta. Cum in eo, qui se non ad luxuriam, ac libidinem referat, eadem speciosiora quoque sunt, quæ honestiora.* Peræque *dicta epistola* 5. (qua elegantia, & breuitate Seneca solet) *Nō splendeat toga, nec sordeat quidem.* Quod & delicatiores etiam Poetæ persuadent. Ouidius *lib.* 1. *de Arte amandi:*

Sit bene conueniens, & sine labe toga.

Martialis *Epigram. lib.* 2. *epigram. in Pannicum:*

Pectere te nolim, sed nec turbare capillos:
Splendida sit nolo sordida nolo cutis.
Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum:
Nolo virum nimium; Pannice, nolo parum.

Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 1. *ad finem:*

Tunc procul absitis quisquis colit arte capillos,
Efflnit effuso cui toga lapsa sinu.

A quo liberat vitio Modus. † In vestitu enim 8
sicut in plerisque rebus Mediocritas optima est, vt Ciceto profert *lib.* 1. *de offic. pag. mihi* 46. *Æque*, namque *peccat quod excedit, quam quod deficit*, sententia Senecæ *de benefic. lib.* 2. *cap.* 10. Cui consentit Iulianus *in l. Tutor qui repertorium*, 8. §. *si tutor*, D. *de administ. tutor.* Propterea *vestis nec satis mundæ, nec sordida, & nulla diuersitate notabilis.* vt Eustochiū supra *d. epist.* 17. D. Hieron. instruit. Etenim, vt ipse ibid. *nec affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt christiano.* Nāquè

Luxuria interdum vestitus sordibus hæret;
Munditiis grauitas.

vt

vt D.Gregorius Nazianzenus cecinit *carmine 63. aduersus mulieres ambitiosius se adornantes.*

Optimus autem modus erit, vt *congruant vestes ætati, personæ, figuris, naturæ, studiis.* Quem præbet Clemens Alexandrinus *Pedagogi lib. 3. cap. 1.* quemque & regionis consuetudo præstabit. *Nam quisquis rebus prætereuntibus strictius vtitur quam sese habent mores eorum cum quibus vivit: aut intemperans, aut superstitiosus est. Quisquis verò sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur, excedat: aut aliquid significat, aut flagitiosus est,* vt præclare D. Augustinus inquit *de doctrina christiana,* repetitque Gratianus *in cap. Clericus, §. sicut ergo, 41. dist.* & multis comprobat Tiraquellus *de lege 3. connubial. n. 57.*

Quod si in aliquam partem declinatio fiat,
9 † in tenuiorem cultum, decorum tamen, declinandum est, ita vt sit vestitus non affectatus, sed naturalis, & simplex; neglectus magis quam expetitus, vt Ambrosius monet *lib. 1. de offic. cap. 19.* in eo mediocritatem sicam dicens, vt *honestati, vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori.*

Enimverò Iudicialis, seu etiam Imperia-
10 lis Maiestas † plus animo, ingenio, & moribus quam splendido nimis apparatu, & cultu commendatur, vt *de priuileg. pauper. & miser. ab. person. p. 1. quæst. 6. num. 7.* comprobaui mus.

Vt autem ratione constat, id & constet exemplis. Cyrus pulchras militibus, ducibusque suis vestes distribuens, non ita decore ornatus ille, rogatus ab ipsis: *Tu, o Cyre, quando ornabere?* respondit: *Non videor nunc vobis ipse ornari, dum vos orno? Ergo si queam in vos amicos esse beneficus; apparebo etiam in stola quam dabo, pulcherrimus,* vt est apud Xenophontem *de Pedia Cyri lib. 8.*

Cum Alexander Seuerus humili vestitu sæpenumero incederet, fuisseque ob hoc ab Aulicis reprehensus, respondit: *Imperatoriam Maiestatem constare virtute, non corporis cultu.*

Alphonsus Aragonum Rex cum non multum in vestitu, & corporis cultu à popularibus discreparet; à quodam monitus vt Regio incederet ornatu. *Malo* (dixit) *moribus & authoritate meos excellere, quam Diademate, & Purpura,* vt Æneas Sylvius *in eius vita,* & Anton. Panormitan. *lib. 1. de rebus gestis Alphonsi* prodidere.

Rodulphum Austriacum, Ludouicum secundum, Galliarum Regem, & gloriosissimum Imperatorem nostrum Carolum Quintum ad detractionem vsque communi habitu, & moderato cultu ornatos, scribunt Fulgosius *lib. 2. cap. 6.* Iust. Lipsi. *libr. 2. monit. cap. 15.* & ex eis Antonius Dauroultio *in Catechismo historiali, cap. 7. tit. 32. §. 2. 3. 4. & 5.*

Quantum denique ad animi præsumptio-
11 nem † valeat Habitus Ecclesiasticus sic ostendit: *Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.* cap. 19. v. 27. Seneca item *epistola 53.* inquiens: *Insanum Vultus, Habitusque demonstrat.* Prudentem manifestat, mutisque vocibus clamitat, & *ipse Habitus sonat,* vt Tertullianus affirmat *libro de Pallio, cap. 6.* Nam *exterior superfluitas interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta animi molliciem indicant.* Diuo etiam Bernardo iudice *in Apologia ad Guilielmum Abbatem Sancti Theodorici.* Quãtum ad conscientiam *lib. 2. super Euang. Marci c. 1.* Diuus sic Gregorius indicat: *Sunt nonnulli, qui cultum subtilium, pretiosarumque vestium non putant esse peccatum: quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta pretiosa nisi ad inanem gloriam quærit, videlicet vt notabilior cæteris esse videatur. Nam quod pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quæratur, res ipsa testatur: nemo enim vult ibi pretiosis vestibus indui, vbi non possit ab aliis videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere; quia si abiectio vilis indumenti virtus non esset, Euangelista vigilanter de Ioanne Baptista non diceret: Erat indutus pilis Camelorum.* Quæ & *Homil. 6. in Euang.* Diuus ipse Gregorius expendit, & *epist. 1. Pauli ad Timot. cap. 2.* addens: *Si hoc culpa non esset, nequaquam Paulus per epistolam fœminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret dicens:* Non in veste pretiosa. *Beatus quoque Petrus Apostolus dicit:* Mulieres subditæ sint viris suis, quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. *Pensate ergo qua culpa sit hoc viros appetere, à quo curauit Ecclesiæ Pastor, & Egregius Doctor etiam fœminas prohibere.* Pensate quam in Iudicibus (qui aliorum exemplum, vt diximus, esse debent) vestimentum, conuenientem munditiam, decoremque excedens, sit indecorum.

QVAM INCESSV MODESTus, compositusque Iudex esse debeat?

SVMMARIVM.

1 *In Virgine maxime atque in Iudice incessus modestus, & appositus corporis motus desideratur.*

2 *Incessus, & corporis motus animi index est: illius ideo honestas maximè procuranda,* & numer. seqq.

3 *Animi leuitatem incompositus demonstrat incessus: sedatus magnanimitatem, in amorem & venerationem trahens;* ibi. & num. seq.

4 *Clericus professionem suam habitu, & incessu probare debet.*

5 *Quamuis omnes incompositus dedeceat incessus; multo magis Clericos, & Iuris, Iustitiaque Cultores.*

Sapientis viro incessus modestior cõuenit. ibi.

6 *Sine affectatione, & studio compositus debet esse incessus.*

ANNOTATIO VI.

SIcvt maxime in Virgine modestus desideratur incessus: appositus corporis motus (in quod verba facere, verba foret iactare, inutiliter tempus consumere foret) ita in Iudice mentis habitum, seu animi vocem demonstrat. Animi enim incessus index est. *Plerumque enim in perturbatiore incessu proditur motus animorum. Vultus intentior, & quidam cogitationis suæ arbiter, & tacitus cordis interpres*, veluti *de Elia & Ieiunio cap.* 10. elicit Ambrosius. *Non vides si animus languet, trahi membra, & pigrè moueri pedes? Si ille effœminatus est, in ipso Incessu apparere molliciem? Si ille acer est, & velox; concitari gradum*; Seneca ait *epistola* 114. Ideo *est in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia. Habitus enim mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordi nostro absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contra grauior, aut constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaque vox quædam est animi corporis motus*, vt affirmat D. Bernardus *lib. de ordine vitæ, col.* 3. *ad finem.* Quod à Diuo etiam Ambrosio deprompsit *de Officiis lib.* 1. *cap.* 18. & Basilius *epistola* 1. admonet: *Incessus ipse nec segnis sit, vt animæ exsolutionem declaret: nec rursus vehemens, ac insolens, & concitatus, vt temerarios ipsius impetus ostendat.* Augustinus regula tertia: *In omnibus motibus vestris nil fiat, quod cuiusquã offendat affectum, sed quod vestram deceat sanctitatem*, Ambrosius dicto lib. 1. officior. cap. 18. *Nec cursim ambulemus, nisi cum causa exigit alicuius periculi, vel iusta necessitas. Est enim in ipso motu renenda verecundia.* Quia vt ipsemet ibidem: *Vox quædam animi est corporis motus.* vtque Diuus idem Bernard. supra: *Sæpe per incessum proditur qualis sit animus.*

2 Cuius leuitatem † & impudicitiam incompositus demonstrat incessus, iuxta prædictum Senecam supra, & *epistola* 53. dicentem: *Impudicum & Incessus ostendit*, Diuum Bernardum dicto proxime loco, sic: *Lucet quippe in quorundam incessu imago leuitatis, species quædam scurrarum percursantium* (ex Diuo quoque Ambrosio d. *lib.* 1. *de offici. cap.* 18. *col.* 2. *in principio*) & Clementem Alexandrinum *Pædagogi lib.* 3. *cap.* 11. incedendi modum sic præfinientem: *A deambulatione nobis procul est amandandus furiosus incessus; sed honestus, & lentus nobis est eligendus; non autem nimis tardus.* Namque *Gestus* (vt de disciplina Monachorum annotat, incessus, gestusque naturam dispungens, & explicans Hugo) *reprehensibiles est, si est aut mollis, aut dissolutus, aut tardus, aut incitatus. Mollis significat lasciuum; dissolutus negligentem; tardus pigrum; citatus aut impetuosus inconstantem.* Tradunt è iuris interpretibus Lucas de Pena *in rubr. C. de legationib. lib.* 10. Bobadilla *in Politic. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 44. Habentque vtrique adiutorem Plautum *in Pœnulo actu* 3. *scena* 1. inquientem:

Liberos homines per vrbem modico magis par est gradu
Ire, seruile duco festinantem currere.

Grauem sedatumque incessum, † Magnanimitatis esse indicem, sic Aristoteles (ex Dionysij Lambini translatione) *Ethicor. lib.* 4. profert: *Motum etiam magnanimi viri tardum futurum esse, credibile est; vocem grauem, orationem stabilem, ac sedatam. Neque enim festinat is, qui paucis rebus studet, neque vehementer contendit cui nihil magnum esse videtur. Propter has causas autem, & vox cauta, & celer ingressus esse solet.* Incessusque modestia in amorem simul & venerationem trahit, vt affirmat, de eoque maxime Iustinum siciliæ Prætorem Diuus Gregorius *lib.* 1. *epist.* 2. sic collaudat: *Quod lingua loquitur, attestatur conscientia: quia dudum vos, & nullius dignitatis occupationibus implicitos multum dilexi, multumque veneratus sum. Ipsa namque incessus vestri modestia quibusdam conatibus exigebat, vt diligi, & venerari etiam à nolente debuisset.* Eò epistolam concludens: *Tantam gloriæ modestiam didici; vt esse non tuus erubescam.* Tantum ad amorem Superioris incessus (tanquam bonarum aliarum actionum index) prouocat, ad exemplum prodest. Nam *vt salutaria quædam citra gustum, tactumque odore proficiunt: ita virtus vtilitatem etiam ex longinquo, & latens fundit, siue spargitur, & se vtitur, suo iure; sine otiosa, mutaque est, & angusto circunscripta, sine adaperta: in quocumque habitu est, prodest*, vt in specie nostra, dequè compositio incessu Seneca loquens *de tranquillitate animi, c.* 3. ait, & comprobat.

Propteca vt *Clericus professionem suam & habitu, & incessu probet*, iure præcipit textus *in cap. fin.* 41. *dist.* Idque ipsum *in §. finali* explicans subdit: *Incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (vt Augustinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde Historiographus ille, cum eius mutabilitatem describeret, cuius conscientia, excita curis mentem vastabat; inter cætera, hoc etiam notabile indicauit, dicens: Citus modo, & modo tardus incessus.* Cuius item rei sacrum Concilium Tridentinum Clericos semel & iterum commonefactos esse volens, ita *sessione* 22. *c.* 1. *de reform.* instruit: *Sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos vitam, moresque suos componere; vt habitu, gestu, Incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nihil nisi graue, moderatum, ac Religione plenum præseferant.*

Quamuis enim omnes incompositus dedeceat Incessus, multo magis Clericos, † in sortem Domini vocatos; vt Sanctum Concilium inquit, Iuris, & Iustitiæ Cultores, *cuius merito quis nos Sacerdotes appellet*, si fides Vlpiano adhibenda est, *in lege* 1. *D. de iust. & iure.* Etenim *Sapienti viro* (qualis Iudex esse debet) *Incessus modestior conuenit*, vt *epistola* 40. Seneca profert.

6 At vero sine affectatione † modestus, compositusque debet esse Incessus: *ne sensim ambulando, imitemur histrionicos gestus, aut statuarum motus nutantium: aut gradum transferendo, quasi modulos quosdam seruemus*, vt D. Ambrosius consulit *dicto cap.* 18. Namque *est gressus probabilis in quo sit species authoritatis, grauitatisque pondus, tranquillitatis vestigium: ita tamen si studium desit, atque affectatio, sed motus ibi sit purus, ac simplex. Nihil enim fucatum placet*, ex eodem ipso Ambrosio *dicto lib.* 1. *cap.* 18. *sunt enim* (vt prædixerat ibi.) *qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quadam fercula pomparum, & statuarum motus nutantium; vt quoties cumque gradum transferunt, modulos quosdam seruare videantur.*

QVEM IVDEX SECESSVM amare, quamque vitare frequentiam debeat?

SVMMARIVM.

1 *Solitudo, & secretum Virginem decet.*
2 *Virginitas flos est, qui ad manus solum tactum marcescit, perditque decorem.*
3 *Cum Iustitia virgine, ob castitatem sola lex conuersatur.*
4 *Familiaris conuersatio corruptio prauia est, viamque demonstrat: quæ vt euitetur, mandatis adiicitur, ne Præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant.*
5 *Ex frequenti, & æquali conuersatione contemptus dignitatis nascitur.* & num. 7.
6 *Dignitatem suam augere Iudex debet.*
7 *Secessus dignitatem auget, & admirationem raritate conciliat.*
8 *Conuersatio frequens non contemptum modo, sed odium afferre solet; quod secessus vitat, aliosque animi acerbos morsus.*
9 *Iudex criminosos conquirere debet, ditionem suam lustrare, statis horis foro assistere, facilem, & benignum litigantibus aditum præbere; tunc tamen adhuc in se secedere cum in turba esse cogitur.* & n. 10.
10 *Sermone affabilis, & accessu facilis populi gratiam comparat.*
Princeps, qui affabilem, facilemque subditis, & negotiantibus præstiterunt aditum referuntur. ibi.
11 *Antiquitus Iudices in portis Ciuitatum morabantur. Quidque circa id Romani seruarint?*

ANNOTATIO VII.

1 Ratio septima cur sub Virginis forma Iustitia pingatur.

SOLITVDINEM & secretum † ita Virgini Diuus Ambrosius *in exhortatione ad Virgines* persuadet: *Considera quanta fuerit Maria, & tamen nusquam alibi nisi in cubiculo reperitur, cum quæritur. Decet solitudo verecundiam, & gymnasium pudoris secretum est.* Diuus Hieronymus *epistolarum lib.* 2. *epist.* 17. Eustochio de seruanda Virginitate: *Raro sit egressus in publicum.* Vt namque *de velandis virginibus c.* 15. perbellè Tertullianus, *Vera, & tota, & pura Virginitas nil magis timet quam semetipsam; etiam fœminarum oculos pati non vult, quoniam* (vt grauissimè Ambrosius epist. lib. 3. epist. 25. Vercellensi Ecclesiæ, col. 5. parum post medium) *& ipso aspectu, Virginitas violatur sanctitas.* Floremque Virginitatem esse † qui ad manus quidem solum tactum mar- 2
cescit, perditque decorem; pulchre monstrauit, pinxitque Catullus *in carmine nuptiali*:

Vt flos in septis secretus nascitur hortus,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent aura firmat sol, educat imber.
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ:
Idem cum tenui carptus defloruit vngue,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:
Sic Virgo dum intacta manet, dum cara suis: sed
Cum castum amisit, polluto corpore florem:
Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.

Optime Bernardus *sermone* 27. *super Cantic. col.* 2. *ante finem*, illud *Canticorum* 4. v. 12. *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus*, explicans. *Et bene* (ait) *in horto Virginitas, cui familiaris Verecundia est, fugitans publici, latibulis gaudens, patiens disciplinæ.* Tetigimusque *hac ipsa Rubr. Annot.* 3. *num.* 1. Sic *cum Iustitia,* † *Virgine quidem illa, ob castitatem, sola lex conuersatur*, 3
vt Dion Prusæus Sophista *in Oratione de Lege*, ait, ex eoque Petrus Gregorius *in præludiis optimi iuris consulti, lib.* 1. *capit.* 2. *num.* 6.

Corruptioni † enim familiaris conuersa- 4
tio prævia est, viamque demonstrat. Ob eam causam *mandatis adiicitur, ne Præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales, admittant*, vt Callistratus notat *in l. Obseruandum*, 19. *D. de offic. Præsidis.* Ob eandem sapiens *Prouerbior.* 28. *v.* 21. dixerat: *Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit: Iste & pro buccella panis deserit veritatem.* Quid non familiares preces, quid non valet conuersatio frequens? Quæ non integritati contrectatio nocet? *Aliter leo aurata iuba demittitur dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus; aliter in cultu, integri spiritus*, vt eleganter Seneca *epistola* 41. Qui *quasi Rex quidam plurimorum dedignatur consortium*, Diuo Ambrosio teste *Hexamer. lib. sexto cap. tertio ad finem.*

Nonne minus aliud frequenti conuersationi proximum, & ineuitabile malum † 5
Contemptus? Cuius toris viribus occasionem vitare Iudici præcipit dicta lex obseruandum, cum monens, vt *contemni se non patiatur. Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.* Idem Regiæ paritet fecete *leges* 8. *tit.* 4. *part.* 3. *&* 49. *tit.* 5. *par.* 1. ad finem inquiens: *Ca los Prelados quando se quieren omillar, e auer gran paridad con los menores ellos mismos los desprecian por ello, asi como se demuestra en las palabras de los Sabios:*

que

que del muy grande a facimiento entre los señores e los vasallos, nace desprecio al señorio. Lex quoque 17. *tit.* 22. *eadem partita*, humanitatis commendationi hoc moderamen adhibens: *Pero esto deben facer de manera que se non fagan mucho a ellos, de guisa que se les non torne en desprecio.*

Nec modo secessu contemptum vitabit Iudex; sed sui, munerisque augebit dignitatem, cuius hac ratione augmentum † magnopere commendant *dicta lex obseruandum, lex Nec quidquam*, 19. §. *Circa aduocatos*, *D. de officio Proconsulis*, *lex Cum Prætor*, 12. §. *Non autem*, *D. de iudiciis*, *lex Omnes*, 12. *C. de officio Rectoris prouinc.* & aliæ, quæ *de priuileg. pauper. & miserabil. personar.* 1. *p. q.* 6. *n.* 2. & 8. congessimus. 6

Admirationem imo † Raritate conciliabit. *Parit enim conuersatio contemptum: Raritas conciliat rebus ipsis admirationem*, vt Apuleius affirmat *de Deo Socratis*. Ex oppositio, *à consuetudine marcescit miraculum*, vt scite Chrysostom. *Homil.* 20. *in epist. ad Ephesios.* Quod & Lucretius dixerat, *de rerum natura lib.* 2. 7

Nil adeo magnum, nec tam mirabile quidquam
Principio, quod non minuant mirarier omnes
Paulatim, &c.

Iisdemque fere verbis, eademque ratione *libro* 1. *ad Nicoelem de Regno*, Isocrates Regi suo cum subditis familiaritatem probat, frequentiam improbat. Pari modo Franciscus Patricius de Regno lib. 3. tit. 13. *Etenim solent, nescio quomodo, ea quidem quæ sunt præsentia despici propter consuetudinem: quæ autē sunt separata ab ea, quæ tunc erat præsens, probatione haberi in admiratione*, Clemens Alexandrinus inquit *in Adhortatoria ad gentes*, &, vt *in Iulij Agricola vita*, Cornelius Tacitus: *Omne ignotum pro magnifico est.*

Sic Samuelis in Bethlehem aduentum, ogressumquè in publicum, admirationem peperisse, *lib* 1. *Regum*, *cap.* 16. *v.* 4. Sacra Historia refert: *Venitque Bethlehem, & admirati sunt seniores ciuitatis.* Quia *miraculum sit populi, in publico visa persona Pastoris, Mirantur quod exeat, quem secreti cultorem scibant*, vt Gregorius expendit *ibidem lib.* 6.

De Tiberio Cæsare *Annalium lib.* 3. itidem Cornelius ait: *Quanto rarior apud Tiberium popularitas; tanto latioribus animis accepta.*

De Africano, quasi mirum, Liuius: *Scipio Africanus iam prope annum assiduis oculis hominem fuerat; quæ res minus verendos magnos homines, ipsa societate facit.* &c. 8

Quæ non despectum † & contemptum solummodo; sed odium pariter afferre solet. Cui in secessu medellam *Prouerbior. c.* 25. *v.* 17. ita Sapiens designat: *Subtrahe pedem de domo proximi tui, nequando saciatus oderit te.* ita Seneca, & Martialis. Ille de formula honestæ vitæ, c. de continentia: *cunctis esto benignus, paucis familiaris.* Hic *epigram. lib.* 12. *epigram.* 34.

Si vitare voles acerba quædam;
Et tristes animi cauere morsus:
Nulli te facias nimis sodalem,
Gaudebis magis, & minus dolebis.

Nos quoque similiter (cum Diuo Gregorio 1. *Regum*, *lib.* 4. *cap.* 9. super illud: *Festina nunc, hodie venit in ciuitatem*, modetamine, modoque proxime subiiciendo) Regentem hortamur, vt *raro sit in publico, frequens in secreto; vt quo tardius aspicitur, deuotius veneretur.* aliis etiam edoctum quæ *hac ipsa Rubrica Annot.* 3. *num.* 12. & 15. retulimus.

Nunquid tamen solicitam officij curam remittimus? Nunquid aditum negotiantibus præcludimus frequenti causarum expeditioni obstamus? Cubiculo ne inclusum, & turbam fugientem Iudicem volumus, Rectorem instruimus? Absit. *Siquidem ignarus publica conuersationis, cautus, atque eruditus esse non poterit*, Diui Ambrosij sententia *Hexamer. lib.* 5. *cap.* 21. Nec priuato secessu publici adimplebit curam officij. *Namque Præpositorum solicitudo subiectorum est cautela: quia qui super rem creditam vigilat, hostis insidias declinat*, vt Bononi Abbati Monasterij Lirinensis *epistolar. lib.* 9. *epist.* 8. præfatur Gregorius Magnus. Solliciteque *sacrilegos*, † *plagiarios*, *fures conquirere debet* dispositione *legis Congruit*, 13. *D. de offic. Præsidis.* Ditionem suam lustrare, *cap. Sopita.* 14. *cap. Procurationes*, 23. *de censib. l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 3. *noua Regia collection.* &, *velocissimi syderis instar, omnia inuisere, omnia audire, & vndecumque inuocatum statim Numen adesse*, vt Nicol. Causin. inquit *in Parallelis eloquentiæ sacræ*, *lib.* 11. *pag.* 44. Rectissimi Iudicis Samuelis exemplo, qui (vt *proximo numero septimo* diximus) & in publicum egressu admirationem populo fecit; & *ibat per singulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Masphath, & iudicabat Israelem in præditis locis: reuertebaturque in Ramatha: ibi enim erat Domus eius, & ibi iudicabat Israelem*, vt habetur 1. *Regum* 7. *v.* 15. & 16. statis horis foro assistere, iuxta textum *in auth. de Iudicib.* §. *sedebunt*, *coll.* 6. *in l.* 7. *tit.* 4. *part.* 3. *in l.* 4. *tit.* 9. *lib.* 3. *noua Regia collection.* traditaque per Bobadill. *in Politica lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 11. & *seq.*

Sed tunc præcipue in se ipse secedere cum esse cogitur in turba, consultore Seneca *epistola* 25. Et facete *de turba secretum*, vt D. Petrus Chrysologus ait *sermone* 34. Siquidem *in populo licet positus, tamen in interiori homine arcanum tuum secretumque conseruas*, vt Ambrosius *de sacramentis*, *lib.* 6. *cap.* 3. Facilem, † atque benignum ad se 18 aditum negotiantibus præbere, iudicans populum omni tempore, iuxta illud *Exodi* 18. *v.* 21. & *auth. de Iudicib. d.* §. *sedebunt.* Vt & munus suum adimpleat, & gratiam comparet. Quod facile consequetur *sermone affabilis, accessuque facilis*; ex Seneca *de Clementia lib.* 1. *cap.* 13.

Qua captandi arte Absalonem vsum, *liber secundus Regum cap.* 15. *v.* 2. refert Callistratus *in d. l. Obseruandum*, 19. *D. de offic. Præsidis*, ius reddentem monet, *vt in*

adeunde quidem se facilem prebeat. Obseruat cum aliis Paulus Xamar *de officio Iudic. & Aduocati, p. 1. q. 1 n. 72.* Regia lex 8. tit. 4. part. 3. *Mansamente deben los Iueces recibir, e oir las partes que vienen ante ellos a pleyto para alcanzar derecho.* Equidem *non qua specie nonnulli fingunt, ac pingunt stultitiam suam, quod videantur inaccessi, reddentes inuidiosam,* vt ex Plutarcho tradit Velazquez *ad Psalm. 100. lib. 2. annot. 17. morali. num. 5.*

Qua de re Stiliconem *in eius Panegyr. 2.* sic Claudianus laudat:

Contingere passim
Affarique licet.

Q. Scæuola Augur. *bello Marsico cum esset summa senectute, quotidie simul atque luceret, facere omnibus solebat sui conueniendi potestatem: neque animi vires corporis infirmitas retardabat.*

Magnus ille Dux, & Imperator Cn. Pompeius *ita faciles aditus ad se dabat priuatorum, vt is qui dignitate Principibus excellebat; facilitate par infimis videretur,* vt litteris mandauit Ioannes Brant. *de Senatore lib. 1. cap. 11.*

Tanti apud omnes Germanici Tiberij fratris manſuetudo, affabilitas, & humanitas valuit, vt eius filius Gaius communibus ob id votis & Imperator expeteretur, & magna alacritate acceptus est; Iosepho *de Antiquitatibus libro 18. capit. 15.* sic tradente: *Gaius Germanici fratris filius iam adolescentibus, & liberalibus apprime disciplinis institutus, qui etiam & populo honorabilis erat, & charus propter Germanici patris eius virtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat sublimatus propter mansuetudinem morum, & propter affabilitatem, quia cunctis gratus extabat & cum ipse clarus esset, non se tamen præferebat, sed omnibus par esse volebat. His igitur rebus, non solum apud populum, sed etiam apud ipsum Senatum magnus habebatur.* &c.

Octauianus Cæsar Augustus *tanta comitate adeuntium desideria excipiebat, vt quendam in eo corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem,* auctore Suetonio *in Octauiano c. 53.*

De Marco Antonio Philosopho, & Imperatore Herodianus *libro primo* prodit, stipatoribus, qui ad illum aditum non præstabant, solitum dicere: *Per Deum finite homines ad me venire: nec enim ideo Imperator sum, vt in arcula includar.*

Deuteronomij *cap. 15. v. 18.* præcepetat
11 Dominus: † *Iudices, & Magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio.* Ex quo, *antiquitus Iudices morabantur in portis ciuitatum ad iudicandum,* vt deducit, affirmatque Diuus Antoninus 3. *p. summa, tit. 9. c. 1.* & Abulensis *quæst. 4.* Ex eo item *Iob. cap. 29. v. 7. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi,* Gregorius Moralium lib. 19. cap. 11. *Mos veterum fuit, vt seniores in porta consisterent, & causas introeuntium indicarent; quatenus tanto esset pacificus vrbis populus; quanto ad hanc discordes ingredi non liceret.* Ex eodem item *cap. 31. v. 21. Si leuani super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem.* & Amos cap. 5. v. 12. *Hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta,* & v. 15. *Constituisse in porta iudicium.* repetit idem *libro 21. cap. 15. in principio.* Multis etiam comprobat, exornatque Cabreros *de metu lib. 2. c. 15. num. 12. & seqq.* nullo tamen ex his. Ad idque alludit Horatius dum de *Arte Poetica* laudat:

Salubrem
Iustitiam, legesque, et apertis otia portis.

Ita accessu facilem Iudicem Lex desiderat, vt occurrat subditis potius quàm quæratur; in portis, non in abdito velit. Qua ratione, *apud Romanos Tribunitia domus fores non inter diu, non item noctu occludebantur; ceu portus quidam, ac refugium celebre, quo indigentibus semper, & facile pateret aditus,* vt Cæli. prodit *antiquar. lection. lib. 8. c. 1.* & ex eo Matthæ Tymp. *in Specul. Princip. signo 7. n. 2.* multos hac virtute insignes eo signo Principes memorans.

Patens ergo causatum, negotiorumque expeditioni & subditorum necessitatibus præsto sit iudex; se subtrahat neniis, inanibus neget, frequentem prouincialium conuersationem, & familiaritatem fugiat, cū cogitur esse in turba, in se secedat, faciatque (vt diximus) de turba secretum, sitque sine popularitate communis.

ASPECTV VEHEmenti, & formidabili.

RVBRICA II.

ANET QVATENVS FORmidabilis Iudex esse debeat? Num omnibus placere valeat? Aut prudenter studeat?

SVMMARIVM.

1 *Aspectus vehemens, & formidabilis an Virgini, & Iustitiæ conueniat?*
2 *Iudicis vel solus aspectus satis est ad explorandam veritatem, & vt dissipet omne malum?*
Sapientia hominis lucet in vultu eius; ibi.
3 *Iudicis decor est, non sine timore aspici: non vt vultu torqueat, sed vt dissipet malum.*
Indecens submissio, aura cupida popularis, de honestat, turpat, fœdatque Imperantem.
4 *Iustitiæ, rectique amantes formidabilem in Iudice vultum grauem, & pro muneris necessitate fortem iudicabunt: molliores, trucem. An, & quatenus eo vultu Iudicem incedere Reipublicæ expediat?*

Christo

Christo Iesu Domino nostro vultus erat, quem intuentes possent diligere, & formidare. ibi.

5 *Omnibus placere impossibile est, praesertim Iudices, qui quasi signum positi sunt ad sagittam,* & num. seq.

7 *Vanas populi voces muneri satisfaciens contemnat Iudex, fiduciam habens in conscientia bona. Nulla enim res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur.*

Pilatus vt populo Satisfaceret, Iesum flagellis, cruci, mortique tradidit. ibi.

8 *Æquo animo imperitorum conuitia audienda sunt. Quique de hoc laudem meruerint.*

9 *Regium est male audire cum bene feceris.*

Odia qui nimium timet, regnare nescit. Quia simul ista coeunt, Imperium, & Odium. ibi.

10 *Multitudo in illos suffragia conuertit, quos blanditiis & assentationibus molliores esse sentit; graniores, austerioresque spernit.* Quoque id tempore duret? & num. seq.

11 *Correptio etsi principio offendat; postmodum suscipitur, & laudatur: reiiciuntur, displicentque blanditiæ.*

12 *An satis famæ suæ consulat Iudex vanæ gloriæ cupidus, quemque nullus odit?*

13 *Malis displicere, probitatis argumentum est: omnibus, malis etiam, velle placere vt impossibile, solui, & effracti est animi.*

14 *Delinquentibus praniisque formidabilem se exhibeat Index: probis humanum, mitem, modeste placidum, verequè parentem; æquis desideriis propensus, iniquis acerbus.*

ANNOTATIO vnic.

1 NOn conuenite quidem *Aspectui vehementi, & formidabili* Virginis, † ac Iustitiæ vultum, formamque videtur. Cum ad dilectionem magis, quàm ad timorem vultus prouocet Virginalis.

Sed tamen Iustitiæ, Virginisque forma conuenire, ex dictis *Annotationibus praecedentibus*) quibus Maiestate indutum Virginis, & Iustitiæ vultum esse debere ostendimus) deducitur. *Tetricas*, hoc est, *Seueras, Formidabiles* Virgines *eo verbo* Calepinus exponit, Ouidius appellat. *lib. 1. de Arte amandi.*

Hoc aditu vidi Tetricæ *data verba puellæ.*

Amabilem virginalem formam haud quisquam dubitabit: sed neque Seueram, & formidabilem dubitabit læsam. Exemplum, è multis, Dea præstet, virgoquè Diana, Actæonis non cauto intuitu offensa. Ob quod

Cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat

Cruribus, & velat maculoso vellere corpus.

Quamque delectabilem visu, & appetibilem iudicauit Actæon terribilem, & formidabilem vltimo suo malo sensit, *vt Metamorpho. lib. 3.* Ouidius memorat:

Rumor in ambiguo est; aliis violentior æquo

Visa Dea est: alij laudant, dignamque seuera

Virginitate vocant.

Deque Iustitia Virgine Hesiodus (cuius Simancas meminit *de Republica lib. 9. cap. 6. n. 1279.* proposito huic omnino hætens) sic:

Iustitia Virgo est Ioue prognata,

Casta, & veneranda Diis calicolis.

Et quando quis ipsam læserit, obliquè iniuriam inferens,

Statim, apud Iouem patrem sedens,

Iniustam narrat hominum mentem donec luat

Populus peccata Regum, qui, male sentientes,

Alio flectunt iura, obliquè interpretantes.

Vtque figmenta relinquamus, Virgini Dominæ nostræ Ecclesia canit: *Pulchra vt Luna, electa vt Sol, Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Quod mirabiliter Iustitiæ imagini conuenit: bonis pulchra, placida; malis formidabilis, vt & illius minister, seu Iustitia potius ipsa animata, Iudex esse debet. *Dei enim minister est, tibi in bonum: si autem malum feceris, time,* iuxta doctrinam, admonitionemque Pauli *ad Romanos 13. v. 4.* In quod latius faciemus inferius verba.

Ideo autem prouide *aspectu vehementi, & formidabili* Iustitia, Iudexquè depingitur: Tum † quia *acris est Iustitiæ oculus in redarguendo, & in occultis, absconditis, & nefandis rebus in lucem proferendis,* vt est apud Heliodorum, *Æthiopicorum lib. 8. cap. 23.* Atque *plerisque etiam Iusti aspectus admonitio correctionis est,* vt Ambrosius inquit *Psalm. 118. octon. 10.* in illud: *Quis timent te &c. circa principium*; & *Sapientia hominis lucet in vultu eius,* teste Ecclesiaste *cap. 8. v. 1.* Ecclesiastico cap. 19. v. 26. *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* & Prouerbior. 17. v. 24. *In facie prudentis lucet sapientia.* Huiusmodiquè Iudicis *vel solus aspectus satis est; & si tantum fuerit intuitus, explorata est veritas,* vt Cryspinus *in oratione contra Dionysium* affirmat relatore Stobæo *sermone 45. Nam* (secundum Quintilianum oratoriar. instit. lib. 9. cap. 3.) *& vultus mutatio, oculorumque coniectus multum in actu valet.* Siquidem *Conscientia eminebit in vultu,* secundum Senecam *de benefic. lib. 2. cap. 25.* Quia *Imago quadam animi loquitur in vultu,* secundum Ambrosium *Hexamer. lib. 6. cap. 9. col. 1. ad finem.* Qui & corporis speciem *Simulacrum mentis* appellat *lib. 2. de Virginib. col. 2. ad principium.* Similiterquè Hieronymus *epistolar. lib. 2. epist. 19.* ad Furiam *Speculum mentis.* Vtque irrefragabiliter Sapiens Prouerbior. 20. v. 8. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo,* & Psalmista psalm. 33. v. 17. *Vultus Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Ad Principisque vultum moueri populum, sic ad Cæsarem Ouidius dixit *Tristium lib. 2.*

Est vultus turba secuta tuos.

Tum quia inter Iudicum ornamenta Aspectus hic vehemens † multum decorat, & pulchritudinem quandam, nitoremquè 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dignitati conciliat. *Est enim proprius quibusdam decor in habitu, atque vultu*, vt Quintilianus ait *Oratoriar. instit. lib. 6. cap.* 4. Sicut è conuerso indecens affectata submissio, autæ cupida popularis, dehonestat, fœdat, deturpatque Imperantem, *cuius hic decor est, non sine timore aspici*, vt Senecæ placet epistol. 41. *Quem magis admirentur subditi cum viderint, quam cum audierint*, ex ipsomet Seneca *epistola* 53.

Nolumus vt vultu Iudex torqueat (*veluti carnifices, & tyranni solent*, vt est apud Marcum Senecam Controuers. lib. 1. controuers. 5. *In quorum vultibus erant tormenta*, vt & de Caligua alter quoque Seneca *de ira lib.* 3. *cap.* 19. ait: *Torserat per omnia, quæ in rerum natura tristissima sunt; fidiculis, taleribus, eculeo, igne, Vultu suo.* de Tiberio, Tacitus Annal. lib. 3. *Non temperante Tiberio, quin premeret voce, Vultu.*

Sors ista tyrannis
Conuenit.

Vt Claudian. *Panegyri. in* 4. *Consulatu Honorij*) Sed vt dissimulet malum. Ad quod formidabilem vultum iusti, rectique amantes † grauem, & pro muneris necessitate fortem iudicabunt: etsi molliores trucem reputent.

Quemque vocant alij Vultum rigidumque trucemque,
Pro rigido (Phædra iudice) fortis erat.

Vt *in epistola Phædræ Hypollito* Ouidius cecinit.

Hunc in Consule Manlio vultum sic Claudianus laudat:

Rigidi, sed plena pudoris
Elucet grauitas, fastu iocunda modesto.

In Stilicone *Panegyri* 2.

Blanda quidem Vultu, sed qua non tetrior vlla.

In Honorio, *eius in quarto Consulatu Panegyri:*

Quantus in ore pater radiat; quam torua voluptas
Frontis, & Augusti Maiestas grata pudoris?

In Pisone, Marcus Tullius Oratione 34. pro Sextio. *O Dij boni* (inquiens) *quam teter incedebat, quam truculentus quam terribilis aspectu!* Inde *Vnum aliquem te ex Barbaris illis, exemplum Imperij Veteris, imaginem Antiquitatis, Columen Reipublicæ, diceres intueri:* Et illico: *Nam quid ego de Supercilio dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus Reipublicæ videbatur. Tanta erat Grauitas in oculo, tanta Contractio frontis, vt illo supercilio Respublica, tamquam Atlante, cœlum niti videretur.*

Num *Aspectu vehementi, & formidabili* indutum Iudicem esse decet? Num Romanus Populus rigidum supercilium plurimi fecit? plurimum illi profuit. Valerium quoque Maximum *lib. 2. cap. 9.* audi: *Nam vt opes Populo Romano in tantam amplitudinem Imperatorum virtutibus excesserunt: ita Probitas, & Continentia Censorio supercilio examinata est.*

Quo & vultu Ezechielem Dominum induisse (dum eum ad populum Israeliticum, duræ ceruicis, & indomabili corde, corripiendum mitteret) sacræ litteræ *Ezechielis 3. v. 8. & 9.* referunt: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum: vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam.*

Christo Iesu Domino nostro eum fuisse vultum, *quem intuentes possent diligere, & formidare*, Tiberio Lentulus scripsit *epistola* cuius *Rubrica prima Annot. 4. num.* 4. mentionem fecimus. Multoque magis cum apparuerit Iudex, vt ostendit, & confirmat superiora Ezechielis visio cap. 1. v. 22. *Et similitudo super capita animalium firmamenti quasi aspectus crystalli Horribilis*, in eumque locum *Homil. 7. col. 7. post medium ibidem.* Gregorij expositio dicentis: *Quis autem nesciat cuius pulchritudinis sit crystallum? Et mirum quomodo in hoc crystallo conueniat Pulchritudo cum Pauore? Sed omnibus vera scientibus constat, quia Redemptor humani generis cum Iudex apparuerit, & speciosus iustis, & Terribilis erit iniustis. Quem enim mansuetum aspiciunt Electi, hunc eundem Pauendum, atque Terribilem conspiciunt reprobi.*

Formidabilem & modeste Rigidum Iudicis vultum vulgus appellet *Trucem*, supercilium damnet, legalem seueritatem molles improbent: Iustitia probat, officij necessitas exigit. *Vere lubricus hic locus, in quo etiam sancti vix potuerunt vera opinionis tenere vestigia*, vt verè quoque *lib. 2. in Iob. cap.* 1. D. Ambrosius inquit:

Nulli pars æmula defuit vnquam.

Claudiano teste *Panegyri 5. in laudes Stiliconis*, & Horatio *carminum lib. 2. ad Grosphum.*

Nihil est ab omni
Parte beatum.

Vulgo placebit nullus.

Plerumque Modestus
Occupat obscuri speciem; Taciturnus Acerbi.

Veluti *epistolar. lib. 1. epistola* 18. *ad Lollium* admonet Horatius idem. *Si eligimus Humilem, vocatur Abiectus: si proferimus Erectum, superbire censetur: si minus Iustum, propter scientiam, clamatur Inflatus: si Severum, tanquam Crudelis horretur: si Indulgentem, Facilitatis culpatur: si Simplicem despicitur vt Brutus: si Acrem, vitatur vt Callidus: si Diligentem, Suspitiosus decernitur: si Remissum, Negligens iudicatur: si solertem, Cupidus: si Quietum, pronunciatur Ignarus. Si Abstinentem prodncimus, Auarus accipitur, si eum qui prandendo pascat, Edacitatis impetitur: si eum qui pascendo ieiunet, Vanitatis arguitur. Liberalitatem pro Improbitate condemnant: Verecundiam pro Rusticitate fastidiunt. Rigidos, ob Austeritatem non habent charos: Blandi apud eos communione vilescunt. At si vtrolibet genere viuatur; semper hic tam bonarum partium mores, pungentibus linguis maledicorum, veluti vicipicibus hamis in hunc abuntur*, vt elegantes Sidonius Appollinarius *lib. 7. epist.* 6. ad Monachos de quodam Præsule querulos. Patiliter Monacho, qui se Abbatis dignitate abdicarat, D. Petrus Damianus *Opusculo de fuga Dignitatum Ecclesiasticarum, cap.* 2. illius propositum

positum laudans, factum probans; subditorum in Superiores sic motes recenset, & iudicia profert: *Si delinquentium vitia districte animaduersionis iudicio corrigit. Impius: si circa eos remissius agit zelo Dei creditur alienus: si silentij se aliquando censura constringit; dicitur, quia cum Pastor obmutescit, gregem lupus inuadit. Paulò liberius loquar. Qua fronte aliis silere præcipiat, cuius garrula lingua continua verbositate declamat? Cum ieiunat, laudis humanæ fauorem captare dicitur: cum comedit, suo patri, alieno ventri esse vitricus perhibetur. Lautiori veste contectus, vanam gloriam quærere: extremitate & vilitate contentus, fertur Monasterium deturpare. Prædicationis sermo si in longum protrahitur, conspuitur, fastiditur, & magis somnum dicitur prouocare, quã ædificationi posse congruere. Si autem locutio breuis fiat; quod in suo, inquiunt, non studuit vase recondere, non valet aliis propinare, & fons qui in occulti meatus venis arescit, vberes riuos per fistulas non effundit.* Clemens Alexandrinus *Stromatorum lib. 2.* similiter ait: *Iis qui sunt remissi & imbecilli; id quod est moderatum videtur nimis intensum, & id quod est æquum videtur esse summum ius. Ii Veritatem existimant esse Molestiam, & seueritatem, sæuitiam; & eum qui non simul peccat, & vna deorsum trahitur, Immisericordem.*

Virtutes ipsas inuertimus, atque
Sincerum cupimus vas incrustare. Probum quis
Nobis cum viuit, multum demissus homo: illi
Tardo cognomen pingui damus: Hic fugit omneis
Insidias, nullique malo latus obdit apertum;
(Cum genus hoc inter vitæ versetur: vbi acris
Inuidia, atque vigent vbi crimina) pro bene sane,
Ac non incauto; Fictum, Astutumque vocamus.
Simplicior si quis (qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mæcenas, vt forte legentem
Aut tacitum impellam, quouis sermone molestus:)
Communi sensu plane carere, inquimus.

Vt & perpendit Horatius *Sermonum lib. 1 satyra 3.*

Patui horum censura pendenda. *Fortes, Audaces vocent; Iustum, Seuerum & Crudelem; Prudentem, Astutum & Malignum; Magnanimum, Glorioſum, Liberalem & Misericordem, Prodigum; in dicendo pro Iustitia Liberum, Imprudentem & Licentioſum,* vt S. Gregorius Nazianzenus ait *Monodia in Basilij Magni vitam*, Raphaele Volaterrano traductore: Non popularis aura gloriaque captanda (*sæua bellua, horrendus dæmon, pestis Orbis terræ, venenata vipera*, vt eam D. Ioannes Chrysostomus appellat *epistola 1 ad Corinth. cap. 14. Homil. 35.*) muneris necessitati inseruiendum. *Satis est enim si in suum quisque opus expleat*, testante Epicteto *Enchirid. cap. 29.*

Nunquam te inanis gloriæ sitis premat.
Namque illa vafre simplices mentes capit.
Viuens honeste perstes vt virtus stude.

Vt *in sententijs distichis Iambis constantibus, ex versu 5.* hortatus Nazianzenus. *Nisi forte mediocre hoc tibi putas esse. Diffidere est enim de potentia Dei, existimare quod non audiaris nisi clamaueris. Clament opera tua*, vt scientissime Ambrosius *de Abel & Cain, lib. 1 cap. 9. col. 2. post principium.* Sileat licet vulgus, aut honestam etiam Integritatem horreat tuam; *morum Constantiæ & Grauitati* Fastus *nomen imponant* imbecilliores: *Fortem* Temerarium *appellent: Prudentem, ac Circunspectum*, Timidum: & *Temperatum* Agrestem & Inhumanum, *Iustum*, Asperum & Contumacẽ. Quid ad rem? vt *Oratione vicesima in laudem Basilij Magni* Nazianzenus ipse discurrit. Cuius inter laudes, non mediocrem quidem in superiore, interserit illam, quod non vulgo placere, aut omnibus obsequentem se præbere curasset. *Quod si non lepidus quispiam & facetus erat, nec circumforaneus, nec ex eo quod omnibus omnia fieret; plerisque gratus & acceptus. Quid tum? Nonne laudem potius quam reprehensionem hoc nomine mereretur, saltem apud mentẽ præditos. Nisi quis Leonem etiam accusandum putet, quod non simia vultum, sed torum quendam & horrificum ac Regium præferat.* Equidem, *Mihi longe honestior Tauri facies, aut item Leonis, quam simiæ videtur*, cum Nazianzeno *supra*, cumque Angelo Politiano *epistolarum lib. 8. epistol. Paulo Cortesio suo.*

Omnibus placere † impossibile est. *Nec Iupiter quidem omnibus placet*, vt Theogenis *in sentent.* cuius *verbo Iupiter* meminit Calepinus. *Et fieri quidem non potest, vt absque morsu hominum vlta huius curricula quis pertrãscat: malorumque solatium est, bonos carpere*, vt deponit Hieronymus *epistolar. lib. 2. epist. 19. ad Furiam de viduitate seruanda.* Quid iacienda retia vulgo? vento? Quibus tandem capiuntur iacientes. *Horum videas exitus turpes, cum anceps temporum palpator obcessit, cum priuati latus nudum desertor assecla fœdauit: tunc lacerata domus plaga conscientiam feriunt, tunc rei familiaris exhausta damna nascuntur, quibus redemptus fauor vulgi, & caducis atque inanibus votis popularis aura quæsita est. Stulta prorsus & vana iactura frustantis spectaculi voluptate id parare voluisse, quod nec populus acciperet, & perderet Magistratus*, vt ferè ad Donatum Cyprianus. Qui veluti † *quasi signum & scopus positi sunt ad sagittam: & quia non possunt omnibus placere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurrunt*, vt considerat Innocentius Tertius *in cap. Qualiter & quando, 24. de accusationib.* Aquo Regia lex desumpta *11. tit. 1. part. 7.* inquiens: *Porque los omes que oficio tienen, magner fagan derecho; no puede ser que no aganen malquerientes.* Maximã Doctorum catetua hanc erudite assertionem illustrat D. Ioannes à Solorzano, post hæc scripta visus *de Indiar. gubern. lib. 4. cap. 8.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap.8.num.19.& seq. Præter cuius exornationem,& superiora,& illud item *Geneſis* 49.v. 16.& 17. attende: *Dan iudicabit populum ſuum,ſicut & alia Tribus Iſrael.Fiat Dan coluber in via &c.* Quem locum explicans Procopius ait: *Dan iudicabit populum ſuum, nec tamen miſeria vacabunt qui Imperij gubernacula tenebunt. Populus enim qui eos perſequetur,erit,vt ſerpens,viam obſidens,& morſus infigens vngula equina,ideſt, graues & laborioſos dans morſus.* In eundem patiter Procopiique relatione, nouiſſime P. Ioannes de la Are: *Nonne eſt ille Dan cui benedicens Patriarcha, maximũ honorem Iudicatura promiſit dicens:* Dan iudicabit populum ſuum. *Si populum ſuum gubernabit, ſi tantum honorem conſequetur,quomodo hoc erit onori? Quomodo in via reperiet ſibi venenum ſpargentes,calcaneumque equi ſui mordentes? Quia ſic natura comparatum eſt* (reſpondet) *aut à Deo, ſic humanam naturam comprimente,diſpoſitum;vt qui tanquam Iudex præeſt, qui aliis imperat, ab ipſis quoque ſubditis grauia interdum patiatur,totque habeat hoſtes,quot ſubditos, qui aut illius vitam petant inſidiis;aut formam virulentis proſcindant linguis, aut adulando miſerum decipiant; aut criminando alios, Rectorem erecto Iuſtitiæ, rationiſque ſtatu deiiciant.*

Exemplum è multis, proque multis ſunt tibi Primus ille Cato,primum in Republica, Imperio & Regimine,virtute locum tenens, omni æuo iure laudatus, *Optimus Orator, Optimus Imperator, Optimus Senator*: tamen *multorum odio laborauit.*

Item *Optimus ſemel à condito æuo iudicatus Scipio Naſica à iurato Senatu;idem in toga candida bis repulſa notatus à Populo. In ſumma,ei in patria mori non licuit.* Vtrumque ſic Plinio referente *naturalhiſt.lib.7.cap.27. & 34.*

Proinde *& honores & iniuria vulgi in promiſcuo habendi ſunt. Nec his dolendum,nec illis gaudendum* conſultore Seneca *in tract. Quod in Sapientem non cadit iniuria cap.19.*

Qui dedit hoc hodie,cras, ſi volet, auferet. Vt ſcite Horatius *epiſtolar.lib.1. epiſtola 16. ad Quintium.* Cumque Paulo *ad Corint. 1. cap.4.v.3. Mihi autem pro minimo eſt,vt à vobis iudicer, aut ab humano die; ſed neque me ipſum iudico.* Si à merito diſcrepent,vulgò ſe vindicans Prudens dicat: *Vulgus inquis vt Vulgus*, vt eſt apud Tertullianum *in Apologet.aduerſus Gentes,cap.35.* Grauius hoc,quo frequentius malum: *Populo nos damus,nullius rei bono Auctori,& in hac re,ſicut in omnibus, inconſtantiſſimo,* Seneca teſte *epiſt.99. Per bonam famam, & malam; à dextris & à ſiniſtris Chriſti miles graditur;nec laude extollitur,nec vituperatione frangitur, & lætacontemnit & triſtia. Per diem ſol non vret eum, neque luna per noctem,vt* Hieronymus belle *epiſtolar.lib. 2.epiſt.12.ad Nepotianum,* Quapropter *illum laudo,qui cum aliis imperet, meminit ſe Principem eſſe,& inuidiis,calumniiſque multorum obnoxium, inquem cines omnes ora obuertunt ſua; nec tam bene facta laudant, quam minus bene acta vituperant, linguaſque in Principes ſic vibrant,vt trilingues ſerpentes eſſe videantur,& in eum ſolum omnia inuidiæ ſpicula dirigunt,vt ſagittarij omnes in præfinitum ſignum intendunt.* cum Franciſco Patritio *de Regno lib.4.tit.4.n.4.*

Ergo (vt inferius idem ipſe aduertit) *caueat ſibi diligenter quicumque imperat etiam ſi probitate atque omni virtute polleret. Nemo enim tam ſanctus atque innocens eſſe poteſt, vt ſingulis quibuſque placeat, & ab omnibus optimus iudicetur.* Nec tam de amore populi Iudici curandum, quam vt mereatur amorem. *Odio haberi, exitiale, ac nimis capitale arbitror,* cum Diuo Ambroſio *de officiis,lib.2.cap. 7.* Et quidem *amari iucundum eſt;ſi curetur ne quid inſit amari*, cum Quintiliano *Oratoriar.inſtitution.lib.9.cap. 3.* Sed *ſi Spiritu viuimus, Spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,* doctrina Pauli *ad Galatas 5.v.25.* Aut *ſaltem cupiditas gloriæ ſuperetur amore Iuſtitiæ,* iuxta Diuum Auguſtinum *de Ciuit.Dei,lib.5.cap.15.* Etenim *non oportet vt Rectores boni placere hominibus appetant; ſed vt ſua æſtimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant. Non vt ſe amari deſiderent; ſed vt dilectionem ſuam quaſi quandam viam faciant per quam corda audientium ad amorem Conditoris ſui introducant,* ex D.Gregorio 2.p. Curæ Paſtoralis, cap. 8. *Nonnunquam enim recto operi animus conſtanter inniteur;& tamen humanis irriſionibus vrgetur:miranda agit, & opprobria recipit.& qui exire foras per Laudes potuit; repulſus contumeliis adſemetipſum redit, & eò ſe ipſum intus robuſtius in Deo ſolidat, quo foris non inuenit in quo requieſcat. Tota enim ſpes in Auctorem figitur, & inter irriſionum conuitia ſolus interior teſtis imploratur:atque afflicti animus ſit Deo tanto proximus, quanto & à gratia humani fauoris alienus*, Vt verè prudenter D.idem Gregorius *Moral. lib. 10. cap.15.* conſiderat. *Proter hoc Hieremias non ſatis popularibus ſententiis, velut quibuſdam humani diei radiis mouebatur:ſed fidenter loquebatur Deo; Diem hominis non concupiui, Tu ſcis,* vt D. Bernardus *epiſt.42. ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum,col. 9. ad finem.*

Quare plus apud Iudicem vera ratio valeat,† quam opinio vulgi, Ciceronis paritet 7
conſentiens voto, *Paradox.2.* Diuique Ambroſij *de Officiis,lib.1.cap.5.* dicentis: *Bene ſibi conſcius,falſis non debet moueri.* Namque *lenitatis eſt inanem aucupare rumorem, & omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari,* Ciceronis calculo *in Piſonem.* Vanas populi voces muneri ſatisfaciens contemnat, vt contemnendas Iura monent *in l. Conſtant, D.de appellation.in l.Decurionum filij,C.de pen. & in cap.2.de election.* Vulgique rumorem, *qui & neminem ſine æmulo finit,* vt *Annal.lib.13.cap. 5.* Cornelius Tacitus affirmat. *Et nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem,componimur,* vt Seneca *de vita beata cap. 1.* Eius autem contemptus conſcientia recta,ad beatam ducit vitam. *Beata plane quæ non alienis æſtimatur iudiciis, ſed domeſticis percipitur ſenſibus, tanquam ſui Iudex. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit,*

requirit, neque pro ſupplicio pauet. vt appendit Ambroſius *de Officiis* etiam *lib.1. cap.* 1. Inde *qui errore imperitæ multitudinis pendet; hic in magnis viris non eſt habendus,* Cicerone arbitro *lib. 2. officiorum, pag. mihi* 24. Veluti *quæ non merita virtutis expendit, nec publicæ vtilitatis emolumenta rimatur, ſed mobilitatis nutat incerto,* Diuo Ambroſio *Hexamer. lib. 5. capit.* 21. Cui præcludendæ aures, & vanæ gloriæ cupiditas toto conanime fugienda. *Quaſi latrunculus quippe eſt appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur* veluti *Moral. libro 9. capite* 13. Diuus Gregorius præcauet. *Facillimè enim ad res iniuſtas impellimur, vt quiſque eſt altiſſimo animo, & gloriæ cupido,* vt proximè Cicero, cum quo late id ipſum proſequitur, firmat, & comprobat Diuus Thom. *de Regimine Princip. capite* 7. Ex Principibus Iudæorum multi crediderunt in Ieſum, *ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è ſynagoga non eiicerentur; dilexerunt enim gloriam hominum, magis quam gloriam Dei,* vt eſt apud Ioannem *cap.12.v.* 42. *&* 43.

Vtque cætera faciamus omiſſa, id recordemur indeſinenter flebile: Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum ob hoc flagellis, morti que traditum. Sic Diuo Marco *capite* 15. referente: *Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam, & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur* ſic & Herodes, poſt Iacobi occiſionem, *videns quia placeret Iudæis, appoſuit vt apprehenderet & Petrum,* vt *in Act. Apoſtolor.* habetur, *cap.12.*

Origenem (quem ratione reddita ibi, Pilato ipſo deteriorem S. Theophilus Epiſcopus Alexandrinus affirmat *epiſt. Paſchal. 2. contra Origenem,* D. Hieronymo traductore) ad errores ſuos eandem traxiſſe popularis auræ voluptatem: Sanctus idem Theophilus ſic atteſtatur ibidem: *Vſus eſt enim duce peſſimo, Aura populari.* Quid Origini? *Omnibus vna intentio hæreticis ſemper fuit, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ,* teſte Bernardo *Sermone 65. ſuper Cantica longe poſt principium.*

Fama placet populi? Cupida trahis aure fauorem?
Neſcis Diuinum quid paret arbitrium.
Fumus & vmbra leuis tota eſt gloria mundi,
Torquent Famoſos tartara ſæua reos.

Vt perbellè Anſelmus *in carmine de Contemptu mundi.*

Is horum exitus. *Quoniam Deus diſſipabit oſſa eorum, qui hominibus placent: confuſi ſunt quoniam Deus ſprevit eos. Pſalm. 52. verſ.6.*

Virtus repulſa neſcia ſordida
Intaminatis fulget honoribus,
Nec ſumit, aut deponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

Vt & Horatius *Carmin. libro 3.* Ideo *opus ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero;* ex Paulo *ad Galatas capite 6. verſ. 4. Melior enim eſt virtus, quæ humano teſtimonio contenta non eſt; niſi conſcientia ſua,* Auguſtini quoque *de Ciuit. Dei libro 5. capite* 12. Propterea *conſcientia ſatisfiat, nil in famam laboremus,* conſilio Senecæ *de Ira libro 3. capite* 41. Cuius (conſcientiæ nempe) *caput eſſe ad beate viuendum ſecuritatem,* Cicero *in Lælio* dixit. Diuus Gregorius *epiſtolar. libro 9. epiſtola* 39. Theoctiſtæ Patritiæ *In omne quod agimus, vel quod extra de nobis dicitur, recurrere ad arcana mentis debemus. Et ſi omnes vituperent; liber eſt tamen quem conſcientia non accuſat.* Quare *nemo mihi* (cum Seneca epiſt. 81. poſt medium) *videtur pluris æſtimare virtutem, nemo illi magis eſſe deuotus, quam qui boni viri famam perdidit; ne conſcientiam perderet.* Qua non mordente) eiuſdem quoque Gregorij ſententia *libro 8. epiſtol.* 45. Palladio Preſbytero de Monte Sina *capiti Inter verba,* 55. 11. *quæſtio. 3. inſerta)* ad mentem, conſcientiamque recurrentes noſtram; *dimittamus ſtultos foris loqui quod volunt;* vulgum, turbamquè loquacem. Equidem, *dimittunt turbam, qui popularem auram, & vulgum deſerunt, in certo ſemper iudicio perua gantem, neque addicti rumoribus humanis, è virtutis itinere retardantur; ſed de bono conſcientiæ ſtabiles, & ſecuri, laudum, & derogationum mendaces fluctus, Chriſto comitante pertranſeunt,* vt Diuus Petrus Chryſologus *ſermone* 11. *ſuper illud Marci 4. verſ. 36. & dimittentes turbam,* ait. *Quia bonorum menti dum praui exprobrant, oſtendunt quem ſuorum actuum teſtem quærant,* vt Diuus Gregorius *Moral. dict. libro* 10. *capite* 15. Nam *gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, ad Corinthios 2. capite 1. verſ.*12. Ergo *vt quid aut de alterius hominis, aut de meo ipſius iudicio ſollicitus ſum, cuius nec vituperio reprobus, nec laude probatus inueniar?* vt ſatis appoſite Bernardus *ſermone de verbis Apoſtoli: Qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Non contemnenda aliquatenus fama (iuxta textum *in capit. Non ſunt audiendi, 56. 11. quæſtio. 3. in capite Nolo,* 10. 12. *quæſtio. 1.* & multa, quæ in id *tract. de purit. & nobilit. probanda, 1. parte, paragrapho 2. à principio.* Ioannes de Eſcobar congerit.

Nonne mori ſatius vita quam ferre pudorem?

Vt de *bello Gildonic.* Claudianus rogat. *Nam negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt; ſed etiam omnino diſſoluti,* vt *de offic. libro primo pagina mihi* 35. Cicero ait, & vt theſi eadem *libro primo capite quadrageſimoſeptimo* D. Ambroſius: *Non deſpiciat quid de ſe vnusquiſque, & maxime vir optimus, ſentiat. Hoc enim modo diſcit bonis, deferre reuerentiam.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Nam negligere bonorum iudicia, vel arrogantiæ, vel dissolutionis est: quorum alterum superbiæ adscribitur; alterum negligentiæ. Inde *vt Temperantia est praconia populi, & sæculi huius prospera declinare: sic interdum Iustitia est, certa quidem dispensatione admittere ea*, veluti *sermone 3. Dominic. in Ramis Palmar.* Bernardus edocet:) Sed *nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam ciuium: quam blanditiis, & assentando colligere, turpe est.* Cicerone ipso *in Lælio* teste. *Nec* (vt in capite fin. 45. dist. ac Cyprian. textus inquit) *mouere nos debent conuitia perditorum, quominus à via recta, & à certa regula non recedamus: quando & Apostolus instruat dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

Quapropter *si philosophiam cupis, prepara te continuo vt irrideari, vt subsanneris à multis, vt dicant*: Repente nobis Philosophus emersit: Et vnde nobis hoc supercilium? *Tu vero supercilium quidem ne habe: quæ vero tibi optima videntur, ita retine, tanquam sis à Deo in hac acie collocatus.* ab Epicteto admonitus *in Enchiridion. capite 17.* Alioquin à regimine abeat longe cui datum non est.

Malignum
Spernere vulgus,

Iuxta Horatium *Carmin. libro 2. ad Grosphum.* Enim vero *quilibet nostrum debuisset aduersus opiniones malignas satis fiducia habere in bona conscientia*, vt & Seneca agnouit *libro 1. de Clement*: cumque Tullio *epistolar. libro 12. epistola 246. ad Atticum*, dicere: *Mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo.* Namque *Iustitia, quæ perse sibi abundat ad gloriam, spectaculum populi, vulgi laudem, fauores hominum, mundi gloriam non requirit: à Deo genita cælum spectat, in oculis agit Diuinis, supernis virtutibus mixta, semper à Deo solo vt glorificetur expectat.* Diuo ipso Petro Chrysologo assertore. *Sermone 9. in illud Matthæi 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Hæc enim Iustitia ex Deo est: illa vero quæ fit ad pompam, vulgiquè rumorem, *Iustitia non est, mentitur oculis, fallit aspectum, videntibus illudit, decipit audientes, seducit turbas, trahit populos, famam vendit, emit clamorem fit sæculo, Deo non fit, mercedem rapit præsentem, premium non quærit in futuro*, vt Diuus idem Petrus Chrysologus prosequitur, subdens: *Iustitia quæ se humanis oculis locat, Diuini Patris non potest expectare mercedem. Voluit videri, & visa est: voluit hominibus placere, & placuit: habet mercedem quam voluit: premium quod habere noluit, non habebit.* Stultissima ob humanam inanem gloriam commutatio. *Magna quippe vecordia est, laboriosa agere, & aura laudis inhiare: forti operi præceptis cælestibus inseruire, sed terrena retributionis præmium quærere. Vt enim, ita dixerim, qui pro virtute quam agit, humanos fauores desiderat, rem magni meriti vili precio venalem portat: vnde cœli Regnum mereri potuit; inde nummum transitorij sermonis quærit. Vili ergo precio opus vendit, quia magna impendit, sed minima recipit*, vt mirabiliter expendit Gregorius *Moral. libro 8. capite 25.* similia repetens *in Pastorali 3. parte capite 36.* & Diuus Bernardus *de interiori domo, capite 48.* ad finem: *Quod manifestando potes amittere, tacendo custodi. Quibusdam enim concessum est tantum bene agere, & fructum boni operis non habere, quod ipsi sibi auferunt per studium humanæ iactantiæ. Sicut glacies calore dissoluitur; ita virtus ore laudantis. O miseri* (merito libro 9. Moral. capite 30. Gregorius exclamat) *qui affectantes laudes hominum, in semetipsis dissipant fructus laborum: cumque se ostendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt.* Solam igitur infectemur virtutem. *Nullum Theatrum virtuti conscientia maius est*, vt & Cicero ait *Tusculanar. quæst. lib. 2.*

Ea de causa à veræ laudis sectatore, despiciente vana, † *æquo animo audienda sunt* 8
imperitorum conuitia: & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemptus, consultore Seneca *epistola 7.* Etenim maledicent illi, & Dominus benedicet, Prophetica assertione psalm. 108. v. 28. *Maledicent illi, & tu benedices.* Qui *docuit nos quod timere maledicta persequentium minime debeamus, cum habeamus benedictionis auctorem: nec mouere nos conuitia debeant, vbi Præsul est, qui possit auferre maledicta*, vt explicat, hortaturquè Ambrosius *concione funebri in obitu Valentiniani iunioris Augusti.* Enimvero *interest vtrum quis homines promoueri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur, Dominus offenditur: si vero id enitimur, & elaboramus vt possimus Deo placere; & conuitia & maledicta debemus humana contemnere*, vt Cyprianus discernit *epistola 55. ad Cornelium*, ex ordine Iacobi Pamelij, alias *libro 1. epist. 3.* Contemptis maledictis, Iustitiam exequamur. Quoniam *qui iustus est, & iniuste maledicitur, præmium illi redditur*, vt ex Augustino, textus docet *in capite Qui iustus, 90. 11. quæst. 3.* Idque Beatitudinis, sic *apud Matthæum capite 5. vers. 11. & 12.* dicente, pollicentequè Domino: *Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint malum aduersum vos, mentientes propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

Quæ Ethnici quoque magnanimiter sustulerunt. In eoque † Octauianum, Augu- 9
stum, Tiberium, Vespasianum, Titum, Iulium Cæsarem, Epaminundam, & alios Patricius laudat *dicto libro 4. tit. 6.* Namque *Regium est male audire cum benefeceris*, vt dicebat Antistenes, & *in eius vita lib. 6.* Diogenes Laertius prodit. Aliter, vt in prouerbio est:

Nescit

Nescit Regnare, qui nescit dissimulare.
Et vt apud Senecam *in Oedip. actu 1.*

Odia qui nimium timet,
Regnare nescit.

Quia vt & apud ipsum *incert. Auctor. actu 4.*

Simul ista mundi Conditor posuit Deus,
Odium, atque Regnum.

Quod & in Domino ipso Dauid prædixit Psalm. 98. v. 1. *Dominus regnauit: irascantur populi: sedet super Cherubin, moueatur terra.*

Quid timendum maledictum, Iustitiam rectumquè sectanti, quod sibi Beatitudinem trahit, quod in maledicos istos suum nunc conuertit acumen? Quod (vt *lib. 3. epistolar. epist. fin. circa finem, Vercellensi Ecclesiæ* Diuus Ambrosius inquit) *in ipsos qui maledixerunt, frequenter retorquetur, vt suo telo vulnerentur. Ambienda hominum maledictio, qua acquiris Dominicam benedictionem.*

Quinimo, & hominum etiam acquirere solet. Quamuis enim frequentissimum sit, † *multitudinem in illos suffragia conuertere, quos blanditiis, & assentationibus molliores esse sentit, atque gradiores, sauioresquè omnes spernere* (vt testatur Patricius idem, *dicto lib. 4. de Regno, tit. 2. num. 3.*) At vero (vt idemmet subiungit ibidem) *hoc præcipue efficit* † *in tranquillo temporis cursu: verum vbi sauior tempestas aliqua inhorruit: tunc blanditias respuit, & Iustitiam, seueritatemquè complectitur. Tum quidem restantibus ventis, optimo Gubernatore opus esse cognoscit, quem tranquillo, quietoque æquore aspernabatur. Sicque fit* (secundum Gregorium Moral. lib. 30. cap. 9. col. 2. ad principium) *vt contumeliis gratia magis quam ira debeatur.*

Discamus ergo arundo vento agitata non esse, solidemus animum inter auras linguarum positum, stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram prouocet, atque ad remissionem inutilis gratiæ, nullus fauor inclinet. Diui item Gregorij monitu *Homil. 6. in Euangelia.* illud Matthæi v. 7. *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam* (explicans. *Pusillorum est exagitari scandalo, vnde & Dominus ait*: Quicumque scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis, *Non solum* Pusillos, *sed etiam* Minimos *dixit, quos perturbant scandala*, vt Ambrosius expendit *Psalm. 118. octon. 21.* in illud: *Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum col. 2. ad finem.*

In integritate, & maiestate esto constans, vulgi contemptor, rectusquè Ministet, *quia illum facit humana derisio Deo proximum, quem ab humanis prauitatibus vita innocentia seruat alienum*, vt Diuus Gregorius *Moral. lib. 10. cap. 15.* affirmat. *Quod si perstites in iisdem; & qui te prius deridebant, iidem postea admirabantur. Si vero iis terga dederis, duplici irrisione afficieris*, expromissorem habens Epictetum *in Enchirid. cap. 27.* Pugnat enim semper pro Iustitia,

Ratio, & *fides in præsentia quibus restitit, offendit: deinde illis ipsis suspicitur, laudaturquè* vt Cornelio Ministrano scribens Plinius inquit *epistolar. libro 3. epist. 9.* Et prædixerat Sapiens Prouerbior. 28. v. 23. *Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quam ille, qui per lingua blandimenta decipit.* Namque *vitiis semper seruiunt blandimenta, lenocinantur dulcia delictis: virtutibus verò austera, & fortia sunt amica*, vt Diuus Petrus Chrysologus inquit *sermone 74.* Quia *omnis disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ*, vt Paulus, *ad Hebræos capite 12. vers. 11.* Vnde *Prouerbior. 1. vers. 23.* ad correptionis amorem gratamque illius acceptionem sic hortatur Sapiens: *Conuertimini ad correptionem meam, & proferam vobis spiritum meum.* In quæ verba Diuus Petrus Damianus *epistolar. libro 6. epistola 18.* aduertenter notat, quod *non dixit ad blanditias meas: sed conuertimini inquit, ad correptionem meam.* Alia belle in id ipsum inde prosecutus.

Nec sat famæ, & muneri suo consultum esse putet Iudex † laudum appetens, vanæ gloriæ cupidus, captansque illius auram, scientiæ aut sapientiæ, affabilitatis, alteriusvè commenti ostentatione. Tum *quia corrector vitiorum laudes populares quærere non debet*, vt latius id comprobans, *Psalm. 95. v. 1651.* Incognitus ait. *Perdit enim labiorum memoriam mens terrenis obligata carceribus*, vt textus *in capite Noli, dist. 3.* vbi Glossa verba *Labiorum memoriam* explicat Redarguendi.

Tum quia gloriæ humanæ cupiditas scientiæ defectum manifestat. Etenim *sapientes abscondunt scientiam*, Sapiente ipso *Prouerbior. 10. vers. 14.* ductore. In quod illud Iob. cap. 26. vers. 8. *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum*, Diuus Gregorius pensat *Moral. libro 17. capite 14.* multa in id elegantissime premens, vtiliterquè docens. *Nam quia teste Paulo ad Corinth. 1. cap. 3. vers. 19.* Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum *tanto quisque amplius intus stultus sit: quanto conatur exterius sapiens videri*, vt D. ipse Gregorius profitetur *Moral. libro 18. capite 25.* Ideo *nemo se seducat. Si quis videtur inter vos Sapiens esse in hoc sæculo; stultus fiat vt sit sapiens*, eodem ipso ibi, vers. 18. admonitore Paulo. *Et si veraciter Sapientes, & ipsam Dei sapientiam contemplari appetimus; stultos nos humiliter cognoscamus. Relinquamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem*, Gregorio ipso *Moralium libro 27. capite 27. ad finem.* Discamus humilem philosophiam. *Ipsam* siquidem *philosophiam non debebis iactare. Multis fuit periculosa insolenter iactata & contumaciter. Vitia tibi detrahat, non alij exprobret,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

non abhorreat à publicis moribus: nec ita agat, vt quidquid non facit damnare videatur. Licet sanare sine pompa, sine inuidia. Senecæ doctrina *epistola* 103. *in fine.* Eaque ratione *veteribus quidem etiam dissimulare eloquentiam, fuit moris,* Quintiliani traditione *Oratoriar. instit. lib.* 12. *cap.* 9. Sagax ista sapientiæ opinionis captandæ ars. Namque *homo versutus zelat scientiam,* ex ipso Sapiente *Prouerbiorum* 12. *v.* 23. Sapientem enim videri velle, scientiæque ostentandi cupiditas ex ignorantia nascitur, Diui Thomæ sententia 2. 2. *quæst.* 85. *art.* 2. Istumque Indoctum haberi, sic *in Prouerbiis cap.* 21. *v.* 24. Salomon manifestat: *Superbus & arrogans vocatur Indoctus* & cap. 26. v. 12. *Vidisti hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit insipiens.* Et non modo *qui stultis eruditi videri volunt, stulti eruditis videntur,* Quintiliani pariter iudicio *Oratoriar. instit. lib.* 10. *cap.* 7. Sed (eo quoque *lib.* 12. *cap.* 9. censore) *minus cupidis opinionis plus fructus venit.*

Tum quia nec laudem gloriamvè consequitur is, quem nullus odit, quem soluta affabilitas contemptum, potius quam verendum facit. Vtrumque prouidentissime *de Ira lib.* 4. *cap.* 14. ita Seneca admonitum reddit: *Vide ne contra placidior, solutusque affectibus, & cui nemo odio sit.* Nimis enim delicatus superior ille, & non publico Regimini aptus, cui odia pro Iustitia ferre graue est. Cuius veluti muneri incumbit superbis resistere, pusillos ab eorum iniuriis defendere, fœnare vulgum, infectori maleficos. Consequenter ergo *dubium non est, bonos prauorum odia sustinere, Diuinisque intentis operibus peruersorum aduersitatibus lacerari:* Diui Gregorij testimonio *epistolar. lib.* 6. *epist.* 2. *Columbo Episcopo Numidiæ.* Nec item bonis etiam operibus fultum, Vulgum benignum iudicem habiturum. *Insitum est enim naturaliter vulgo, vt de bonis male semper iudicet,* Diui Aureliani *Homil.* 1. *de bono disciplinæ.*

Malis itaque displicere nullatenus ti-
13 meat Iudex. † Tum quia *non est speciosa laus in ore peccatoris,* Ecclesiastici testimonio *cap.* 15. *v.* 9. Tum *quia stultum valde est si illis placere quærimus, quos non placere Domino scimus,* vt S. Gregorius inquit *lib.* 1. *in Ezechielem, Homil.* 9. *col.* 5. *ad princip.* Imo secundum ipsum ibidem: *Peruersorum derogatio, vitæ nostræ approbatio est. Quia iam ostenditur nos aliquid iustitiæ habere, si illi displicere incipimus, qui non placent Deo. Nemo etenim potest in vna eademque re Omnipotenti Domino, atque eius hostibus gratus existere. Nam Deo se amicum denegat, qui eius placet inimico.* Verè quidem *non derogatio, sed commendatio lucis, si eam fugiunt vespertiliones. Non est diffamatio medici, sed commendatio, si freneticus sibi maledicit. Si ergo mali homines detrahunt, ipsorum detractio bonorum est commendatio,* vt optimè ratiocinatur Incognitus *Psalm.* 91. *v.* 1594. Discipulis sui ad Apostolatus fastigium euectis, Ecclesiæque Principibus constitutis, Christus Dominus noster *Luc. 6. v.* 22. dicit: *Beati eritis cum vos oderint homines,* & Ioann. 5. v. 18. & 19. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de hoc mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Deque malorum sui displicentia, ita etiam Seneca *de vita beata cap.* 24. sibi gratulatur: *Mihi iam, quod argumentum est recti, contigit: Malis displicere.* Omnibus ergo velle placere, vt impossibile, soluti, & effracti animi est, prauitatisque argumentum. Quia *laus humana bonos cruciat; malos latificat,* Diui Bernardi dogmate *lib. de ordine vitæ, col.* 15.

Prauis igitur, & delinquentibus † sine 14
formidine Formidabilem se exhibeat Iudex: probis humanum, mitem, modeste placidum, verequè parentem, vt *in auth. de mandat. Princip.* §. *Talem vero, coll.* 3. Iudicem edocens, sancte præcipit Iustinianus: *Talem vere præbebis temetipsum omnibus & publicè, & priuatim, vt Terribilis quidem sis delinquentibus, & indenotis circa fiscalia: mansuetissimus autem & mitis omnibus placidis, & deuotis, & paternam exhibens prouidentiam.* In quo Basilium Magnum Gregorius Nazianzenus eius *in vitam* merito sic extollit: *Ille vt bonis omnibus arridere solebat, quasi hoc signo eorum collaudans, ac probans virtutem, sic improbos asperiore aspiciebat vultu: quibus taciturnitas sola loco increpationis, ac correctionis fuerat.* Pulchre, & breuiter *de Clementia, lib.* 1. *cap.* 13. vt cætera, Seneca: *Æquis desideriis propensus, & iniquis acerbus.* Alia huic conducentia à verbo *Grauem, Rubrica* 6. & à verbo *Seuerum, Rubrica* 8. si libet, pete.

LVMINIBVS OCVLORUM acribus.

RVBRICA III.

QVAM IN SVBDITOS, SEque occulorum aciem intendere Iudex debeat?

SVMMARIVM.

1 *Virgo totam se interius, & exterius lustrare debet, ne parua quidem macula deformetur.*

2 *Iudex in se prius lynceos oculeos conuertat: in subditos inde. Quia Iustus prior est accusator sui. Nec aliorum bene corrigit errata, qui non se prius Iustitiæ censura castigat.* & num. 4.

3 *Quid prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur? Quomodo in foro Iustitiam seruabit, qui intra se iniustitiam fouet?*

Seruit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Seruit omnis qui auctoritatem pure non habet conſcientiæ, vitio paſſionibusque ſubiectus, totque dominis addicitur, quot vitiis. Liber eſt qui voluntatis ſuæ arbiter eſt. Iudex conſilij, interpres arbitrij, qui coercet corporea appetentiam paſſionis. ibi.

5 *Alteri ſæpe parendum, ſibi ipſi nunquam. Æquus Iudex non aliam de ſua, aliam de aliena cauſa ſententiam ferat. Et is Bonus, Æquus.*

6 *Sua prius emendantes, quam reprehendant aliena; iudicium euitant: & non ſolum Imperio, ſed admiratione digni reddantur.*

7 *Vir bonus, Sapiens, ſuique Iudex vix ex hominum mille reperitur.*

8 *Acri oculi cognomine Iuſtitia deſignatur. Perque oculi patentis hieroglyſicum Iuſtitiam, perfectumque Iudicem Ægyptij ſignificabant. Alij* Oculum Regium *ad Prefecturam miſſos vocitabant.*

9 *Alexander Seuerus ſi prauum videret Iudicem, paratum habebat digitum, quo illi oculum eruueret: quaſi eius partis ſupplicio totam vleiſceretur Iuſtitiam.*

10 *Bithini Iudiciale Tribunal in Solis aſpectu locare ſolebant, quem cauſis iudicandis dicebant præeſſe. Oportere iudicantes ſoles foro Iudices, oculatosque Argos;* & num. ſeq.

11 *Solis officium eſt, omnia pandere. Cui notanter oculi tribuuntur.*

12 *Cretenſes Iouem cum Oculis, & abſque Auriculis depingebant: non ſic Auritos, ſicut Oculos futuros Iudices oſtendentes.*

13 *Iuſtitia cur etiam oculis ſub clauſis pingatur?*

14 *Iudex temperate, modeſte, ac placide oculorum aciem intendat, nil detrahens Maieſtati, nil atrocitati permittens.*

ANNOTATIO vnic.

1 ACRIA oculorum lumina in Virgine monſtrat Effigies,† vt certam teddat, totam ſe interius, & exterius luſtrare debere, ne parua quidem macula deformetur, aut vitiorum confinio lædatur, vt iam in principio diximus.

2 In Iuſtitia, Iudiceque† vt in ſe prius lynceum quidem viſum conuertat; in ſubditos inde. *Eſt enim proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum,* vt profitetur Cicero *Tuſculanar. quæſt. lib. 3.* A ſtultitia te vindica iſta, *qui alios iudicas, aliquando eſto & tui Iudex, conſcientiæ tuæ latebras intuere.* Tibi cape conſilium quod *Demetriano Proconſuli Africæ* Diuus præſtitit Cyprianus. In te vindex ſæuiot; in ſubditis clementior exta. *Nam Iuſtus prior eſt accuſator ſui,* vt Sapiens *Prouerbior. 18. v. 17.* & vt Auſonius.

Iudex ipſe ſui totum ſe explorat ad vnguem.

Et mundus ipſe eſſe à vitiis debet, qui curat aliena corrigere, vt D. Gregorius *Moral. lib. 7. c. 17.* Quia *in ſe prius neceſſe eſt vt quiſque diſcutiat ſi loco vita congruit, ſi ab honore actio non diſſentit,* vt D. Gregorius idem *Moral. lib. 25. cap. 15. in fine.* & lib. 2. ſuper Euang. Ioannis, cap. 16. *Contra nos metipſos corrigendos erigi debemus, vt mala propria cognoſcentes, diſtricta noſmetipſos vltione pœnitentiæ feriamus. Ordo quippe erectionis in bono.* (vt ipſe idem lib. 14. Moral. cap. 13.) *iſte eſt, vt primo contra nos, poſtmodum contra malos erigamur. Sed hanc erectionem* (poſt pauca addit) *mali neſciunt, quia ſe relinquunt, & bonos impetunt: ſibi ſe intra conſcientiam ſuam mollicitiæ blandæ adulationis inclinant: & contra bonorum vitam diſtrictione aſperitatis eriguntur.* Quare *eſto vita continens, vt poſſis, in alios eſſe Iudex. Prima æquitas eſt à ſe Præſules inchoare, vt debeant criminoſi metuere, quem nequeunt ſimilem reperire,* vt eos *lib. 6. epiſt. 22.* inſtruit Caſſiodorus. *Quando oporteat demonſtrationem & commendationem alicuius rei adortos, ſe ipſos prius in adminiſtratione eius rei deprehendi, & conſtantiam commonendi propria conuerſationis auctoritate dirigere, ne dicta factis diſſentientibus erubeſcant* veluti *lib. de Patientia, cap. 1.* timatur Tertullianus: *Dabis voci tuæ vocem virtutis, ſi quod ſuades, prius tibi illud cognoſceris perſuaſiſſe. Validior operis, quam oris vox:* quemadmodum *ſermone 59. ſuper cantica.* Bernardus. *Perfectionis enim viam male inſinuat, ſi lucis iter quis voce volens pandere, actione tenebreſcat,* iuxta D. Gregorium *Reg. c. 7.* in illud: *Iudicauit quoque Samuel* &c. *Cum imperio quippe docetur, quod prius agitur quam dicatur. Nam doctrina ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia prægredit linguam,* veluti *Moral. l. 23. c. 7.* Gregorius ipſe. Idcirco *Ab hominibus factus es potes? Ordina te metipſũ,* vt *Homil. 51. in Acta,* Chryſoſtomus. *Quoniam ſubditos nequaquam recte iudicat, nec eorum cognoſcit, corrigitque errata, qui non & ſeipſum prius Iuſtitiæ cenſura caſtigat,* vt Noni concilij Toletani præfatio habet, relata à Ioanne Hieronymo Epiſcopo Campanillo *in Diuerſorio iuris Canonici Rubr. 3. num. 6. verſ. Antiſtes autem.* Perinde *ſi qua nobis trabes, ſi qua feſtuca, eam euellamus, vt & aliorum vitia perſpicere queamus,* veluti *Oratione 40. in ſanctum Baptiſma* Nazianzenus admonet. *Siquidem* (vt in Apologia ad Guilielmum Abbatem ſancti Theodorici Diuus Bernardus) *humanitatis eſt, omnium in quo ſibi quiſque indulget, aliis non vehementer iraſci.* Vtque ex (Iſidoro *de ſummo bono*) Incognitus *Pſalm. 95. v. 1651.* ait: *Non debet vitia corrigere aliena, qui adhuc vitiorum contagiis ſernit. Improbum eſt enim arguere in alio, quod quis adhuc deprehendit in ſe ipſo. Quia prius ſe ipſum diſcutiendo debet interrogare conſcientiam ſuam, & cum ſe ab eodem vitio mundum inuenerit, tunc proximum arguere, & corrigere debet.* Quia *qui ſemetipſum prius non iudicat, quid in alio rectum iudicet ignorat. Et ſi nouit fortaſſe per auditum quod rectum iudicare debeat; recte tamen iudicare aliena merita non valet, cui conſcientia innocentiæ propriæ nullam iudicij regulam præbet,* vt & D.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Gregorius testis, & assertor est, *in lib. Iudicum, cap.* 8. deductus *ex lib.* 14. *Moral. cap.* 13. *circa med.* Enimvero *cum curam populi electus Praesul suscipit, quasi ad aegrũ medicus accedit. Si ergo adhuc in eius corpore passiones viuunt, qua praesũptione percussum mederi properat.* vt optime D. idem Gregorius arguit *Cura Pastoralis, p.* 1. *c.* 9. *in fine.* Consentit D. Ioannes Chrysostomus *in epist. Pauli ad Ephesios, c.* 4. *Homil.* 10. *col.* 4. *post principium* dicens: *Non amplius possumus increpare eos qui à nobis reguntur, cum ipsi quoque eadem febre teneamur, & ipsi egemus medicina, quos Deus posuit vt aliis mederemur.* D. item Gregorius *Moral. lib.* 17. *cap.* 7. inquiens: *Illi recte redarguere falsa possunt, qui falsa agere nesciunt. Nam correptionis ausum contra fallaciam perdunt, qui adhuc fallaciter viuunt.* Etenim *melius persuadebit aliis, qui prius persuaserit sibi,* iuxta Quintilianum *Oratoriar. instit. lib.* 12. *cap.* 12. Propterea Hildebertus Cœnoman. Episcopus, Regem Anglorum alloquens, iure dicebat: *Nosti profecto Regis esse sibi primum, deinde populo dominari. Nosti Principem donec de se ipso triumphet, obscurè de hostibus triumphare.* Inde *bene sancti viri Scripturae sacrae testimonio, Reges vocantur; quia Prælati cunctis motibus carnis, modo luxuriae appetitum frenant; modo astum auaritiae temperant; modo gloriam elationis inclinant; modo suggestionem liuoris obruunt; modo ignem furoris extinguunt. Reges ergo sunt, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo praesse nouerunt,* veluti illud Iob. 36. v. 7. *Non aufert à Iusto oculos suos, & Reges in solio collocat in perpetuum,* explicans Gregorius annotat. *Moral. lib.* 26. *c.* 21. *post principium.* Hunc vere *Potentissimum esse, qui se habet in potestate,* asseruit quoque Seneca *epist.* 90. Imò

Latius Regnes auidum domando
Spiritum, quam si Lybiam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.

vt rectissime quoquè Horatius *Carmin. lib.* 2. *ad Sallustium Crispum.* Quibus conueniunt multa alia *Rubr.* 7. *Annot.* 3. reponẽda, dictaque à Quintiliano Mandosio *in glossa Facultatem, §. Habita, ver. Regens, pag. mihi* 225. Itaque *habe primum zelum super temetipsum, & tunc zelare poteris etiam iuste proximum tuum,* vt Ioannes Gerson *de imitatione Christi, lib.* 2. *c.* 3. inquit. Ne & conuentio, seu redargutio præsto sit: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei?* vt est apud *Mattha. c.* 15. *v.* 3. aliorumque relatorum *Rubr.* 7. *Annot.* 2. *n.* 2. Similis, aut deterioris virij verecunda obiectio à Iuuenale etiam opposita *Satyr.* 2.

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis cœlum terra non misceat, & mare cœlo,
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni,
Clodius accuset mœchos, Catilina Cetegum?

Ergo *fac vt loquaris, & non solum me facilius emendas, sed te quoque non leui liberas probro. Non pertinebit ad te si quis dicat: Alligant onera grania & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea monere. Sed neque illud verearis oportet: Tu qui alios doces, te ipsum non doces,* vt & *sermone* 59. *super cantica, col.* 1. *in fine,* huius notæ fugam Bernardus edocet, *Cuius etenim est pudoris, quinimo inuerecundiæ, cuius quod agere te videas, in alterum reprehendere; maledicti & criminis loco dare ea, quæ in te possint reciprocata vicissitudine retorqueri?* vt Arnobius ait *lib.* 2. *aduersus gentes,* cuius meminit Nouarinus *in Adagiis Sanctorum Patrum, Adag.* 262. Illud item Ecclesiastici, *cap.* 14. *v.* 5. dicentis: *Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit?* Ne alia quæ *in Axiomatib. iuris, lit. V n.* 147. in id retulimus, transcribamus. Seuectior tandem in te, vt diximus, vindex. Quia *Iustus fauere sibi nescit, rigorem iudicij etiam circa se non nouit inflectere,* vt S. Ambrosius cauet *in exposit. Psalm.* 50. in illud: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, ad medium.*

Reliquum, est vt *si vis tibi omnia subiicere, te subiice rationi: multos reges si Ratio te rexerit,* expromissore Seneca *epist.* 37. Et

Tunc omnia iura tenebis
Cum poteris Rex esse tui.

Cumque quod ab alio supplicium non times, à te Iudice pertimescas.

Cæterum † *quid prodest foris esse strenuum,* 3
si domi male viuitur? sic Valerio Maximo *lib.* 2. *cap.* 9. *in principio* togante, & 1. *ad Timot.* 3. *v.* 5. Paulo: *Si quis domui suæ præesse nequit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Re quidem vera, *parui sunt foris arma, nisi est consilium domi,* vt *Officior. lib.* 1. *pag. mihi* 28. Cicero ait. *Durum quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, Iudex fiat aliena,* vt D. Gregorius *Homil.* 26. *in Euangel.* vt S. Leo sermone de Ieiunio: *Quid prodest animæ foris agere quasi Dominam, & intus seruire captiuam.* Namque *seruit omnis, qui auctoritatem pura non habet conscientia. Seruit quicunque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel mœrore ducitur. Seruilis enim est omnis passio. Quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati. Et (quod peius est) multorum seruus est, qui subiectus est vitiis; multis se dominis addixit, vt seruitio ei exire vix liceat. At vero ille qui voluntatis suæ arbiter est, Iudex consilij, interpres arbitrij, qui coërcet corporea appetentiam passionis, qui ea quæ agit inculpatè, & irreprehensibiliter agit, habens suorum actuum potestatem: is profecto Liber est. Nam qui omnia prudenter agit, & ita vinit vt vult, is solus est Liber. Non conditio fortuita seruos facit, sed probrosa insipientia,* vt S. Ambrosius *de Jacob. & vita beata, lib.* 2. *cap.* 3.

Quisnam igitur liber? Sapiens, sibique imperiosus.

vt

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vt *sermonum lib.2.Satyra 6.* præfinit Horatius.Qui ita se gerit,teque habet in potestate, alios regat,in potestateque habeat, dignum æquumque est. *Longe* siquidem, *multoque seipsum quam hostem superare, operosius est*,vt & Valerius *lib. 4.sit. 1.de animi moderatione cap. 2.* inquit. *Ego certe adduci non possum vt credam vrbi vtilem, quem domi scelestum cerno*, cum Ioanne Andrea *in prologo Decretal.verbo Gregorius, n. 34.* ex Valerio ipso. Vt cætera faciamus omissa, quæ *in Axiomatibus Iuris, lit. I. n. 24.* circa id congessimus,adducitque Simancas *de Republica lib.5.cap.14.*modo Sapientis memores *Prouerbior.cap.16.v.32.* dicentis: *Melior est patiens viro forti,& qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.* Quia *nulla maior est victoria,quam ea qua de cupiditatibus refertur. Qui hostem vicit fortior fuit, sed altero:qui libidinem repressit, se ipso fatior fuit. Qui inimicum prostrauit, externum hostem percussit; qui cupiditatem depressit hostem domesticum superauit*, vt bellissime Cyprianus *de bono pudicitiæ,col.7. ante medium.* Equidem *grande est, intra se aliquem tranquillum esse, & sibi conuenire. Foris pax,aut Imperatoris sollicita prouidentia, aut manu militum quæritur,aut bellorum prospero,cedit euentu, aut interneccione aliqua barbarorum,si in se hostili metu arma conuertat.In ea pace nulla nostra virtus,sed euentus est. Certe gloria pacis illius ad Imperatorem refertur;istius pacis fructus in nobis est, qua est in mentibus singulorum, qua tenetur affectibus. Istius pacis maior est fructus quam spiritualis nequitiæ tentamenta, quamque arma hostilia repellantur. Ista pax sublimior, qua corporalium passionum excludit illecebras,perturbationesque mitigat,quam ea, qua barbaricos sedat incursus.Plus est enim clausso intra te hosti resistere,quam remoto*, vt Cypriani argumentum prosequitur Ambrosius *de Iacob & vita beata,d.lib.2.cap.6.* & *de benefic.lib.5.cap.7.* prædixerat Seneca: *Gentes facilius est barbaras, impatientesque alieni arbitrij regere,quam animum suum continere, & tradere sibi.* Hunc (cum Lactantio Firmiano Diuinar. Instit. lib. 1. cap. 9. *non solum ego cum summis viris comparo;sed similimum Deo indico.* Qui voluptate passionibusque superior rectæ subditur Rationi; quemque eadem vera animi temperantia æque in foro ac comitatur in domo. *Nam plerique composito habitu,ac sumpta grauitatis persona,in publico honesti videntur ne probi: at vero domi mores suos detegunt,& se improbos produnt*,vt caute Eusebius Græcus Auctor *in explicatione Psalmi 100.apud Agellium*, memoratus à Velazquez *eodem loco super verb.In innocentia cordis mei lectura 8.n.1.*

A sua ergo † correcturus alios,correctio-
4 ne incipiat,vt & se strenuũ præbeat Rectorem,& laude dignum, qua Agricolam Cornelius Tacitus *in eius vita* merito extollit. Qui *causas bellorum statuit excidere, à se suisque orsus, primum domum suam coercuit.* Non sibi licere existimans, quod acerbe in aliis iudicat puniendum. *Quia si non ea, quæ nobis sunt viciniora prosternimus, nimirum inaniter ad ea, quæ longius sunt, impugnanda transimus.In cassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa vrbis mœnia ciuis insidians habeatur*, vt Gregorius discutit *Moral.lib. 30. cap. 13. col. 2. ante medium.* Aliterque agentem iusta illa Matthæi 17.reprehensio mordet: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides?* & Lucæ 6. *Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo,& tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui.* Nam *si districti circa nos essemus, vt dignum est,Iudices;non tam rigidos experiretur aliena culpa censores.In alios scilicet disciplinæ nostræ vigor extenditur,dum circa excessus proprios solum pietatis & mansuetudinis iura seruantur*,vt pulchre D. Petrus Damianus *epistolar.lib.6.epist.30.* Cum quolibet, cumque Horatio *libr.sermonum,Satyra 3.* hunc liceat mihi rogare:

Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis:
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut Aquila, aut serpens Epidaurius?

Isti quidem in suis *Myopes, Luscioſi, Tenebrones; in alienis Lynceï, Argi, Aquiloculi*, vt hisce eos nominibus insignit Tiraquellus, similia in id prosequens,*de pœnis temperand. causa 51.n.65.* Nullum his, quam quod apud Tragicum Senecam *in Hercul. Oet.actu 3.* responsum:

Nemo nocens sibi pœnas irrogat.

Et

Facta quis damnat sua?

vt idem repetit *ibi*,apudque Horatium eundem,in persona Menij,*supra*:

Egomet mihi ignosco,Menius inquit.

Sed prorsus ineptum, etiam ex ipso *ibidem.*

Stultus,& improbus hic amor est,dignusque notari.

Cum oppositum recta suadeat ratio: † alte- 5
ri nempe parcere sæpe; sibi ipsi nunquam, vt *de Moribus* Seneca consulit.Et vt *d.lib.6. epist.30.* D.Petrus Damianus.*Peccatum in te, mortis periculum deputa,in aliis fragilitatem conditionis appella. Decerne alium ferula dignum,vnde te scorpionibus arbitraris obnoxium.* Vt *epist.59.* Hildebertus Cænoman. Episcopus: *Esto tuorum censor cum ignoueris excessibus alienis.* Tandem *vis apparere Sanctus? Circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus* vt instruit textus *in cap. Alligant, 12.in ord. 26.quæst.7.*

Ad minus *æquus Iudex non aliam, de sua, aliam de aliena causa sententiam fert*, vt *de Ira lib. 1. cap. 14.* Seneca ait. Et *qui non est iuris interpres in sua causa durior, neque in deteriorem partem propensus sed de sua iure concedit potius,etiam si Legis auxilio nitatur:is est æquus bonus*, Aristotelis sententia *Ethicor. lib. 5. pag. mihi 135. numer.71.* ex Dionysij Lambini translatione.

emendans

6 Emendans † ſua prius quam reprehendat aliena.

Cumque alium cenſes propriam prior inſpice vitam;
Quæ culpare ſoles, hæc tu non feceris ipſe.

A ſancto Columbano admonitus in Monaſticis. *Quia neceſſe eſt vt eſſe munda ſtudeat manus, quæ diluere aliorum ſordes curat; ne tacta quæque deterius inquinet, ſi ſordida in ſe mens lutum tenet,* à Sancto Gregorio *Curæ Paſtoralis p.2.cap.2.* vt nos metipſos iudicantes, non vtique iudicemur, *ad Corint.1. cap.11.v.31.* Quæ non ſolum tunc Impetio noſtra in nos cenſura dignos reddet; ſed & admiratione. *Quem enim magis admiraueris, quam qui imperat ſibi, quam qui ſe habet in poteſtate?* iuxta Senecam. *de benefic.lib.5. cap.* 7. Quid in Imperante excellentius, quid in Regente mirabilius, quam *in maxima licentia moderari ſibi, frænosque imponere cupiditatibus?* vt *lib.1.* ponderat Exordianus. Quam *qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit? Quis eſt hic, & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita ſua,* Eccleſiaſtici aſſertione *cap. 31. v. 9. & 10.*

7 Inuentu quidem difficilis †

Vir bonus & prudens, qualem vix reperit vnum.
Millibus & multis hominum, conſultus Apollo,
Iudex ipſe ſui:

Sed tamen hunc, *Luminibus oculorum acrem* Effigies deſiderat, conquirit. *Acrisque oculi*

8 † cognomine Iuſtitiam dictam, eſt apud Heliodorum, *Æthiopicor.lib.1.cap.2.* ex Heſiodo, proferentem; quod Iuſtitia *quamuis interdum aliquantisper connixerit in ſceleribus hominum, longum tempus in vltione protrahens: tamen in nefarios* Acrem *coniicit* oculum. Eſſeque *Acrem* Iuſtitiæ *Oculum*, iam ex ipſo quoque *ibidem lib.4.cap.23.* adduximus *Rubrica præcedenti nu. 2.* Per quem, perque *Oculi patentis* hieroglyphicum Iuſtitiam, Perfectumque Iudicem (ſe atque cæteros attente perſpicientem) Ægyptios ſignificaſſe, Pierius Valerianus *lib. 33.* prodit. *Regium oculum* apud quoſdam fuiſſe nominatos, qui ad Præfecturam mittebantur, Apoſtolius tradit *Cent.5.Prouerb.46.*

Eoque reſpexiſſe viſus Alexander ſeuerus,

9 † qui (vt Lampridius *in eius vita* refert) *ſi prauum videret Iudicem, paratum habebat digitum, quo illi* Oculum *erueret.* Quaſi eius partis ſupplicio totam vlciſceretur Iuſtitiã, illius hieroglyfico ſignificatam. Traducitque Horatius Turſelinus *in Epitom. hiſtoriar.lib. 4.c.à Chriſto nato anno 224.*

10 Eaque ratione † Bithinios Iudiciale Tribunal in ſolis conſpectu locare ſolitos (quem cauſis diiudicandis præeſſe dicebant:) author eſt Alexander ab Alexandro *dierum genial.lib. 5.c.5.* Quia ſolis officium eſt omnia pande-

11 re. Cui notanter ideo † Oculi tribuuntur, iuxta illud *Regum 2.c.12.v.11. In Oculis ſolis huius &c.* Senecæ *in Med.*

Spectat hoc noſtri ſator ſol generis.

& Plinij *naturalis hiſtor.lib.2.cap.6.* ſic alloquentis Solem: *Omnia intueris.* Quæ clare demonſtrant, ſolis gerere officium Iudices, ſoles eſſe debere, Oculatoſque Argos. Quemadmodum & quatuor illa animalia *Apocalypſis 4.* (quibus Præſules deſignantur, vt *ibidem n.108.* annotat. Ioannes de la Aye) *ſingula eorum habebant alas ſenas: & in circuitu, & intus plena ſunt oculis.* Vt Ezechielis animalia *c.1.v.18.* in hunc inducta ſenſum à Diuo Gregorio *lib.11. Homil.7.* longum trahente ſermonem.

Propterea etiam Getenſes † Iouem cum 12
Oculis, & abſque *Auriculis* depingebant non ſic *Auritos*, ſicut *Oculeos* futuros Iudices oſtendentes, vt Celius Rodiginus tradit *lib.6. lection. antiquar.* Cuius & meminit Ioannes Marienzus *in Dialogo Relator. 3. p.cap.10.num.5. & pag.11.num.1.* Quaſi Aures fallaciis ſubdantur, non ita oculi, *quod acrior eſt Oculorum, quam Aurium ſenſus,* vt patet, & Quintilianus aduertit *Oratoriar. inſtit. lib.11.cap.1.* Rectoreſque *Oculos* eſſe debere oſtendit varia Diuinarum & humanarum litterarum doctrina comprobans, Nouarinus *in Adagiis Sanctorum Patrum, excurſu 165.num.130. & ſeqq. & excurſu 166. per totum.* Multa etiam in id, *Solis* cum ſuperioribus comparationem proſequens, Marienzus *ſupra.*

Neque vero quod *Oculis ſubclauſis* † de- 13
pingi Iuſtitia ſoleat (vt ex ſecunda illius hic deſcripta Imagine conſtat) quidquam dictis nocet. Quemadmodum enim ad acrius lumen oculos aliquando ſubclaudere conuenit: ſic affectibus, veluti *Rubrica 11. Annot. 2. num.8.* exornamus. Eamque pariter rationem habet; vt in ſe frequentet totam oculorum aciem Iudex conuertat, ſecundum vſque adhuc prolixe notata: vt non viſu torqueat, iuxta prædicta *Annotatione præcedenti, num. 3.* vtque non inuiſum ſe viſus præbeat elatione, iuxta Dauidicum illud Pſalmi 100. v.5. *Superbo oculo, & inſatiabili corde cum hoc non edebam:* Sed temperare, † modeſte, placideque oculorum aciem intendat, nihil de- 14
trahens Maieſtati, nihil atrocitati permittens: ita vt

Temperiem ſeruent oculi, nec lumina feruor
Aſperet.

Claudiani monitione recepta *in Panegyri Manly Theodori.*

Alia quæ & huic Rubricæ conueniebant, deficereque forſam iudicabis, *in Rubricam ſeptimam, & decimam* data opera reſeruantur.

NEQVE

UAB Biblioteca de Ciències Socials

NEQVE HVMILIS, neque atrocis.

RVBRICA IV.

QVATENVS IVDEX HVmilis esse debeat, & superbiam fugere?

SVMMARIVM.

1 *Cauendum nobis est ne in stultitiam humiliemur.*
Virgo nec satis religiosa velit videri, nec plus humilis quam necesse est.
2 *Iudex se ita humilem præbeat, ne dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, muneris dignitatem ingenio suo augens.* ibi. & num. 17.
3 *Humilitas thesaurophylacium virtutum est, caterarum magistra & mater, alias beatificat, & perennat. Omne vitium enernat, sicut arrogantia roborat. Omnibus quidem, sed Iudicibus maxime necessaria, & diligenda. Tum sui præcipuo amore tum quia sine illa stare Potestatis dignitas, saluaque Maiestas nequit, Et quia in paupere grata est, in diuite gloriosa. Dignitatibus superaddit dignitatem. Diuinitati appropinquat: assequitur Regnum, Iustitiaque consummationem.*
4 *Superbus, iniustus, contemptibilis, & abiectus: sequitur eum ignominia, & vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia, & infœlix casus.*
5 *Superbus Iudex ipse sibi dedecus, & infamiam irrogat, suique detegit vilitatem.* & numer. seqq.
6 *Superbus est*, qui supra vult videri quàm est, *antiquamque vult abiectionem tegere, potestate, ac dignitate subito intumescens. Quam eo ipso detegit.* & num seq.
8 *Magistratus virum ostendit. Stultum superbia.*
9 *Natalium splendor prima in Iudice à Regia lege desideratur qualitas.*
10 *Superbus indignum, & incapacem se regimine reddit. Qui fastū in humilitate castigat, docet se meruisse quod adeptus est.*
11 *Superbia probos mores corrumpit.*
12 *Omnis peccati initium superbia est, omne que peccatum, ea accedente committitur. quaque inde mala superbia congerat? remissiue,* & num. seq.
Superbus Rector apostasia crimine inuoluitur. Et quid Apostasia nomen denotet? ibi.
13 *Nullum aliud crimen, vt superbia in Rectore turpe: & eius comparatione catera multo longe minora videntur.*
Gabr. de Velasc.
Tarquinus, cur Superbus *appellatus?* ibid.
14 *Quanto superiores sumus, tanto nos submissius gerere debemus.*
15 *Humilitate muneri dignitas & stabilimentum accrescit.*
16 *Res secunda, Potestas, locusque superior in superbiam efferunt. Detrahenda inde superbia rebus per se superbis.*

ANNOTATIO vnic.

NON instituti nostri est, multa in Humilitatis laudes, aduersusque Superbiæ vitium hic congerere. Quapropter, scopum quæstionis nostræ attingentes, eidem omnino necessaria adiiciemus: cætera, tametsi congruere possent, resecabimus.

Igitur† *Nec generale nomen ita nos à iudicio discretionis excludat, vt omnes quoquo modo humiles putemus esse laudabiles,* vt D. Ambrosij verbis *epistolar. lib. 4. epist. Demitriadi Virgini* faciamus initium. Indequemlibet *c. 31. v. 10.* ita Ecclesiasticus monet: *Attende ne seductus in stultitiam humilieris.* ¶

Virginem (cuius cum Iustitia, Iudiceque similitudinem prosequimur) *epistolar. lib. 2. epist. 17. ad Eustochium* Diuus Hieronymus: *Nec satis religiosa velis videri, nec plus Humilis quam necesse est.*

Iudicem † Diuus Augustinus *de vita Clericorum*, transfatus ad *caput Quando, 86. dist.* sic se humilem præbere edocens ne *dum nimia seruatur Humilitas, regendi frangatur Authoritas.* Quia *seruanda est in corde Humilitas, & in opere disciplina. Atque inter hæc* ¶ *soleter intuendum est, ne dum immoderatius custoditur virtus Humilitatis; soluantur iura regiminis: & dum Prælatus quisque plus se quam decet, deiicit; subditorum vitam stringere sub disciplinæ vinculo non possit*, vt D. Gregorius consulit *Cura Pastoral. 2. p. cap. 6. Vnde* (eiusdem sententia ibi, 3. p. cap. 18.) *& elati admonendi sunt, ne plus quam decet sint liberi; & Humiles admonendi sunt, ne plus quam expedit sint subiecti.* Eo tendit Apostolus, dum sic Titum *cap. 2. in fine* instruit: *Argue cum omni imperio: nemo te contemnat.* Eo item *lex Obseruandum 19. D. de offic. Præsid.* Iudici præcipiens, *vt in adeundo quidem se facilem præbeat; sed contemni se non patiatur.* & ita ius reddere, *vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeat.* Id ipsum *lex 49. tit. 5. part. 1.* ab eadem lege obseruandum, desumpta. Ob oculos in conuenientia ponens: *Calos Prelados quando sequieren omillar; e auer gran paridad con los menores, ellos mismos los desprecian, por ello.* Et inferius: *Et Prelado acrecentar debe por su sabiduria, la honrra de su Dignidad.* Similiter *lex 17. tit. 22. eadem part. & lex 8. tit. 4. part. tertia*, Moderamine isto Humilitatem superioris carentem, deformem, & ignauam merito Sanctus Leo appellat *epistola 5. ad Dorum Beneuentanum Episcopum.* Sacrum Concilium Tridentinum damnat *sessione 25. de reform. cap. 17.*

Cui enim (vt *Psalm.* 38. *v.* 1. *Dixi custodiam vias meas & in princip.* Ambrosius inquit) *idoneus videri potest, qui sibi vilis est?*

Hæc non humilitas, sed humilitatis imago est,

iuxta Tertullianum *in Carmine ad Senatorem ex Christiana Religione ad Idolorum seruitutem conuersum, cap.* 2.

Ab omnibus quidem amanda, & amplectenda eximia Humilitatis virtus, † Iudici maxime necessaria, ex intimis præcordiis diligendo. Tum sui præcipuo amore, & dignitate, quia *Humilitas virtutum thesauro phylacium est.* Basilij Magni sententia *in Constitutionib. exercitatoriis, cap.* 16. Diui Gregorij Moral. lib. 23. cap. 7. *Magistra est omnium, materque virtutum.* Nicolai Sancti Bernardi Notarij, epistola 37. *Sola est, qua virtutes beatificat, & perennat.* & ipsiusmet Gregorij supra lib. 8. cap. 30. *Sicut virtus Humilitatis omne vitium enervat: sic arrogantia roborat.*

Tum quia *cum omni indifferenter persona hæc sit quædam turris fortitudinis à facie inimici: nescio quo pacto tamen vis eius maior in maioribus, & in clarioribus comprobatur. Nulla splēdidior gemma in omni præcipue ornatu Summi Pontificis,* vt Eugenio *de consideratione ad ipsum lib.* 1. *cap.* 6. D. Bernardus inquit. *Quo enim celsior cæteris, eo humilitate apparet illustrior & se ipso.* Æterni Pontificis Christi Iesu Domini nostri, *ad Hebræ.* 7. stupendum prorsus documentum, potestate fulgentibus, gloria coruscantibus exemplum mirabile prorsus. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus,* Ioanne referente *cap.* 13. *ex v.* 3. Quia omnia dedit ei Pater in manus: & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit; pedes discipulorum lauat, extergit. Re quidem vera *non magnum est esse humilem in abiectione: magna prorsus, & rara virtus, Humilitas honorata,* vt pulchre D. idem Bernardus *Homil.* 4. *super illud: Missus est Angelus Gabriel, mihi pag.* 15. *col.* 4. vt *de bono Humilitatis, Homil.* 14. Diuus Aurelianus: *Humilitas in paupere grata est; in diuite gloriosa,* & vt *Moral. lib.* 21. *cap.* 10. Diuus quoque Gregorius: *Potentibus viris magna est virtus Humilitatis.* Imo (ipsius iudicio lib. 26. cap. 19. ad finem,) *Mirabile valde est, cum in cordibus sublimium regnat humilitas morum. Subtilissima namque ars viuendi est* (proxime subdit) *culmen tenere, gloriam premere: esse quidem in Potentia; sed potentem se esse nescire.* Etenim *vere Magnus est, qui in se paruus est, & pro nihilo omne culmen honoris ducit,* vero quoque Thomæ à Kempis iudicio *de Imitatione Christi, libr. primo capit.* 3. *vers.* 6.

Tum quia *vt ad salutem, æternitatisque gloriam certissima est via: sic in omni vita, homini præcipue litterato, necessaria comes est, sine qua, nec dociles in inueniendo, nec prudentes in iudicando futuri sumus: sed transuersos rapit Audacia, & superbia,* vt Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquilens. M. L. Phosphoro, Pontifici Signino scribens profitetur, inter Angeli Politiani epistolas insertus *lib.* 2. *pag.* 411.

Tum quia sine illa statę potestatis Dignitas, saluaque Maiestas nequit. Vt enim *Prouerbior.* 15. *v.* 33. affirmat Sapiens: *Gloriam præcedit Humilitas,* & cap. 29. *v.* 23. *Superbum sequitur Humilitas: & Humilem spiritu suscipit Gloria.* Vtque D. idem Bernardus sermone 34. in Cantic. *Humilitas in Honore, Honor est ipsius Honoris, & Dignitas Dignitatis.* Quod mire comprobat Dauidis responsio, *lib.* 2. *Regum, cap.* 6. *v.* 21. Michol eum despectui habenti, quod ante Domini arcam, plebemque discooperto saltasset, sic se habens: *Ante Dominum qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem Dux super populum Domini in Israël, & ludam, & vilior fiam plus quam factus sum: & ero Humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, glorioſior apparebo.* Quia *Dominus ponit humiles in sublime* Iob. quinto v. vndecimo, *Si enim iustitia est, parem se etiam minoribus facere, quamquam hoc ipso præcellat, quod se inferioribus coæquauit: tamen si non tantum quasi parem, sed etiam quasi minorem se gesserit: vtique multo altiorem dignitatis gradum, Deo Iudice, consequetur,* vt Lactantius ait *Diuinar. instit. lib. quinto, capit.* 16. Qua ratione Dauidis factum proxime memoratum extollens Gregorius *Moral. lib.* 22. *capit.* 27. addit: *Ego Dauid plus saltantem stupeo quam pugnantem.* Quid mirum temporalibus Dignitatibus Humilitatem superaddere Dignitatem: cum *epist.* 42. *ad Henricum Senonensem Archiepiscopum, col.* 10. *post principium,* Diuus Bernardus dicat: *Nescio quo pacto familiarius semper Humilitati propinquare solet Diuinitas.* Tandem *Humilitate peruenitur ad Regnum,* vt ex eo Matthæi 18. *v.* 4. *Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in Regno cœlorum,* deducit Ambrosius *sermone* 20. *in festo Sancti Michaëlis Archangeli: Quicumque ergo cupit Diuinitatis tenere fastigia* (ipse subscribit ibidem, Bernardo proxime memorato consentiens) *Humilitatis ima sectetur.* Quicumque Iustitiæ consummationem assequi. Nam *quis iustus, nisi humilis? Cum se manibus Baptistæ serui Dominus inclinaret, & ille expauesceret Maiestatem:* Sine, *inquit,* sic enim decet nos implere omnem Iustitiam. *Consummationem profecto Iustitia in humilitatis perfectione constituens. Iustus ergo humilis,* vt optime deducit Bernardus *super Cantica, serm.* 47. *col.* 3. *post medium.*

Ergo contra, † Superbus iniustus. Ergo contemptibilis & abiectus. Ita prorsus. Superbiam namque sequitur ignominia. Et *vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia,*

Sapientis

Sapientis ſententia *Prouerbior. 11. v. 2.* Qui & *cap. 3. v. 35.* dixerat: *Stultorum exaltatio, ignominia.* Iſaiæ 10. v. 33. & 34. *Excelſi ſtatura ſuccidentur; & ſublimes humiliabuntur; & ſubuertentur condenſa ſaltus ferro: & Libanus cum excelſis cadet.* Dominus enim *depoſuit Potentes de ſede, & exaltauit Humiles,* Lucæ 1. v. 29. Matthæ. 23. v. 11. *Sedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Radices gentium ſuperborum arefecit & plantauit. Humiles ex ipſis gentibus, &c.* Eccleſiaſtici 10. v. 17. & deinceps, iterumque ibi. v. 21. *Memoriam ſuperborum perdidit Deus.* Iob. 20. v. 6. & 7. *Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quaſi ſterquilinium in fine perdetur.* Etenim *omnis ſuperbia in imo iacet, quo in alta ſe erigit: vt inde magis cunctis, ſuppoſita ſit, vnde cunctis expetit ſupereſſe.* Diuo quoque Gregorio teſte *Moral. lib. 17. cap. 12.* &, vt ipſe idem lib. 2. epiſt. 55. *Omnis elatio nihil aliud habet, quàm ruinam.* & Moral. iterum lib. 9. cap. 2. *Superbiam confuſio ſequitur.* Quare, *declinata ſuperbia (cui proximum eſt vt decidat) ametur Humilitas, cui ſemper debetur vt creſcat.* Sancto Leone admonitore *epiſtola nonageſima ad Rauennum Arelatenſem Archiepiſcopum.* Quia

Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.

vt bene Seneca *in Hercul. furent. actu 2.* & infra *n. 16.* Quid à tergo? ipſum Superbire, Cadere eſt. *Cadentes recte dicuntur, ideſt Superbi,* vt *lib. 4. in Geneſ. cap. decimoquarto,* Rupertus explicat, propoſitum ſtatim dogma ſubnectens: *Nam ipſum Superbire, Cadere eſt, iuxta illud Pſalmi 85. Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de Principibus Cadetis.* Imò & à ſemetipſo
5 ſuperbus pœnas luit, † *& vbi honorari, & exaltari quis creditur; ibi defectu proprio prauenitur,* & vt præuenit Ambroſius *Pſalm. 36.* in illud: *Inimici vero Domini &c. in principio.* Sicque dedecus ſibi & infamiam irrogat Imperio tumens, ignobilem, vilem, muneteque indignum ſuperbia prædicans. Quia *Superbia vilitatis eſt vitium & indicium ignobilitatis: neſcit autem extolli nobilitas mentis,* vt perbelle *Homil. 14. de bono Humilitatis* D. Aurelianus Epiſcopus Cemelienſis. Ob quod *oportet Epiſcopum eſſe neophytum: ne forte in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat,* vt 1. *ad Timot.* Paulus cauet. *Illud non ignoratis, quod quanto quis humiliori gradu ad dignitatem aſſumitur, facilius in ſuperbia inſaniam effertur, vtpote qui expers ſit repentini & inſperati honoris,* vt D. Ioannes Chryſoſtomus *Homil. 30. in Ioan.* Quod, non vt mediocre maledictum, Seneca ſibi imprecatur aduerſis, *in Thieſt. actu 1.*

Miſer ex potente fiat: ex miſero Potens.

Mediocre ne, aut paruum malum?

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſeuit in omnes
Vt ſe poſſe putet.

Gabr. de Velaſc.

vt ſupra ſeſe efferat. Is enim ſuperbus eſt, † *qui ſupra vult videri quàm eſt,* ſecundum 6
verbi eius à Diuo Iſidoro etymologiam traditam, ſenſumque Sancti Leonis *epiſt. 55. ad Pulcheriam* dicentis: *Superbum nimis eſt, & immoderatum, vltra fines proprios tendere.* Confirmat vtrumque Bernardus *Homil. 4. ſuper Miſſus eſt,* pag. mihi decimaſexta, col. 4. experientiam pariter ſecum ſic teſtem adducens: *Videas pleroſque in Eccleſia, de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, ſubito intumeſcere, priſtina obliti abiectionis, genus quoque ſuum erubeſcere, & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecunioſos ad honores quoſque eccleſiaſticos peruolare; & mox ſibi applaudere ſanctitatem, & veſtium dumtaxat mutatione, non mentium; dignos ſe æſtimare dignitate ad quam ambiendo peruenerunt: quodque (ſi audeo dicere) adepti ſunt nummis, attribuere meritis.* Similiter D. Gregorius: *Plerique mali eo magis contra Deum ſuperbiunt, quo ab eius largitate, contra meritum ditantur: & qui prouocari bonis ad meliora debuerunt; donis peiores fiunt. Nam* (vt ipſemet Curæ Paſtoralis p. 1. cap. 3.) *plerumque aduerſitatis magiſterio ſub diſciplina cor premitur: quod ſi ad regiminis culmen erumperit, in elatione protinus vſus gloriæ permutatur. Sic Saul, qui indignum ſe prius conſiderans, fugerat; mox vt regni gubernacula ſuſcepit, intumuit: honorari namque coram populo cupiens, dum reprehendi publice noluit, ipſum qui in Regem ſe vnxerat, abſcidit.* Equidem *compertum habeo humillimos quoſque maximo vbi conſcenderint ſuperbia atque ambitione immodicos eſſe,* cum Aurelio Victore *in Diocletiano.*

Suis ergo natalibus, topinioni, famæ, & 7
conſcientiæ conſulentes; pro re nitorem, & gloriam pro copia.

Qui habent, meminerint ſeſe vnde oriundi ſient,

à Plauto *in Aululatia actu 3. ſcæna 6.* moniti. *Irritiles igitur, ô homo, licet, aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio Poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemper tibi ſpina proxima eſt: Semper inferiora tua reſpice,* à Diuo Ambroſio *Hexamer. lib. 3. cap. 11. ad finem.* Conſilium quoque à Diuo Gregorio capiat Rector, quod *lib. 4. epiſtolarum epiſt. 15.* Ioanni Epiſcopo Rauennæ præſtat: *Nec appetas vltra videri quam es, vt poſſis vltra eſſe quam videris.* A Claudiano pariter *in Ruffinum, lib. 2.*

Deſinat elatis quiſquam confidere rebus,
Inſtabileſque Deos, & lubrica numina diſcat:
Aſpiciat ne quis nimium ſublata ſecundis
Colla gerat.

Aliorum vulnus noſtra ſit cautio, vt in prouerbio eſt, apudque Hieronymum *lib. 2. epiſtolar. epiſt. 19. ad Furiam.* Si non virtutis Humilitatis amore (quo omnino fieri debet) metu ſaltem pœnæ, dedecoris, & vilitatis notæ. Qua Claudianus idem Eutropium fœdauit, *in ipſum, lib. 1.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Qui ſerui non eſt admiſſus in vſum,
Suſcipitur Regnis : & quem priuata miniſtrum
Dedignata domus ; moderantem ſuſtinet Aula.

Is quo magis attollitur, peius colliditur. iuxta Bernardum *de verbis Iſaiæ ſerm.* 4. Stultitiæ
8 præſumptionem vitet, quam incurrit † dignitate ſuperbus. Quo enim nomine *Prouerbior.* 14. *v.* 3. Sapiens inſigniuit : *In ore ſtulti virga ſuperbiæ* cap. 30. v. 32. *Eſt qui ſtultus apparuit, poſtquam eleuatus eſt in ſublime.* & Ariſtoteles lib. 4. Ethicor. *Superbi* (inquiens) *cum ſtulti ſint, tum ſe ipſos quoque ignorant neque id obſcure. Nam perinde quaſi digni ſint, res amplas, & honoratas conantur, ac ſuſcipiunt : deinde de ipſis quales ſint indicant.*

Faſcibus & tandem vapulat ipſe ſuis,
Sœuit in auctorem prodigioſus honor.

vt prologo *in Entrop. lib.* 2. Claudianus inquit. Nam *Magiſtratus virum oſtendit*, vt eſt in prouerbio, quod aliqui Pittaco Mitylenco, alij Soloni, Bianti alij tribuere. Ex Bianto illud Ariſtoteles refert *Ethicor. lib.* 5. non multum poſt principium, *mihi col.* 4. Imo *ex officio magis quam nomine Iudicem noſci* (argumento textus *in l. Qui habebat*, 29. *D. de rebus dubiis*) tradit Oſuualdus Heligerus *in Enucleat. ad Donel. lib.* 23. *cap.* 4. *litt. D.* Recte inde Alfonſus Rex *Magiſtratum*, Cotem *appellare ſolitus eſt, quo hominum ingenia, naturaque probarentur*, vt Anton. Panormitan. *de rebus eius lib.* 3. refert.

Quod maxime in Galba expertum, *maior priuato viſus, cum priuatus fuit, & omnium conſenſu capax Imperij, niſi imperaret*, vt *lib.* 1. Cornelius Tacitus prodit. In Saule proxime vidimus, in pleriſque dolemus, quorum multos memorat Bobadilla *in Politica lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 7.

Ad Reipublicæ munia nec vocetur, nec
9 veniat vilis, aut ignobilis, † Primam enim nobilitatis in Iudice qualitatem Regia *lex* requirit 18. *tit.* 9. *p.* 2. tradunt, rationeſque deſignant Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 47. *de pœnit. numer.* 89. *& de Republic. lib.* 5. *cap.* 3. Ioan. Segura de Aual. *in Director. indic. Eccleſiaſt.* 1. *p.* cap. 2. *numer.* 1. *cum ſeqq.* Marques *de Gubernat. Chriſtiano lib.* 1. *cap.* 2. *paragrapho* 4. *per totum*, Scacc. *de re indic. cap.* 1. *gloſſa* 4. *quæſt.* 1. *num.* 54. *& 60. verſ. Quia*, & recentius Ioan. Eſcobar. *de puritate, & nobilit. probanda. p.* 1. *quæſt.* 3. *paragrapho* 2. *numer.* 16. *& ſeqq.* Atſi veniat, ignobilitatem
10 Humilitate tegat, † & bonis moribus introducat nobilitatem. Lucretur quam ſuperbus perdit. Doceat ſe mereri adepta. *Qui enim factum in ſublimitate caſtigat, docet ſe meruiſſe quod adeptus eſt*, veluti Enodius inquit *lib.* 4. *epiſt.* 7. Vt contra elatus docet ſe demeruiſſe, nec in regimine firmam habiturum ſedem. Cum Pſalmiſtæ ore *Pſalm.* 100. in eum comminetur Dominus: *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam* vt in id, locum iſtum ibidem expendit Velaſquez *lectura* 1. Eaque de cauſa *in Arte Poetica* ſummo iure Horatius optat, vt

Abeat fortuna ſuperbis. 11

A quibus veluti probi reliqui mores † ſuperbia abſunt quos eius peſtilens morbus inficit. Etenim

Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.

vt Claudianus dixit *Panegyri in* 4. *Conſulat. Honorij* & vt *epiſtola* 31. Hildebertus Cœnoman. Epiſcopus : *Superbia totum virtutis corpus inficitur, vitale columen emarceſcit ; formoſa quaque deformantur.*

Neque ſolummodo probos inquinat ſuperbia mores : † ſed eſt *initium tranſgreſ-* 12
ſionis, & origo peccati, vt affirmat Sanctus Leo *epiſtola* 52. *ad Anatolium.* Similiter *epiſtolar. lib.* 4. *epiſtola ad Demetriadem virginem, col.* 5. *ad med.* Ambroſius : *Siue in lapſu diaboli, ſiue in preuaricatione hominis, initium peccati ſuperbia eſt.* Imo omne peccatum ea accedente committi, Innocentius Tertius P. Maximus *de contemptu mundi, lib.* 2. *cap.* 32. ſic in eam inuehens, protulit : *O ſuperbia cunctis importabilis, & odioſa ! inter omnia vitia tu ſemper es prima, tu ſemper es vltima. Nam omne peccatum te accedente, committitur.* Plurima ſuperbiæ mala, ſuperborumque excecrandas proprietates recenſens, & late proſequens *ex capit.* 30. *vſque ad* 37. Omnia enim *enumerari vix poſſunt vitia ſuperbiæ.* Diui Auteliani *Homil.* 14. *de bono Humilitatis* arbitratu. *Cunctis namque Superbi apud ſe cogitatione tumentibus ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rancor in reſponſione*, vt vere conſiderat, multa alia huius vitij ſimilia perſequens D. Gregorius *Moral. libr.* 34. *capit.* 18. Et ideo *initium omnis peccati dicitur ; vt omne peccatum de ipſa, tanquam de radice pullulare monſtretur*, Diui Fulgentij intellectu *de Virginitate ad Probam, epiſtol. tertio capit. decimoſexto*, Sic & cuncti mali radicem, & omnium dixit reginam vitiorum Gregorius idem *Moral. lib.* 31. *capit.* 17. *col. quinta, poſt principium.* Omneque de illa vitium generari *lib.* 34. *capit.* 2. *ad finem.* Hæcque vno verbo intendiſſe monſtrare ipſe videtur *Moral. lib.* 24. *capit. decimoquarto*, Iudicem honore, ſuperbientem *Apoſtatam* appellans. *Vnuſquiſque ſuperbus Rector* (inquit) *toties ad culpam Apoſtaſiæ dilabitur ; quoties præeſſe omnibus delectatus, honoris ſingularitate lætatur.* Quaſi hoc vno ab omni ſuo munere obligatione neque defecerit, id *Apoſtaſiæ* nomine denotante, Ambroſio Calepino expoſitore Quare *tolerabilius Deo eſt, vt in infirmitate quis atque ignorantia cum humilitate iaceat, quam cum elatione alta comprehendat*, ipſius Gregorij ſententia *ſupra lib.* 17. *cap.* 7.

Nullum

13 Nullum denique vt ſuperbiæ crimen † in Rectore turpe, omniaquè alia longe minora illius comparatione videri, omnium imo vicem, vt diximus, ſuperbiam tenere, optimè ex Tarquini Superbi appellatione, Latin. Pacat. *in Panegyr.* hiſce verbis probat: *Execratione poſtrema hoc damnauerunt maledicta; & hominem libidine præcipitem, auaritia cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocauerunt* Superbum, *& putauerunt ſufficere conuitium.*

14 Igitur † *Rectorem te poſuerunt? noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis,* Eccleſiaſtici admonitione cap. 32. v. 1. & cap. 30. v. 20. *Quanto Magnus es, humilia te in omnibus,* etiamquè Ciceronis lib. 1. Officiorum: *Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos geramus ſubmiſſius.* Quia *nihil magis placet Altiſſimo, quam Humilitas virorum magnorum: & nihil magis diſplicet, quam ſuperbia vilium perſonarum,* vt Cardinalis Bellarminus affirmat *de offic. Princip. Chriſtiani, lib. 1. cap. 3.* Quos, ſui exemplo edoctos, inſtructoſquè ſic *Matthæi* 11. *v.* 29. Chriſtus Dominus reddit: *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Non enim appatens ſolum, ſed ex corde Humilitas eſſe debet: nec aut facile ſibi de humilitate blandiri ſupetior, aut Iuſtitiæ prætextu elationi locum dare. Quia *cum fuco Iuſtitiæ iniquitas tegitur, illa ſuperbia peſtilentia veneno ſius ſerpit, illa periculoſius irrepit,* vt cautè *de virginitate ad Probam d. epiſtola 3. cap.* 17. D. Fulgentius aduertit. Conuenientem muneri amplectatur humilitatem, qua & illi

15 ſatisfiat, † & ſtabilimentum Dignitati accedat, *Deuteronom. cap.* 17. dicente Domino: *Nec elevetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dexteram, vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe, & filij eius ſuper Iſrael.* Et Eccleſiaſtico *d. cap.* 32. poſt relata præcedenti numero verba: *Curam illorum habe, & ſic conſide, & omni cura tua explicita, recumbe; vt lætetis propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, coronam, & dignationem conſequaris corrogationis.* Sin aliter, *qui dum male gloriatur, & præſumit quod non eſt: in confuſionem proſternitur, & amittit quod eſt,* ſic *epiſtola* 31. Hildeberto Cœnoman. Epiſcopo proteſtante, Deo, hominibuſquè exoſus. Quia *odibilis coram Deo eſt, & hominibus ſuperbia.* Vt enim *Moral. lib. 7. cap.* 15. *longe poſt medium* Gregorius: *Superbia quippe odium generat, humilitas amorem.* Et quia *illi, quos ſors iniqua in ancipiti poſuit, tutiores*

16 *erunt* † *ſuperbiam detrahendo rebus per ſe ſuperbis,* vt *de tranquilit. animi, cap.* 10. prudenter Seneca, *Humana etenim mens plerumque extollitur etiam cum nulla poteſtate, fulcitur: quanto magis in altum ſe eriget cum ſe etiam ei poteſtas adiungit?* vt D. Gregorius item *Moral. lib. 26. cap.* 19. Nam *ſecunda res mentem extollunt,* vt Ambroſius *epiſtolar. lib.* 3. *Vigilio,* vt *in Sthico* Plautus:

Secundas fortunas decet Superbia.

Magiſtratus autem, quidque ei adiunctum eſt, Imperium, atque Poteſtas, plerumque ſuperbiæ materiam & occaſionem præbet. Aut enim in ipſo Magiſtratu id vitium admittunt; aut aut hoc vitio impulſi ad eum aſpirant, aut ſermones de magiſtratu illati ſæpè numero ſopitum iam morbum exſuſcitant. Gregor. Nyſſen. *Orat. 1. de Beatitudinib.* In laudes Stiliconis Claudianus *Panegyr.* 2.

Ipſa ſuperbia longe
Diſceſſit, vitium rebus ſolemne ſecundis.

Et *in Panegyri Manl. Conſulis:*

Neque, quæ comitatur honores,
Auſa tuam leniter tentare Superbia mentem.

Vicina eſſe Superbia Potentibus ſolet, & penè ſemper rebus afflicentibus elatio ſociatur S. Gregorius dixit *Moral. lib. 26. cap.* 19. Similiter *de Adoratione & cultu lib.* 5. Cyrillus Alexandrinus: *Splendor, & Dignitates ſuperbiæ vicinia laborant.* Et *ſermone* 54. *ſuper Cantica, col. 6. poſt medium,* Bernardus: *Cognata Potentibus ſuperbia eſſe cognoſcitur.* Adeoque iſta cohærent, vt *cum indiſcreta felicium pediſequa ſit ſuperbia; vix cuiquam contigit, & abundare fortuna, & indigere arrogantia* teſte Pacato *Panegyr. Theodoſio dicto.*

Periculum caueat Iudex, ad Humilitatis confugiens propugnaculum: ſed cum temperie † dicta, præſcriptaquè ab Imaginis forma, *Neque humilis, neque atrocis.* Non ſcilicet humilis ita vt contemptum generet: non atrox, vt in elationem, & ſuperbiam cadat. *In diſciplina humilitatem cuſtodiat, & in humilitate diſciplinam,* Diui Gregorij conſilio *Moral. lib. 24. cap.* 10. Humilis corde, vultu modeſte graui, placidequè ſeuerus: *Nec ſe iuſto plus colat, nec iuſto plus negligat,* Senecæ *epiſtola* 114. Quo quidem moderamine, *nec Humilitas Dignitati, neque Dignitas præiudicat Humilitati,* Philippi Abbatis concordia *lib. 1. de Dignitate Clericor. cap.* 17. 17

Teneamus ergo exterius quod pro aliorum vtilitate ſuſcipimus: teneamus interius quod de noſtra æſtimatione ſentimus. Sed tamen decenter quibuſdam erumpentibus ſignis, tales apud nos eſſe ipſi etiam qui nobis commiſſi ſunt, non ignorent. Vt & authoritate noſtra, quod formident videant: & de humilitate, quod imitentur agnoſcant. Seruata autem authoritate regiminis; ad cor noſtrum ſine ceſſatione redeamus, & conſideremus aſſidue, quod ſumus æqualiter cum cæteris conditi, non quod cæteris temporaliter prælati. Poteſtas enim quanto exterius eminet; tanto premi interius debet, ne cogitationem vincat, ne in delectationem ſui animum rapiat: ne iam ſub ſe mens eum regere non poſſit, cui ſe. libidine dominandi, ſupponit. Bene Dauid regni potentiam regere nouerat, qui elationem eiuſdem potentiæ, ſemetipſum premendo, vincebat, dicens: Domine non eſt exaltatum cor meum. *Quique, in eius humilitatis augmentum, ſubiungit:* Neque elati ſunt oculi mei: *atque addit:* Neque ambulaui in magnis. *Et adhuc ſubtiliſſima ſemetipſum inquiſitione diſcutiens, ait:* Nec in mirabilibus ſuper me, vt *d. cap.* 13. *Moral.* diligentiſſime etiam D. Gregorius (cuius hæc ſunt) & monet, & expendit. Quorum pleraque reperit *Cura Paſtoralis p. 1. cap. 6.* Cui Senecæ *de formula honeſtæ vitæ, tit. de Continentia,* ſimile documentum adiungimus, atque præſtamus:

Submittes te non proiicies, grauitate seruata. Etenim *bona Humilitas: quæ liberat periclitantes, iacentes erigit,* vt Ambrosius ait *concione in obitu Theodosij Imperatoris.*

Alia huic Rubricæ conuenientia à *sexta, verbo Grauem* pete.

SED REVERENDÆ cuiusdam Tristitiæ Dignitate

RVBRICA V.

AN, ETQVÆ TRISTITIA Iudicem deceat?

SVMMARIVM.

1 *Tristitia à proposita descriptione desiderata, ad seueritatem muneri congruentem potius respicit, quàm ad tristitiam, quæ corpus, animumque torquet.* & num. seqq.
2 *Quid sit Tristitia?*
3 *Tristitia repellenda, quia plurima affert mala.* & num. seqq.
4 *Est Aquila à Poëtis efficta, cor Prometheï in Caucaso monte religati, semper tundens.*
5 *Fugienda tristitia, quam stolidi quidam Philosophi captauere.*
6 *Et quam affectat, simulatque hypocrisis, maxime iure quoque punibilis.*
7 *Amplectenda (licet difficilis assequutionis) tristitia sine affectatione seuera, sine hypocrisi grauis, sine amaritudine temperata: quæ metum incutiat, & ad amorem pariter, & reuerentiam prouocet.* & num. 14.
8 *Tristitia nomen apud veteres, & probatos Authores pro Grauitate, & Prudentia stat.*
9 *Nerua Seuerus, ob idque Tristis dictus.*
10 *Maximus Imperator vnde* Tristis *cognomen adeptus?*
11 *Plato, etiam iuuenis, nunquam nisi modice risisse deprehensus.*
12 *M. Crassus semel in vita risit.*
13 *Christus Dominus noster nunquam visus fuit ridere; flere autem sæpius.*
15 *Tristitia grauis, & decora si non turbæ, rectioribus placebit.*
16 *Ea in Virgine, illiusque etiam comite desideratur.*

ANNOTATIO vnic.

1 NON quidem simpliciter Tristitiam in Iudice Effigies desiderat; sed notanter *Reuerendam* † præposuit, Dignitati congruentem adiecit, Grauitatis comitem optauit. Aliam enim renuit, & exosam habet, quæ corpus animumque torquet. Omnibus quidem nocua, Iudicibus præmaxime, qui corporis & animi valetudine adeo congruo regimini egent. Quam aut omnino hæc tollit, aut multum eneruat Tristitia. Quæ veluti est, † *ægritudo altius animo insita, atque inhærens,* vt definit Cicero *Tusculanar. quæstion. lib. 4.* Iisdemque verbis Diogenes Laërtius *de vitis Philosophorum, lib. 7. in vita Zenonis.* Cuius damna † Sacræ sæpe litteræ repetunt. Prouerbior. cap. 12. v. 25. *Mœror in corde viri humiliabit illum.* cap. 15. v. 13. *In mœrore animi dicitur spiritus.* cap. 17. v. 22. *Spiritus tristis exciccat ossa.* cap. 25. v. 21. *Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi.* Eamque propterea repellendam, sic cap. 30. v. 22. Ecclesiasticus monet: *Tristitiam non des animæ tuæ.* & v. 29. *Tristitiam longe repelle à te. Multos enim occidit Tristitia, & non est vtilitas in illa.* c. 18. v. 29. *A Tristitia festinat mors.* & v. 22. *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te.* Atque alibi sæpè. 2 3

Tristitiamque † illam esse Aquilam à Poëtis effictam (cuius etiam mentionem facit Cicero *Tusculanar. quæstion. lib. 3.*) cor Promethei, in Caucaso monte religati, sempertundentem, affirmat Franciscus Patricius *de Regno & Regis institut. lib. 4. tit. 15.* 4

Hæc itaque tristitia longe Iudici fugienda. Illa item affectata, † quam stolidi quidam Philosophi captauere, Myson, Chenæus, Apemantus. De quibus Diogenes Laërtius *de vitis Philosophorum lib. 1.* agens, hæc de Mysone: *Aristexenus in varia historia, hunc ab Apemanti, & Timonis moribus non multum ab fuisse, testis est. Quippe qui hominum osor fuerit, quique deprehensus Lacademone solus insolitudine riserit. Cum ab eo rogaretur, qui eundem improuisum deprehenderat, cur nemine præsente rideret:* At ob hoc ipsum rideo, *dixisse.* Tametsi ab Apolline Sapientissimus fuisset prædicatus, vt ipsemet Diogenes, prodit *ibidem.* Quam patiter sectatus fuit Heraclitus, qui *quoties in publicum processerat, flebat,* referente, exprobranteque Seneca *de tranquillit. animi, cap. 15.* Quam simulat hypocrisis, † Saluator noster *Matthæi 16. v. 16.* damnat: *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes;* Ius quoque punit, vt ostendit Farinacius *quæst. 18. num. 72.* 5 6

Sed vt quælibet istarum à Iudice relegandæ tristitia: sic amplectenda sine affectatione † seuera, sine hypocrisi grauis, sine amaritudine temperata; quæ metum delinquentibus incutiat, ad reuerentiam pariter & amorem prouocet: Sancti Basilij hortatu *in constitutionibus exercitatoriis cap. 12. Quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis,* testimonio Ecclesiastæ cap. 8. v. 4. Equidem *mœsta fronti in arantibus rugis impressa Tristitia, petulantium premit oculos, restringit libidines, procaces auertit aspectus,* Diui Ambrosij *de Viduis col. 8. ad fin.* At non omnino *austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas: ne inde odium, hinc contemptus oriatur.* Quintiliani *Oratoriar. institut. lib. 2. cap. 11.* Sed *quasi tristes* se gerant Iudices Pauli admonitione 2. *ad Corint. 6. v. 10.* 7

Difficile plane huius perutilis modi assequutio.

quutio. Quem diligentia multa assequi non valuisse (pro maxima sua humilitate) D. Petrus Damianus amarissime conqueritur *epistolar.lib.5.epist.2.* post tristes ob id gemitus, acerbamque in se accusationem, sic denuo plorans: *Sub specie spiritualis latitiæ, dum me fratribus hilarem ostendere cupio, in vanitatis verba declino: & dum à solito rigore descendere, fraterna charitatis causa, quasi discrete delibero, ad inutilia proferenda diffrenatam linguam indiscrete resolvo.* Quid ni? *Modestia solvitur, dum affectatur urbanitas*, ex Dino Ambrosio *de Virginibus lib. 3.col.2. post medium.* Quare ad temperatæ, grauisque tristitiæ, Effigiei nostræ descriptioni conuenientem modum totis viribus innitendum. Cum & Ecclesiastes *cap.7.v.5.* dicat: *Cor sapientium vbi tristitia est.* Grauitatemque & Prudentiam præ se ferat.

8 Apud veteres enim † probatosque Authores pro *Grauitate*, & *Prudentia* stare *Tristitiæ* nomen, & sua & aliorum authoritate *de Regno, & Regis instit.lib.5.tit.15.* sic Franciscus Patricius probat: *Hac igitur meditatione inducti veteres*, Tristitiam *nonnunquam in bonam accipiunt partem, & pro* Grauitate *quadam, ac* Prudentia *ponunt. Vnde Lucilius & Varro* Tristes, *ac* Seueros *Philosophos appellant: & Cicero Iudicem* Tristem & Seuerum *dixit.* Tristitiæque in communi Grauitatem Cicero idem sic *in Lælio* tribuit: *Tristitia, & in omni re seueritas habet illa quidem Grauitatem.* In idem Terentius:

Tristis Seueritas inest in vultu, atque in verbo fides.

Similiter Martialis *epigr.lib.11.epigr.21.* ad lectorem grauem.

Cæsaris Augusti lascivos, lividè, versus
Sex lege, qui tristis *verba latina legis.*

Id est *Censura severa.* Ammianus Marcellinus (vt relator est Ioannes Velazquez *in explicatione Psalmi 100.v.8. exposit. litteral. cap.2.lect.1.num.3.*) optimos, æquissimos, & incorruptos Iudices, *Tristes* hac enarratione compellat: *Apud Proconsulem Asiæ Dolabellam Smyrneo matrem familias filium proprium & maritum venenis necasse confessa, quod filium ex priore viro ab eis occisum comperisset, & comperendi nata, cum Consilium (ad quod ex more delata est) anceps quid inter vltionem, & scelus statui deberet, hasitaret: ad Areopagitas missa est Athenienses*, Iudices Tristiores, *quorum æquitas Deorum quoque iurgia dicitur distrinxisse.*

Neruam & hac *Tristis* appellatione insignisuit, & eius, quam prosequimur significationem Plinius probat *epistolar.lib. 2. epist. 12. Arriano suo*, cuius in Marij Prisci causa vicisse sententiam, vt mitior, memorat, quamuis alioqui esset *durior Tristitiorquè.*

Maximum Imperatorem † Diuus Anto-
9 ninus *in Coronic.p.1.sit.7.cap.7.* nomen *Tristis* ex Seueritate, & Grauitate accepisse, ex hocque maxime sic laudibus effert: *Maximus per omnem vitam suam militiæ vacauit, Seueritati studuit; qui postea, suffragantibus meritis, ad Præfecturam vrbis peruenit. Et moribus quidem erat ferus; attamen Iustus. Et licet ab aliquibus sæuus putaretur: nunquam tamen ad exitus negotiorum inhumanus fuit. Nam rogatus, semper ignouit. Nec iratus vbi irasci non decuit. Erat tamen tam rigidus, vt* Tristis *nomen acciperet, & semper vultu grauissimus.* Sæpe deinde eum optimum Principem appellans.

Heraclides iuuenem Platonem † *adeo fuisse* 10
verecundum, adeo compositum, vt nunquam risisse, nisi modice, deprehensus sit, Heraclidis relatione, Diogenes Laertius prodit *de vitis Philosophor.lib.3.in ipsius Platonis vita.*

M. Crassum † *semel in vita risisse*, Lucilij 11
pariter traditione, scribit Cicero *de finib.lib. 5.pag.mihi 366.*

De Christo Iesu Domino nostro † Len- 12
tulus ad Tiberium epistola cuius *in Rubr.1. Annot.4.num.4.* mentionem fecimus, inquit: *Nunquam visus est ridere; flere autem sæpius.* Similiter D. Bernardus *sermone 4. de aduentu Domini, pag. mihi 5. col. 4. in fine*, de eo loquens: *Quem*, ait, *& super Lazarum, & super ciuitatem fleuisse, & in orationibus pernoctasse legimus: risisse vero, aut iocasse nunquam.* Erat tamen *hilaris seruata grauitate*, vt *Rubrica sequenti num.10. in fine* notamus. Namque *à deriso non procul abest risus*, Quintiliano teste *Oratoriar.instit.lib.6 cap.4.*

Quare (cum Francisco Patricio *dicto libro* 13
5. tit. 5. Principi consulenti) Nos † Iudici consulimus vt *relinquat illam duram, atque amarem Tristitiam, tanquam rem perniciosam, & truculentam: hac autem mitior, non indecora erit, sed potius Dignitatem augebit, si tempori, & loco conueniet.* Quia *vtilior sæpe* Tristitia *est quæ comitem solet habere Grauitatem*, vt D. Ambrosius inquit *in expositione Psalmi 118. Octonar.12.* in illud: *In æternum, Domine, permanet verbum tuum in cœlo, col.2.ante medium.* Cumque Ouidio *in carmine ad Pisonem*, seu vt verius cum Lucano:

Talis inest vultus, qualem nec dicere mœstum,
Nec fluidum, lata sed tetricitate decorum
Possumus.

Etenim *sæpe à disciplina metu resoluimur subditos, si nostro regimini hilaritatis frana relaxamus: quia dum nos quasi licenter lætos aspiciunt, audacter ipsi ad illicita resoluuntur*, vt prudentissime Diuus Gregorius aduertit *Moral.lib.20.cap.3.* 14

Qua quidem Tristitia si non turbæ, † re- 15
ctioribus placebit. *Nec illud quidem curo, quod quibusdam nimis horridi animi videtur, & tetrici*, cum Seneca *epist. 36.* Quare sit *frons libera, quæ mentis habitum specie sui prodat; nunc lata, nunc tristior: nunc directa ad seueritatem, nunc ad lenitatem remissior, quæ signis forensibus internam exprimat voluntatem*, iuxta Diuum Ambrosium *Hexamer. lib. 6.cap.9.col.2.ante finem.*

Eandem sic grauem, decoram, & modestam 16
Tristitiam in Virgine, † eiusque etiam comite Diuus Hieronymus requirit *epistola ad Letam de institutione filiæ*, exortans vt sit *Grauis, pallens, Subtristis.*

Qua virginis ad Iustitiam, Iudicemque exæquatione, nostra quoadvsque relata

verbu-

verba, recipit declaratio finem: & Auli Gellij incipit, dicentis: *Ex Imaginis autem istius significatione intelligi volui, Iudicem, qui Iustitiæ Antistes est, oportere esse.*

GRAVEM.

RVBRICA VI.

GRAVITATEM SINE FASTU aut elatione, Comitate conditam Iudex præ se ferat.

SVMMARIVM.

1 *Gravitas & in bonam, & in malam partem sumi potest. Quid sit? Quid* Grauis *nomine contineatur, & denotetur? Quid* Leuitatis? *Quàm in quolibet* Grauitas *laudabilis? Quam in Iudice necessaria?*
Graue in medio quiescit. Iudex in medio *sedem, seu* medium *tenens, appellaetur.* ibi.

2 *Grauem se Iudex humanum pariter & affabilem exhibere debet, ita vt nihil Seueritati Hilaritas, nihil Grauitati Simplicitas, nihil Maiestati Humanitas detrahat.* & num. seqq.
Qui Grauitatem Comitate, & Affabilitate condierint recensentur, laudanturque ibi. & numeris seqq.

12 *Etsi omnibus humanum & affabilem se debet exhibere Iudex: præcipue tenuioribus, in potentiores Grauitate Maiestateque seruata.*
Grauitas & Maiestas non solùm decorat; sed & tuetur, vt in C. Mario expertum. ibi.

ANNOTATIO vnic.

1 GRAVITAS † & in bonam, & in malam partem sumi potest, per Constantiam nempe, & culpam. Alia oneris pondus, alia virtutis habens. Triplicem Grauitatem designat Incognitus *Psalm. 4. v. 4.* Filij hominum vtquequo graui corde. 2. &c. *Scilicet gratia, pœnæ, & culpæ. De Grauitate pœnæ dicitur Ecclesiast. cap. 40.* Graue iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ. *De Grauitate gratiæ, quæ animum grauem & stabilem facit, dicitur Exodi 17.* Quod manus Moysi erant graues, *id est, in bono stabiles. De Grauitate culpæ dicitur:* Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate. *Isa. 2. Et merito peccatum Grauitas dicitur, quia sicut Graue naturaliter descendit deorsum; sic peccatum deorsum animam trahit ad infernum. Vnde in persona peccatoris dicitur:* Factus sum mihimet ipsi grauis: cur non tollis peccatum meum? *Iob. 7. v. 20.* Grauitatis nomine, quam proposita descriptio optat, Constantia, Maiestas, Seueritasque simul denotantur. Eoque accipitur modo *in l. Diui, 27. in princip. D. de liberali causa, in l. Congruit, 13. D. de offic. Præsid. in l. Si quid venditor, 18. D. de adilit. edict. in l. 1. C. de bonis vacantib. lib. 10.* vbi & aduertit Lucas de Peña. *Quæ significatio inde ducta est, quod quemadmodum grauia, & maiora onera non facilè loco mouentur: ita homines seueri & constantes nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur,* vt hoc nomine *Grauis* Ambrosius Calepinus deducit. Quæ & diffinitioni deductio conuenit. *Est enim Grauitas leuitatis priuatio,* secundum Aristotelem, & Auer. *2. de Cælo.* Inde locum illum Iobi 28. v. 25. *Qui fecit ventis pondus.* explicans Alphonsus à Castro *Homilia 18.* super illud: *Firmabo super te oculos meos,* similiter ait: *Qui constantes sunt, & à bono proposito non facilè recedunt, hi* Graues *dicuntur. Quoniam quod Graue est, non facilè vagatur. Ventis ergo pondus fecit Deus, cum alicui graue cordis consilium tribuit, per quod omnem inconstantiam expellat.* Prioreo (qua verborum elegantia, quoque ingenij acumine solet) D. Gregorius *Moral. lib. 19. cap. 4.* in locum eundem: *Fecit ventis pondus,* exponit, *quia dum superna Sapientia replet animas, eas maturitate indita, graues reddit: Non illa grauitate qua dicitur:* Filij hominum vsquequo graui corde? *Aliud namque est grauem esse per consilium; aliud per peccatum: aliud est grauem esse per Constantiam; aliud per culpam. Ista enim Grauitas pondus habet oneris; illa virtutis. Pondus ergo accipiunt animæ, vt ab intentione Dei non iam leui motu dissiliant; sed in eum fixæ constantiæ grauitate consistant.* Hanc consulens Tito Apostolus *cap. 2. v. 7.* ait: *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in Grauitate.* Graues enim venerabiles, leues contemptibiles Diuus prædicat Isidorus *Ethimologiar. lib. 9. cap. 9.* Quem (multa de Grauitate eruditè præfatus) Quintilianus Mandosius adducit *in glossa Facultatem §. Considerantes, verb.* Grauitatem, *pag. 120. & seqq.* ex eodem itidem *ibi* referens, *Grauem* pro consilio, & constantia dictum, *quia non leui motu dissilit Grauitas sed fixa constantia consistit.* Non absimiliter Bartholom. Cæpolla *de action. redhibit. in relectione legis primæ, §. Exempli, D. de adilit. edict. cap. 474. ex nouiori editione num. 1.* vbi *Leuitatis* nomine, inconstantem, facilè credentem, & vilem denotari multis iuribus ostendit. Et probant præcipue textus *in d. l. si quis venditor, 18. in princip. D. de adilit. edicto, in l. Si cum dotem, 23. §. Eo autem tempore, ad finem, D. soluto matrim. in l. Diuus, 6. & ibi Glossa verbo Leues, D. de bonis damnator.* Optima Glossa *verbo Bonis, in cap. Omnibus, 19. 5. quæst 2.* At Grauitas

Manet illa, suoque est pondere tuta.

Vt est apud Ouidium *Metamorphos. lib. 9. Fab. 1.*

Grauis ergo nomine, Venerabilis, Constans, & qui nulla ratione ab æquo, Iustitiaque possit amoueri, desideratur Iudex, cum & ipsa sit *Constans & perpetua voluntas ius suum vniquique tribuens,* Vlpiani definitione *in l. Iustitia, 10. D. de Iust. & iure.* Talesque nempe *Validos & Constantes necesse est esse eos,*

eos, qui *super alios ordinantur* Bernardi censura *sermone 46. super Cantica, col. 1. ad medium.*

Ea de causa, vt secum potius quam cum fratre societatem iniret Cyrus Iunior Lacedemoniis suadebat, *quod sibi cor longe grauius esset quam fratri*, vt Plutarchus *in Reg. apopht.* tradit. Eaque etiam, & dignitatis conseruandæ, atque augendæ ratione, Cassiodorus *lib. 12. epist. 2.* Omnibus prouinciarum Iudicibus ingerebat: *Fasces accepimus, vt Graues esse debeamus.* Flaccus *in Lyricis:*

Iustum, & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor, praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida.

Alia quoque ratione & in Iudice Grauitas necessaria, & pœnitus eius muneri congruit: quia (secundum Philosophum *Physicorum libro tertio*, ab eodem Mandasio *prafato loco* citatum) *Graue in medio quiescit*: Iudex autem *In medio sedens* appellatur ab Innocentio Tertio *in capite Quoad consultationem, 15. de re iudic.* Quod & resumemus infetius *Rubrica 14. Annot. 8. numero 13.* Ne alia de Maiestate Iudici ostentanda, multoties hic memorata, comprobaraque *de priuileg. pauperum, 1. p. quæst. 6. num. 2.* repetamus.

2 Id nunc prosequimur, sine fastu, † sineque elatione *Grauem*, sine Dignitatis præiudicio humanum, & affabilem exhibere se Iudicem debere: ita vt nihil seueritati Hilaritas, nihil Grauitati Simplicitas, nihil Maiestati Humanitas detrahat: *ipsa figura corporis plena Iustitiæ Grauitatis splendeat*, non elationis, ex Diuo Ambrosio *de Elia & ieiunio, cap. 10. Vt ne Grauitatis ac Seueritatis splendor obscuretur, neque latens in animo vis propter humilitatem despiciatur: sed alterum æqualiter in vtroque, tum in Celsitudine ac sublimitate Comitas, & Humanitas, tum in humilitate, vice versa, Grauitas & seueritas animaduertatur*, iuxta Nyssen. *in Orat. de his qui præmature abripiuntur.* Sitquè *sine ineptia Grauis*, vt breuiter & aptè Sidonius Apollinar. *lib. 8. epist. 13.* Iudici consulit. Nicolaus Diui Bernardi Notarius apposite quoquè *Grauem sine studio* requirit; *Quia nihil est odiosius affectatione*, vt profitetur Quintilianus *Oratoriar. instit. libro 1. capite 10.* Et *plus placet in animis quidquid occurrerit, quam quidquid affectatum putaueris deferendum.* Ambrosij pariter animaduersione *de Iacob. & vita beata, libro 2. capite 2.* Ita *Vrbanus esse studeat, & Grauis: vt fastigium comitate non frangat, sed flectat.* Primum Isocrates Nicocli; secundum, in communi, omnibusque Apollinarius idem *lib. 7. cap. 4. Nec proterue exasperetur, nec molliter dissoluatur; sed semper habeat rigidam dulcedinem, dulcemque rigorem* ex Hugone etiam *de disciplina Monachorum.*

Quæ duæ virtutes specie dispares, Prudentia coniunguntur, vt pulchre *de Senatore, lib. 1. cap. 11.* Ioannes Brantius. *Laudatur nobis* (inquit) *per omnem vitam Grauitate Comitas condita: hoc est duarum virtutum illarum, quæ specie dispares, Prudentia coniunguntur. Difficillima quidem (quid enim tam distans quam à seueritate Comitas?) At pulcherrima societas: quam in Q. Fabio Maximo Bertucoso fuisse legimus.* De quo Cicero in Catone Maiore: *Erat in illo viro Comitate condita Grauitas. In M. Bruto, quo nemo aut sanctior est habitus, aut dulcior. In L. Crasso, qui cum omnium esset Grauissimus; omnium se & venustissimum, & Vrbanissimum & esse, & videri voluit. In Q. Cicerone quanta fuerit Comitas, quanta iucunditas, eius frater Marcus ne Posteritatem quidem ipsam voluit nescire. De Tito Pomponio Attico idem Marcus hoc opinionis sua reliquit testimonium, non cognomen solum Athenis deportasse, sed Humanitatem & Prudentiã, eaque perfeciſſe vt & vita eius, & oratio consequuta sit illam ipsam Grauitatis cum Humanitate societatem. His addatur è Gracis Cyrus ille (à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus; sed ad effigiem summi Imperij) cuius summa Grauitas ab illo Philosopho cum singulari Comitate coniungitur.* Vsque adhuc Brantius.

Agesilaum † quoque memoratis iunge, 3
quem *in libro de eius laudibus* sic de his Xenophon idem laudat: *Dignum est ne Agesilai Comitatem, Affabilitatemquè naturæ taceamus. Qui cum Honore, Potentia, atque etiam Regno potiretur, eoque sine insidiis, & cum amore omnium potiretur; iactantia tamen obnoxius à nemine vnquam notari potuit.*

Constantinum † *in eius Panegyri* Nazarius: *Quid? faciles aditus, Quid? aures patientissimas, Quid? benigna responsa, Quid? vultum ipsum Augusti decoris, Grauitatem Hilaritate permixtam.* 4

Imperatorem Titum Flauium Vespasianum † *in eius vita cap. 8.* Suetonius: *Sæpe cum populo & voce, & gestu, vt fautor, cauillatus est: verum Maiestate salua nec minus aquitate.* Cornelius Tacitus libro 5. *Atque ipse, vt superior sui iam crederetur, decorum se, promptumque armis ostendebat, Comitate, & alloquiis officia prouocatis, ac plerumque opere, in agmine gregario milite mixtus, incorrupto ducis honore.* 5

Philippum Regem † *in Dialogo Relator. 3. parte cap. 38. num. 9.* Matienzus dictitare solitum transtulit: *oportere meminisse Regem, quod homo existens, potestatem adeptus sit Diuinam, vt res honestas, & diuinas instituat: sermone autem humano vtatur;* Philonis iugitet doctrinam referens dicentis: *Simul cum Potentia Mansuetudinem serua.* 6

Manlium Consulem † ita Claudianus: 7

Frons priuata manet, rigidi; sed plena pudoris.
Elucet grauitas.

Stiliconem † in eius laudes *Panegyri 2.* 8

Cum tanta Potestas
Ciuem lenis agat.

Traianum † Plinius: *Reuersus Imperator,* 9
qui priuatus exieras, agnoscis, agnoscenis:

eosdem nos, eundem te putas : par omnibus: & hoc tantum cæteris maior, quo melior.

Diuina testimonia expectas ? Ecclesiasticum *cap.* 32. *v.* 1. audi : *Rectorem te posuerunt ? noli extolli , esto in illis quasi vnus ex ipsis.* Isaiam cap. 11. *Egredietur virga de radice Iesse , & flos de radice eius ascendet. Quid enim hac florentis virgæ imago quam Affabilem Maiestate salua, Principem adumbret?* vt expendit Velazquez *de Optimo Principe lib.* 1. *annot.* 17 *morali. num.* 6. In quæ verba *lib. de Carne Christi cap.* 21. dicentem adducit Tertullianum : *Quid ergo negant & fructui suum florem , & flori suam virgam ?* eius sic explicationem adiiciens : *Ac si dicat : Equidem vt videantur res diuersissimæ Affabilitas , & Maiestas : nequeunt tamen vna ab altera diuelli : nec flos Affabilitatis à virga rectitudinis , nec Rectitudinis fructus à flore dulcis Affabilitatis* : Quam Domino *Psalm.* 24. *v.* 8. laudem Psalmista decantat : *Dulcis & Rectus Dominus.*

11 Christo † Iesu Domino nostro facies erat *Hilaris, seruata Grauitate* , Lentuli testimonio *in epistola memorata supra Rubr.* 1. *annot.* 4. *num.* 4. Magnumquè Basilium *sine tristitia Grauitatem* præse tulisse , Gregorius Nazianzenus *in eius vita* prodit. Sancto quoquè Cypriano Cartaginensi Episcopo, totius Africæ Primati, erat *Grauis vultus & lætus, nec Seueritas tristis , nec Comitas nimia, sed admixta vtrinque temperies : vt esset amgere , vereri plus an diligi mereretur : nisi & quod vereri & diligi merebatur* : ita *in vita illius* referente Pontio eius Diacono.

Ergo *bonis Rectoribus mixta sit & regendi auctoritas, & benignitas consolandi*, vt D. Gregorius docet *Moral. lib.* 20. *cap.* 8. *Nec Austeritatem suadeo tibi; sed Grauitatem. Illa infirmiores fugat; hæc reprimit leniores. Illa si adsit odibilem , hæc si desit contemptibilem reddit* , cum Diuo Bernardo *de Consideratione ad Eugenium, lib.* 4. *cap.* 6. Virum tandem Grauem decet *Lenitas languida* Senecæ *de moribus* sententia. *Neque enim hominibus sine Lenitate , non plus quam Deo sine fide placere possibile est.* Diui quoque Bernardi *sermone* 5. *in Vigilia Natalis Domini.*

12 Et si vero omnibus quidem Humanum & Affabilem se præstare Iudex debeat : tenuioribus maxime, iuxta Ecclesiastici *c.* 4. *v.* 7. admonitionem : *Congregationi pauperum Affabilem te facito.* Maiestate , Grauitateque seruata, quæ non modo decorat, sed & tuetur, vt est apud Ouidium *Metamorphos. libro* 9. *Fab.* 1.

Me mea defendit Grauitas.

Et expertum in C. Mario , qui *in profundum vltimarum miseriarum abiectus , ex ipso vitæ discrimine beneficio Maiestatis, emersit. Missus enim ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clausum , seruus publicus , natione Cimber; & senem & inermem , & squalore obsitum, strictum gladium tenens , aggredi non sustinuit, sed claritate viri obcæcatus, abiecto ferro , attonitus inde ac tremens fugit* , referente Valerio Maximo *lib.* 8. *cap.* 10. §. 6. concludente simul: *Minturnenses autem, Maiestate illius capti, compressum iam, & constrictum diræ fati necessitate incolumem præstiterunt.*

SANCTVM.

RVBRICA VII.

SANCTVM IVDICEM esse oportet.

SVMMARIVM.

1 *Sanctitas quid significet?*
Iudices Dei Ministri sunt , debentquè ad similitudinem eius, cuius Ministri sunt, vicesquè gerunt , se formare & componere. ibi.

2 *Iudices Dij appellantur, Deusquè pro, Iudice accipitur in litteris sacris.*

3 *Ethnici quoque Iudices pro Diis habuere , Eroasquè, & pro Diis habitos Iudices ipsi indicabant.*

4 *Iura si non Deos Iudices appellant : Sanctos desiderant, Bonos, Optimos, & Religiosos: & non nisi his, cæterisquè melioribus mandari Magistratus volunt.* & num. seqq.
Valerianus ea existimatione ad Imperium euectus est. ibi.

5 Optimi *nomen quid importet?*

7 *Dei timor præcipua in Iudice qualitas. Et an legitime excipi possit contra Iudicem Dei non timoratum?*

8 *Religio quid sit ? Quidque latius , & strictius sumpta denotet?*

9 *Iudices Sacerdotes appellantur. Et quare? Quidque Sacerdotis nomen significet?*
Quam apud Germanos in plectendo potestatem Sacerdotes habuerint? ibi.
Apud Ægyptios Reges ex Sacerdotibus creabantur. ibi.
Reges Israël plerumque, Iudicesquè Sacerdotes erant. Reges etiam Romanorum ante Consules pulsi Regno. ibi.

10 *Quasi* Cœlites *Iudices esse debent, vt potè veri Iustitiæ cultores , quæ de cœlo prospexit.*
Iudex qui Bonus & Iustus non est, Iudicis nomini non respondet, & ab officij munere longè distat; qui Iustum est animatum.
Ab iniusto Iustitiam petere, insipientia est. ibi.
Iustitia nihil aliud est quam non peccare. ibid.

11 *Sapientia in Iudice necessaria : ad quam non peruenit iniustus : quoniam in maleuolam animam non introibit Sapientia: nec Iudex quidem est, in quo Iustitia non est.*

ANNO

ANNOTATIO I.

1 SANCTOS Iudices esse debere † (hoc est, fideles, seruantes ea, quæ ad Deum sunt iusta, Mundos, & Perfectos, id enim *Sanctitas* significat. *Est enim omni scelere vera, perfectaquè & penitus incoinquinata munditia*, secundum Dionysium *de Diuinis nominibus cap.* 12. & D. Thom. 1. *sentent. dist.* 10. *quæst.* 4. *art.* 4.) in primis probat quod Ministri Dei sint, *ad Roman.* 13. *v.* 4. *Sapient.* 6. *v.* 5. Ne multiplici in id allegatione vtamur, vt vtuntur Bobadilla *in Politic. libro* 3. *cap.* 1. *num.* 5. & Franciscus Ferrer *de impuber. glossa* 2. *num.* 58. Debentquè se ad similitudinem eius cuius Ministri sunt, cuiusquè vices gerunt, componere ac formare, iuxta illud Leuitici cap. 11. v. 44. *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* iisdemquè verbis cap. 19. v. 2. *An vero dubitet quis, quos dixerit Sanctos. Audiat Esaiam: Vos, inquit, Sancti Domini vocabimini, Ministri Dei nostri*, vt hanc ipsam thesim insequens Bernardus comprobat *sermone de verbis Psalm.* 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus meus, ad finem.* Ita & 1. ad Corint. 6. v. 2. *An nescitis quia Sancti de hoc mundo iudicabunt?* & ad Titum. 1. vers. 7. *Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem.*

2 Nec Dei solum Ministri, sed *Dij* † Iudices appellantur in Psalm. 81. v. 6. *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.* Exodi 22. vers. 7. 8. & 9. *Si quis commendauit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat furto sublata fuerit: si inueniatur fur, duplum reddet; si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & inrabit quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem, tam in boue quam in asino & one, ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest ad* Deos *vtrinsquè causa peruenient: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo.* & vers. 28. *Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices.* In dicto Psalmo 81. in principio. *Deus stetit in synagoga* Deorum. *In medio autem* Deos *diiudicat.* Vbi *Deos* appellari eos, qui de hominibus habent iudicandi potestatem, Diuus Hieronymus inquit *Ezechielis capite* 45. eiusque relatione, Ioannes Busæus *de statu homin. tit. Iudicum status, Digest.* 2. *in fine*, Suarez *contra Regem Angliæ, libro* 3. *capite* 24. *num.* 7. Cardinalis Bellarminus *controuersiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *in princ.* in id patiter explicans illud Ioannis 10. *Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est &c.* improbans eorum sententiam, qui dixerunt *Deos* ibi appellari omnes, quibus Deus alloquutus est: de Principibus solum intelligendum locum istum asserens. Tametsi in hoc dissentiat Suarez *vbi supra.*

Sic patiter èconuerso *Deum* pro *Iudice* accipi, docet Bañes 2. 2. *quæstio.* 60. *art.* 2. *col.* 3. *ad med.* & Sacras litteras Deum *Iudicem* appellare, confirmat ex capite 1. Geneseos. *Quia (* ipse ait *) vbi nos legimus* In principio creauit Deus &c. *Habraice habetur* Heloim, *id est Iudices creauit.* Ita similiter Exodi. 7. v. 1. *Ecce constitui te Deum Pharaonis*, Hæbraice legitur: *Ecce constitui te* Iudicem *Pharaonis*, vt affirmat Freire è Societate Iesu *in Prolusione ad librum Iudicum, num.* 9.

Quodque Iudices *Dij* habeantur, illudquoque comprobat Deuteronom. 1. vers. decimoseptimo *Nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Et Paralipomen. 2. capite decimonono vers. sexto, *præcipiens Iudicibus: Videte*, ait, *quid facitis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini.*

3 Apud Ethnicos etiam id obtinuisse † & pro Diis habitos iudicasse, & pro Diis ipsosmet Iudices habitos, Alexandri ab Alexandro, & Tiraquelli auctoritas comprobat. Ille enim *dierum genial. lib.* 3. *cap.* 5. ait: *Tantique Areopagus fuit, vt Heroas & Semideos illuc in iudicium aduocatos dicerent:* Hic in eius Annotationibus: *Imò Deos.* ipsos Iudices habitos notat.

4 Iura † si non Deos Iudices appellant; Sanctos desiderant, Bonos, Optimos, & Religiosos. *Bonum virum* in iure Iudicem appellari, *Bonumquè* vndequaquè perfectum esse, iam *Rubrica* 1. *Annotatione* 1. diximus, & perpendimus late. *Vbi autem Bonum, ibi Iustum: vbi Iustitia, ibi Sanctitas*, Diui Ambrosij *libro primo de Abel & Cain, capite* 3. argumento. *Neque enim esse Iudicem nisi Bonum Virum iudico, & fieri etiam si posset nolo*; cum Quintiliano *Oratoriar. instit. libro primo cap.* 3. Hancque *Politicor. lib.* 5. *cap.* 9. legem præfinit Aristoteles, non nisi Bonis Viris Reipublicæ administrationem mandandam. *Nam si regitur prouidentia mundus, administranda certe Bonis Viris erit Respublica*, Quintilianus inquit *supra lib.* 12. *cap.* 2. Melioribus cæteris committendam (ex Aristotele ipso, & Xenophonte *libro* 7. *de expeditione Cyri*) Cardinalis Bellarminus *de offic. Princip. Christiani, lib.* 1. *cap.* 9. his Xenophontis verbis *Imperium nemini conuenire, qui non sit melior illis quibus imperat.* Quæ aut ad sensum tantummodo retulit; aut nonnihil discrepantia, si ea transcribere voluit, libri etiam, & thesis allegatione diuersa. Non enim *lib.* 7. sed 8. nec *de Expeditione*, sed *de Pœdia Cyri* Xenophon dixit: *Neminem imperare decere, qui melior subditis non esset.* (Ad allegationis certitudinem hæc tantummodo cursim adnotata) Talemque (Xenophonte ipso ibidem referente) se præstabat Cyrus, *quoniam existimabat, ita iure Imperium gerere, si operam daret vt subditis declararet se omnium esse virtute ornatissimum.* Nec item *debet hominum ducatum suscipere, qui nescit hominibus bene viuendo præire: ne qui ad hoc eligitur, vt aliorum culpas corrigat, quod resecare debuit, ipse committat*, Diui Gregorij doctrina, *Moral. libro vigesimoquarto cap.* 15.

Gabr. de Velasc.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Summamquè fœlicitatem illarum gentium, ex Seneca, Bellarminus idem profitetur, *in quibus non poteſt eſſe Potentior, niſi Melior.* Quod & ex Vegetio *libro de Arte Milit.* Quintil. Mandoſ. tradit *in proœm. gloſſæ Facultatum, verbo Perſonarum acceptione, in fine*, dicente: *Tunc bene Reſpublica regitur, quando non ſit Maior, niſi qui Melior.* In quod alia *infra Annotatione ſequenti, num. 2. nectimus.*

Hæc de Valeriano exiſtimatio ad Cenſuram illum, & ad Romanum Imperium euexit. Cum enim ab Imperatore Decio Cenſuram (pleniſſima in omnes, paucis quibuſdam exceptis, iudicandi poteſtate) oblatam ſic recuſaſſet: *Quæſo, ſanctiſſime Imperator, ne me ad hanc Dignitatem alliges, vt de Populo Romano iudicem, de Senatu, de totius orbis Iudicibus. Hæc ſunt, quæ Auguſti nomen decent: apud nos Imperator Cenſura deſedit: non poſſum hoc implere priuatus. Veniam igitur huius nominis peto, cuius vita impar eſt, impar eſt confidentia, cui tempora repugnant, vt cenſuram hominum natura non ferat. Quibus auditis, Imperator cum Senatu vna voce dixerunt: Valeriani vita Cenſura eſt. Ille de omnibus iudicet, qui eſt Melior omnibus, qui nullum habet crimen, cui nihil poteſt ab aliis obiici*, vt eſt apud Diuum Antonium *in Chronica, 1. parte tit. 7. capite 8. §. 12.* inſerentem: *Ex iſta igitur fama, & moribus præcedentibus, factus eſt poſtea Imperator.* eiuſdem ſucceſſum, & mutationem referentem.

5 *Optimi* teſtimonium † Iudicis futuri, ſic *in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio ſiant, §. Eos autem, col. 2.* requirit Imperator Iuſtinianus: *Teſtimonium quidem habens, quod ſit optimus.* Quæ *Optimi* appellatio Frugalem, Sapientem, cæteriſquè Meliorem deſignat, & *hæc ſimul omnia vno iſto nomine continentur. Nec videri poteſt* Optimus, *niſi qui eſt omnibus optimis in ſua cuiuſque laude præſtantior*, aſſertore Plinio *in Panegyri Traiano dicto.* Id quidem *affectare, hoc imitari decet: Maximum ita haberi, vt* Optimus *ſimul habeatur*, conſultore Seneca *de Clement. libro primo capite 19. in fine.* Propterea *ille Parens hominumque, Deorumquè* Optimi *prius, deinde* Maximi *nomine colitur*, vt bene *loco eodem* perpendit Plinius idem. Magnuſque Baſilius ob id recte *exiſtimabat homines quidem communes, & idiotas, ſatis ad virtutem habere, ſi non improbi eſſent, vel mediocriter boni: At ſi quis in Dignitate, Adminiſtratione, ſeu Imperio fuerit, in Præſulis officio præſertim, vitium omnino putauit, ſi non omnes alios virtute antecelleret, & tantum ea, quantum Dignitate præſtaret. Nec enim populos aliter vel ad mediocrem virtutem, niſi in ea abſolutus longe inter cæteros emineat, trahi poſſe*, vt relator applaudens *in eius vita* Diuus Gregorius Nazianzenus exiſtit. Meliuſque eſſe ciuitatem regi à *Viro Optimo*, quam à *Lege optima*, profeſſus eſt etiam Ariſtoteles *lib. 2. Politicor.* Egregia hac fœpe ratione Plinius *in Panegyri* ſic Traianum laudat: *Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla neceſſitudo, niſi quod vterque* Optimus, *dignuſque alter eligi, alter eligere*, & paulo infetius: *Hunc tibi proximum, hunc coniunctiſſimum exiſtimes, quem* Optimum, *quem Dii ſimillimum inuenerit.*

Fœliciori ideo ævo, ſine ætatis, aut conditionis diſcrimine, Virtuti ſolum Antiquitatem Magiſtratus & Reipublicæ munia tribuere ſolitam, *Annalium libro 11.* ſic Cornelius Tacitus prodit: *Magiſtratus quondam Virtuti, ſine diſcrimine conditionis, vel ætatis dabantur.* Sic faciendum Franciſcus Patricius *de Regno, & Regis inſtitutione, libro 8. tit. 6.* ſuadet, inquiens. *Ad Magiſtratus eligendos redeo quibus non cenſus, aut genus, ſed ſola virtus ſuffragari debet. Genus enim ſine moribus, ſuperbiam, & ignauiam; opulentia verò ſine virtute, inſolentiam, improbitatemquè plerumquè pariunt.* Cõcludens poſt pauca: *Errauit igitur Rex ſi Magiſtratui aliquem præfecerit, nec diligenter prius inueſtigauerit, quibus moribus, quibuſquè virtutibus ille præditus ſit.* Quia (vt proſequuti ſumus, & *proximo loco* Traiano Plinius dixit: *Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus.*

Cura Deum Dij ſint, & qui coluere, colantur.

Vt eſt apud Ouidium *Methamorphoſ. lib. 8. Fab. 10. in fine.*

Circa quod prouidentiſſime Chatolici Reges noſtri inuigilant, † omnemquè diligentiam adhibendam decernunt *in l. 3. tit. 4. & in l. 4. tit. 17. parte 3.* Prioris hoc initium eſt: *Acuciſamente, e con grande femencia debe ſercatado que aquellos que fueren eſcogidos para Iueces o Adelantados, que ſean quales diximos en la ſegunda partida deſte libro.* Secundæ hoc: *Buenos Omes, queteman a Dios, e de buena fama debenſer los Peſquiſidores.* Similiter *l. 1. verſ. Y los Iueces, tit. 15. libro ſecundo, ordinam. & l. 1. tit. 9. libro tertio, Nouæ Regiæ Collection.* enixè ſupra omnia Dei timorem † omnes in Iudice merito requirentes. Quia *dum conſideratur terror eius, qui ſuper omnia Præſidet, videlicet Iudicis interioris; non ſine magno reguntur timore ſubiecti. Qui nimirum timor dum mentem Rectoris humilitat, purgat, ne hanc aut præſumptio ſpiritus leuet, aut carnis delectatio inquinet, aut per terrenarum rerum cupiditatem importunis pulueream cogitationis obſcuret*, vt Diuus Gregorius belle *Paſtoralis Curæ 2. parte capite 2.* Sine quo nil rectum ſapienterve geri poteſt; cum illo omnia recte. Quia *Timor Domini principium ſapientiæ*, Prouerbior. 1. verſ. 7. capite 9. verſ. 10. & capite 14. verſ. 27. *Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.* Sine quo item nec perfectus, nec integer homo eſt, *capite fin. verſ. 13.* dicente Eccleſiaſte: *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Sic locum

6

7

illum

iſtum exponens, multifariam, multiſque modis illum etiam intelligens Diuus Antonius *in ſumm. 1. p. tit. 6. cap. 10 §. 4. in fine*, paragrapho ſequenti addens, notanique præcipiens, *quod nihil vtilius incipienti; nihil vtilius ad perfectionem, nihil vtilius omni ſtatui, vel ſexui Timore Dei.* quod latius diſcurrendo confirmat. Quem quidem Timorem non ſatis ſemel Regibus, & Magiſtratibus commendaſſe Pſalmiſtæ viſum; eius doctrinam, & amorem breui ſpatio, & oratione eadem multiplicat Pſalmo 11. *Et nunc Reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in Timore, & exultate ei cum Tremore.* Prudentiſſimique Ietro *Exodi* 12. *v.* 21. conſuluit Moyſi: *Prouide de omni plebe viros potentes, & Timentes Deum.* Erudite idipſum exornat Ludouic. Mirand. *in Directorio Prælator. tom. 2. quæſt. 5. art. 2.* vbi pariter, ex Speculatore, & aliis, excipi legitime contra Iudices poſſe docet, quod non ſint Deum timentes, ſi ex factis ſuis colligi poſſit, *Decet enim Iudices plus Deum timere, quam alij homines* Diui Auguſtini ſententia *ſermone* 55. *fol.* 452. *tom.* 10. Sigiſmundi Scacc. relatione *de re iudic. cap. 1. gloſſa 4. q. 1. n. 60.*

8 Religioſos, † doctores Iudices appellant *ex l. 1. C. ſi tutor, vel curator falſis allegation. excuſ. ſit*, in verbis illis: *Ne eis circumueniſſe Iudicis Religionem proſit.* Quibus maxime eius verbi ſignificatio conuenit. Siquidem Religioſi dicuntur *Dei cultores, quaſique illius ſeruitio, & obſequio religati*, vt ex Lactantio, Suarius tradit *loco proximo referendo, num.* 5. Proprie enim *Religio* Dei cultum denotat, vt affirmat D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 81. *art.* 1. *ad ſecund.* & ex Cicerone *lib.* 2. *de Inuentione*, Suarez *de Religione, lib.* 1. *cap.* 1. *in princip.* Secundum quem *Religio eſt, qua ſuperioris cuiuſdam naturæ (quam Diuinam vocant) curam, ceremoniamque affert.* Largius vero Religionem ſumptam, beneficientiam proximorum impetrate, iuxta illud Iobi 1. cap. 1. *Religio munda, & immaculata hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum.* Quam primo ſenſu & Apuleium *de Philoſophia* his verbis ſumpſiſſe reperio: *Eſt ei illa Iuſtitia, quæ quartum, vulgata diuiſione, virtutum locum poſſidet, quæ cum Religioſitate copulatur. Quarum Religioſitas Deum honori, ac ſupplicijs diuinæ rei mancipata eſt.*

9 Qua ratione Sacerdotes † (hoc eſt, *Deo ad ſacrificandum dicatos*) Iudices, Iuriſque Profeſſores appellaſſe Vlpianum *in l. 1. D. de iuſtitia, & iure* notat Gloſſa *ibi, verbo Sacerdotes. Quia* (inquit) *vt Sacerdotes ſacra miniſtrant, & conficiunt: ita & nos, cum leges ſint ſacratiſſimæ, vt C. de legibus & conſtit. l. Leges: & vt ius ſuum cuique tribuit Sacerdos in danda pœnitentia: ſic & nos in iudicando, vt infra eod. Iuſtitia.* Bene lateque appellationis huius rationes proſequitur Frater Hemogenes Thoto *ad principium inſtit. de actionib. n. 2.*

Apud Germanos (vt *de illorum moribus* Cornelius Tacitus auctor eſt) *neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, niſi ſolis Sacerdotibus promiſſum: non quaſi in pœnam, nec Ducis iuſſu, ſed velut Deo imperante*, vt & *in prælud. optimi Iuriſconſul. lib. 1. cap. 3. num. 8.* ſcribit Petrus Gregorius, addens: *Apud Ægyptios, Reges à quibus pendent leges, ex Sacerdotibus (teſte Diodoro Siculo) creantur. Quod & Plato libro de Regno tradit.* Imo *& Reges ſacris initiari cogi ait. Et Plerumque Reges Iſraël erant Sacerdotes, vt Iudas Machabæus, & Alexander, & alij, teſte Abbreuiatore Hebræo Ioſephi. Tales Reges Romanorum ante Conſules, pulſi Regno vt Liuius ait, & Dionyſ. Alicarnaſ.* Hæc Petrus Gregorius. Qui & *lib. 2. cap. 2. num. 3.* repetit: *Olim Reges erant Sacerdotes, & Pontifices, vt ex libris Regum, & Paralipomenon conſtat, & ex Ioſippo Hebræo, Abbreuiatore Ioſephi hiſtorici: Atque, vt Liuius refert, ſacra publica quædam per Reges fieri ſolita: illiſque expulſis (ne quid deeſſe videretur) creatum Regem ſacrificiorum, qui tamen Pontificis imperio ſubeſſet.* Confirmat, proſequiturque id ipſum Sigiſmund. Scacc. *de ſentent. & re iudic. cap. 1. gloſſa 4. quæſt. 3. num. 32.* Cuius ſolum initium transferam, ſic ſe habens: *Infero quarto, quod eadem ratione quod in iudicando ſunt Miniſtri Dei, vt diximus; debent eſſe etiam Religioſi, & Sacerdotes. Quia in teſtamento veteri Iudices erant Sacerdotes, & Miniſtri Dei,* Quod & *n. 33.* comprobat.

Sanctum ergo † & Iuſtum Iudicem eſſe 10
debere, quaſique Cæleſtem, verum Iuſtitiæ Cultorem, ſat apparet, quæ *de cælo proſpexit*, vt arguit Petrus Gregorius *in prælud. Optimi Iuris conſul. lib. 1. cap. 3. in principio.* Qui *nec habeat vitia, nec ferat*, iuxta Quintiliani inſtitutionem, *Oratoriarum lib. 2. cap. 2.*

Quod ſi non Sanctus, † Iuſtuſque ſit, nec 11
Iudicis nomini reſpondebit, prorſuſque ab officij munere, & obligatione diſtabit, Diui Iſidori argumento, memorati *in cap. Index, 10. §. Index dictus, de verbor. ſignific.* Tandiu enim dicitur Iudex, quamdiu eſt Iuſtus, Diui Hieronymi ſententia *in epiſtola ad filiam Mauritij*, cuius Scacc. meminit *ſupra num. 12. verbo Confirmatur.* Iiſdemque fere verbis Caſſiodorus lib. 3. epiſt. 28. *Tandiu* (inquit) *Iudex dicitur, quandiu Iuſtus putatur.* Iudex namque *eſt Iuſtum animatum*, vt eum Ariſtoteles vocat *Ethicor. 5.* & Iuſtus, ac Sanctus, *qui Iuſtitiam facit*, non peccando. Quia *Iuſtitia nihil aliud eſt, quam non peccare*, vt ipſemet Hieronymus inquit *ibidem*, iuxta illud Ioannis: *Scitis quoniam Iuſtus eſt: ſcitote quia & omnis qui facit Iuſtitiam, ex ipſo natus eſt*, & vt *ſermone 1. in Annunciat. Beatæ Mariæ, mihi col. 3. ad finem.* Diuus Bernardus: *Prima Iuſtitiæ portio, non peccare*, vtque ſupra iam *num. 4.* ex Diuo Ambroſio: *vbi Iuſtitia, ibi Sanctitas.* Quod & illud *Ezechielis* 18. clare demonſtrat: *Et vir ſi fuerit Iuſtus, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, in montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael, & vxorem proximi ſui non violauerit, & ad mulierem menſtruatam*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

non acceſſerit, & hominem non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit, & nudum opernerit veſtimento: ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit; ab iniquitate auerterit manum ſuam, & iudicium verum fuerit inter virum, & virum: in praeceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic Iuſtus eſt. Et iuxta Quintilianum etiam *Oratoriarum inſtitut. lib.* 8. *cap.* 3. *Prima virtus eſt vitio carere.* Iuſtum inde ſimilem Dei eſſe (ex Diuo Ambroſio *de fuga ſaeculi, cap.* 4.) ſic textus *in cap. Similem*, 36. *de pœnit. diſt.* 2. docet: *Similem Dei eſſe, eſt habere Iuſtitiam, habere Sapientiam, & in virtute eſſe Perfectum.*

Iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt.

vt & *prologo in Amphitruo* Plautus agnouit. *Quomodo enim poteſt ab humanis temperare, qui Diuina violauit? Et hominibus bonus eſſe, qui Deum laſit?* vt D. Ambroſius togat *de Abel, & Cain, lib.* 2. *cap.* 7. Quo & illud *Eccleſiaſtici cap.* 37. *v.* 12. reſpicit. *Cum viro Religioſo tracta de ſanctitate, & cum Iuſto de Iuſtitia.* Nam *qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit?* vt *cap.* 14. *v.* 15. idem percontatur *Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* vt eſt apud Matthæum *cap.* 7. *v.* 16. apudque Xenophontem *de Pædia Cyri, lib.* 1. dicentem: *Haud fas eſſe petere neque victoriam eos aequeſtri pugna, qui equitare non didiciſſent; neque ſagittæ ignaros ſuperare illos ſagittando, qui huiuſmodi peritiam callent; neque gubernandi imperitos aptare nauium ſalutem gubernando; neque eos qui frumentum non ſeuerint, ſibi precari triticum pulcherrimum naſci; neque ſalutem petere, qui ſibi in bello non caucrint.* Equidem *non decent ſtultum delitiæ; nec ſeruum dominari Principibus*, vt Sapiens ait *Prouerbior. capit.* 19. *v.* 10.

Ex quibus iam liquidò conſtat Iudicem eſſe nec debere, nec poſſe, qui Sanctus, & Iuſtus non ſit, & à quo Iuſtitiam petere inſipientia foret, *vt nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini. Ne ſit nomen inane, & crimen immane: ne ſit honor ſublimis, & vita deformis*, vt Ambroſius arguit *de Dignitate Sacerdotali, capit.* 3. Etenim *nihil iniuſtum Juſtitia pati poteſt, quia non coëunt contraria*, teſte quoque Seneca, *quod in Sapientem non cadit iniuria, cap.* 7. Quæ enim conuentio luci ad tenebras?

Ea item ratione, qui Sanctitatem, Iuſtitiamque non ſectatur, à iudicandi munere longe repellitur, eique fit muneri ineptus: 12 quod inſcius, & ignarus ſit, † ſapientiæque defectu, qui ſemper comitatur iniuſtum. *Omnis enim prauus ignarus eſt*, ſententia Ariſtotelis *Ethicor.* 3. vt *Iuſtus eſt Sapiens*, Diui Bernardi *ſermone* 63. *ſuper Cantica, col.* 2. *ad principium.* Quemadmodum enim *qui timent Dominum, inuenient iudicium iuſtum, & Iuſtitias quaſi lumen accendent*, Eccleſiaſtici teſtimonio *cap.* 32. *v.* 20. & Pſalmiſtæ Pſalmo 36. *v.* 30. *Os Iuſti meditabitur Sapientiam, & lingua eius loquetur Iudicium*, quia *cognata virtus ſapientiæ eſt.* vt affirmat Bernardus *ſuper Cantica, ſermone* 85. *col.* 3. *ad medium.* Quid cognata? Sapientia Mater, *Prouerbior.* 10. *v.* 30. affirmante Sapiente: *Os iuſti parturit Sapientiam:* Sic è conuerſo *in maleuolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore, ſubdito peccatis*, vt Sapientia ipſa *cap.* 1. *v.* 4. proclamat. *Quia improbitate cacatur mentis oculus, & caligante ſibi iniquitate, myſteria profunda inuenire non poteſt*, vt D. Ambroſius inquit *Pſalm.* 118. *Octonar.* 1. *in principio.* Et *iuxta menſuram vniuſcuiuſque peccati, intelligentia cacitas generatur in ſenſibus.* vt D. Gregorius *Moral. lib.* 11. *cap.* 15. illud Ieremiæ 31. *v.* 30. *Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obſtupepeſcent dentes eius*, in id acutiſſime expendens. Etenim *pulcherrimi operis ſtudio vacare mens non niſi omnis vitij libera poteſt. Primumque in eodem peccatore nullum eſt turpium honeſtorumque conſortium: & cogitare optima ſimul & teterrima, vnius animi non eſt magis quam vnum ſimul eſſe bonum, & malum*, vt belliſſime Quintilianus *Oratoriar. inſtit. lib.* 12. *cap.* 1. & vt *lib.* 1. *de Republica* Plato: *Neceſſe eſt, malam animam male imperare, atque curare: bonam vero haec omnia bene facere.* Similiter *Ethicor. lib.* 6. *cap.* 1. Ariſtoteles: *Bonum non niſi à bono viro videtur. Prauitas enim pernertit intellectum, efficitque vt circa principia rerum agendarum improbus homo fallatur.* relatore Simãca *de Republica, lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 433. & 434. Sicque Improbitas vt Imperitia Reipublicæ Gubernatoriquc ipſi peræque perniciem afferunt. *Quemadmodum enim in ſublimi & pendulo fune gradientibus, in hanc vel illam partem deflectere, minime tutum eſt; nec etiam parua inclinatio paruum periculum facit, verum eorum ſalus in aequilibrio poſita eſt: ad eundem quoque modum vtramuis in partem quiſpiam, ſiue ob vitæ Improbitatem, ſiue ob Imperitiam propenderit: haud leue periculum tum ipſi, tum iis quibus praeſt imminet*, vt *Oratione* 2. *apologet. de Fuga ſua in Pontum*, Gregorius Nazianzenus deducit. Perinde *qui veram Iuſtitiam non habet in anima ſua prius inſitam, ſed aut pecuniis corruptus, aut amicitiæ gratificatur, aut inimicitiam vlciſcitur, aut Poteſtatem reueretur, iudicium dirigere non poteſt*, veluti *Homil. in initium Prouerbiorum*, Baſilius Magnus.

Non eſt ergo Iudex, ſi non eſt in eo Iuſtitia vt & textus arguit *in c. Forus*, 10. *verſ. In omni quoque, de verborum ſignific. & in c.* 1. 23. *q.* 2. Cui ſit ineptus Impius. Quia *dum peccato anima paſcitur, panem Iuſtitiæ edere non valet*, vt & *dicto cap.* 15. *Moralium* Gregorius. Nullo quidem ex his, aliis tamen erudite confirmat id ipſum Ioannes Petrus Ala *de Chriſtiano & Politico Decurione, c.* 14. Quibus & conducunt dicta iam à Nobis *Rubrica* 1. *Annot.* 1. *num.* 7.

NON

UAB Biblioteca de Ciències Socials

NON SOLVM SVI SED Subditorum, Exemplique ratione, Sanctum Iudicem esse oportet.

SVMMARIVM.

1 *Superiorum facta, dictaque in aperto sunt. Nec vllum esse potest diuitis secretum.*

2 *Lucere debent quasi luminaria in mundo Superiores, vt exemplum præstent. Quia qualis Rector est ciuitatis, tales habitantes in ea,* & num. 6. & 7.

Primi Angeli peccatum fuit aliis causa peccandi, non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens. ibi.

Christus baptizari & circuncidi cur voluerit, qui baptismo & circuncisione nullatenus indigebat? Cur & Beata Maria purificari, quæ nec egebat purificatione? ibid.

3 *Qui se deteriorem facit, non sibi tantummodo nocet, sed etiam omnibus eis, qui melior factus prodesse potuisset.*

Væ in litteris Sacris æternam damnationem importat. ibi.

Scandalum quod dicatur? Quando per illud lethalis culpa contrahatur? remissiuè. Deque explicatione illius Matthæi 18. Væ homini illi per quem scandalum venerit, *ibidem.*

4 *Superiorum exemplo peccantes sibi licere arbitrantur, tutissimo clypeo defendi, & recte omnia agere, quæ per imitationem Principum agunt. Quorum Superior vsus est.*

5 *Criminosior culpa est, vbi status honestior.*

6 *Tot mortibus Superiores digni sunt, quot exempla perditionis ad cæteros transmittunt.*

Scandali occasio omnino vitanda est. ibid.

7 *Rectores quasi signum positi sunt ad sagittam, & in eos tanquam in speculum cæteri oculos coniiciunt, ex eisque sumunt quod imitentur. Ob quod exemplum in omni virtute sint fidelium?*

8 *Exemplo nullum acrius hortamentum est.*

ANNOTATIO II.

1 SVPERIORVM facta, dictaque in aperto sunt,† & *eorum qui Reipublicæ præsunt, non modo singula verba, nec res tantum publicitus gesta animaduerti notarique solent; sed virtus quoque, ioci simul & seria quæque domus; ipsa familia, vxor, cubile curiosius conquiruntur,* vt Traianum *in Politica ad ipsum* monitum Plutarchus reddit, post pauca addens: *Quando Populus Romanus Scipioni somnolentiam solicitus exprobare traditur: quippe qui nihil præterea aliud quod illi obiectari posset, haberet. Verum in Cn. Pompeium inimicos canillatos accepimus* Vnico digito caput scalpere *deprehensum. Quemadmodum enim indignius ferri, maiorique haberi solent dedecori verucæ; sicuse in facie, quam notæ, næui, atque mutilationes in reliquo corpore: sic etiam ob eam, quæ plerosque omnes de Principatu atque ciuilibus Magistratibus tenet opinionem, vtpote de re magna atque dignissima, quæ omni facinore atque temeritate vacare debeat: minima quæque Principum, & Rempublicam administrantium errata notantur, & pro magnis habentur.* Athenienses Simonidi quod loqueretur elatius, detrahebant: Thebani Paniculo, quod frequentius expueret: Lycurgo Lacedæmonij, quod demisso incederet capite: Vticences Catoni, quod cito & vtraque bucca manducaret: Cartaginenses Anibali, quod laxum gestaret pectus: Iulio Cæsari alij, quod procederet male cinctus, vt Nierembergius refert *de discrimine inter temporale & æternum, lib. 3. cap. 7. §. 5.* Nihil nec minimum, Superioribus parcitur, quod in aliis contemnitur; nihil non notatur, expenditur: nihil non patet horum. Quare

Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Vt te tutius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas, cunctis tuagentibus esse
Facta palam: nec posse dari Regibus vsquam.
Secretum vitiis: Nam lux altissima fati
Occultum nil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, & obtrusos explorat Fama recessus.

vt Honorium *in eius quarto Consulatu* Claudianus monet, Ouidius Liuiam:

Non eadem vulgusque decent, & lumina rerum:
Est quod præcipuum debeat ista domus:
Imposuit te alto Fortuna, locumque tenere
Iussit honoratum: Liuia perfer onus:
Ad te oculos, aureque trahit: tua facta notamus,
Nec vox missa potest Principis ore tegi.

Quid Principis? nec diuitis quidem.

Secretum diuitis vllum.
Esse putas? Serui vt taceant, iuramenta loquentur,
Et canis, & postes, & marmora; claude fenestras,
Vela tegant rimas, iunge ostia, tollito lumen
E medio, clament omnes, prope nemo recumbat:
Quod tamen ad cantum Galli facit ille secundi,
Proximus ante diem caupo sciet.

Crede hæc Iuuenali dicenti *Satyra 9.* Si non Pœtarum næniis moueris, Ouidianisque *Metamorphos. lib. 11. Fab. 5.* de Midæ famulo vitium domini sciente, quod ipse maxime celare curabat, impatiente secreti, referente humo,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

humo, ipſaque humo illud publice decantante: fidem Plinio præſta, hæc *in Panegyri* Traiano verba facienti: *Habet hoc præcipuum Magna Fortuna, quod nihil tectum eſſe patitur, Principum vero non modo domus, ſed cubicula ipſa, intimoſque receſſus recludit, omniaque arcana noſcenda fama præponit, atque explicat.* Caſſiodoro *lib. 11. variar. epiſtolar. 6.* Ioanni Cancellario, muneris vocabulo id ita ſuadenti: *Reſpice quo nomine nuncuperis. Latere non poterit, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtras, ianuas, & quamuis ſtudioſe claudas, neceſſe eſt vt te cunctis aperias. Nam ſi foris ſteteris, meis emendaris obtutibus; ſi intus ingrediaris, obſeruantium non poteris declinare conſpectus. Vide quo te Antiquitas voluerit collocare. Vndique conſpiceris qui in illa claritate verſaris.* Senecæ *de Clemen. lib. 1. cap. 8.* Neroni. *Aberrare à fortuna tua non potes, obſidet te, & quocumque deſcendis, magno apparatu ſequitur.* Et iterum ibi: *Tibi non magis quam ſoli latere contigit. Multa contra te lux eſt, omnium in iſtam conuerſi oculi ſunt. Prodire te putas? Oriris: Loqui non potes niſi vt vocem tuam qua vbique ſunt gentes excipiant.* Xenophonti de Pædia Cyri; *Nec enim vos Dij in tenebris operiunt; ſed opera veſtra neceſſe eſt ſemper in propatulo eſſe apud omnes.* & Franciſ. Petrarchę qui *de remediis vtriuſque fortunæ, lib. 1. Dialog. 16.* de generis claritate, locique eminentia glorianti, & ſuperbienti, id fallaciæ ſuæ, & veritatis huius documentum præbet. *Ea claritas nil tibi amplius præſtabit, quam vt latere nequeas, ſi velis. Ita & ſecretum rerum trames eripitur. Quidquid ages, erit vulgo fabula: qualiter domi viuas, & quid canes noſcet vicinorum ſtudium, & veluti exploratores ad te pater, annuſque remiſerint: ſic totũ rei familiaris arcanũ, & quotidiani victus ratio, quid cum filiis, quid cum ſeruis, quid denique cum vxore; Et ad vnum, actus omnes, ac verba, de rebus licet minimis, inquirentur: quoque maxime ſtomacheris, ab his maxime quorum nihil intererit.*

Quid inde? Sanctum Iudicem fore oportere, cum & Superiorum facta, dictaque nullo modo latere poſſint; debeantque lucere, † ſicut luminaria in mundo, *ad Philippenſ. 2. v. 15. & Matth. 5. v. 16.* & diximus *ſupra Rubr. 1. Annot. 1. n. 6.* Ad quorum normam ſe formant ſubditi. *Quia ſecundum Iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis Rector eſt ciuitatis; tales & habitantes in ea,* ex Eccleſiaſtico *c. 10. v. 2.* & ex Xenophonte lib. 8 de Pædia Cyri: *Quales fuerint Præfecti, tales etiam qui ſub ipſi ſunt, frequentius fiunt.* Nam *ſicut boni Principis vita, quadam bonitatis præſcriptio, & viuendi forma eſt: ſic eius collusio, lex flagitiorum eſt,* vt Diuus inquit Antoninus *in Chronica p. 1. tit. 6. cap. 21. §. 2.* Sic *primi Angeli peccatum fuit aliis cauſa peccandi, non quidem cogens, ſed quadam quaſi exhortatione inducens,* vt formaliter inquit D. Thom. *2. p. q. 63. art. 8.* Etenim vt *in cap. 1. epiſt. ad Romanos* Diuus Ambroſius: *Facile faciet inferior quod fieri videt à ſuperiore. Solent enim plerumque homines* (vt Herodianus *lib. 1. ait*) *vitam Principum æmulari.*

Componitur orbis
Regis ad exemplum. Nec ſic inflectere ſenſus
Humanos Edicta valent, quam vita Regentis.

vt Claudianus *Panegyri in quarto Conſulatu Honorij, & Panegyri 1. in laudes Stiliconis:*

Scilicet in vulgus manant exempla Regentum.

Ideò, ex Seneca *in Thyeſte, actu 2.*

Rex velit honeſta, nemo non eadem volet.

Nam vita Principis cenſura eſt, eaque perpetua. Ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, vt Traiano *in Panegyri* Plinius inquit. Adeo vt proprios ſubditi mores exuant, & Regentis inducant, Martiale teſte *Epigr. lib. 9. epigram. 82.*

Nemo ſuos (hæc eſt aula natura Potentis)
Sed Domini mores Cæſarianus habet.

Facilis enim recti perſuaſor eſt innocens Iudex, ſub cuius prædicabili conuerſatione pudet mores probabiles non habere, Theodotico Rege *apud Caſſiodorum epiſt. 4.* Vere namque

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum Iudex alios quod monet, ipſe facit.

vt & Ouidius cecinit *Faſtor lib. 6.* Lene, efficaciſſimumque imperium, & boni Rectoris in bonum præclara illa vox Gedeonis Iudicum cap. 7. v. 17. *Quod me facere videritis, hoc facite. Ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero ſectamini,* & cap. 9. v. 48. Abimelech, qui *præcidit arboris ramum, impoſitumque ferens humero, dixit ad ſocios: Quod me videritis facere, cito facite;* ad laborem victoriamque exemplo ſubditos trahente vtroque. Nam *hæc eſt Iuſtitia, vt quod alterum facere velis, prior ipſe incipias, & tuo alios horteris exemplo,* vt ex Ambroſio tranſcripſit D. Thom. *2. 2. quæſt. 39. art. 1. in corp.* ratione tertia, cur Chriſtus baptizari voluerit, qui baptiſmo nullatenus indigebat. Sed *baptizari voluit, quia voluit facere, quod faciendum omnibus imperauit.* ex Auguſtino citato ibidem. *Quid eſt quod dicimus Beatam Mariam purificari? Quid verò quod ipſum Ieſum dicimus circuncidi? Enimverò tam non indiguit illa purificatione, quã nec ille circunciſione. Nobis ergo & Hic circunciditur, & Illa purificatur, præbentes exemplum pœnitentibus, vt à vitiis continentes, primùm per ipſam continentiam circuncidamur; deinde à commiſſis per pœnitentiam purificemur.* vt exponit Bernardus *ſermone 7. ex ſermonibus paruis.* Ipſe item Ieſus Martyres non ſolum verbo hortatus, ſed ſua ad martyrium paſſione inſtruxit, exemplo firmauit. *Intendite. Parum ergo erat Dominum hortari Martyres verbo, niſi firmaret exemplo?* vt Auguſtinus *Pſal. 62.*

ad

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ad verſum 2. interrogatione reſpondet. Niniuitarum Rex *primus plane inuigilat, quia vt tota ciuitas ieiunaret, famem ſibi Rex primus indixit: & ſolus omnium cauſa, prior capit eſurire quam miles. Neceſſe enim erat vt qui potentior cunctis fuerat; deuotior fieret vniuerſis. Exemplo ergo ſuo praparat Religionis exercitum, non armis, ſed ſola deuotione munitum.* ita D. expendente Ambroſio *in cap. 3. & 4. Ionæ, Enarratione* 1. Etenim *omnis vita ratio ſic conſtat, vt quæ probamus in aliis, facere ipſi velimus*, dictante ſic Quintiliano *Oratoriar. inſtit. lib. 2. cap. 2.* De quo & Honorium *in eius quarto Conſulatu* ita merito Claudianus laudat:

In communi iubes, ſi quid cenſeſque tenendum,
Primus iuſſa ſubis. Tunc obſeruantior æqui
Fit populus.

Iuſtinus Hiſtoricus *lib. 3.* Lycurgum. Qui dum pro fratre ſuo Polibita, eiuſque filio Charilao Spartanorum Regnum tenuit, *nihil lege vlla in alios ſanxit, cuius non ipſe primus in ſe documenta daret.* Cytum Xenophon. *lib. octauo, de Pædia Cyri.* Qui *non exiſtimabat fieri poſſe, vbi ipſe minus foret qualem deceret, vt alios incitaret ad illuſtres, bonaſque actiones. Nam* (vt Sanctus Gregorius Nazianzenus *in Baſilij Magni vita* inquit) *quæ ſuaſeris niſi facias ipſe, parum mouebunt. Si enim* (vt D. Bernardus ſuper Cantic. ſermone ſexageſimoſexto,) *ego qui videor inter vos Paſtoris gerere curam, vobis appoſuero Moyſis manſuetudinem, pietatem Iob, miſericordiam Samuelis, Dauid Sanctitatem, & ſi qua ſunt eiuſmodi exempla bonorum; immitis ipſe, & impatiens, atque immiſericors, & minime Sanctus: ſermo (vt vereor) minus ſapide eueniet, & vos minus auide capietis.* Recte propterea *apud Xenophontem ſupra*, Cyrum filium ſuum ita Aſtiages inſtruebat: *In rebus agendis ſiquidem in æſtate fuerit, debet Imperator tolerare plus ſolis, & id quidem non occulte: in hyeme vero, plus frigoris, & in laborando, plus laboris. Hæc enim omnia conducunt ad amorem ſubditorum.* Pauciſque interiectis: *Conſide fili, ac ſcito, ſimilia corpora Imperatoris ac priuati hominis, iiſdem laboribus non ſimiliter affici. Honor enim labores Imperatori leuiores efficit: præſertim quod intelligit in hominum eſſe oculis quidquid faciat.* Honorium itidem Claudianus ſupra:

Neutibi Regificis tentoria larga redundent.
Deliciis.
Neu flantibus Auſtris
Neu pluuiis cedas; neu defenſura calorem
Aurea ſumminoneant rapidos vmbracula ſoles.
Inuentis vtare cibis: ſol labere partes
Æquali ſudore tuas: ſi collis iniquus,
Primus ini: ſyluam ſi cædere pronocat vſus,
Nepudeat ſumpta quercum ſtraniſſe bipenni.
Calcatur, ſi pigra palus, tuus ante profundum
Prætentet ſonipes: fluuios tu protere curru.
Horrentes glacie, liquidos tu ſcinde natatu.
Nunc eques in mediis equitum te conſere turmis:
Nunc pedes aſſiſtas peditis. Tum promptius ibunt
Te ſocio.

Recte quidem, Aſtiages, & Claudianus, recteque Superior quilibet ſic ſe gerens.

Ne & *correptionis ſtudia priuatus dolor exaſperet*, Diui Gregorij doctrina *Cura Paſtoral. parte ſecunda cap. ſecundo* & fugiat notam, qua *ad Roman. 2. v. vigeſimoprimo, vigeſimoſecundo, & vigeſimotertio*, inurit Apoſtolus: *Qui alium doces, te ipſum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, ſacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Redargutionemque dicentium: *Aliter loqueris, aliter viuis*, vt eſt apud Senecam *de vita beata cap. decimooctauo*, Apud Diuum Gregorium vbi proxime parte 1. capit. ſecundo, *Quod verbis prædicant, moribus impugnant.* Et apud Diuum Ambroſium officior. cap. duodecimo, *An vero idoneum eum putabo qui mihi det conſilium, qui non dat ſibi? Et mihi eum vacare credam, qui ſibi non vacet, cuius animum voluptates occupent, libido deuinciat, auaritia ſubinget, cupiditas perturbet, quatiat metus?* Et ſimilia, quæ ſupra *Rubr. tertia Annot. vnica, numero ſecundo*, retulimus. *Validior operis, quam oris vox. Fac vt loqueris, & non ſolum me facilius emendas: ſed te quoque non leui liberas probro. Non iam pertinebit ad te ſi quis, dicat*: Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere. *Sed neque illud verearis oportet*: Tu qui alios doces, teipſum non doces, vt felicitet *ſerm. quinquageſimono, ſuper Cantic.* recollegit Bernardus. *Neque enim labentis eſt erigere, nec erudire nudis.* vt apud Plutarchum *lib. ad Principem indoctum.* Scire propterea Alphonſum Regem dicere ſolitum *de rebus geſtis illius.* Anton. Panormit. prodite *Eos qui aliis præeſſent tanto priuatis hominibus meliores eſſe oportere, quanto honoribus, & dignitate antecellerent. Sentiens tunc demum*

subditorum mores rectè formari posse, si ij quibus Reipublicæ gubernatio commissa est, vitæ inculpatæ exemplo præcedant, vt viuum sint exemplar omnis virtutis. Id enim Regentis munus, qui, vt diximus, *Censura Magisterque omnium habetur. Quoscumque enim mores probat, ac seruat, ab omnibus probantur, & in illis quisque excellere nititur : quos verò non probat, omnes fugiunt. Optime Plato* : Mutationem Principis mutationem totius ciuitatis esse ait. *Vt enim bonus Princeps exemplo probitatis magis quam ipsa probitate prodest: sic malus exemplo turpitudinis, magis quam ipsa turpitudo obest.* vt scribit Franciscus Patricius *de Regno & Regis institut. lib. 8. tit. 4.* Consenserat in idem Cicero *lib. 3. de legib.* inquiens: *Non tantum mali est peccare Principes (quamquam est magnum per seipsum malum) quantum illud quod permulti etiam Principum imitatores existunt. Nec solum vitia concipiunt ipsi Principes, sed ea infundunt in ciuitates: nec obsunt quod solum ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato nocent.* Non solum enim, exemplo mouent, sed cogunt, vt verba illa Pauli *ad Galatas 2. vers. decimoquarto*, ad Sanctum Petrum : *Quomodo gentes cogis iudaizare?* Caietanus explicans : *Cogis*, inquit, *exemplo facti tui. Facta enim Superiorum, non tam inuitant, quam cogunt.* In quod & illud Exodi decimoquarto, v. quinto. *Et nunciatum est Regi Ægyptiorum quod fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis & seruorum eius super populo*, bene adducit, inducitque Ioannes de la Haye *ibi, conceptu trigesimoquarto*, Totumque Imperij corpus similitudine vel destruunt, vel construunt, vt pulchre *de Clement. lib. secundo capit. secundo*, Seneca Neroni : *Tradetur ista animi tui mansuetudo, diffundeturque paulatim per omne Imperij corpus, & cuncta in similitudinem tui, formabuntur. A capite bona valetudo : inde omnia vegeta sunt, atque erecta, aut langore demissa, prout animus eorum viget, aut marcet.*

3 Quod si *qui se deteriorem facit*, † *non sibi tantummodo nocet; sed etiam omnibus eis, qui melior factus prodesse potuisset*, veridico etiam *de vita beata* Seneca assertore : Et *Væ homini illi per quem scandalum venit.* Matth. 18 v. 7. *Væ autem importat damnationem æternam*, vt D. Antonius affirmat, hunc locum explicans *in summ. tom. 2. tit. 7. cap. 4. §. 4. col. 3.* notanter appositum verbum illud *Venit* aduertens : *Quasi diceret: etiam si hoc non intenderet, scilicet scandalizare : tamen opus eius tale est, quod inde venit scandalum :* dicaturque scandalum cum *in processu vitæ spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem alterius, ex dicto, vel facto alterius, in quantum scilicet aliquis suasione, vel inductione, vel exemplo trahit alium ad peccandum*, secundum ipsummet Diuum Antoninum *d. cap. 4. in principio* latissimè *paragraphis sequentibus* docentem quando per scandalum mortalis culpa contrahatur, nec alios in id referamus, recentioribus exceptis, Gaspare Hurtado *tractatu de Fide, Spe, & Charitate, disput. 10. de scandalo, difficult. 2. pag. 534.* & Antonino Diana *resolut. moral. p. 5. tract. 7. de scandalo per tot.* præcipue *resolut. 1. & 2.* Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral. p. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. per tot.* apud quos abunde : Exemplum vero Rectorum adeo nocens sit, & ita subditorum mores in suos mutet, in suorumque similitudinem trahat, vt dictum est : quorumque exemplo peccantes, † sibi licere arbitrantur, tutissimo 4
clypeo defendi, & *recte se omnia agere dicunt quæcumque per imitationem Principum agunt*, Francisco Patricio teste *de Regno, & Regis instit. lib. 1. tit. 7. num. 5.* dicto insimul *lib. 8. cap. 4.* repetente : *Deterrimi homines quidquid exemplo Principum faciunt, id iure factum esse existimant.* Quorum superior reus est. *Attendendo enim onis fortis Præpositum suum male viuentem, incipit dicere in corde suo:* Si præpositus meus sic viuit, quis ego sum, qui non faciam quod ille facit? *Ecce occidit ouem fortem.* Verba sunt Augustini *libro de Pastoribus* relata à P. Ioanne Velazquez *de Optimo Principe, lib. 1. Annot. 19. Morali, num. 3.* Sicque ad præcipitia exemplo ducit. *Et dum ipse in præceps ruit, ad abrupta sequentes inuitat*, veluti *Moralium lib. 24. cap. 15. in principio* Gregorius profert *Nam si Pastor per abrupta graditur, grex profecto ad præcipitia sequetur*, vt Gregorius arguit idem *in Pastorali p. 1. c. 2.*

Qualiter ergo Rector prauo exemplo, 5
scandaloque peccabit? † Qualiter punietur? Cum alteri cuilibet scandalizanti dictum sit *Væ* illud, & *criminosior culpa sit, vbi honestior status, & vbi honestior est persona peccantis, peccati quoque maior inuidia*, vt Saluianus ait *lib. quarto, de Gubern. Dei*, & *lib. 4. epistolar. epist. Florian.* Ambrosius *In maiori gradu maior interdum culpa est. Qui minor est, veniæ proximus est.* Vtque *de Summo bono lib. 1. cap. 18.* Isidorus : *Tanto maius peccatum esse cognoscitur, quanto maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum. Et sæpe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur. Deterius quippe* (vt in cap. Præcipue, 3. 11. quæst. 3. textus ait) *in populis Prælati delinquunt, ac per hoc ipsi crudelius quam cæteri puniuntur.* Quos ad meriti, culpæve mensuram aut gloria magna, aut horribile, præ aliis, tormentum expectat. Nam *cum ita sit, vt qui sunt in sæculi culmine constituti, aut plurimos secum perdant, aut secum multos in via salutis acquirant; magna tales, aut pœna manet, si multis præbeant malæ imitationis*

imitationis laqueum: aut gloria simultis ostendant sanctæ conuersationis exemplum, vt S. Fulgentius inquit *epist. 6. ad Theodorum Senatorem, de conuersione ad sæculum, cap. 3.* & prosequemur *Rubr. 15. Annot. fin.*

6 Tot mortibus Rectores dignos, † quot exempla perditionis ad cæteros transmittunt; sic ex Diuo Gregorio, Diuus prædicat Antonius d. §. 4. col. 5. *Mala vita manifesta Rectorum, & Prælatorum Ecclesiæ, ambitio, auaritia, simonia, pompa vestium, exquisitæ epulæ, species varia luxuriæ, nonne magnum scandalum totius populi Christiani? Vnde Dominus Malac. 2.* Scandalizastis plurimos in lege, *scilicet propter exempla mala vitæ vestræ & Hieronymus de eis:* Hi vertuntur in laqueum tortuosum, ponentes scandalum in omni loco, *24. quæst. 3. transferunt.* Relata inde verba subnectens: *Sed vt dicit Beatus Gregorius: Scire debent Prælati, si vnquam delinquunt, quia tot mortibus digni sunt, quot exempla perditionis ad cæteros transmittunt, 2. quæst. 1. Notum.* Concludens: *Debet ergo quilibet cauere ne verbo, vel facto aliquem scandalizet, iuxta illud Apost. 2. Corint. 6. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum.*

Væ dignitatibus huius sæculi, væ iterum atque iterum gerentibus eas. Enimvero *si quis de populo deuiat, solus perit: verum Principis error multos involuit, & tantis nocet, quantis præest ipse*, vt & Diuus Bernardus affirmat *epist. 127. pag. mihi 65. col. 3. in principio.*

7 Igitur Rectores (qui quasi signum † positi sunt ad sagittam, vt *in cap. Qualiter & quando, 23. de accusationib.* ait Innocentius Tertius, *& in eos tanquam in speculum reliqui oculos coniiciunt, ex eisque sumunt quod imitentur*, vt sactum Tridentinum Concilium sess. 22. cap. 1. de reform.) *exemplum sint fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, & castitate*, vt Paulus Timothæo 1. *cap. 4. v. 12.* & Tito 2. *v. 27.* consulit: *Sit Rector operatione præcipuus, vt vita viam subditis viuendo denunciet, & grex qui Pastoris vocem, moresque sequitur, per exempla melius, quam per verba gradiatur*, vt D. Gregorius *Cura Pastoralis 2. p. cap. 3.* vtque *epistolar. lib. 4. epist. 55.* Ioanni Episcopo Corinthiorum: *Institutio commissi populi*, Rectorum *sit actio. Videat in vobis quod diligat, cernat quod imitari festinet, exemplo vestro viuere doceatur, à recto itinere vobis ducibus non deuiet, ad Deum, vos sequendo, perueniat, vt tot ab humani generis Saluatore retributiones accipiatis: quot lucra ei operati fueritis animarum.* In omnibus denique præbeamus nos exemplum bonorum operum *forma facti gregis ex animo* Diui Petri admonitione *epist. 1. cap. 1. v. 3.* Nam *qui alios ad rectitudinis viam debet instruere, valde cauendum est, ne ipse, quod absit, in aliquo videatur errare*, Diui Petri Damiani *epistolar. lib. 5. epist. 9.* Et alios in errorem trahat exemplo, † quo *nullum acrius hortamentum est*, vt Quintilianus 8 ait *lib. 5. Oratoriar. inst. c. 11.* & superiora monstrant. Etenim

Sic natura iubet, velocius, & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla.

vt Iuuenalis *Satyra 14.* Quamobrem (cum Theodorico apud Cassiodorum *lib. 1. epist. 18.* Iudices admonente, & nos quoque monemus: *Oportet vos colere, & obseruare Iustitiam, qui Æquitatem dicere populo suscepistis. Quando non licet delinquere, qui alios creditur sub æquitatis regula continere: nè fiat exemplum prauum, qui electus ad laudabile cognoscitur institutum.* Alioqui *quid dicturi sumus, qui populum Dei, cui indigne præsumus, peccatorum nostrorum oneribus premimus? Qui quod per linguam prædicamus: per exempla destruimus? Qui iniqua docemus operibus, & sola voce ea quæ sunt iusta prætendimus?* Cum Diuo pariter Gregorio *epistolar. lib. 2. epist. 32.* Querimur, ac dolemus. *Decet enim Principem non se bonum præstare dumtaxat, verum etiam pro subditis diligentiam gerere, vt quam optimi sint futuri*, vt Cyrum sic dicentem Xenophon introducit *lib. 2. de Pœdia Cyri.*

AN CRIMINOSVS, SEV in Peccato mortali existens Iudex esse possit? Eius teneat sententia? Aut exceptione criminis, seu indignitatis opposita à iudicando repellatur?

SVMMARIVM.

1 *Negatiua pars (nempe criminosum Iudicem existere non posse) proponitur, argumentisque roboratur.* & numeris seqq. vsque ad n. 5. *Contraria* ab eodem n. 5. sequentibusque *defenditur. Respondetur contrariis* num. 16. & 17. *Ampliatur* n. 10. 11. & 12.

3 *Testimonium eius cui ab aduersa parte opponitur crimen, reprobatur in criminali causa, seu ciuili, si in ipso crimine perseueret.*

4 *Iudex facilius à iudicando, quam testis à testificando repellitur. Et an, & quatenus id procedat* num. 17.

5 *Hæreticum est asserere Principatum in peccatoribus existere non posse, peccatoque iurisdictionem seu iudicandi potestatem perdi. Referuntur plures ex sacris literis mali, apud quos extitit Principatus*, & n. seqq.

10 Notorium *nunquam habet vires ad aliquē deponendum, vel priuādum, ni depositionis vel priuationis sententia sequatur.* & n. 12.

11 *Notorie prodigus dum per sententiam suorum bonorum administratione nō interdicitur, valide contrahit.*

13 *Si de crimine aduersus Iudicē excipi posset; probataque*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Biblioteca de Ciències Socials

probataque exceptione, remoueri, nulli penè qui iudicarent, superessent, cum nullus sine crimine viuat. Et prædictum n. 7.

14 *Criminis exceptio impedit promouendum; sed non deiicit iam promotum.*

Intellectus textus in c. Omnipotens, de accusationib. in c. Prohibetur, 1. quæst. 1. in l. Reus delatus, D. de muner. & honorib. in l. 4. tit. 4. part. 3. vers. E otrosi. *ibid.*

15 *Ad priuationem, vel suspensionem officij, necessaria accusatio est, nec exceptio sufficit.*

An, & quando officio durante accusari & conueniri Magistratus possit: remissiuè.

ANNOTATIO III.

1 NEGATIVAM partem † (scilicet criminosum Iudicem, existere non posse) comprobant vsque adhuc agitata, longequè deducta, sanctitatem & perfectionem in Iudice requirentia, siiique prius quemquam Iudicē futurū. Quibus & sequētia robur præstant, & fortius astringūt. Illud in primis Ioan. 8. v. 7. ad *caput Qui sine*, 3. q. 7. translatum *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Quod licet per se satis demonstret, non peccato coinquinatos punire peccata debere: apertius Diui Gregorij explicatione ad eum locum *lib.* 14. *Moralium c.* 13. in eodem capite inserta, apparebit. *Ad aliena quippe* (ait) *punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hinc est* (addit) *quod cum Tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel vlcisci iniquitatem* 2 *voluit: sed tamen semel & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto enim Domino, si. ad vlciscendum ire debuisset, iussum est vt iret: qui, iuxta Diuinæ vocis imperium, perrexit, & semel & secundo perdidit: & tunc demum peccatricem Tribum valde feriens, penè funditus extinxit. Quid est* (quærit) *quod in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur? nisi quod prius ipsi purgandi sunt per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipsi iam mundi, per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant.* In eundem pariter locum *serm. 3. in Annunciatione Beatæ Mariæ*, Bernardus: *Meruit quidem adultera lapidari: sed is punire gestiat, qui dignus non est etiam ipse puniri. Is præsumat à peccatrice exigere vltionem, qui eandem exipere non meretur. Alioquin ipse sibi vicinior, à se incipiat, in se prius sententiam ferat, exerceatque vindictam. Quomodo enim* (vt Diuusquoque Ambrosius in eum ipsum locum, *epistolar. lib. 6. epist. Studio*, pagin. mihi 153.) *feras alieni vltorem, & proprij criminis defensorem? Nonne se magis ipse condemnat, qui in alio damnat quod in se committit?*

Etenim † *Ab immundo quid mundabitur? Et amendace quid verum dicetur?* vt Ecclesiasticus rogat, c. 34. v. 4. Aut *qua fronte aliis silere præcipiat, cuius garrula lingua continua verbositate declamat?* vt D. Petrus Damianus ait *epistolar. lib. 6. epist. 7.* vtque *in Paradox.* Cicero: *Quomodo, & cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Quomodo* (vt in cap. fin. 25. dist. textus inquit) *potest Præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem potest, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem admisisse, quæ corripit?* Namque *sumptuosis dapibus crudus non potest abstinentiam laudare, quam calcat: vitio cupiditatis addictus cupidis amorem pecuniæ non potest dissuadere: inimicitiarum tenax non valebit animos dissidentium componere: Iustitiam prædicare Iudicibus erubescit, quam ipse fauore corrumpit, & quidquid malis facit, aut boni non committit, nec iubebit fieri, nec vetabit: quia necessariam dicendi auctoritatem contrarietate actionis suæ corrumpit,* vt considerat S. Prosper. *de vita contemplat. lib.* 1. Conueniunt & dicta *hac etiam Rubr. Annot. 1. num. 11.*

Ergo *non oportet peccata corrigere peccantem* teste Seneca *de Ira lib. 1. cap. 15. in fine.* Ergo *iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se ipso condemnet. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit puniendā: ne cum de alio iudicet de se ferat ipse sententiam*, salutati Diui Ambrosij admonitione in illud: *Beati immaculati, sermon. 20. vers. Miserationes tuæ Domine*, ad *caput Iudicet*, 3. q. 7. translata. *Qui enim alterum peccati arguit, ipse à peccato alienus esse debet* ipsiusmet *de officiis lib. 3. cap. 11.* Augustini *lib. 1. de sermone Domini in monte*, ad *caput. 1. 32. quæst. 6.* & Gregorij *præfat. in Iob cap. 3.* ad *caput In graui, 5. repetita 3. quæst. 7.* Ciceronis quoque *in Paradox.* dicentis: *Refrænet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coërceat auaritiam, cæteras animi labes repellat: tum incipiat aliis imperare cum ipse improbissimis dominis dedecori ac turpitudini parere desierit. Dum quidem iis obediet, non modo Imperator, sed liber omnino habendus non erit.*

Scelerum vindictam Iustitia, muneriſque obligatio postulat, Reipublica exigit, necessitas clamat: sed *sit in nobis frons libera, vt possimus aliorum emendare peccata. Æquat crimen omnes quos inquinat: & ideo dissimilis ab accusato debet esse qui iudicat*, vt optime *l. 12. epist. 1.* ratiocinatur Cassiodorus. *Adulterij reus adulteria diuisit, nec antea fuit de salute securus, quam similes sui Iudices suos reddidit*, vt epistola 97. Seneca ait. *Nam quis vereatur scelus cuius in suggestu gremij complicem videt? Et in cassum personam fictæ seueritatis inducit, cum auarus pecuniæ ambitum dissuadet; cum legibus parendum censet iniustus*, vt apud eundem Cassiodorum *epist. 4.* Rex Theodoricus dicebat *Pudet profecto, pudet aliis imperare quod ipse nescit custodire*, vt Brunichildæ Reginæ Francorum *epistolar. lib. 7. epist. 115.* D. Gregorius. *Perit vtique reuerentia, admittur disciplina, quia qui culpas debuit emendare, committit*, vt nectit ibidem. Is nec Iudicis nomini respondere, nec muneri valet, vt *hac eadem Rubrica, Annot. 1. num. 11.* tradidimus, & alia, quæ

huic

UAB Biblioteca de Ciències Socials

3 huic rei conuenientia *Rubr.* 3. inferuimus, demonstrant.

Roboratur deinde prædicta assertio † ex *cap. Testimonium, 54. de testib.* vbi sic Gregorius Nonus: *Testimonium eius cui ab aduersa parte opponitur crimen, merito reprobatur in criminali causa, siue ciuili, si in ipso crimine perseueret.* Et *cap. Constituimus, 3. quæst. 5.* vbi de homicida, malefico, fure, sacrilego, periuro, falsario, & similibus. Ex *lege 3. §. Lege Iulia, D. de testib.* concorde *lege 8. tit. 16. part. 3.* & ex his quæ plenè hac in re congetit Farinacius *de testib. quæst. 56. ex num. 126. cum seqq.*

4 Quod Valentius vrgebit, suppositione facta † *facilius à iudicando Iudicem, quam à testificando testem repelli:* vt est sententia *Glossæ primæ in cap. Insinuante, 25. de offic. & potest. Iudicis deleg. in cap. cum R. 35. verbo Cum sint eius socij, eodem titulo,* & plurimorum quos enumerant Farinacius *fragmentor. criminal. 2. p. lit. I, num. 778.* & Carol. de Graf. *de exceptionib. exceptione 24. num. 33.* Maxime si obiectum, constetque de crimine.

5 Contraria vero pars † (criminosum nempe, eademque vel maiori labe inquinatum, Iudicem esse posse, ab eo gesta valere, neque criminis, vel indignitatis exceptione à iudicando repelli, nisi legitimo agitato iudicio, priuationis aut suspensionis sententiam passus sit) commnniter indubieque sustinetur.

Primo ex eo Pauli ad Hebræ. 13. v. 17. *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis.* Ad Romanos 13. in principio *Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit.* Et Petri Apostoli epist. 1. cap. 2. v. 13. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus, tanquam ab eo missis.* Nunquid non omnibus superioribus legitimam potestatem habentibus, malis etiam, & peccatoribus, obedire subditos Apostoli iubent? Vtique iubent. Nunquid & peccatores iurisdictionem, potestatemque retinere ostendunt? Vtique pariter, Ethnici namque & infideles Reges, & Potestates erant, quibus obedire præcipiebant Apostoli, vt notat Cardinalis Robertus Bellarminus *controuers. lib. 1. tom. 3. de Laicis, cap. 8. vers. Hic error in fine,* hæresim Vuitcleff & sequacium damnans, qui Principatum in impiis, seu peccatoribus esse non posse, perque peccatum iudicandi potestatem perdi dicebant. Quem hæreticum simul errorem damnat, & conuincit Dominicus Soto *de Iust. & iure, lib. 3. art. 1. quæst. 4. ad 2. col. 4. in principio & in fine,* damnatumque testatur Concilio Constantiensi, *sess. 8. art. 15.* Sayr. *lib. 12. cap. 12. num. 3.*

6 Secundo † probat celebris, ex Dino Augustino desumptus textus *in cap. Sacerdos, 7. §. Sed obiicitur, 3. quæst. 7.* multis id sacræ paginæ locis, auctoritatibusque sic monstrante: *Saul cum à Domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudicium vniuersus populus expectebat. Item Dauid cum esset adulter, & homicida interrogatus à Propheta, sententiam in diuitem dedit, qui ouem pauperis rapuit, dicens:* Iudicium mortis est viro huic: *Item Salomon cum amore mulierculatum Deos gentium coleret: tamen vniuersa plebs Israëlitica ad eius iudicium confluebat. Sic & Achab quamuis coleret Baal, tamen decem Tribus iudicabat. Multi etiam alij tam in veteri Testamento quam in nouo inueniuntur, quorum vita cum esset blasfemabilis; tamen eorum sententia (quia ex officio suo, seruata iudiciarij ordinis integritate processit) inuenitur seruata. Vnde & Dominus ait in Euangelio:* Supra Cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. *Hinc liquido constat* (Augustinus colligit) *quod mali Pastores dum sententia iusti examinis aliorum crimina ferunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo suæ emendationis aliorum vitia corrigere curant: subditis vero prosunt, si eorum increpatione correcti, vitam suam in melius commutare didicerint. Ac per hoc dum ab Ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.* Quod & pulchre comprobat aliorumque exemplis demonstrat D. Bernardus *sermone 66. super Cantica* cuius verba *Annotatione sequenti, numero finali* transferimus. *Num ideo Cathreda non defertur quoniam occupata est ab indigno?* vt ipse quærit *ibidem sermone 42. col. 2.* ad medium *Etiam si Scribæ & Pharisæi in ea sedeant* (inquit Dominus) *quæ dicunt, facite,* idem nectit.

Tertio † ex eodem ipso Augustino *sermone 94. super verbis illis: Erudimini qui iudicatis terram* dicente: *Parem quippe suum iudicat: homo hominem, mortalis mortalem, peccator peccatorem. Alioquin* (vt textus ait in cap. Multi, 2. quæst. 7.) *debueratis de hoc mundo exisse.* Quia sine crimine nullus. *Adhuc enim nemo extitit, cuius virtutes nullo vitiorum confinio ladantur,* vt Plinius *in Panegyri* Traiano. *Estne homo qui corde non peccet, non cogitatione delinquat, non offendat dubitatione, non lapsum trepidationis incurrat? Moyses dubitat, Aaron deuiat, Petrus negat. Et quis iustus?* vt Diuus Petrus Chrysologus rogando, præfatam assertionem stabiliunt *sermone 91.* & S. Leo *infra num. 13.* referendus. Ne multa aliain id repetamus, quæ late conscripsimus *de priuileg. pauper. & miserabil. personar. p. 3. quæst. 2. num. 10. & 11.* Quæque congerit Innocentius Tertius *de contemptu mundi, lib. 2. cap. 41.* dum inibi dictis Ciceronem, & Senecam addamus: illum *Tusculanar. quæstion. lib. 12.* dicentem: *Quotusquisque Philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo, ac vita constitutus, vt ratio postulat? Quis disciplinam suam non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet? Quis obtemperet ipse sibi, & decretis suis pareat?* Hunc de Clement. lib. 1. cap. 6. *Quotusquisque ex Quæstoribus est, qui non ea lege teneatur, qua quæritur?* Vnde euenit, quod *Iudex damnaturus quæ fecit eligitur,* eodem Seneca teste *de Ira lib. 2. cap. 7. Inter ipsas leges delinquitur, inter iura peccatur. Innocentia nec illic vbi defenditur, reseruatur. Fiunt quæ nec illis ipsis possunt placere, qui faciunt. Mentior nisi alius, qui talis est, increpat: turpes turpis infamat.* Cyprianus *ad Donatum* inquit.

7

8 Quarto † assertionem istam probat textus *in cap.1.8.quæst.4.* ita disponens: *Quicumquè Laicorum ab Episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspicione discesserit: manifestam eum manere censuram.* Et infra: *Lex Ecclesiastica Pontificem ab aliis accusatum, prius quam sub luce obiecta constiterint, exigit nō relinqui.* Similiter textus *in cap. Multi corriguntur, 18. in ord. 2. quæst. 1. in cap. Constitutus, 9 ad finem de purgat. Canonic. in cap. Lator, 44. §. Hoc edicto, 2. quæst. 7. in l. Cassius, 2. de senator. & in l. Cum Prator, 12. §. Non autem omnes, D. de indic.* canonizata *in cap. 1. §. Tria 3. quæst. 7.* in verbis illis: *Lege impeditur, qui Senatu motus est.* Scilicet *per sententiam.*

9 Denique conclusionem nostram † tenent, defenduntquè Speculator *in tit. de Iudice delegato, §. Excipi, 8. num. 11.* ita eam, illiusquè rationem præfiniens: *Dic quod nullus ordinarius quandiu toleratur, potest à iudicio, vel officio removeri, & valent quæ fiunt ab eo: non de merito vitæ, sed de officij potestate.* Scribentes communiter *in cap. Scisitatus, 13. de rescript.* Abbas *num. 8.* Decius *num. 25.* Felinus *num. 1. &* 2. Baldus *in l. 2. §. Miles, D. de his qui not. infam. in d. l. Cassius, num. 1. in fine, vers. Hic quæritur, D. de Senator.* vbi quod irregulares, & homicidæ in sua remanent prælatura, donec sententia remoti sint, *in l. Barbarius, D. de offic. Prætor. lectura 1. num. 8. ad finem, vers. Respondeo, videtur dicendum, col. 4.* Petrus Barbos. *in d. l. Prator, 12. §. fin. D. de iudic. num. 147. & seqq.* præcipuè *num. 169. & seqq.* plene Stephanus Bertrand. *consil. 83. per tot. volum. 1.* Simon Maiol. *de irregularit. lib. 3. cap. 17. num. 10.* plurimique Theologi *sequenti Annotatione* referendi.

Quæ quidem conclusio non modo pro-
10 cedit, † si occultum Iudicis crimen sit: sed etiam si notorium. Tum exprædecentibus rationibus, & argumentis, quæ in vtroque casu vrgent æquè, mirabilique in id Diui Bernardi sententia *sermone 3. de aduentu Domini* dicentis: *Quod si tam manifestè innotuerit indigna Prælati alicuius vita vt nihil omnino dissimulationis, nihil excusationis admittat: propter eum tamen à quo est omnis potestas ipsum quem modo talem nouimus, excelsum reputare debemus, non præsentibus personæ meritis, sed ordinationi Diuinæ, & dignitati ipsius officij deferentes.*

Tum quia *notorium nunquam habet vires ad aliquem deponendum, vel priuandum, nisi sequatur sententia depositionis, vel priuationis.* Verba sunt Baldi *in l. Cum fratrem, num. 6. C. de his quibus vt indign.* Continuo inferens: *Ideo licet aliquis Prælatus sit notoriè criminosus, non tamen per hoc est depositus ipso iure, etiamsi sit homicida, vt notat Innocēt. extra. de concess. prabend. cap. Cum nostris.* Notorij quo-
11 que prodigi † *numero septimo* exemplo confirmans: cui dum sententia suorum bonorum administratio interdicta non est; nec contrahendi facultas perit, *ex l. Is cui bonis, 6. D. de verborum obligation.* Qua de re diximus & Nos *de priuileg. miserabil. personar. 3. p. quæst. 19. num. 5.* Eandem in criminoso notorio sen-
11 tentiam † (neque scilicet contra eum posse de crimine excipi, non saltem ipso facto officio priuante; neque exceptione admissa, atque probata, ob id ab officio Iudicem remouendum) tenet, Valideque aduersus Siculum, Felinus defendit, *in dict. cap. Scisitatus, num. 2. vers. Contra opinionem communem insurgit hic Andreas Siculus, volens quod nondum pro crimine priuante ipso facto, sed etiam digno, priuatione potest excipi contra Ordinarium, si sit notorium.* Cuius rationes sigillatim recenset, pariterquè refellit. Quem sequitur, & approbat, reprobato Siculo, Petrus Barbosa *in relectione dictæ legis cum Prator §. fin. D. de iudic. num. 173.*

Præcipue redduntur rationes. † Prima, 13
quia si de crimine aduersus Iudicem excipi posset, crimineque probato remoueri, nulli penè qui iudicarent, superessent, cum nemo (vt diximus) sine crimine viuat. *Quis enim gloriabitur castrum se habere cor, aut mundum se esse à peccato? dicente Beato Ioanne:* Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. *Quis inueniretur ita immunis à culpa, vt in eo non habeat vel Iustitia quod arguat, vel Misericordia quod remittat?* vt eleganter Sanctus Leo *sermon. 7. in solemnitat. Epiphan. Domini pagin. mihi 68.* Processusque per consequens in infinitum volueretur. Ita Iulius Clarus *sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 43. vers. Item quæro,* reprobata sententia Glossæ *prima in cap. Qualiter & quando, de accusat.* Sigismund. Scaccia *de sentent. & re iudic. cap. 1. gloss. 4. quæst. 1. num. 21.* & fusius) alias præfatæ conclusionis assignans, & prosequens rationes, mutuatas à Felino *in d. cap. Scisitatus* forma mutata) *quæst. 3. à num. 2.*

Secunda, † quia dissimilis ratio est in ex- 14
ceptione ad electionem, officiique ingressum impediendum, quam ad remotionem iam adepti, postquè possessionem, & munetis exercitium. *Quia crimen hoc modo probatum impedit promouendum; sed non deiicit iam promotum,* vt formaliter inquit, deciditque textus *in cap. Super his, 16. de accusationib.* notant Abbas *in d. cap. Scisitatus, num. 8.* & alij ibi, plenequè confirmat Stephan. Bertrand. *dicto consil. 63. num. 1. & seqq. volum. 1.* Ita cum communi Theologorum (de peccatore habituali intelligens) Petrus à Ledesma *in summ. 2. p. cap. 2. tract. 7. de Iustitia distributiua, concluf. 15. vers. La duda es, & vers. sequenti.*

Et in primo casu locum habebunt textus *in cap. Omnipotens, 4. de accusation. in cap. Prohibetur, 14. in ord. 2. quæst. 1. in l. Reus delatus, 7. D. de muner. & honor.* & alia iura, quæ in id allegat Glossa prima *in l. Nulla, 14. C. exquib. caus. infam. irrog. in l. 4. tit. 4. part. 3. vers. E otrosi el que fuesse de mala fama, o que oniesse fecho cosa porque vali esse menos segun fuero de España. Porque no seria derecho que el que fuesse atal, que Iuzgasse a otros.* In quam sententiam venit Stephan. Bertrand. *d. cons. 63.* cæterique consentiunt.

Tertia, † quia ad priuationem, vel sus- 15
pensionem officij non per exceptionem, sed per accusationem veniendum, estque necessaria accusatio-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

accusatio: *quoniam ad depositionem instituitur accusatio* textus inquit *in d. cap. super his.* Probat etiam optimus textus (quem ad id allatum non video) *in cap. Constitutis, 46. de appellation. ad finem*, vbi sic Innocentius Tertius: *Si quid tamen contra te non in modum exceptionis, ad impediendum electionis, & confirmationis effectum, sed in modum denunciationis, vel accusationis duxerit proponendum, postquam pacificam ipsius possessionem fuerit assequutus: proponendi licentiam non negamus.* Et ita profitentur Innocent. *in cap. Inter dilectos, de excessib. Prælator.* Rota Romana *decis. 1. de exception. alias* 178. cumque ea Felinus *in d. cap. Scisciatus, num. 2. vers. Similiter dicit Rota* Sigismund. Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 330. & de sentent. & re iudic. cap. 1. glossa 4. quæst. 3. num.* 10. Petrus Barbos. *in d. §. fin. legis Cum Prator, D. de indic. numer. 158.*

Cæteris contrariis oppositis facilis responsio est. Primo, † *Sanctitatem* ad melius, ad perfectionem, & condescendentiam, in Iudice desiderari, non de necessitate iudicij, ad actuumque valorem, vt respondet Sotus *de Iustitia & iure lib. 3. quæst. 4. art. 2. col. 5. ad princip. vers. Reliqua vero argumenta id tantum eximunt, quod sit quædam decentia, vt qui alios iudicat, talem se gerat, quales subditos vult esse, quos condemnat.* Quem probat, sequiturque Sigismund. Scaccia *dicta glossa 4. quæst. 1. num. 18.* Sayr *in Clavi Regia d. lib. 12. cap. 13. num. 5. vers. Argumenta vero.* 16

Secundo, † dictoque *capiti Testimonium* præsto quoque responsio est ex eodem Scaccia *vbi proxime, num. 19. & glossa 10. num. 32.* cum Felino *in dicto cap. Scisciatus, n. 16. vers. vltimo,* & Castrense *in d. l. Cum Prator, §. fin. num. 3.* dicentibus, ex suspitionis causa facilius Iudicem quam testem repelli; ex aliis non vtique. Panormitanus *in d. cap. Scisciatus, num.* 8. rationem diuersitatis inter Iudicem & testem (cum Vincen. *in cap. fin. de Cleric. excommunic.*) in præsenti reddit: *Quod in teste est magis periculosum, quia à dicto suo non potest appellari: & ideo iura volunt quod à principio prætextu criminis possit repelli: sed in Iudice non est tantum periculum, cum ab ipsius sententia possit appellari. Item testis non habet officium publicum, vt notat Innocent. in d. cap. Nihil: sed Index sic.* Hæc Panormitanus. 17

Acute quidem aliam Petrus Barbosa designat *in d. l. Cum prator, §. fin. num.* 172. quod non ita criminosus Iudex à iudicando, sicut à testificando testis repellitur: quia principaliter in Iudice scientia requiritur iudicandi, quam non tollit crimen: in teste fides, cui mali mores, seu crimina detrahunt. Ex quibus contrariis satisfactum videtur abunde.

An verò, & quando officio durante † accusati, & conueniri Magistratus possit, videre licet textum *in l. Nec Magistratibus, 12. D. de iniur. in l. Iubemus, 4. C. ad legem Iuliam repetundar. in cap. Prohibentur. 14 in ord. 2. quæst. 1. & ibi Glossam verbo Magistratum, in l. 11. tit. 1. part. 7.* ne Bobadillam *in Politic. lib. 2. cap. 16. num.* 160. aliosque in id referamus.

AN IVDEX CRIMINOSVS

Eodem, vel maiore crimine implicitus alium iudicans, seu condemnans, peccet mortaliter? Aut liceat illi absque noui reatus crimine eum iudicare? Vel etiam debeat?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars* (peccare nempe mortaliter Iudicem graui peccato irretitum similiter peccatorem damnantem) *proponitur* num. 1. & 2. *Negatiua* numeris seqq. *cum intellectibus, declarationibus, & ampliationibus.*

4 *Intellectus textus* in cap. Quæsitum, 17. de tempor. ordination. *& num. 8. in fine.*

7 *Quid facere debeat Iudex in publico scandaloso peccato existens, alium eiusdem criminis reum condemnaturus?*

9 *Iudex in peccato existens, peccaret non iudicando, puniendoque subditos, muneris necessitate, & quia quibus exemplo non prodest, correctione debet proficere.*

Sæpe nihil aliena luxuria ignoscit, qui nil sua negauit, mendacia persequitur ipse periurus, homicida tyrannus irascitur, & punit furta sacrilegus. ibid.

10 *Curandum summopere est, ne in superbiam transeat Iustitia inordinata defensio, & ne enim quisque sibi præesse despiciat, quem fortasse contingit vt in aliqua actione reprehendat. Sæpè enimde famulis iniquitatis ministri prodiere Iustitiæ.*

ANNOTATIO IV.

QVÆSITI huius solutionem non argumentis retardabimus, cum & ei argumenta solutionesque præcedentis Annotationis deseruiant. Proque affirmatiua † (*peccare nempe mortaliter Iudicem graui crimine irretitum similiter peccatorem condemnantem*) illud solum nunc adiiciam ex Paulo *ad Romanos* 2. in principio. *Inexcusabilis es o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas.* Cætera similia sunt, quæ ad longum *præcedenti Annotatione* retulimus, quæque in id adducunt Sotus *de iustit. & iure lib. 3. quæst. 4. art. 2. in principio,* & Turrian. *in 2. 2. D. Thom. disp. 4. dubio 2. ex num. 8. & seqq.* inter quæ textum quoque afferunt † *in cap. Quæsitum, 17. de tempor. ordinat.* vbi Gregorius Nonus Sacerdotes in peccato existentes monendos dicit, & sub interminatione diuini iudicij obtentandos, *vt in testimonium sua damnationis in susceptis etiam ordinibus non ministrent.* 1 2

Quibus non obstantibus firma conclusio est, † *licere Iudici grauissimo etiam scelere irretito (excommunicationis, vel suspensionis dempto) alios eodem, vel dissimili laborantes condemnare,* 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

condemnare, etiamsi publicum peccatum sit, dummodo in eo iudicio speciale non sit scandalum. Quam, mutata sententia, tenet D. Thom. 2.2 *quæst.* 60. *art.* 2. *ad tertium.* Eumque sequuti, hanc profitentur veram, & defendunt D. Antonius 2. *p. summ. tit.* 1. *cap.* 19. §. 1. *ad finem*, idem Sotus *de iustit. & iure d. lib.* 3. *quæst.* 4. *vt.* 2. *col.* 2. *per tot. fol.* 61. *& seq.* Dominicus Bañes *ad D. Thom.* 2.2. *quæst.* 33. *art.* 5. & latius *d. quæst.* 60. *art.* 2. *in solut. ad tertium argument.* vbi post Theologorum assignatas opiniones, & differentiam inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, paritetque repulsam, nostram plene defendit. Similiter & Petrus Nauarra *de restitut. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 312. *vers. Quarta.* In eo autem Bañes à Soto dissentit, quod iste dicat: *Iudicem ita iudicantem forsam venialiter peccare:* Bañez in casu à se proposito neget. Negaratquè D. Antonius *dicto proxime loco*, vbi post argumenta contraria, & rationem: *quod in hoc alium scandalizat, quia non videtur facere ex iustitia, sed ex superbia, & ostentatione*, soluit: *Non tamen debet crimina dimittere impunita, sed proponere emendationem in se, & cum humilitate condemnare; & non peccabit.* Ita & Sayrus (Petro quoque de Arag. Gregorio de Valentia, aliisque relatis) *in Clani Reg. lib.* 12. *cap.* 13. *num.* 3. *vers. Contraria, & num. seq.* opposita diluens *num.* 5. *vers. Argumenta vero*, ad illud pariter *ad Romanos* 1. in principio allatum, cum D. Thom. 2.2. *d. quæst.* 60. *art.* 2. *ad tertium*, sic respondente: *Nec tamen propter hoc homo sic seipsum condemnat, vt nouum condemnationis meritum sibi acquirat: sed quia condemnans alium, ostendit se similiter condemnabilem esse propter idem peccatum: vel simile.* Æquo pede, plene quoque argumenta contraria Turrianus dissoluens *supra ex num.* 9.

Nauarra non solum non peccare Iudicem, sed nisi iudicium proferat, peccare asserit. Quorum dicta, & verba (vt huius conclusionis rationes, & argumentis responsa latius pateant, omnimodaque materiæ notio habeatur) transferenda putaui.

Dominici Soti verba hæc: *Iudici, qui occulto irretitus est scelere, quantumcumque grauissimo, nisi excommunicatus sit, vel suspensus, subditos condemnare, siue de eodem crimine, siue de alio dissimili, licet. Ratio est: quod nihilominus huiusmodi Iudex habet iudicandi titulum. Est enim hæresis id negare.* Et dicto capiti *Quæsitum* respondens, † 4 continuo ait: *Neque est simile de Sacerdote, qui in peccato Sacramenta administrat. Nam ad hoc munus requiritur potestas ordinis, in cuius collatione confertur gratia, per quam dignus efficiatur, atque idoneus administrandi Sacramenta, quibus gratia confertur. Et ideo sanctitate (vt aiunt) quam aliis præstat, vigere debet. Et hoc præcisè decretum est in cap. Quæsitum. Aliter autem censendum de potestate iurisdictionis. Reliqua vero argumenta id tantum euincunt, quod sit quædam decentia, vt qui alios iudicat, talem se gerat, quales subditos vult esse quos condemnat. Et ideo forsam erit veniale peccatum cum peccator peccatorem condemnat.*

Dominici Bañez *d. quæst.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 1. distinctius loquentis, hæc: *Si Iudex existens in peccato mortali, proferat sententiam, non peccabit mortaliter, si peccatum eius † non fuerit publicum & scandalosum.* 5 *Hæc conclusio intelligitur de vtroque Iudice. Est etiam intelligenda siue eius peccatum fuerit occultum, siue publicum, dummodo non sit scandalosum.* Id quod apertius explicans, addit: *voco scandalosum, ex quo sententia Iudicis contemnitur, & fit quasi irrisorie in populo. Verbi gratia: Si Iudex fuerit publicus concubinarius, & proferat iudicium contra alium concubinarium sua iurisdictionis: tale iudicium merito contemnetur à subditis, & fiet irrisorium. Cæterum si Iudex existens publicus concubinarius, condemnauit latronem ad patibulum, eius concubinatus, licet sit scandalosus simpliciter in Republica, non tamen in ordine ad sententiam censebitur scandalosus, quia non reddit contemptibile iudicium.* Et in eo casu loquutum supra Nauarram, hancque ipsius fuisse mentem, verba sua non obscure indicant, dum ait: *Secundo videtur, quod si peccatum est publicum, nisi sit speciale scandalum in eo iudicio, vel captione exequenda; non est nouum peccatum.* Sic & Cardinal. à Lugo *de iustit. & iure, disput.* 37. *sect.* 1. *num.* 5.

Si verò in publico scandaloso peccato existens † (eo quod dictum sensu est) alium 6 eiusdem criminis reum condemnet; *conclusione secunda* firmat Bañez contra charitatem mortaliter peccare, quia scandalizat populum; & quodammodo contra iustitiam, quia publicam sententiam (alias iustam, & necessariam) contemptibilem reddit. Ex quo deducit, & sequi dicit: † *Quod Index existens* 7 *in tali peccato, si immineat necessitas Reipublicæ vt proferatur sententia super aliquod crimen; tenetur vel resipiscere, publicam agendo pœnitentiam, aut officium Iudicis deponere, vt Iudex denuo creatus sententiam pronunciet, quia est periculum in mora.*

In occulto autem peccato existentem, † 8 sententiam proferendo, nullam ob id nouam contrahere culpam, neque venialem quidem, siue secularis, siue Ecclesiasticus Iudex sit; probabilius, aduersus Sotum, existimat idem Bañez *ibidem concluſ.* 3. peccatumque veniale tunc committere, si fuerit publicum, non tamen scandalosum: rationes dictorum ad longum referens. Ex quibus illam nunc tantummodo in medium producam, quam dicta *quæst.* 33. *art.* 5. pro sua opinione assignat: *Quia existens in aliquo peccato mortali potest exercere actus aliarum virtutum bonos moraliter, non apponendo malam circunstantiam: non est autem mala circunstantia (inquit) quod ipse sit in peccato habitualiter. Alioquin in omni opere peccaret, etiamsi daret eleemosynam pauperi indigenti, & dum se ipso disponeret credendo, & sperando, & inuocando diuinam misericordiam, & timendo pœnas inferni. Quod quidem manifeste erroneum esset.*

Hac eadem quæstione proposita, Petrus Nauarra *dicto loco* (reprobato Bartholomæo à Medina contrarium tenente) sibi videri dicit: † *Quod si crimen Iudicis vel alterius* 9

publica

UAB Biblioteca de Ciències Socials

publica potestate iudicantis, est occultum; non peccat mortaliter iudicando: imo peccaret non iudicando. Respondens similiter, (vt Sotus, & Bañez effecere) textui *in d. cap. Quæsitum.* Conuenit cum his Sayrus *in Clani Regia d. lib. 12. cap. 12. num. 3. & seqq.* in eo dubius an venialiter sic in peccato mortali existens alios iudicando peccet: quippe qui non suam ipse sententiam proferat, solumquè vtriusque partis referat Auctores; & si loquendi modo in Dominici Soti, & sequatium, veniale tunc committi peccatum dicentium, iudicium inclinet.

Quod autem Iudex tunc peccaret non iudicando; indicat muneris necessitas; & quia quibus exemplo non prodest, correctione ex ea debet proficere; ne alias dum exemplo non subuenit, remissione noceat, vt ex Diui Augustini verbis relatis *in cap. Sacerdos, §. Sed obiicitur, vers. Hinc liquido constat, 3. quæst. 7.* supra *Annotatione præcedenti, num. 6. ad finem.* recitatis apparet. Cuius quidem rei, remissionisquè istius nocumentum sic *Meditation. cap. 11.* Diuus Bernardus deplorat. *Multitudinem iniquitatum mearum expauescens, aliorum transgressiones reprehendere timui; & ideo mortis auctor extiti, quia virus quod clamando expellere potui, non expuli.* Siquidem *accusare auaritiam & latro potest,* vt D. Hieronymus inquit *epistolar. lib. 2. epist. 12. ad Nepotianum.* vtque *libro 2. confessionum, cap. 4.* Augustinus: *Quis fur æquo animo furem patitur?* Imo

Quanto perditior quisque est, tanto actius vrget.

Horatij sensu *lib. 1. sermon. satyr. 2.* Sæpè *nihil aliena luxuria ignoscit, qui nihil suæ negauit: & homicida tyrannus irascitur: & punit furta sacrilegus,* vt Seneca ait *de Ira libro 2. capite 28. Non præstant Philosophi quæ loquuntur. Nam si & paria dictis agerent, quid esset illis beatius? Interim non est quod contemnas bona verba,* iuxta Senecam eundem *de vita beata, cap. 20.* Cui illud *Matthæi 23. in principio* conuenit: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruare, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.*

Itaque corrigere peccatorem peccator, ex muneris necessitate, & potest, & debet iuxta prædicta, nec illius, vt peccatoris contemnenda, sed vt Rectoris suspicienda, honoreque habenda censura. Sæpè enim † *de famulis inquietatis ministri prodiere Iustitiæ,* vt inquit S. Leo *sermone 7. de ieiunio decimi mensis, & eleemosynis.* Ideo *curandum summopere est, ne in superbiam transeat Iustitia inordinata defensio, nedum Rectitudo incaute diligitur, ipsa Magistra Rectitudinis Humilitas amittatur: ne eum sibi quisque præsse despiciat, quem fortasse contigit vt in aliqua actione reprehendat,* Diui Gregorij doctrina *lib. 2. super Euangel. Marci cap. 46.* Equidem *Episcopus erat Caiphas, & tamen quantus peccator qui in Dominum mortis distrahat sententiam: si negas Episcopum, arguet te testimonium Ioannis, qui eum, in testimonium sui Pontificatus etiam prophetasse refert. Apostolus erat Iudas, & licet auarus, & sceleratus, electus à Domino, An tu de illius Apostolatu dubitas, quem Dominus elegit? Nonne ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Audis eundem electum Apostolum, & extitisse diabolum, & negas posse esse Episcopum qui peccator est? Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, & qui non obedierunt eis tanquam Episcopis; inobedientia rei fuerunt etiam in ipsum Dominum præcipientem, & dicentem:* Quæ dicunt, facite. *Patet, quamuis Scribæ, quamuis Pharisæi, quamuis videlicet maximè peccatores, propter cathedram tamen Moysi ad eos quoque nihilominus pertinere, quod item dixit: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit,* Diui Bernardi sententia (cuius hæc sunt) *super Cantica sermone 66. col. 5.*

SEVERVM.

RVBRICA VIII.

QVATENVS SEVERITAS sit in iudice necessaria?

SVMMARIVM.

1 *Seueritas quid sit? quos præstet effectus? Quamque sit vtilis, ac necessaria in iustitia præcipuè ministranda?* & num. seqq.

2 *Absque Seueritate Iustitia stare non potest.*
Quid sibi velit instans illa requisitio gladij Luca 22. v. 36? ibidem.

3 *Seueritas temperata in Iudice desideratur, vt non atrocitatis speciem Iustitia sumat, non contemptus occasionem nimia præstet Humanitas. Neutrum ficte aut simulate, quod diuturnum esse non solet, & à vera virtute aborret.*
Nimia Seueritatis damna, cladiumque casus aliqui recensentur. ibid.
An ob niniam seueritatem à iudicando repelli Iudex possit? Sitque ob eam recusationi obnoxius? ibi.
Nulla virtus virtuti contraria est. ibi.

4 *Difficile coniungitur Lenitas cum seueritate: non tamen vsque adeo vt non fœliciter in multis coire videantur.*

ANNOTATIO vnic.

EX Seueritatis ipsius diffinitione illius in Iudice necessitas apparebit. † *Est* enim *Seueritas virtus inflexibilis circa infligiendas pœnarum, quando recta ratio requirit hoc* vt eam D. Thom. diffinit 2. 2. *quæstio. 157. articulo 2.* Quam item vtilis omnibus in rebus hæc virtus sit, quamque Iudicibus necessaria, bene *de Regno & Regis institut.*

libro 8. tit. 2. ſic deſcribit Patritius : *Seueritas quidem Regentem plurimum addecet. Maieſtatem quandam præſtat, dignitatem auget, reddit què eum inter mortales quaſi diuinum aliquod Numen, quod homines non modo venerantur, verum etiam adorant. Pervtilis eſt hæc virtus omnibus in rebus agendis, & præcipuè in iuredicundo, & in plectendis ſontibus. Vera eſt enim Menandri Comici ſententia, cum ait : Salutaris Seueritas vincit inanem ſpeciem Clementiæ.* & Publiani *in Mimis, apud Eraſmum.*

Bono Iuſtitiæ, proxima eſt Seueritas.

Adeo autem proxima, adeo in Iudice neceſſaria Seueritas, † vt abſque illa ſtare Iuſtitia nequeat. Nam *quomodo Reges Domino ſeruient, niſi ea quæ contra iuſſa Domini fiunt, religioſa Seueritate prohibendo, atque plectendo* ? vt Bonifacio Comiti ſcribens, & hanc religioſam Seueritatem commendans, Diuus Auguſtinus inquit *epiſtola 50.* relata *in capite Si Eccleſia, 42. verſ. Quomodo ergo, 23. quæſt. 4.* Princeps enim *non ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit,* vt Apoſtolus *ad Romanos 13. verſ. 4.* Quod ſi vindex ſeueruſquè ipſe, eiuſquè loco poteſtatem tenens non exiſtat ; de Republica actum. Non quidem Manſuetudo relegenda ? ſed *ita probanda eſt Manſuetudo, atque Clementia, vt adhibeatur cauſæ Seueritas, ſine qua Ciuitas adminiſtrari non poteſt,* Ciceronis ſententia *lib. 1. Officior. pagina mihi 312.* Iuſtiſſimam, & euidenter vtilem illam Vlpianus edixit *in l. 1. D. de incend. ruin. naufrag.* & Regia *lex 18. tit. 9. parte ſecunda,* dum ait : *Es in todo eſto, deben ſer Iuſticieros* Profitetur ita, & eam ſummopere in Prælatis commendat Miranda *in Director. Prælator. tom. 2. quæſtio. 5. art. 3.* Religioſam iſtam ſeuetitatem illa inſtanti gladij requiſitione *(quo Prælati vitia hominum ferire debent,* Lucæ 22. verſ. 36. *Sed nunc qui habet ſaculum, tollat ſimiliter & peram : & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium)* denotari, exigique aduertit Ioan. Anton. Velazquez *de Optimo Principe, libro quarto, Annot. 1. numero tertio,* ex Vgone de Sancto Victore *in Allegoriis Gaufridi Tilmani ad dictum capite 22. Lucæ.* In eandem ſententiam venit Hildebertus Cænoman. Epiſcopus *epiſtola 40.* inquiens : *Gladius Regis, cenſura Curiæ : gladius Sacerdotis, Eccleſiaſtica rigor diſciplinæ. Hos Euangeliſtam figuraſſe legiſti ; dicentem : Domine ecce gladij duo hic.* Ad quod etiam gladij mentionem facit Nicolaus Diui Bernardi Notarius, *epiſtola 83.* ita ad malorum punitionem Superiores exhortans : *Agendum eſt in manu forti, & brachio extenſo : & gladius Phinees ſæpiſſime, & potentiſſime educendus ad verberandum, & tranſuerberandum filios Belial.* Nam *vbi penitus diſciplina poſtponitur, vbi diſtricta legitimi vigoris cenſura reprimitur, neceſſe eſt vt, proua ſemper ad malum fragilitatis humanæ conditio ad illicita relaxetur. Et in eum proculdubio tota ſubiectorum culpa redundat, qui eos ne præcipitanter excederent, ſub diſciplinæ loco cohibere debuerat,* vt Diuus Petrus Damianus affirmat *epiſtolar. libro 7. epiſtola 11.* Arrigant Rectores aures, autæ maxime cupidi popularis, ſcientes quod *melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere,* ex D. Auguſt. *epiſt. 48. ad Vincentium Donatiſtam, & Rogatiſtam,* reuocato ad *cap. Non omnis, 5. quæſt. 5.* Alia in id ſuppetunt, quæ tamen verba *Immiſericordem,* atque *Inexorabilem* expoſcunt.

His itaque, & dictis *ſecunda, ſextaque Rubrica (* huic quoque rei conuenientibus *)* contenti, adhibemus modum, † eo temperatam Seueritatem optantes. *Qua in re quid aliud docemur, niſi quod talis debet eſſe diſpenſatio regiminis, vt is qui præeſt, ea ſe circa ſubditos menſura moderetur, quatenus & arridens timeri debeat, & iratus amari ? Vt eum nec nimia lætitia vilem reddat ; nec immoderata Seueritas odioſum. Sæpe enim ſubiectos frangimus, dum plus iuſto vigorem Iuſtitiæ tenemus. Qui profecto vigor iam Iuſtitia non erit, ſi ſe ſub iuſto moderamine non cuſtodit,* Diuo Gregorio moderatore *Moral. libro 20. capite tertio,* Expedit namque *interdum aliquid Seueritati detrahere,* vt Honorius Tertius Pontifex Maximus aduertit *in cap. fin. de tranſactionib.* & *epiſt. 50. ad Bonifacium* aduerterat Auguſtinus, *ad cap. Vt conſtitueretur, 25. diſt. 50.* tranſlatus. Bernardus *ſermone 3. de Sancto Andrea* Rectorem inſtruit, vt *mitatur aliquid detrahere ſeueritati, imitans dulcedinem Domini ſui, de quo dicit Sanctus. Quoniam feciſti iudicium meum, & intendiſti cauſam meam.* Ne ſit obſtinate ſeuerus. *Quadam enim virtutes odio ſunt : Seueritas obſtinata, inuitus aduerſus gratiam animus,* Cornelij Taciti loquela *Annal. libro 5. pagina mihi 453. Et plerumque Iuſtitia durior hominum querelam excitat,* vt *ſuper Euang. Lucæ, cap. 1.* in illud : *Erant autem ambo iuſti ante Deum,* S. Ambroſius inquit. *Et male audire plerumque Iudicum nimia Seueritas ſolet,* teſte Quintiliano *de clam. 30.*

Exemplo ſunt Graccus, & Claudius, qui ob nimie ſeuere geſtam Cenſuram, maiorem ciuitatis partem exaſperarunt, ſucceſſum referente Valerio Maximo *lib. 6. cap. 5. §. 3.*

Carolus Siciliæ Rex, qui ſeueritate nimia, & inclementia Regnum amiſit, vt Hieronymus Zurita *libro 4. Annalium* litteris mandauit.

Ludouicus Maleanus Comes Flandriæ ob nimiam pariter in Gandenſes ſeueritatem, illis odioſus ab iiſdem cladem magnam paſſus eſt, vt produnt Iac. Meyer. *Annal. libr. 3.* Fulgoſ. *lib. 5.* Ribadeneyra *lib. 2. de Principe, cap. 19.* Anton. Dauroltio *in Catechiſmo hiſtoriali, 2. p. cap. 3. tit. 91. §. 8. & 9.* vtriuſque caſum enarrans.

Propter nimiam inde Seueritatem poſſe Iudicem à iudicando repelli, dixere Barthol. *in l. 1. in fine. D. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Bald. *in l. Si dominus, §. 1. eodem tit.* Fauet *in §. Sed hoc tempore, num.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

numero 7. inſt. eo ipſo tit. Cumque his Ioan. Baptiſt. Valenzuel. *conſil. 43. tom. 1. numero* 181. Eſſeque ob id recuſationi obnoxium, ſuſtinent Appicella *de ſuſpit. official. num. 99.* Valenzuel. ſupra, *num. 176.* & alij penès ipſos.

Quapropter miſcenda ſeueritas eſt Humanitate, & Clementia. *Huic contrariam imperiti putant ſeueritatem. Sed nulla virtus virtuti contraria eſt*, vt diſerte Seneca *de Clement. lib. 2. cap. 3.* & D. Thom. 2. 2. *quæſt. 120. art. 1.* Non Atrocitatis ſpeciem Iuſtitia ſumat, non rigidæ Auſteritatis, apud *Ezechielem cap. 34. v. 4.* ſic damnatæ: *Cum Auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.* Sed nec contemptus occaſionem nimia præſtet Humanitas. *Blanditiam in auctoritatem Auſteritas erigat: & eandem Auſteritatem blanda rurſus manſuetudo compeſcat*, vt D. Petrus Damian. *epiſtolar. lib. 6. epiſt. 30. mihi col. 5.* hæc concinat. Lenitatem cum ſeueritate, Humanitatem, ac Manſuetudinem cum Maieſtate Iudex præleferat, vt *iocunda Seueritas, & ſeuera Iocunditas & affabilem, & imitabilem illum præbeant.* Nicolai Sancti Bernardi Notarij conſilio *epiſtola prima.* Ita vt *ne aut nimia remiſſio videatur, aut nimia Seueritas*, ex Diuo Ambroſio *de offic. libro 2. cap. 22.* Idque (ipſius ibi pariter documento) ſine ſimulatione, quæ nec durat, nec proficit, ſed inficit *Plerique enim remiſſiores malunt eſſe vt videantur boni. Sed nihil ſimulatum & fictum vera virtutis eſſe certum eſt: quin etiam diuturnum eſſe non ſolet. In principio vernat, in proceſſu tanquam floſculus diſſipatur & ſoluitur. Dementia eſt* (vt Cyprianus inquit epiſt. 55. ad Cornelium) *neſcire quod mendacia non diu fallant, nocitem tandiu eſſe, quandiu luceſcat dies, clarificato autem die, & ſole oborto, luci tenebras, & caliginem cedere.* Et epiſt. 1. ad Donatum, alias lib. 2. cap. 1. *Cadunca ſunt quæcumque fucata ſunt, nec fiduciam habent poſſidentibus ſtabilem, quæ poſſeſſionis non habent veritatem.* Sine affectatione aut ſimulatione Seueritas, ſine remiſſione fatua, prodeat Manſuetudo. Seueritatis enim vigor à Manſuetudine relegatus, iam (vt ex D. Gregorio aduertimus) Iuſtitiæ vigor non eſt: abſque ſeueritate, Manſuetudine, & Clementia mixta, cum per leges licet, adminiſtrari Reſpublica, ex Cicerone, & aliis iam citatis, nequit. Ad hunc què connexum Maſtrilli, & ſequacium, quos refert *de Magiſtratib. lib. 2. cap. 2. num. 94.* trahenda ſententia eſt, dicentium, non ſeuerum, ſed Mitem Iudicem eſſe debere: vt manifeſta eos imprudentiæ & inſcitiæ nota liberemus, ſeparemus à turba, & facinus abigamus. Vt enim *neque ſeueritatem eſſe duram conuenit, ita nimiam nec remiſſionem: ne aut poteſtatem exercere aut ſuſceptum officium nequaquam implere videamur* ex Diuo etiam Ambroſio *ſupra proxime, capit. 24.*

4 *Difficile † factu eſt, hominem inuenire, qui Grauitatem, Seueritatemque vitæ, cum Facilitate, ac Comitate ſeruare poſſit. Omnes enim Philoſophi fatentur in elatione animi Modeſtiam; in Manſuetudine verò Grauitatem naturaliter vix eſſe poſſe. Sed ſi quis vtrumque aſſequeretur, hunc dicemus diuinam illam armoniam adeptum eſſe, qua Deum mundi molem gubernare putamus, cuius vis, ac potentia, arte, ac ratione mulcetur*, Franciſcus Patritius inquit *de Regno & Regis inſtitution. libro 4. tit. 3.* Ad finem ibi, pro re fere inuiſa, in Catone Seniore id extitiſſe referens, *vt eſſet Grauis cum Facilitate quadam: Terribilis cum Iocunditate: & Auſterus cum Lepore, ac Sale. Raro quidem* (addit) *huiuſmodi homines inuenire.* Et continuo fere: *Seueritatem Iocunditate condire, & Grauitatem Comitati coniungere; magnum, ac perdifficile videri ſolet.* Vtrumque in Alexandro Seuero egregiam ſcilicet cum ſeueritate Comitatem fuiſſe, Horatius Turcelinus prodit *in Epitom. hyſtoriar. lib. 4. à Chriſto nato anno* 224.

Difficile eſt fateor: ſed tendit in ardua virtus.
Et talis meriti gratia maior erit.

Vt *de Ponto lib. 2. eleg. 2.* Ouidius cecinit. Et *Triſtium lib. 4. Eleg. 3.*

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Sanctuſque Anſelmus *in carmine de contemptu mundi, circa finem:*

Sed ſi nos ſane ſapiamus, ſi vera fatemur;
Aggreditur virtus ardua, dura probat.

Quid enim præclarum, non idem arduum? vt *Tuſculan. quaſtion. lib. 3. in fine* Cicero inquit: *Omne enim honeſtum in arduo eſt, etiam quod vicinum honeſto eſt*, vt Seneca *de benefic. libro 2. capite 18.* & vt *de Padia Cyri libro 2.* Xenophon: *virtus ad arduum agit.* Multoſque hodie Catones experimur integerrimos ſenatores, quorum vultus ſeueritatem ipſam repræſentat; quorum Humanitas latentem ſeueritatem continet; aſſequuti *vt neque multa Aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia Benignitate ſoluantur* iuxta textum *in capite Diſciplina, 9. diſt. 45.* deductum à Diuo Gregorio *Moralium libro 20. capite 8.* ſic latius ibi ad iſtam connexionem inſtruente Rectores, & eam factæ Paginæ locis confirmante: *Miſcenda eſt Lenitas cum ſeueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum. Hoc nimirum illa Tabernaculi Arca ſignificat, in qua cum Tabulis, Virga ſimul & Manna eſt. Quia cum ſcriptura Sacra ſcientia in Boni Rectoris pectore ſit: ſi eſt Virga directionis, ſit & Manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait:* Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. *Virga etenim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Si ergo eſt diſtrictio Virga, qua feriat; ſit & conſolatio baculi, qua ſuſtinet. Sit itaque Amor, ſed non emolliens: ſit Rigor, ſed non exaſperans: ſit Zelus, ſed non immoderate ſæuiens: ſit Pietas, ſed non pluſquam expediat parcens.* Quæ & repetit, nunquam tamen ſatis reperita, *Paſtoralis Curæ parte 2. cap. 6. ad finem.* Similiter D. Petrus Damianus *dicto lib. 6. epiſtolar. epiſt. 30.* ad finem etiam. *Si pectus tuum Arca Dei eſt* (*ſicut profecto dignum eſt*)

Gabr. de Velaſc.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

non in eo sola sit Virga, quæ feriat. Sed & Manna, quod in fraternæ mentis palato dulcescat. Nec in eo zelus sit amaritudinis, qui deterreat; sed zelus potius charitatis, qui salubriter corrigat. Sicque correptionis aculeus vulgus delinquentium pungat: vt Mansuetudinis oleum leniori quodam fomento demulceat. Quod & denotare baculum nucinum Ieremiæ sumere iussum, & virgam nucinam Aaron, quæ floruit D. Ambrosius *epistolar. lib. 2. epist. Marcellinæ sorori*, sentit. *Quia memorata pomum arboris amarum in cortice, durum in testa, intus est fructuosum.* Nec flore caret Affabilitatis gratiæque fructus intus sapore, nec vulgo amara in cortice destituitur grauitate. Hinc in templi ministerio, in vasibus templi sculptorio opere, leones & boues expressi sunt. *Per Leones autem terror seueritatis, per Boues vero patientia Mansuetudinis figuratur. Itaque in vasibus nec leones sine bobus, nec boues sine leonibus exprimuntur.* In Rectore quippe, Reipublicæ base, nec Seuetitas sine Mansuetudine, nec Mansuetudo sine seueritate esse debet, Diui Gregorij expositione *Homil. 17. in Euangel. col. 5. in principio.* Sit denique (vt de *Moribus* Seneca consulit) *Seuerus*, non *Sœuus*.

INCORRVPTVM.

RVBRICA IX.

QVATENVS IVDICEM incorruptum mundisquè manibus esse oporteat?

SVMMARIVM.

1 *Munera Iustitiam prauertunt, oculos etiam Iustorum excæcant; verba sapientium mutant; & vniuersum iudicium conturbant. Eaque Diuina, & humanæ litteræ damnant.*
Iustitia, eiusque Ministri apud Thebanos sine manibus pingebantur. Et cur ibi.
Imitantur hamos dona, ibid.
Auaritia ingens in cæteris malum, in Iudicibus teterrimum. Multaque in illud remissiuè, ibid. & num. seqq.
2 *Iustitia est Rerum publicarum firmamentum. Qua sublata, turbatur, & quasi fluctuat orbis terrarum vniuersus. Nec aliud quam Latrocinia, ea dempta, sunt Regna.*
3 *Eas humana auiditas, insatiabilisquè cupido vires sumpsit; vt non virtutis amore, non pœna metu cohibeatur, aut vberioris præmij expectatione tepescat, à Diuinis, humanisquè litteris propositis.*

ANNOTATIO I.

NIL ita in Iudice,† quam munerum acceptionem Diuinæ, & humanæ litteræ damnant. Quippe quæ Iustitiam præuertunt, oculos etiam Iustorum excæcant, verba Sapientum mutant, & vniuersum iudicium conturbant. Nullam sæpius factam Iudicibus admonitionem reperies. Exodi 23. v. 8. *Ne accipias munera quæ etiam excæcant prudentes* Deuteron. cap. 16. v. 19. *Non accipies personam, nec munera; quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba Iustorum.* & cap. 27. v. 25. *Maledictus qui accipit munera vt percutiat animam sanguinis innocentis.* Ecclesiast. cap. 29. v. 31. *Xenia, & dona excæcant oculos Iudicum.* Iob. cap. 15. v. 34. *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Quia* (vt in eius expositione Moralium lib. 12. cap. 25. Gregorius) *qui hic in mente ardent auaritia, illic etiam in carne concremantur ignibus gehennæ.* Prouerbior. 17. v. 23. *Munera de sinu Impius accipit, vt peruertat semitas Iudicij.* Isaiæ capite 1. vers. 23. *Principes tui infideles, socij furum: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones* Michææ 3. v. 11. *Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. &c.* & v. sequenti: *Propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi acervus lapidum erit: & mons templi in excelsa sylvarum.* Atque alibi sæpè.

Absunt ne etiam ab hac reprobatione profani? *Nullum est officium tam sanctum, neque profecto tam solemne, quod auaritia comminuere, atque violare non soleat*, hac in thesi *in oratione pro Milone* Cicero inquit: *Et sic munus à norma recti distorquet acumen Iudicis, & terra volvit caligine mentem*, vt ex Galtero de Castillono, Nicolaus Boerius transfert, decis. 153. *numero* 26. prosequiturquè Xamar *de offic. Indic. & Aduoc. parte prima, quæstio.* 20. *à numero* 1. Idque adeo, *vt in Adagialib. Sacris, parte prima, Adag.* 308. Mutus in ore, *pagina mihi* 532. Martinus del Rio dicat: *Iudices, qui munera accipiunt esse equum, & mulum, quorum maxillas dona, velut chamo, & freno constringunt.* Namque *auaritia plerumque sensus habetat humanos, & peruertit opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ*, vt Diuus Ambrosius *epistolar. libro tertio, epistola 1. Constantio* profert. *Auaritia enim cæcitas est errorem religionis inducit. Cæca inquam est auaritia, sed diuersis fraudum oculata ingeniis*, vt Diuus etiam ipe Ambrosius *serm. 13. in festo Sancti Alexij*, murta inde in huius vitij detestationem bellissime prosequens. Ingens in cæteris malum, in Iudicibus teterrimum, omni ex parte lacerans, dicerpensquè Iustitiam. Et tamen (toca mente, tocis artubus contremisco, audireque puder.) *A Iudicibus Iustitia venditur. A Legis peritis veritas*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

veritas tenebroſo cauillatoria argumentationis colore fuſcatur. Venales ſunt ſiquidem leges, & pecunia iuſtificat delinquentes. Aurum nunc ipſis Senatoribus Præſidens in Tribunalibus iudicat, Et velut Imperator quidam pragmatica ſanctionis edicta promulgat. Sicut enim Rex in ſecretalibus aditis de Regni ſtatu, de rerum ſumma deliberat: quodam modo ſic aurum & latet in occulto, & ſententiam depromit in publico. In ſudario anguſto concluditur, & deciſis negotiis calculos iudiciales apponit. Plerumque enim quos cauſa condemnat, mendax pecunia præmio dignos procaciter aſſeuerat: è contra, quos conſcientia teſtatur innoxios, ſtatuit impia coram Iudicibus reos. Nummus nempe momenta legibus tribuit, atque ad ſuum intellectum obſcuras ſententias falſus Interpretator inflectit. Nummus cor Iudicum circa diuites oleo impietatis emollit: erga pauperes vero ad exercendum rigorem rigida animaduerſionis impellit, vt belliſſime flebiliterque pariter Diuus Petrus Damianus *opuſc. 12. Apologetico de contemptu, ſæculi, cap. 29. ad finem.* Conueniunt item ex Cypriano adducta *ſupra Rubr. 1. Annot. 3. §. 3. num. 18. ad finem.*

An non ſimilia ſæpè dixêre Pœtæ? Horat' *lib. 2. ſerm. ſatyr. 2.*

Male verum examinat omnis
Corruptus Iudex.

Et *Carmin. lib. 3. ad Macenatum:*

Aurum per medium ire ſatellites,
Et prærumpere amat ſaxa, potentius.
Ictu fulmineo.

Ouidius *lib. 3. de Arte amandi.*

Munera (crede mihi) capiunt hominesque Deoſque.
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.
Quid faciet Sapiens?

Et *Faſtorum lib. 5.*

Sæpe Iouem vidi cum iam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato, ſuſtinuiſſe manum.

Propertius *lib. 3. de luxu fœminarum:*

Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Aurea nunc vere ſunt ſæcula: pluriuus auro
Venit honos: auro conciliatur amor.
Auro pulſa fides, auro venalia iura.
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Et *lib. 4. eleg. 1.*

Nunc pretium fecere Deos, & fallitur auro
Iuppiter.

Henric. Sammat. *lib. 2. parte 2.*

Deuiat à vero corruptus munere Iudex.
Flaccidumque facit impia gaza pium.

Hieronymus Sauanarol. *in locis communibus:*

Quatuor illa: Timor, Mundus, Dilectio, Rancor
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

Michaël Verinus:

Quid non argento, quid non corrumpitur auro?
Qui maiora dabit munera, victor erit.
Munera qui mittit, ſperat maiora remitti:
Nemo ſuas vellet perdere gratis opes.
Munera ne capias: vncus latet hamus in eſca
Nulla carent viſco munera, virus habent.

Conſimilia adducit carmina Octauianus Cacheranus *in proœmio deciſ. Pedemont. numer. 5.*

Munera ius ſtatuunt, deſtituuntque ſimul.
Munera peruertunt leges, decreta refellunt.
Euacuant Patrum iura rigore ſuo
Munera iudicij libram moderantur & ipſam:
Protinus inflectunt, qua data penſa trahunt.
Omnia vincit Amor: ſed Amorem Munera vincunt:
Excæcant oculos, præcipitantque gradus.
Munera ſi ceſſent, miſeris mortalibus vllus
Clamor, nec luctus, nec dolor vllus erit.

Martialis *epigram. lib. 5. epigram. 18. ad Quintianum.*

Odi doloſas munerum, & malas artes.
Imitantur hamos dona.

Et *lib. 6. epiſt. 63. ad Marianum.*

Munera, magna quidem, miſit, ſed miſit in hamo,
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?

Similiter Horatius *lib. 2. ſermon. d. ſatyr. 2.* appellauit:

Æs laquei pretium.

Ariſtoteles *de Pœſi lib. 3.* parili ſententia dixit: *Qui beneficia inuenit, compedes inuenit.*

Qua quidem ratione apud Thebanos Iuſtitiæ ſimulachrum, eiuſque Miniſtri ſine manibus pingebantur.

Cur ſine manibus? Capiantvè xenia, nec ſe
Pollicitis flecti, muneribusvè ſinant.

Alciati explicatione *Emblemate* 144. vtque Iudicibus detur intelligi, nec à probis etiam, aut ſanctis quoque viris munera obſequiave admittenda eſſe: Angelos à Loth inuitatos, vt ſe in domum ſuam reciperent; recuſaſſe *Geneſis* 19. ibidem Ioannes dela Haye *conſiderat. 54.* aduertit, vt ad eamque deueniat, ſic Angelos ipſos interrogat: *Petitione Abrahæ acquieuiſtis: cur igitur obſequium Loth renuiſtis? Aduerte* (inquit) *tanquam Iudices hos Angelos Sodomam deueniſſe; non autem cum apparuerunt Abrahæ. Nam illum tanquam priuati homines conuenerant: Optime igitur Sodoma omnia obſequia Lot, in domum ſuam inuitantis, renuerunt: quia Iudices etiam obſequia iuſtorum, cum ſententia ferenda eſt, formidare debent.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Merito ideo Canonica, & Ciuilia iura in Iudices munerum receptores armantur, multiplici eos pœna plectentia, vt videbimus *Annotat. sequenti.* Non tamen sat vn-
2 quam punitum facinus, † quod Iustitiam de medio tollit: rerum publicarum exitium, & destructio, quarum veluti firmamentum Ius, & Iustitia est. Quia *Iustitia ciuitates, & reliqua omnia seruat: iniustitia vero pernertit, atque corrumpit*, vt affirmat Plato in Minoc. Imo *sine Iustitia non solum Reipublicæ, sed nec exiguum hominum cœtus, nec quidem parua domus constabit.* vt Macrob. inquit *lib. 1. de somn. Scipionis, cap. 1.* Nec ad punctum quidem, si M. Antonio Mureto credimus, *oratione 7. ad principium* dicenti: *Qua sublata non domus vlla, non ciuitas, non hominum inter se societas, non ipsa denique vniuersitas rerum stare, ac vneri se punctum temporis posset.* Cuius obseruantia magis quam lapidibus & muris consistunt Ciuitates, vt Consultus indicat *in l. 2. §. Postea. D. de origine iur.* & inibi Baldus. *Etenim hoc sublato, nihil est quare exploratum cuique possit esse quid sunm, aut quid alienum sit: nihil est quod æquabile inter omnes, atque vnum omnibus esse possit*, vt Cicero *in oratione pro Cæcina.* Et consequenter Iustitia sublata (quam vt diximus munera subuertunt & tollunt) *turbatur, & quasi fluctuat orbis terrarum vniuersus*, vt mature Religiosissimus Cardinalis Bellarminus *de officio Principis Christiani lib. 1. cap. 19.* ex illo Psalmi 18. *Mouebuntur fundamenta terræ:* Maneretque informis, & chaos, vt late discurrit, probatque Marcus Antonius Muretus *orat. 7.* Constat & Philosopho *Politicor. 3.* & Abulense illum referente *in cap. 16. Deuteron. quæst. 3. super verba Iudices & Magistros*, secundum quem: *Forma ciuitatis est distributiuum Iustitiæ.* Vnde merito *lib. 4. de Ciuitate Dei, cap. 4.* Augustinus dixit: *Remota Iustitia, quid sunt Regna, nisi magna latrocinia?* & ex eo mendosè tamen allegato) obseruat Hippolyt. de Marsil. *de fideiussor. num. 385.* Aristotelis, Diogenis, & aliorum id pariter sententiis confirmans. Augustini quoque in id meminit Diuus Thomas 2. 2. *quæst. 105. art. 1.* Cui Lactantius conuenit *de Ira Dei, cap. 16.* qui sine præmio (inquit) & pœna, æqueque Iustitia administrata; *ad tantam confusionem deueniet status rerum, vt contemptis, superatisque legibus sola regnet Audacia: vt nemo denique tutus esse possit, nisi qui viribus præualeat. Ita quasi communi latrocinio terra omnis, depopulabitur.* Namque *qualem in ciuitate iudicia sint, talem esse totius ciuitatis statum*, tam scite, quam vere Antonius Muretus *oratione 12. pag. mihi 165.* dixit: *Qua* enim *constantia Tribunal illud ascendimus decreturi aduersus eos, quorum munera appetimus*, vt arguit Tertullianus *de habitu muliebri, cap. 2.*

Proh dolor! ex humana, quin inhumana
3 auiditas, † insatiabilisque cupido vires sumpsit, vt non virtutis amore, non pœnæ metu cohibeatur: *Prouida, seueraque legis cautio & tamen nec sic refrenatur auaritia* vt deflet Hieronymus *epistolar. lib. 2. epist. 12. ad Nepotianum.*) nec vberioris præmij expectatione repescit, à Sapiente propositi *Prouerbior. 15. v. 27.* dicentis: *Qui odit munera viuet*, ab Isaia cap. 33. v. 15. *Qui ambulat. in iustitiis, & loquitur veritatem, qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere &c. Iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aqua eius fidelis sunt*, à Psalmista *Psalm. 23. v. 3.* aliisque in locis tam Diuini, quam humani Iuris *Annot. finali* referendis.

Sed quia pœnarum repræsentatio improborum quoque audaciam reprimere solet; (*vt quos Diuinus timor à malo non reuocat; temporalis saltem pœna cohibeat à peccato*, vt dicunt Innocentius Tertius *in cap. Vt clericorum, 13. de vita & honest. clericor.* Imperator *in l. vnic. l. de emend. propior.* Alexand. Tertius *in cap. Cum in cunctis, 7. §. Clerici, de elect.* Cælestinus *in cap. docendus, 2. dist. 62.* Syricius *in cap. qui aliquanti, 4. dub. 82. in fine, 82. dist.* & Gregorius *cap. Aduersitas, 48. §. Cum autem, 7. quæst. 1.*) ad id sunt pœnæ legibus præfinitæ: nullumque aliud quam ex eis maleficiis remedium superest: hac in te sancitas enarrabit *Annotatio sequens.* Ambrosij interim *sermone 33.* transcriptis verbis: *Iudices, qui causas audiunt iuste iudicent, & munera super innocentes non accipiant; ne forte dum acquirunt pecuniam, perdant animam suam. Nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto damno. Vbi lucrum, ibi damnum. Lucrum in arca, damnum verò in anima.* Vltetius inde comminatione progressi Nec non & Horatij *Carmin. lib. 3. ad Mæcenatem:*

Concidit Auguris
Argiui domus, ob lucrum demersa excidio.

Pro turpi, quod Rectus spernit, speciosum, vberiusque à Deo consequitur, vt & Horatius idem agnouit *ibidem.*

Quanto quisque sibi plura negauerit,
à Diis plura feret.

DE POENIS IN IVDICES munera recipientes.

SVMMARIVM.

1 *Qui leges in Iudices munerum receptores res recensuerint? Eorumque materiam tractauerint?*
2 *Lex Iulia repetundarum quid in hoc cauerit? Qualiterque in eam delinquentes puniat?*
3 *Qualiter Codicis, & Authenticorum iura in id proniderint, tam in ciuili, quam in criminali causa?*
4 *Qualiter Regia Partitarum lex?*
5 *Canonicum Ius qualiter?*
6 *Qualiter nostrum Regium ordinament. nouaque Regia collectionis sanctiones? Indicum etiam?* & num. seq.

Priuationis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Priuationis adepti muneris, & inhabilitationis ad alia pœna in Indices munerum receptores, an Iuri Diuino sit conformis? ibid. numer. 7. vers. Aduertere.

8 *An omnes insimul pœna hac in re sancita in suo quoque casu imponi possint, & debeant, an posterioris legis sit attendenda sanctio, eiusque pœnis extinctæ, sublataque cætera videantur?* & numeris seqq.

14 *Non tam metu pœnarum, quam virtutis amore Iustitia sectanda est.*

Lex Iustis non est posita, sed iniustis, & propter transgressiones tradita est. ibi.

14 *A muneribus illibatas manus habituros Iudices, leges iurare præcipiunt. Et an quandoque parum recipientes, periurium vitent?remissiuè.*

ANNOTATIO II.

1 PROVINCIAM hanc sunt aggressi, † illamque vniuersam peragrarunt, lustrantes omnia (antiquioribus omissis) Iacobus Menochius *de arbitra. quæst. lib. secundo, casu* 342. *per totum.* Tiberius Decianus *tract.crimin. lib.* 8. *cap.* 34 *per totum,* Ioannes à Castillo Bobadilla *in Politic. lib.*2 *cap.* 11. *num.*5. & Prosper. Farinacius *quæst.* 111. *à num.* 14. *vsque ad num.* 98. Qui leges in id latas ante & post Ciuilia iura, pœnasque impositas recensentes, fœliciter prosequuti materiam sunt,& plene lucidarunt. Quare, ne actum agamus, quem in id Regiæ leges sermonem poposcerint, instituemus, & quæ circa illas occurrerint, pro facultate nostra, pertractabimus;communis iuris legibus pertactis leuiter,ni vbi pedem figere necessitas, tatioque postularit.

Hac in re igitur diuersæ quidem leges ex temporum varietate, pœnæque fluxere
2 diuersæ.Iure Ciuili, † (duodecim tabularum legibus prætermissis, vt adimpleamus promissa, dequibus longum præfati fecere sermonem) lege Iulia repetundarum (*qua pertinet ad eas pecunias,quas quis in Magistratu Potestate,Curatione,Legatione,vel quo alio officio,munere, ministeriovè publico acceperit,*vt Marcellus ait *in l.*1. *D. ad legem Iuliam repetundarum*) damnatus; *testimonium publice dicere,aut Index esse,postulareve prohibetur,*Venuleio authore *in l. Eadem lege, 6.§.*1. *D.eod. tit.* Sed & *hodie, ex lege repetundarum, extra ordinem puniuntur, vel etiam durius, provt admiserint,* vt Marcellus notat *in l. Lex Iulia, 7. §. fin. eo ipso tit. ad legem Iuliam repetundarum.*

3 Codicis † & Authenticorum iure: *qui accepit vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit;dati triplum, promissi duplum, à Comite priuatarum rerum exigatur, dignitate,seu cingulo amisso:Si vero criminalis causa fuerit; confiscatis omnibus bonis in exilium mittatur* dispositione *Authentic. Nouo iure,C.de pœnis iudic. qui male iudic.* desumpti *ex Authent.vt litigantes iurent in exordio litis §.si quis autem ex litigatoribus, coll.* 9. Cui limitationem & intellectum assignant Grammaticus *consil.*35.*num.*53. Boërius *decis.*153.*num.*3. Tiber.Decianus *tract. criminal. lib.* 8. *cap.*39.*num.*15. Sebastian. Guazin *de confiscatione bonor. conclus.* 13. *ampliatione* 14. *num.* 3. *pag. mihi* 37. Cum scilicet pecunia corruptus Iudex condemnat innocentem,& nocentem absoluit; non aliis in casibus bona,hoc quoque iure, publicata intelligi.

Istam etiam† in criminalibus sanctionem 4
Regia *lex* 25. *tit.* 22. *part.* 3. *vers. E si tal Iuizio,*sic temperat: *E si tal Iuizio como este ouiese dado por precio; debe ser desterrado para siempre, etodos sus bienes tomados para la Camara del Rey, si non hubier e parientes que suban o desciendan por la linea derecha fasta el quarto grado. Casi tales parientes ouiere,nol deben tomar lo suyo. Fueras ende que ello son tenudos de pechar a los herederos del Iusticiado quatro tanto de lo que tomo: etres tanto para la camara del Rey, si quisieren auer los bienes. E lo que le auian prometido por razon de aquel Iuizio, si non lo auia ann recenido; debelo pechar doblado tambien a la camara del Rey, como a los herederos de aquel que fue a tuerto Iusticiado.*

Canonico iure: † *Si quis Iudex ecclesiasticus ordinarius, aut etiam delegatus (fame sua prodigus,& proprij persequutor honoris)contra conscientiam, & contra Iustitiam, in grauamen partis alterius in iudicio quidquam fecerit per gratiam, vel sordes: ab executione officij per annum noueris,se suspensum,ad æstimationem litis parti quam læserit nihilominus condemnandus. Scituris, quod si suspensione durante,damnabiliter ingesserit se Diuinis,irregularitatis laqueo se involuet,secundum Canonicas sanctiones: à qua non nisi per Summum Pontificem poterit liberari. Saluis aliis constitutionibus, quæ Iudicibus male iudicantibus pœnas ingerunt, & infligunt, Dignum est enim vt qui in tot præsumis offendere, pœna multiplici castigetur.* Innocentij Quarti constitutione *in cap.* 1. *de sentent. & re iudic. lib.*6. In quod & nouiores postmodum Pontificum prodiere sanctiones,pœnas quoque augentes, suis infe- 5
rius referendæ locis.

Regij ordinamenti, † & nouæ Collectiones leges non modo Baratariam(vt vocant)damnant,puniuntque (cum nempe Iustitia venditur,aut pactum pro ea administranda,sententia referenda intercenit;)sed etiam simplicem muneris, donive receptionem,seu promissionem improbant,grauibusque vindicant pœnis,ni aliqua legitima causa vestiatur.De quibus sequentibus agendum Annotationibus. 6

Etenim *lex* 14.*tit.* 4.*lib.*2. *Ordinam.* sic: *Ninguno de los Oydores, ni de los Alcaldes ni Alguaciles, ni escriuanos de la dicha Audiencia, de Chancilleria no sean osados de tomar dinero, ni otra alguna cosa de los*

pleyteantes

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pleytantes que ante ellos vinieren de mas de lo contenido en las ordenanzas fechas por los Reyes nueſtros anteceſſores , y por nos fechas. E qualquier que lo aſi lleuare, y le fuere probado, que demas de la infamia , pierda el officio, y reſtituya lo que aſi tomare con las ſetenas, como quien lo furta ; y que eſta pena ſe parta en eſta manera : las dos partes para el acuſador , y las otras dos partes para aquel aquien lo lleuare : y las tres partes para la nueſtra camara. Y eſta ley queremos que aya lugar aſi miſmo en los Iuezes y officiales de la nueſtra caſa y corte ; y en los otros Iuezes de las ciudades y villas y lugares de los nueſtro Reynos, y en otros qualeſquier officios , y officiales de qualquier eſtado o condicion que ſeane qualeſquier Concejos.

Lex 7. tit. 15. eodem libro : *Porque la cobdicia ciega los corazones a algunos Iuezes: y de la torpe ganancia deben fuir los buenos Iuezes , porque es cierto que buena es la ganancia donde el pecado no es en la conciencia : y es muy fea la cobdicia , mayormente en aquellos que goniernan la coſa publica : Por ende ordenamos y mandamos que los nueſtros Alcaldes de la nueſtra caſa y Corte, y otroſi los Alcaldes de las alzadas , y aquel y aquellos que ouieren de librar los pleytos por comiſion en nueſtra Corte , otroſi los Corregidores, y Alcaldes, y Iuezes de las nueſtras ciudades, y villas , y lugares, aſi los de fuero, como los de ſalario no ſean oſados de tomar, ni tomen en publico , ni en eſcondido , por ſi, ni por otros, dones algunos, de ninguna, ni algunas perſonas , de qualquier eſtado o condicion que ſean que vinieren a ſu Iuriſdicion ante ellos à pleyto, an ſi oro , como plata , ni diueros, ni paños , ni veſtidos, ni viandas , ni otros bienes, ni coſas algunas. Y qualquier que lo tomare por ſi, o por otro , que pierda por el miſmo fecho el officio, y que nunca aya el dicho officio, ni otro; y peche lo que tomare con el doblo, y ſea para la nueſtra Camara : y fingue en nueſtro albedrio de les dar pena por ello , ſegun la quantia que tomo y lleuo.* Tranſlata *ad legem 5. tit. 9. lib. 3. noua Regiæ collectionis.*

Lex 30. eiuſdem tituli, & libri 2. ordinamenti: *Que no reciban dadiuas , ni preſentes, por ſi, ni por otro, directe, vel indirecte , de qualquier perſona que con ellos ouiere de librar en las coſas tocantes a ſus oficios. Saluo en coſas de comer, o de beber en peguina quantidad , ofrecidas de grado , ſin las pedir in ninguna munera, deſpues que los tales librantes fueren complidamente librados , y deſpachados. So pena que el que lo contrario hiciere , por la primera vez , lo pague con el diez tanto , y por la ſegunda no vſe mas del officio.*

Quæ omnia in officiorum ingreſſu iurare Iudices eadem lege iubentur ; ſoluturoſque impoſitas pœnas in quibus eos lex hæc condemnat , ita vt abſque alia condemnatione ad eatum ſolutionem in foro conſcientiæ teneantur. Similiterque in Senatoribus diſponit *lex finalis , tit. 3. eodem lib. 2.* De quarum intellectu latior ſuo loco inferius pertrahendus ſermo.

In noua Regia Collectione † *eſt lex 56. tit. 5. lib. 2.* quæ (poſt interdictionem Auditoribus factam, ne cum partibus, aduocatis, procuratoribus , aliis ve quibuſvis perſonis de aliquid dando, aut recipiendo directe, vel indirecte paciſcantur) ſubdit: *y por quemas perfetamente ſe guarde la limpieza , y ſe quiten las ſoſpechas de los Inezes de la nueſtra Corte y Chancillerias , y eſpecilmente de los del nueſtro Concejo, y Preſidente y Oydores , y Alcaldes de las Audiencias , dequien los otros Iuezes an de tomar exemplo : mandamos y defendemos que los ſuſodichos , ni Alcaldes de Corte, ni Iuezes de Vilcaya, ni Alcaldes de los hioſdalgo, y notarios , ni relatores, ni eſcriuanos de Camara, ni procuradores fiſcales, ni otros eſcriuanos de los dichos Iuzgados de aqui adelante no puedan tomar, ni receuir por ſi miſmos, ni por interpoſitas perſonam preſente, ni dadiba alguna de qualquier valor que ſea, ni coſas de comer ni beber , ni otra coſa alguna de concejo , ni vniuerſidad , ni perſona alguna que tragere , o veriſimilmente ſe eſperare que traera pleyto ante ellos durante ſus officios. Ni los puedan recebir ſus mugeres, ni hijos en poca cantidad , ni en mucha cantidad , directe , ni indirecte : ni los letrados , ni procuradores de los pobres. So pena que por el miſmo hecho, ſean auidos por quebrantadores del Iuramento que tienen hecho por el officio ; y pierdan el Iuzgado y officios , y ſean, y finquen inhabiles dende en adelante para auer Iuzgados , ni officios publicos : y ſean echados del Conſejo , y Audiencias, y tornen lo que aſi lleuaren con el doblo, y anſi miſmo que los ſuſodichos Iuezes no reciban preſentes, ni coſas de comer de Abogados, ni Procuradores , ni Relatores de las Audiencias.* 7

In hoc vltimo Indica *lex 61. lib. 2. tit. 15. in Summario collectionis earum.* ſic tantummodo cauet: *Que los Preſidentes y Oydores, ni Alcaldes del crimen no hagan partidos con Abogados, ni Recetores , ni reciban dellos , ni ſus mageres ni hijos coſa alguna, aunque ſea de comer.* An in cæteris perſonis omiſſis , in comeſtibilibus nihilo minus hæc vrgeat lex, ex inferius diſputandis ſequentibus Annotationibus apparebit.

Aduertere interim obiter libet (ne rigidior à quo relatæ legis 56. cuiquam pœna videatur, dum munerum acceptores & officiis priuat obtentis, & ab obtinendis arcet) iuri eſſe Diuino conformem. *Filij planè Samuelis nullum aliud crimen habuiſſe leguntur, niſi quia munera dilexerunt : & quia paterna munditia non ſequebantur exemplum , irrecuperabiliter amiſerunt plebis Iſraëlitica Principatum :* ſic Diuo Petro Damiano aſſertore *epiſtolar. lib. ſecundo , epiſt. ſecunda ad Sancta Romana Eccleſiæ Cardinales.*

Præterea *lex 21. tit. 5. lib. 3. noua Regiæ Collectionis* (vt earum ſeriem proſequamur) prohibet ne quidquam Iudici præter ſalarium in Regio diplomate conſtitutum

ſoluatur

soluatur, ipseve recipiat, nulla in id obstante consuetudine: quodque plus receperit, restituat. Idque iterato disponit *lex* 8. *tit.* 6. *eodem libro* insuper addens: *y assi mismo no tomen ropa, ni posada, ni cama de la tal ciudad, saluo por sus dineros como esta mandado por nuestras cartas: so pena que lo paguen con el quatro tanto.* Cui conuenit in prohibitione de iure communi textus *in leg. vnica, C. de sulgam. hospitib. non præst. libr. duodecimo.*

8 En † quanta pœnarum Regiarumque constitutionum diuersitas in Iudices, qui parua etiam munera, xenia, aut comestibilia, à volentibus quoque recipiunt. Aliæ namque in quadruplum, in septuplum, & decuplum aliæ condemnant: aliæ ob id officio priuant, ad aliudque deinceps obtinendum inhabiles reddunt. Multipliciter, meritoque, vt diximus, in huius criminis, punitione sæuiunt leges.

9 Dubium tamen est, † num omnes simul relatæ pœnæ in suo quoque casu imponi possint, & debeant, an posterioris legis sit attendenda sanctio, eiusque pœnis extinctæ atque sublatæ cæteræ videantur? Sublatas enim per posteriores primas censeri, suadet vulgare dicterium *legis sed & Posteriores*, 27. *D. de legib.* cum similibus. Ad præsentis rei terminos textus *in l. Senatus*, 14. *D. de accusationib.* Vbi sic Paulus: *Senatus censuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret.* Conducit Vlpianus *in l. Prætor edixit*, 7. §. 1. *D. de iniur.* In pœnarumque inflictione legem nouam veteris corrigere pœnam, vniusque appositione aliam tolli; obseruat Salicetus *in l. Qui sepulchra, C. de sepulchro violat.* quem refert, & sequitur Antonius Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 1. *de delictis, num.* 38. *ad finem.* Vbi idem quoque dicunt, cum de correctione prioris pœnæ non constat, vt in casu nostro. Ad quod vterque considerat textum *in auth. Sed hodie, C. ad leg. Iul. de adulter. & in auth. vt nulli iudic. liceat habere loci seruatorem, coll.* 9. *vbi simpliciter dicunt iura: adulteram detrudi in Monasterium: nec ibi apparet de anterioris legis, vel pœnæ correctione: & tamen, secundum communem opinionem, pœna legis antiquæ, quæ erat pœna mortis, remanet correcta in muliere. Ergo bene probatur quod lex posterior semper tollit, & corrigit pœnam legis prioris.* Hæc Antonius Gomezius supra; idem tenere dicens Salicetum eundem *in l. In eum, C. de furtis*, tenuisseque Cynum (de praxi hac testante) *in d. lege Qui sepulchro.* Quibus accedunt Thesaur. *decis.* 18. *num.* 3. & 13. ita referens iudicatum, Brunor à Sole *in compend. resolut. iuris. verbo Actio iniuriarum*, Bimi. *consil.* 11. *num.* 10. Eugen. *consil.* 64. *num.* 59. Farinac. *quæst.* 4. *num.* 11. *in fine.* Maceratens. *variar. resolut. lib.* 3. *resol.* 45. *numer.* 9. Giurba *consil.* 25. *num.* 16. *& seqq.*

Gabr. de Velasc.

Contrariam † (pluribus nempe legibus diuersas pœnas delicto eidem imponentibus, si nec tacite, nec expresse apparet; quæ illarum corrigat aliam, neutram corrigi, aut per aliam tolli, quantumuis de prioritate, & posterioritate constet) probat textus *in l. Quoties*, 40. *vers. Si ex eodem facto, D. de actionib. & obligationib.* per quem sic tenet Bartholus *in l.* 1. *ad fin. D. de vi bonor. raptor.* multaque comprobantia iura adducit (etsi in opposita resideat ipse) Anton. Gomez. *d. num.* 38. *vers. Quarta conclusio.* Præterque huius sententiæ Doctores ab eo relatos: sic tenent etiam Baldus *in l. si quis ab alio*, 7. *num.* 1 *D. de calumniatorib.* Felinus *in cap. Quod olim, num.* 2. *de iudic.* Gracian. *regula* 291. *num.* 3. Vincent. Honded. *consil.* 9. *numer.* 10. & *tribus seqq. vol.* 2. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 48. *num.* 3. multi alij relati à Giurba *d. cons.* 25. *num.* 9. & *seqq.* Tibet Decian. *consil.* 110. *num.* 1. Bardell. *consil. trigesimotertio, num.* 7. Suarez *receptar. sententiar. verbo Pœna num. centesimo quinquagesimosecundo*, Bonacos. *commun. opinion.* 1. *p. verbo Pœna legis pœnæ*, Franciscus Bursat. *consil.* 454. *num.* 6. *tom.* 4. P. Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 11. Fagundez *in octauo præcepto Decalogi, lib.* 8. *capit.* 25. *num.* 14. 10

Extra controuersiam est † cum pœnas cumulatiue diuersas ponunt leges, locumque habere decernunt, vt sunt textus *in d. l. Qui sepulchra, C. de sepulchro violato, in d. l. In eum, C. de furtis, in l. Quodet lex Fauia, in princip. D de liber. homin. exhibend.* & alij, quos Gomezius allegat *dicto numero* 38. *vers. secunda conclusio*, copioseque Giurba *consil.* 26. *numer.* 3. 11

In munerum autem receptores, † per sordesque iudicantes pœnas quoque diuersas concurrere, cumulatiueque stare, & ex speciali determinatione, & ratione generali, quam designat textus *in d. cap.* 1. *de re iudic. lib.* 6. apparet, dum ait: *Saluis aliis constitutionibus, quæ Iudicibus male iudicantibus pœnas ingerunt, & infligunt. Dignum est enim vt qui in tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur.* Et ita *ibi* notat *Glossa finalis*, & Augustin. Barbosa *num.* 11. Iacob. Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *centur.* 4. *casu* 242. *num.* 13. Farinacius *quæst.* 111. *num.* 80. qui etsi *num.* 81. in contrarium referat alios, Bossijque concordiam stat *num.* 82. in priorem redit, eamque *numero* 83. *cum sequentibus* plene firmat. 12

Posse tamen pro arbitrio suo † Iudicem, criminis qualitate pensata, vel omnes simul imponere, vel vnam, quam malit ex eis seligere, affirmant Panormitanus *in cap. At si Clerici, num.* 36. *de iudic.* Tiberius Decianus *tractat. criminal. lib.* 8. *cap.* 39. *num.* 18. Hippolit. Bonacos. *quæstion. Criminal. verbo Pœna diuersa.* Electionem; qua ex constitutis pœnis reum ex circunstantiis puniat, liberam Iudici esse dicit 13

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Farinacius *consilior. lib. 1. consil. 5. num. 53.* Omnes simul imponere posse (in Batararia & Concussione loquens) negat. Rationem reddit: *Quia licèt una lex non tollat aliam quoad originem, & omnibus delinquens teneatur: tollit tamen quoad executionem,* cum Bartholo *in d. l. Senatus, in princip.* & Bossio *in practic. tit. de offic. corrupt. num. 7. prope finem, vers. Non quiescit tamen animus, & num. 8. 9. & 10.* Sic etiam (cum Caballo *resolut. criminal. casu 1. num. 7. & 8.* & aliis) Giurba *dict. consil. 25. num. 20. & consil. 26. num. 2.* veriorem sententiam dicens, mitiorem tunc à Iudice pœnam imponendam. In puncto nihilominus iuris; casuque præcipuè nostro, veriori videtur opposita, ex *d. cap. fin. de re iudic. lib. 6.* cui non integrè præstita satisfacit responsio. Cum & saluas in eo cæteras pœnas relinquat, & dignum esse dicat *vt qui in tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur.*

14 Non tam nos deterreant pœnæ,† quæcumque illæ sint, quàm Iustitiæ decor, Rectique pelliciat amor. Lex Iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, vt Apostolus ait 1. *ad Timoth. v. 9.* Quia (vt *inc. Duæ sunt, 19. quæst. 2.* Vrbanus Pontifex:) *Propter transgressiones est tradita,* ex Paulo ad Galat. cap. 3. v. 19. *Propter transgressiones posita est.* Iura inuenta metu iniusti, fatearе necesse est:

Tempora si fastusque velis euoluere mundi.

vt Horatius prodit *lib. 1. sermon. satyr. 3.* Iustum, perfectumque expetimus Iudicem, fierique optamus. Quid huic cum pœnarum timore?

Legem tuendo, proiicis metum feras.
Nam legis extra est pallidum custos metum.

vt & carminibus mandauit D. Gregorius Nazianzenus *in sententiis distichis iambicis constantibus, vers. 16.* Sibi ipsi (iuxta Apostolum *ad Roman. 2.*) lex factus. *Ille autem sibi lex est, qui facit sponte quæ legis sunt, & in corde suo scriptum opus legis ostendit,* vt cum Paulo ipso Ambrosius *de fuga sæculi cap. 3.*

Leges enim, & *Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Si autem malum feceris, time.* iuxta Apostolum eundem *ad Roman. 13. v. 3. & 4.* Ad minus ergo vt non faciamus malum, tot saltem imminentes pœnæ cohibeant ausum. Et

Expectata diu tandem prouincia cum te
Rectorem accipiet, pone ira frena, modumque
Pone & Auaritiæ, miserere inopum sociorum.
Ossa vides Regum vacuis exhausta medullis.
Respice quid moneant leges, quid Curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, quam fulmine iusto
Et Capito, & tutor rueriut, damnante Senatu,
Pirata Cilicum.

vt Iuuenalis manet *Satyra 8.* & Isaias *cap. 33. in principio* minatur: *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Cum consummaueris depredationem, depredaberis.* Caue vt ratio dictet, & vt iuramentum† illibatum seruet, 15
quod in id præstari leges iubent *in auth. Iusiurandum quod præstatur ab iis qui administrationem accipiunt, §. Iuro quoque, coll. 2. in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio, §. scriptum exemplar, el 2. collatione eadem, in l. 6. tit. 4. part. 3. vers. La sexta, in l. fin. tit. 3. lib. 2. ordinam. vers. Que Iuren todos, in l. 6. & 30. tit. 15. eodem libro, vers. Que Iuren de hazer bien, vers. Que no reciban dadibas, & vers. Que Iuren todos, in l. 6. tit. 5. lib. 2. nouæ Regiæ collectionis, vers. Otrosi que los pleitos que ante nos vinieren, & vers. Otrosi que no receuiremos dan, & in l. 1. tit. 6. lib. 3. eiusdem Regiæ collectionis.* A quarum peritorio, aliarumque similium inferius referendarum, an aliquid etiam paruum recipiens Iudex iure valeat excusari, sequentes Annotationes monstrabunt.

VTRVM A CONSANguineis possit Iudex dona recipere?

SVMMARIVM.

1 *A generali prohibitione, legeque Iudicibus dicta, ne recipiant in officio munera, excipiuntur cognati. Qua ratione? Et ad quem vsque gradum?* & num. 19. *Et an etiam nouiori iure?* num. 26. & seqq.

2 *An eodem æque gradu quo consanguinei, contineantur Affines?* & numer. seqq.
Sobrini sunt sanguine iuncti, siue ex parte patris, siue matris, ibi.
Cognatorum nomine an contineantur Affines? Quotuplexque Cognatio sit? ibi & num. 8.

3 *Superfluitatem Ius abhorret, nec verbum etiam minimum, aut syllabam vnam sine virtute aliquid operandi esse patitur.*

4 *Etiam in materia strictæ, & odiosæ.*

5 *Impropriari potius verba debent, quam vt sint superflua.*

6 *Lex in idem sancita non multiplicat, sed qualibet suauia it.*

7 *Duplex* legis 1. §. vnic. D. ad legem Iuliam repetundar. *lectura designatur.*

9 *Affines, vt Consanguinei, recusari possunt. Et ad quem vsque gradum? remissiuè.*

10 *Affines contra Affines testimonium dicere non coguntur. Et ad quem vsque gradum?*

11 *Nec pro Affinibus admittuntur; aut integram faciunt fidem.*

12 *Contra Affines procuratores esse non coguntur, vt contra Consanguineos patrocinium suscipere Consanguinei non coguntur.*

13 *Coniuncti*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

12 *Coniuncti & Affines pro Coniuncto & Affine ad quartum vsque gradum in iudicio admittuntur.*

14 *Postulat pro Affine Affinis, & mortem Affinis, vt consanguineus Consanguinei accusat.*

15 *Idem ex Affinitate legitima gradu, qui ex Consanguinitate, ad matrimonium impedimento est: in qua antiqua Sacrorum Canonum dispositionem Sacrum Concilium Tridentinum non immutauit, etiam si quoad illegitimam immutarit.*

16 *Idem Affinitatis gradus, qui Consanguinitatis existit, & ex Consanguinitate Affinitatis gradus mensuratur.*

17 *Prater successionis casum (ad quam non vocantur Affines) in plerisque Affinitas conuenit cum Consanguinitate. Quidque ob hoc circa orphanorum propinquorum educationem charondas statueris? &* num. seq

Coniunctis ad successionem vocatis, veniunt Affines. ibi.

18 *An in casu quæstionis istius, legisque primæ, §. vnic. D. ad leg. Iuliam repetundar. sit eadem, vel maior etiam ratio excipiendi Affines, quam consanguineos.*

19 *Cognatis, & Affinibus delinquentium receptatoribus, an, quare, & qualiter ignoscantur?*

20 *Donatio à Consanguineis, vel Affinibus Episcopo facta, intuitu personæ; non Ecclesia facta videtur.* & num. 24. *vbi ampliatur.*

Intellectus textus in cap. Requisisti, 15. de testament. *ibid.*

21 *Vbi eadem est ratio, idem est ius, non per extensionem, sed per comprehensionem.*

22 *An Consanguineis, consanguinitatis ratione, in infinitum (hoc est, quotquot munera dederint) accipere Iudicibus liceat? contemnitur que Boerius limitem ponens.*

23 *Nil recipere Iudici à Consanguineo licet officij prætextu, non sanguinis datum.*

24 *In dubio an contemplatione potius sanguinis, quam officij censeatur donatum. Bobadillaque sententia expenditur, refelliturque.*

Donatio quando præsumatur, & si sui natura præsumi non soleat, vbi alia coniectura sumi potest? ibi.

Consanguinitatis quamplures effectus, prater relatos: alij & per remissionem, & nominatim expressi. ibi.

25 *A Consanguineo recipere Iudici licet, etiam in eius territorio commorante. Aduersus Bobadillam inaduertenter pariter locutum.*

26 *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda: neque distinguendum est vbi ipsa non distinguit, quæque totum dicit, nihil extendit: præsertim in vniuersali negatiua, quæ magis negat, quam affirmatiua affirmat.*

Gabr. de Velasc.

27 *Iuramentum debet in specifica forma seruari, & adimpleri.*

28 *Lex vna generaliter, & indistincte loquens seu affirmatiuè, seu negatiuè loquatur, per aliam distincte loquentem intelligitur, & limitatur, vnaque aliam supplet, etiam si abrogata sit.*

Correctio nullatenus inducenda est, sed modis omnibus vitanda. ibi.

29 *Lex non solum ex altera recipit intellectum, sed ex sola particulari ratione.*

30 *Iuramentum simpliciter generaliterque prolatum, secundum ius, illiusque restrictionem, seu limitationem interpretandum, & intelligendum est, secundumque naturam actus cui apponitur.*

Verba, seu dispositio quælibet secundum subiectam materiam intelliguntur, & ad eam (quantumuis dispositio generalis sit) reducitur, restringiturque. ibi.

31 *Non amarè, aut acerbè iramentum, einsque obligatio accipi debet. Neque censendum immodice quem se obligare velle.*

32 *Iuramentum generaliter præstitum restringendum est quantum fieri potest, vt minus obliget iurantem.*

Vbi de obligatione contrahenda agitur, stricta interpretatio facienda est. ibi.

33 *Si generaliter iurans, in omnem casum se obligare intendit, sicque præcogitans, ea mente iuramit: in omni quidem casu iuramento astringitur.*

ANNOTATIO III.

RECIPIENDI munera prohibitionem, quam Iudicibus *in l. 1. D. ad leg. Iuliam repetundarum* Marcellus nunciarat: hac ibidem exceptione † temperat ipse: *Excipit lex* 1
à quibus licet accipere: A sobrinis propioreve gradu, Cognatis suis, vxoreve. In cuius explicatione Accursius hæc: *A sobrinis qui sunt in sexto gradu, vt instit. de gradib. §. Sexto, & ab omnibus proximioribus, vt subiicit: Nam ratio sanguinis tollit suspicionem, vt argum. supr. de receptatorib. l. 2. & in auth. de Ecclesiast. tit. §. Interdum, col. 9.* Accursium, eius præfatum intellectum, rationemque approbant Albeticus *ibidem, in princip. & in l. Lex Iulia, num. 1. D. eodem tit.* Cynus *in l. 1. num. 4. vers. Et tunc, aut ratione consanguinitatis. C. eodem tit. & ibidem* Angel. *post medium, vers. Sed ex alia causa,* Paris. de Puteo *in tractat. syndic. verbo Corrupti, num. 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 517. num. 4.* Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib. 8. cap. 40. num. 1.* Xamar. *de offic. Iudic. & aduocat. p. 1. quæst. 20. num. 9.* Prosper. Farinac. *quæst. 111. num. 245. & 246.* Ioseph Mascard. *de probationib. conclus. 164. num. 12. & 13.* Auendan. *de exequend. mand. Reg. 1. p. cap. 2. num. 6. & vers. Limitanda tamen,* Stephan. Gratian. *discept. forens. 1. p. cap. 189. numer. 35. & 36.*

Eoque sexto consanguinitatis gradu Affines † insimul contineri, venit omni- 2
no dicendum. Postquam siquidem dicta

lex ſobrinos excepit, à quibus licet accipere (& ſic eos qui per ſanguinem, tam ex virili, quam fœmineo ſexu, coniuncti ſunt, vt *eo verbo Sobrinus* Duarenus, & Briſonius docent) cognatos pariter adiunxit, eorumque vxores. Quo nomine excepit Affines. Namque *Affinitas en latin, tanto quiere decir en romance, como Cunadez*, hoc eſt *Cognatio* vt Regia *lex* profert 5. *tit.* 6. *part.* 5. Quadruplex enim Cognatio eſt. Prima, Conſanguinitatis, ſecunda Affinitatis, tertia ſpiritualis, quarta Legalis. De duabus vltimis ſunt integri in iure tituli *de Cognatione ſpirituali*, & *de Cognatione legali*. De prioribus duabus ſunt textus *in cap. primo*, 35. *quæſtion.* 1. & alij latius *infra num.* 8. referendi. In vtraque autem priori intelligenda lex noſtra peræque. Tum & ex vxorum expreſſione in ea facta: tum vt à ſuperfluitatis vitio
3 † libera ſit, quod adeo ius abhorret, *l. Sed etſi*, *lege* 28. *paragrapho Hoc ſenat. conſul. D. de petit. hæredit. paragrapho Qua autem*, *inſtit. de bonor. poſſeſſ. l.* 3. *in princ. D. de iure iurand. l.* 1. *ad finem*, *D. ad municip. l. Hac ſtipulatio*, 14. *paragrapho Diuus*, *D. vt legat. nomin. caueat. l. Qui bis idem*, 18. *D. de verbor. obligat. l. fin. paragrapho In refutatoriis*, *C. de appellation. c. Solita*, 6. *de maior. & obed.* vbi notat Gloſſa *verbo Tanquam*. Neque verbum quidem duplicatum, ſuperfluum, aut ſine virtute aliquid operandi eſſe patitur, *l.* 1. *&* 2. *D. de eo quod met. cauſ. l. Si quando*, 109. *D. delegat.* 1. *l. fin. D. ne quid in loco public. cap. Si Papa*, 10. *de priuileg. lib.* 6. *cap. Si à Iudice*, 10. *de appell. cap.* 1. *dict.* 19. cum adductis à Nobis *in Axiomatibus iuris*, *lit. L. num.* 14. *& lit. V. num.* 31. Nec etiam minimum. Bald. *in Rubric. C. de contrab. empt. numer.* 16. Marſil. *in Rubric. de fideiuſſorib. numer.* 64. Bertazol. *in l. ſi quis maior*, *num* 246. *C. de tranſaction.* Francile. Becci. *conſil.* 24 *num.* 25. Gutierrez *practic. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 3. Imo nec ſyllabam vnam. Ioſeph. Ramon *conſil.* 38. *num.* 66.
4 etiam in materia ſtricta, † & odioſa Franc. Becci. *d. conſil.* 21. *num.* 15. Cardin. Franciſ. Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 10. Sigiſmund. Scacc. *de commerc.* §. 7. *gloſſa* 3. *num.* 19. Proſper Farinac. *deciſ.* 352. *num.* 2. *tom.* 1. *p.* 1. Im-
5 proprianique potius verba debent, † quam vt ſint ſuperflua, *l. ſi tam auguſti*, 13. *& ibi* Angel. *D. de ſeruitut. l. ſi tibi*, *vigeſima D. de reb. credit. cap. ſi ſententia*, 11. *de ſentent. excommunic. lib.* 6. notamuſque *in Axiomatib. iuris*, *d. lit. V. num.* 34.

Maxima autem ſuperfluitas eſſet, ſi Conſanguineos ad ſextum vſque gradum à lex prima excipiens, eoſdem iterum Conſanguineos illico exciperet. Idque accideret, ſi Cognatorum nomen ad Affines non referretur. Quod minus de lege
6 † præſumendum eſt, quæ nec alterius diſpoſitionem duplicat, nec ſanctionem eandem multiplicat, *l.* 1. §. *Dixerit aliquis*, *D. de publican. & veſtig.* Vtque Seneca *de benefic. lib.* 6. *cap.* 6. ait: *Lex legi non miſcetur*, *vtraque ſua vi ait.* Fortiuſque vna & eadem, cuius diſcreta verba diſcretum & ſeparatum ſenſum, & effectum habeant, iuxta prædicta, neceſſum eſt.

Hæc quidem ſi legem noſtram qua ſectione, † ſeu punctuatione ſcripſimus, 7
legamus, quaque ſcribitur in Codice noſtro, poſt verba illa: *Proprioreve gradu*, virgula, ſeu comate appoſito: tunc enim neceſſarius is videtur ſenſus, ad Affinesque cætera pertinere. Si vero coniunctim duo ſequentia legamus verba, vt in alio vidimus Codice, nempe: *Proprioreve gradu Cognatis ſuis*, ceſſetque ex eo ſuperfluitatis inconueniens: adhuc ex capitibus aliis, Cognatorum exceptione intra eorundem ipſorum gradum, Affines contenti manebunt. Qui veluti † *Cognatorum* 8
numerum intrant, quique pro Cognatis frequenter vſurpantur in iure *in l. ius familiarium*, 8. *C. de religioſ. & ſumpt. funer. in l. ſi mulier*, 6. *D. de donation. inter vir. & vxor. in l. ſi vero*, 5. §. *Hæc autem actio. D. de his qui deiecer. vel effuder. in cap.* 1. *de ſponſal. lib.* 6. *in d. cap.* 1. 35. *quæſt.* 3. *in cap.* 2. 35. *quæſt.* 8. *& in d. l.* 5. *tit.* 6. *part.* 5. Notatque poſt antiquiores à ſe relatos Petrus Plaza *in epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 1. ex Cicerone, Plinio, & aliis latinitatis Parentibus id ipſum comprobans. In punctoque noſtro ſunt præterea optimi textus *in l. lex Cornelia*, 5. *D. de iniur. & in l. Qui cum vno*, 4. §. *fin. D. de re militar.* in illa ſic Vlpianus: *Qua lege cauetur vt non iudicet ei qui agit, gener, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinusve eorum, qui in ea Cognatione, Affinitateve attinget.* In hac ex diuturna abſentia militiæ deſertorem excuſandum, dandamque veniam valetudini, aut affectioni Parentum, & Affinium, ſic Arrianus inquit: *Examinantur autem ſemper cauſæ emanſionis: ideſt, cur, & vbi fuerit, & quid egerit: & datur venia valetudini, affectioni Parentum, & Affinium.*

Ex hac propterea commixtione, & æqualitate, † Affines vt conſanguineos recuſari 9
poſſe, indiſtincte profitentur Gloſſa *in c.* 2. *vt lite non conſtet*, *verbo ſubeſſe*, Speculator *in tit. de Iudice delegat.* §. *ſupereſt videre*, *num.* 8. *verſ. Item ſi ſit conſanguineus*, *vel Affinis*, Hoſtienſ. *in ſumm. de recuſ. Iudic. delegat.* §. *Qua ſunt iuſta cauſa*, *num.* 3. *verſ. Nona*, *ſi ſit Conſanguineus*, *vel Affinis*, Lanfranc. de Otian. *in repetition. cap. Quoniam contra*, *de probationib. rubri. de recuſ. num.* 123. *verſ. Prima*, *ſi Index fuerit Affinis*, Farinac. (cum magna ſequacium turba) *fragmentor. crimin.* 2. *p. lit. I. num.* 387. Carol. de Graſ. (alios quoque referens) *de exceptionib. exception.* 24. *num.* 34. *& ſeqq.* Stephan. Bertrand. *conſil. nonageſimotertio*, *volum.* 3. *part poſteriori*, *num.* 1. Ioan. Petr. Fontanel. *deciſ. Cathal.* 11. *nnm.* 3. 4. *&* 5. etſi ad quem vſque gradum in vtriſque recuſatio liceat, non ita ſit compertum; aliquaque

ſit

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

sit inter relatos dissentio, vt apud eos videre est, præcipuè Fontanellam *num. 6. & seqq.* non necessaria ad propositum nostrum, ista disputatione omissa. Cui præterea dicenda infectius lucem præstabunt.

10 Similiter *in l. 4. D. de testib.* † Canonizata, *in cap. Si testes, §. Item, lege 4. 3. quæst. 4.* Paulus inquiens: *Lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur, ne alicui inuito denuncietur vt testimonium dicat aduersus socerum, sobrinum, sobrinam, sobrino sobrinaue natum, eosve qui in priore gradu sunt*: quos ibi prætermisit Affines. Consanguineorum numeratione contentos reputans: sic *in l. Iuris consultus, 10. in prine. vers. Præterea, D. de gradib. Affinit.* idem ipse includit, priusquè nominauit: *Præterea lege publicorum iudiciorum contra Affines, & Cognatos testimonium dicere non coguntur.* Ad quem vsque gradum adhuc disputant Doctores, postquè antiquiores, Mascard. *de probationib. conclus. 68. num 13. & 14.* Carol. de Graf. *d. exceptione 24. num. 37.* Farinac. *quæst. 54. num. 19. & seqq.* Apud nos est lex 11. *tit. 16. part. 3.* quartum gradum designans. Quam Gregor. Lopez *verb. El quarto grado*, ad iuris Canonici computationem reducit, intelligiquè posse, rectè putat. Quippe qui ad designationem, seu numerationem à Paulo factam *in d. l. Lege Iulia* perueniisse videatur.

11 E conuerso † æquè testis Affinis, vel Consanguineus pro Affine, vel Consanguineo non admittitur, vel non integram fidem facit, *cap. Absens, 18. 3. quæst. 9.* simpliciter profetens: *Nec Affinis testis admittitur.* Cuius rei late prosequitur materiam Farinac. *d. quæst. 54. à num. 1. cum seqq.*

12 Vt item contra Consanguineos, † fratrem, vel filios fratrum patrocinium consanguineum præstare non cogi, dixit textus *in l. Humanitatis, 33. C. de excusationib. tutorum*: sic Affines contra Affines procuratores esse non compelli, indistincte dixit textus *in l. Aut affinitate, 22. D. de procuratorib.*

13 Vt absque mandato † Coniunctus pro Coniuncto admittatur, non vltimum tenent Affines locum, sed (si ordinem litteræ attendamus) post fratres, Affines posuit Vlpianus *in l. Sed & hæ personæ, 35. D. de procuratorib.* inquiens *Sed & hæ personæ procuratorum debebunt defendere, quibus sine mandato agere licet, vtputa liberi, licet sint in potestate: item parentes, fratres, Affines.* Quod ad quartum vsque gradum in vtrisque extendi (cum Abbate, Felino, Alexandro, & aliis) tradit Vgolinus *de procuratorib. 2. parte cap. 1. numero 10.*

14 Postulat † pro Affine Affinis, *l. 1. in fine, D. de postulando.* Affinisquè mortem, vt Consanguineus Consanguinei, accusat, veluti (post Baldum, Abbatem, Felinum, Crauetam, & alios, quos refert) tradit Farinac. *quæst. 11. num. 13.* & plene comprobat Plaza *in Epitom. delictor. d. lib. 1. cap. 40. num. 1. & 1.*

15 Ad matrimonium † idem ex Affinitate gradus, qui ex Consanguinitate impedimento est, nempe quartus, *cap. Non debet, 8. de consanguinit. & affinit. l. 4. vers. La segunda, tit. 1. part. 4.* In Affinitate saltem legitima, circa quam illæsam dicti capitis dispositionem Sacrum Concilium Tridentinum reliquit, etsi circa illegitimam, & ex illicita copula ortam, mutauerit, ad secundumquè inclusiuè restrinxerit gradum *sessione 24. de reformat. matrim. cap. 4.* vt, cum plurimis à se citatis, obseruat Augustin. Barbos. *de Offic. & potest. Episc. allegat. 51. num. 164.* cumque multis aliis Sanctarel. *variar. resolution. quæst. 57. num. 1.* Idem enim † Affinitatis est gradus; qui Consanguinitatis existit, designatoque Consanguinitatis gradu, designatus Affinitatis extat, Glossa *in d. cap Non debet, verbo In secundo*, Glossa *in l. Non facile, 4. §. Affines, verb. Nulli sunt, D. de gradib. Affinit.* Petrus Plaza *d. cap. 40. num. 1.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. disputatione 64. num. 3.* Valer. Reginal. *2. p. summ. lib. 31. num. 144.* Basil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 38. §. 2. vers. Computantur.* 16

Præter vnum itaque successionis casum † (ad quam non vocantur Affines, *l. Affinitatis, 7. C. commun. de succes.*) in cæteris cum Agnatis, Consanguineisve conueniunt. Ad hancque etiam Coniunctis vocatis, veniunt quoque Affines, vt quam multis relatis, tradunt Bertazol. *clausul. 7. glossa 12. num. 5. vers. Secus*, & Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 369. num. 3.* Inestque, per consequens, vtrisque † exceptionis legis nostræ primæ ratio. Ni maiorem in Affinibus inesse dicamus; inter quos veluti valentior solet esse amor, vt cum multis profitentur Farinac. *d. 2. p. fragmentor. criminal. verbo Index, num. 837.* & Ioan. Petrus Fontanel. *d. decis. 11. num. 5.* Cuius rei esse ratio potest: quod illos fors obtulit: hos conciliauit electio, stricto Affinitatis vinculo roborata, quæ ex coniugum amore valido in Affines descendit, effluit. Vtraque forsam de causa sapientissimus legum lator Charondas eam inter suas sanciuit: *Orphanorum fortunas, & bona hereditaria eorum tutela, administrationique permitti debere, quibus ex paterno genere proxima sibi cognatio duceretur: Orphanos illos educandi curam tradi maternis Affinibus.* Quam *Bibliotheca lib. 12.* & prodit, & exponit insimul Diodorus Siculus: quod affectum non inferiorem cognatis Affines habeant, sublata successionis spe, malitiæque ob id irritamento sopito. 17

Et quamuis neminem vsque adhuc sententiam deductam in specie tradentem, sicque explicantem, reperierim: attamen & Accursius, & eius communiter assectæ, *numero primo* relati, eidem se subscribunt. Dum enim Accursius dictæ legis primæ exceptionis, in Consanguineis rationem præstat (quod nempe ratio sanguinis † suspitionem tollat) confirmat eam, *lege secunda, D. de receptator.* quæ in Affinibus loquitur nominatim, & eos pariter ac Cognatos delinquentium receptatores excusat, & ad pœnæ temperamentum æquat. *Eos apud quos Affinis, vel Cognatus latro conseruatus est* (in ea Paulus inquit) *neque absoluendos, neque seuere admodum puniendos &c.* Hi enim non tam 18 19

UAB Biblioteca de Ciències Socials

fouere delictum, quam naturali indulgere videntur amori. Quod si in his, quæ sua natura mala sunt, vt conseruatio latronum, malignam Affinitas suspicionem auertit, in meliusquè ad pœnæ tempetamentum, præsumptionem inducit: quanto magis in his, quæ sua natura mala non sunt, sed licita, & honesta (vt *hac eadem Rubrica Annot. 12. num. 16.* notamus) in totum suspicionem auertet, & beneuolam solum actionem dati receptiquè gratuiti muneris, non extraneo alio vitio infectam (vt supponimus) introducet?

Accedit his textus in eoque notata, *in cap. Requisisti, 15. de testament.* † decernens, donationem à Consanguineo Episcopo factam, intuitu, & contemplatione personæ, non Ecclesiæ factam videri. Per quem Thom. Sanchez *consilior. moral. lib. 3. cap. vnico, dubio 1. num 20.* (legis nostræ primæ mentione nulla facta) & recipiendi à Consanguineis munera facultatem Iudicibus adstruit, & sinistram remouet suspicionem. Eiusquè in id textus decisionem æquè Affines continere, eandemquè naturam, & conditionem sortiri ab Affine Episcopo factam donationem, affirmat cum Petro de Petrus, & Couar. relatis ab ipso, Augustin. Barbos. *in collect. ad eundem textum, num. 4. vers. Deinde intellige de Affine*, recentioris impressionis Lugduni anni 1636.

Ex quibus omnibus, † quoquo modo dictæ legis primæ verba lecturæve sumantur, ex eis, mentequè, aut ratione illius (quæ vbi est eadem, idem adest ius, non per extensionem quidem, sed per comprehensionem, *l. Illud, 16. C. de Sacrosanct. Eccles. l. His solis, 7. vers. De cæteris, C. de reuoc. donation. l. Item veniunt, 21. §. Ait senatus, D. de petition. haredit.* cum aliis congestis à Nobis *in Axiomatib. iuris lit. R. num. 16.*) Consanguineorum exceptione Affines contineri, palam est, cæteraquè ad rem hanc spectantia in Consanguineis dicenda, æquè ad Affines pertinere.

Hæc autem à Consanguineis munera recipiendi Iudicibus concessa facultas † limitem non recipit, sed in infinitum se protendit, vt loquela vtar Marcelli *in d. l. Lex Iulia, 7. D. ad leg. Iul. repetundar.* dicentis: *Apparet autem quod lex ab exceptis quidem in infinitum capere permittit.* A quo & loquendi modum, & conclusionem mutuatus Accursius est *in d. l. 1. verb. A sobrinis* & cum eo plerique ex supra citatis, & Farinac. *d. quæst. 111. num. 147.* explosa, & merito, quorundam sententia, de quibus mentionem facit *in eadem l. 1. verb. A sobrinis*, & Boëri. *decis. 153. num. 27.* ad centum aureos in anno eam restringente ineptè, aduersus non modo expressam Marcelli relatam decisionem, sed rationem metipsam manifestam. Cum enim inter Consanguineos prohibitionis causa esset (nigræ scilicet suspicionis) honestamquè recipiendi necessitudo introducat: cur quos natura seiente, charitas, & amor, consanguinitatis nexu alligatus, largitatis fructus produxit; nequitia, illiusve suspicio (quæ longe à iure exulat, & in hoc maximè casu) sterilet, aut minus vberes reddat, se nihil malitiæ in datione vsurpet, nil in receptione turpitudo vindicet, sed totum Consanguinitatis dilectio, & syncceritatis honestas condecoret?

Alia causa erit, † si puritas hæc in dante, aut recipiente deficiat, & Consanguinitatis prætextu iusti amotis candor iniustitiæ fæditate nigrescat, & sanguinis iure, vinculoquè laxato, officij intuitu, quid recipiat à Consanguineo Iudex. Repetundarum enim crimen, ac si ab alio acciperet, tunc committeret, similiterquè puniretur, vt docent Glossa *in d. l. 1. §. Asobrinis, vers. Et dic, D. ad leg. Iul. repetundar.* & *ibidem.* Albericus *vers. Et non ratione officij, & in l. Eadem lege, §. Iulia, in fine, vers. Et sic non ratione officij, & in d. l. Lex Iulia, num. 1. D. eod. tit.* Cynus *in l. 1. num. 4. vers. Aut ratione officij, & ibi etiam* Angelus *C. eodem tit.* Tiber. Decianus *d. lib. 8. cap. 40. num. 1. & 8.* Farinac. *d. quæst. 111. num. 149.* Auend. *d. cap. 2. num. 6. vers. Limitanda*, Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 11. num. 70.*

In dubio autem † contemplatione potius sanguinis, & meritorum, quam officij donatum, non modo relata iura (quæ licitas huiusmodi donationes, & acceptiones pronuntiant, quæque siniſtram in eis præsumptionem auertunt, adducta per Glossam *in d. verb. A sobrinis*) probant; sed manifeste ostendunt vt & exclusiua delicti coniectura sumatur, & naturali magis, quam accidentali; & adulterinæ causæ tribuatur, iuxta vulgares iuris regulas, de quibus Nos *in Axiomatib. & locis commun. iuris, lit. D. num. 55. & lit. C. num. 52.* memoratasquè *supra proximè num. 22.* rationes. Tametsi, nullo iuris iactato fundamento, contraquè præfata, in dubio, officij intuitu, & inter Consanguineos, datum, acceptumquè videri, dicat Bobadilla *citato proxime loco.* Cuius aut timorem, aut ausum non mirari non possum. Esto enim quod in Iudicibus aliis Consanguinitatis, aut Affinitatis vinculis non alligatis concussio potius quam spontanea præsumatur donatio (vt affirmat Glossa *in l. vnica, C. de salgano hospitib. non præstando, lib. 12.* per textum ibi *in l. Deuotum, 5. in fine, C. de metatis & epidematic. in l. fin. §. Vt autem, C. de re militar. eodem libro, in l. 2. C. Ne vrsticani ad vllum obsequium denocentur, lib. 11. in l. vnica C. ne opera à collatorib. exigantur, lib. 10. in l. 1. & 3. C. de eroga. milit. annon. lib. 12. in l. vnica, C. de raptu virgin. & in l. Solent, 6. D. de offic. Proconsul.* Quarum etsi quædam in id non multum adstringant; quædam in suo quoquo speciali casu loquantur: at probant manifeste aliæ, & vera, firmaquè regulariter conclusio est, in facto contra iuris prohibitionem, hanc secum malignam merito præsumptionem trahente, vt cum multis, tradit Augustin. Barbos. *in collect. ad cap. Non sane, 14. quæst. 5. n. 7.* nisi aliæ, quæ eius malignitatem temperent, adsint; de quibus Annotationibus sequentibus agendum:) In Consanguineis, seu Affinibus totum prorsus oppositum, cum inter eos & donationem fieri lex permittat, & receptionem licitam honestamquè reddat. Quod nullatenus ipsa quoque lex (cum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rationabilis esse debeat) efficere posset, si malitiæ, seu iniquitatis suspicione talis donatio & receptio laboraret, cum non debeat esse vinculum iniquitatis, aut illi viam aperire, iuxta late notata à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. L. num. 42. & seqq. vsque ad num. 47.* Sed quia donationem receptionemque, summo quidem iure, licitam iudicauit, permisit, ex honesta & naturali ratione factam sensit, quam secum ex natura ipsa sanguinis coniunctio trahit: ob quam specialia multa in iure aduersusque illius strictas regulas repetiuntur concessa, *in l. 1. D. de in ius voc. in l. 2. §. Prætor ait, D. qui satisd. cog. in l. Qui cum vno, 4. §. fin. in l. Milites agrum, 13. §. Desertorem, D. de re milit. in cap. Sciant cuncti, 22. de elect. lib. 6. in cap. Quicunque, 11. de sentent. excommunic. eodem lib. & ibi:* Barbos. *num. 3.* ab eoque citati, cæterisque iuribus vsque nunc memoratis. Plurimos etiam Consanguinitatis, seu Affinitatis effectus tradunt Glossa *in Clement. Grauis, 2. de sentent. excommunic. verb. Quomodolibet*, ibique à Barbosa congesti *num. 6.* Romanus *in l. Edicto, num. 9. D. in ius vocati vt eant*, Camil. Gallin. *de verborum significat. lib. 10. cap. 23. per tot.* Petrus Surdus *cons. 22. num. 10.* Inter quos non infimum locum tenet noster, de quo sermonem vsque nunc protrahimus, vtque donationis præsumptionem inducat, vt docet Glossa prima *in l. Qua dotis, 34. D. solut. matrim.* & cum multis Mascard. *de probationib. conclus. 554. num. 40. & 43.* Surd. *d. cons. 22. num. 20. & cons. 534. num. 12.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 1. num. 9.* etsi *sequentibus* modum ponat, Iacob. Mandel. Albens. *cons. 2. num. 2. & 8.* vbi quod propter consanguinitatem præsumitur donatio, etiam si alia causa quam donationis possit cogitari, si non fuit expressa, *& consil. 12. num. 7.* Limitationem per hoc assignantes conclusioni communi, quod non præsumatur donatio. Quam & plene comprobauimus *de priuil. pauper. 1. p. quæst. 21. n. 2. & seqq. & in Axiomat. iuris, lit. D. num. 214. & seqq.* Præmaximeque limitatio procedet, vt delicti excludatur præsumptio, vt cum Alciat. Fortun. & aliis, obseruant Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 23.* Fatinac. *4. p. consil. 60. & ibi addit lit. G.* Idque fortius vbi non tam de donatione dubitatur, vt hic, quam cuius contemplatione facta censenda sit. Quo in casu sublataque donandi, recipiendique prohibitione cuilibet benemerito donatum, non contemplatione officij, sed personæ, & vt cuilibet alteri donatum censeri; extra quæstionem putat Baldus *consil. 378 Præmissis verbis, num. 2. in fine, lib. 2.* cum eo, multisque aliis, Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo Donatione largitus, num. 64.* plene Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 27. per tot. præcipuè num. 7.* Sicque donatum recipientem suum efficere, neque tanquam contemplatione officij datum aut acceptum restituere debere, dixere Glossæ *in l. Qui proprio nomine, 46. §. Procurator, verbo Nomine, D. de procuratorib. & in l. Si vero, 65. §. Ité quidquid. verbo Quasi ad patronum. D. solut. matrim.* qui & pro hac sententia est optimus textus.

Quod si officiali bene merito donatum, non officij contemplatione, sed vt cuilibet priuato donatum censetur: quanto magis Consanguineo, seu Affini, coniunctionis, & non officij contemplatione intelligetur donatum? Ad præsumptionem etenim donationis inducendam, & ad illius contemplationem, discernendamve causam, potentior etiam meritis, est ista coniunctio sanguinis. Quæ veluti facit, vt ipsa, meritisque simul in donatario concurrentibus; non ex meritis, sed ex coniunctionis affectu donatio facta videatur, vt per textum *in l. Tutor petitus, 31. §. Quæ tutoribus, D. de excusationib. tutor.* docet Romanus *in d. l. Edicto, D. in ius vocati vt eant, num. 9. col. 1. ad finem.* Estque adeo efficax, vt causæ quoque piæ, ipsiusque Ecclesiæ fauorem (qui tantus est, vt *de priuileg. miserabil. personar. 3. p. quæst. 8.* sumus prosequuti) in hoc superet, donatumque à Consanguineo, vel Affine Ecclesiæ Prælato, non Ecclesiæ contemplatione, sed Prælati ipsius censeatur donatum, vt & diximus *supra num. 20.* & tradunt, præter ibi relatos, Alciat. *de præsumpt. regula 1. præsumpt. 28. num. 1.* Mascard. *de probationib. conclus. 559. num. 5.* Quodque magis est, etiam si nomine Dignitatis donatio fiat, vt (cum multis etiamque in donatione amico solum facta loquentibus) tradit Carol. de Graf. *de effectib. amicitiæ, num. 109. & 110.*

Cum ergo huic assertioni, relatisque doctrinis prohibitio (quæ alias obstaret) impedimento esse non possit, cum nulla extet, expressa potius à Lege, & ratione facultas à Consanguineis dona recipiendi: & vbi prohibitio non adest, necessitudinis, & sanguinis vis cæteras in hoc præsumptiones aut vincat, aut tollat, vt ostendimus: adduci non possum vt credam, in mentem viri alioquin erudici, venisse, vt diceret: in dubio donationem à Consanguineo Iudici factam, contemplatione officij factam videri: propensiorque ero vt existimem, comprehendere noluisse Consanguineos, seu affines, contra expressam iuris determinationem, sed in cæteris regulariter loquutum, tametsi numeri series, & orationum compago coniunctos includant. Ipsius enim ob merum excusatio (quem non semel hac in thesi, hocque eodem numero, vt sequenti videbimus, opinionibus suis indicauit) Iudici, ac viro probo omnino inverecunda, & sibi, & aliis periculosa. Securitatem conscientia præstat, non externis adminiculis eget, sui testimonio contenta est. Sine timore profetenda veritas. Ego *nihil opinionis causa, omnia conscientiæ faciam*, cum Seneca *de vita Beata, cap. 20.* Nam *quilibet nostrum debuisset aduersus opiniones malignas satis fiduciæ habere in bona conscientia*, monitore ipso *de Clement. lib. 1. cap. 15. Quæ* (vt ipse idem de benefic. libro 4. capite 21.) *etiam obruta delectat, quæ contioni aut famæ reclamat, & in se omnia reponit, & cum ingentem ex altera parte turbam contra sententiam aspexit, non numerat suffragia, sed vna sententia vincit. Si vero bonam fidem perfidia supplicijs affici videt, non descendit*

die è fastigio, sed supra pœnam suam consistit. Conscientiæ rectè, famæ mendacia videt.

Quia non præiudicat contumelia bona conscientiæ, Diuo Ambrosio teste *de interpellatione Iob. lib. 2. cap. 5.* nec item *eget defensione verborum, qua suo nixa est testimonio, ipsa sui Iudex*, ipsiusmet Ambrosij *in exposit. Psalmi 38. vers. Obmutui, & humiliatus sum. Erit quidem virtus contenta candore conscientiæ, vbi sequi non poterit odor famæ*, Bernardi *super Cantic. serm. 71. col. 2. ad med.*

Non claudimus ob prædicta rationabili suspicioni locum, si tam vrgens sit, vt facilem congruumquè præbeat aditum: vt si supra modum donatio sit, dantis, loci, temporisquè etiam qualitate attenta, si dantis, aut etiam recipientis non probata sit vita, aliæve similiter astringentes occurrant, quæ & inquisitioni causam præbeant, & probationem, si quæ fuerit, officij, iustitiæquè contemplatione fuisse donatum, adiuuent.

Eodem pariter gressu, *eodemque numero 70.* ipsemet Bobadilla relapsus est, † Marcelli regulam in dicta lege nostra prima à Consanguineis munera recipiendi facultatem concedentem, intelligens cum extra Iudicum territorium degunt, neque litem habent, tuncquè licitam receptionem dicit, aliter consequenter negat. Quod, vt magis miteris, quasi in dubium, nec Iuris, nec Doctorum auctoritate confirmat, cum oppositum videatur in dubium. Ab alterius enim ditionis hominibus litem non habentibus, neque Iustitiæ, aut officij ratione donantibus, etiam si nullo consanguinitatis nexu iungantur, dona recipere, nequaquam Iudicibus iura prohibent, sed concedunt, vt *hac ipsa Rubrica, Annot. 9.* constabit. Consanguinitatis ideo qualitatem, siniſtram auertentem suspicionē, adeoquè, vt diximus, in his operantem, Marcelliquè exceptionem, etiam in proprij territorij ciue, locum habere, prædictumquè sortiri effectum, necessario dicendum sequitur, vt aliquid speciale Consanguinitas operetur. Si enim id non efficeret, nil equidem hoc in casu, vt expendimus, operaretur, inanisquè remaneret *dicta legis prima ad leg. Iul. repetundar.* dispositio, & ex ea indubitata conclusio, communisquè Doctorum sententia *supra n. 1.* relata. Quod quantum ius abhorreat, quantum à naturali ratione distet, nemo est qui non videat, demonstrantquè notata *supra num. 3. 4. & 5. proximeque numero præcedenti* latè deducta.

Hoc vnum superest Bobadillæ opinioni præsidium, dictæ legis primæ per nouiores correctio: qua extante (veluti coniunctionis naturalis hac in parte à legibus affectu sublato ad extraneorumquè mensuram, normamquè Consanguineis pariter reuocatis) illius procederet opinio: dictæ verò legis decisione stante (vt supponit ipse) illius opinio corruat, necessum, vt diximus, est. Correctionem persuadere recentiora iura videntur, quæ generaliter à persona qualibet munus quodlibet Iudices recipere vetant, idque ante officij administrationem iurare præcipiunt, *in auth. insuper iurand. quod præst. ab iis, & §. Iuro quoque, auth. vt Iudices sine quoquo suffragio, §. Scriptum est exemplar, coll. 2.* & Regia *præcedenti Annotatione* relata. Lexque generaliter loquens generaliter intelligi debet; neque distinguendum est vbi lex non distinguit, vt vulgatia iuris Axiomata habent, de quibus *in nostris lit. L, num. 50. & seq. & num. 55. & lit O, num. 17.* Præcipuè in vniuersali negatiua, de qua agimus, quæ plus negat, quam affirmatiua affirmat, & nullum casum non comprehensum relinquit, vt ibi pariter adnotamus *lit. N. num. 30.*

Tum quia cum iuramenti formula à præfatis legibus Iudicibus præscripta, sit de non recipiendo quidquam à persona qualibet: debet: † in specifica forma adimpleri, *cap. Ad nostram, 1. in ord. 7. de iure iuran.* cum plurimis adductis *in Axiomatibus nostris, lit. I. num. 152.* vt in specie, præsentisquè inspectionis terminis, obseruat Auendan. *de exequen. mandat. Reg. p. 1. c. 2. n. 4. v. Et iuramentū.*

Sed illæsa nihilominus dictæ legis primæ dispositio, ex eaque tradita conclusio manet; & facilem contraria solutionem admittunt. Primum, † quia lex posterior generaliter, & indistincte loquens (seu affirmatiuè, seu negatiue loquatur) per specialem antiquiorem intelligitur, & limitatur, nisi verbis expressis illi deroget, aut contradicat, *l. Sciendum, 15. D. qui satisd. cog. & ibi Glossa verbo Non compelli, l. Quamuis, 21. D. de in ius voc. l. Filius famil. 38. iuncta lege 1. D. ad S.C. Maced. l. Iuris gentium, 7. §. Si paciscar, D. de pact. iuncta lege Transigere, 18. C. de transaction. & ibi Glossa verbo Prohibitum, auth. Offeratur, C. de litis contest.* vbi notat Baldus *num. 12.* & vna aliam supplet. *l. Non est nouum, 25. cum duabus seqq. D. de legib. l. 2. C. de bonis quæ liber.* Ad hancque intelligentiam, & restrictionem ex alterius legis dispositione necessario astringimur, vt dicunt Ias. *in l. Triticum, num. 6. D. de verbor. obligation. & in d. l. Sciendum, num. 4.* post Bart. *ibidem, num. 1.* postque multos alios, P. Thomas Sanchez *de Matrim. lib. 2. disput. 24. num. 6.* Osasc. *decis. 30. num. 18.* Mari. Giurb. *in consuetudin. senat. Massanens. cap. 1. glos. 2. num. 9. p. 1.* præter alios citatos à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. L, num. 53. & seqq.* Quam doctrinam adeo veram *vbi proximè* Sanchez profitetur, *vt procedat, licèt in lege noua sit clausula* Non obstante, *debet enim intelligi, lege contraria, qua non possit cum hac sustineri per aliquam limitationem, vel distinctionem, vt auth. de succeſſ. ab intest. circa princ. & docet ibi Glossa verbo Vacantibus, Barth. super Extrauag. Ad reprimendum, §. Non obstantibus, num. 6. & d. l. Sciendum, num. 2. vbi Ias. num. 4. & idem Ias. l. 1. num. 9. D. solut. matrim. Imò* (vt Sanchez ipse prosequitur ibi) *licet anteriores leges abrogata sint, sunt iuxta illas, recentiores explicanda, l. Non est nouum, D. de legib. & ita docet cum Bart. Ludouicus Gomez. regul. de triennali, quæst. 61. vers. Tertius intellectus, Burg. de Paz in l. 1. Tauri, num. 570.* recentius D. Ioannes à Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 6. num. 62.* aliis relatis, & *num. 83.* Nos *in Axiomat. iuris, lit. A num. 178.* Neque aliquo modo, cum

25

26

27

28

vitari

vitari correctio potest, facienda est; *l.* 1. *D. de inoffic. dot.* cum cæteris, de quibus *in Axiomatibus nostris, lit. C. num.* 229. Maxime cum lex antiqua specialem casum designat (vt nostra efficit) cui nullatenus recentior lex generaliter loquens derogare velle intelligitur, vt cum Antonio Gabriele, Azcuedo, & aliis, tradit *vbi proximè* Sanchez.

29 Quinimo ad restrictionem † recentioris legis generaliter loquentis non desideratur lex distincte loquens, specialemve casum excipiens, sed sola particularis ratio sufficit, ex eaque lex generalis iure restringitur, & limitatur, *l. Cum pater*, 79. §. *Dulcissimis*, *D. de legat.* 2. *l. Si de certare*, 31. *C. de transact.* docent Sanchez *repetito loco*, & alij relati à Nobis *dictis Axiomat. iuris, lit. L, n.* 62. *&* 63. Sed vtrumque in casu nostro adest, & lex excipiens, & ratio discriminans, suspitionemque amouens.

30 Ad secundum † esto quod iuramentum Iudicibus præstari iussum, præfatam argumento contrario absolutam formulam contineret, quam non continet, sed officij ratione, Iustitiæque respectu, contemplatione & intuitu, vt ex dictorum ibi iurium, & *Annotatione præcedenti, n.* 15. serie deduci potest: adhuc iuramentum simpliciter, generaliterque prolatum, secundum ius, illiusque restrictionem, seu limitationem interpretandum, & intelligendum est, vt tradunt Abbas *in c. Veniens, n.* 4. *de iureiur.* Seraphin. *de iuament. primileg.* 47. *n.* 79. Lessius *de instit. & iure, lib.* 2. *c.* 42. *dub.* 4. *n.* 42. vbi quod quando promissio habet aliquam taciram conditionem, vel restrictionem, iuris dispositione, iuramentum illi promissioni appositum, eandem censetur restrictionem habere. Allegat etiam Couarruuiam *in cap. Quamuis pact.* 2. *p.* §. 4. *in princip.* id quod sæpè repetit, & communem dicit. Neque aliter intelligitur, qui iuramentum præstat, iurare. Ita Sanchez *in præcept. Decalog.* 1. *p. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 16. *&* 17. Verbaque & dispositio quælibet secundum subiectam materiam intelliguntur, & ad eam, quantumuis generalis dispositio sit, reducuntur, restringunturque, *l. Fluminum*, 24. §. *Hæc stipulatio*, *l. Damni infecti*, 43. *D. de damn. infect. l. Cum manu fata*, 80. *in fine*, *D. de contrahend. empt. l. Si stipulatus*, 4. §. *Verum*, *D. de vsur.* Et quantumuis generaliter præstitum iuramentum sit, actus naturam, iurisque determinationem respicit, & secundum eam intelligitur præstitum, sequiturque naturã actus cui apponitur, *l. fin.* (communiter in id à Doctoribus allegata) *C. de non num. pecun.* Vbi qui quantitatem accepisse, eamque se restituturum iurauit, nequaquam exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere prohibetur. Cui concors est *lex* 27. *v. Otrosi decimos, tit.* 11. *p.* 3. quæ ad iutamenti obseruantiam, præsumptam iurantis considerat mentem, contractus naturæ, iurique conformem. In idem *l. fin. D. qui satisd. cog. l. Sed etsi possessori*, 39. §. *Item si iurauero*, *D. de iureiuran. l. fin. D. de liber. caus. l. Si libertus ita iurauerit*, 30. *D. de operib. libertor.* consonat *lex* 24. *v. Emprosi, tit.* 4. *p.* 3. *cap. Quemadmodum*, 25. *c. Petitio*, 31. *de iureiuran. cap. Ex parte*, 13. *de Cleric. non resident.*

Gabr. de Velasc.

Conclusionem præfiniunt, materiamque late prosequuntur Titaquel. *in præfat. legis Si vnquam, C. de reuocand. donationib.* Conarr. *in Rubr. de testament. par.* 2. *n.* 29. Gutierez *de iuramento confirmat. p.* 1. *c.* 37. *n.* 13. *&* *seqq.* Seraphin. *de priuileg. iuramen. primileg.* 39. *n.* 7. Lessius *de instit. & iure, lib.* 2. *c.* 17. *dub.* 7. *n.* 51. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disp.* 14. *n.* 3. & multi alij, quos recensemus *in Axiomatibus iuris, lit. I. n.* 148.

Ex quibus resolutio manet: generalem iuratam promissionem, nil à quoquam muneris recipiendi; Consanguineos à lege nominatim exceptos, eo quo diximus modo, non comprehendere. Quod insuper confirmatur ex eo, † quod non amare aut acerbè iura- 31
mentum eiusque obligatio accipienda sit, vt inquit Glossa *in d. cap. Ex parte*, 13. *de Cleric. non resident. verbo Periurium.* Neque immodice quem se obligare velle censendum, vt in specie Celsus decidit *in d. l. Si libertus iurauerit.* Iuramentumque generaliter præstitum † restringendum esse quantum fieri po- 32
test, vt minus obliget iurantem, dixit (cum Abbate *in cap. Cum clericis in fine, de verbor. significat.*) Sanchez *de Matrim. lib.* 1 *disp.* 9. *num.* 11. & repetit *in præcept. Decalogi*, 1. *p. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 9. Vbi enim de obligatione contrahenda agitur, strictam faciendam interpretationem, docet textus *in l. Quidquid astringenda, D. de verbor. obligat. & in cap.* 1. *de iure iuran. lib.* 6.

Hæc quidem † nisi iurans aliud intendat, 33
seque in omnem casum absque exceptione obligare velit. & hoc præcogitans, ea mente iurarit: tunc enim in omni casu teneri, iuramentoque astringi, indubium est, notatque Lessius *dicto lib.* 2. *c.* 17. *dubit.* 7. *n.* 51. *c.* 18. *dubit.* 10. *n.* 73. *& cap.* 42. *dubit.* 4. *n.* 22. Qua de re Nobis etiam inferius agendum.

VTRVM ABAMICIS DONA recipere Iudicibus liceat?

SVMMARIVM.

1 *Pars affirmatiua argumentis roboratur.* & numeris seqq. vsque ad numerum 8. Ex numero 9. cum seqq. *contraria sustinetur, modo ibi intellecta.*
Amicitia non vulgaris consanguinitatis vices sustinet, imò sæpè potentior Consanguinitate est. ibi.
2 *Lege Iulia repetundarum non donatio qualibet, sed sordida prohibita est.*
3 Sordes *auaritiam, lucrum damnabile, & illiberabile significant. Damnatioque* Sordium, *pecunia Iudicem corruptum manifestat. Et an semper id, vel quod aliud significent:* & num. 19.
4 *Valde inhumanum est à nemine accipere.*
5 *Donatio, seu receptio munerum, suo genere, ex natura rei, vel ex suo obiecto mala non est, nisi ex circumstantiis fiat. Et quando fiat?* num. 10.
6 *Sensus legis* Lex Iulia, 7. §. 1. D. ad legem Iuliam repetundarum, *& num.* 21.

7 *Restrictio Doctorum ad centum aureos in anno, quos recipere Iudicem ab amicis posse dicunt; an iure subsistat?*

8 *Iuramentum qualiter præstitum intelligendum sit remissiue,* & num. 21. in fine.

10 *Regulæ standum, & inhærendum est, dum de exceptione non constat.*

11 *Casus exceptus firmat regulam in contrarium. Et an qui suis alios quam in exceptione contentos, etiam ex similitudine rationis, excludat exceptio?*

12 *Vt extensio de similibus, seu aquiparatis ad similia, seu aquiparata fiat; omnimoda similitudo desideretur, imò & rationis identitas.*

13 *Inter Consanguinitatem & Amicitiam dissimilitudo adest: & in quibus versetur?* & num. seq.

Causa naturalis longe potentiores effectus quam accidentalis producit, fortius, & valentius astringit. ibi.

Lex an velit Iudices ab amicitiis relegatos? ibid.

14 *Dispositio loquens in casu vero an ad fictum extendatur?*

15 *Extensio fieri debet cum eisdem qualitatibus.*

16 *In publicum favorem prohibitio manauit ne munera Iudices recipiant. Estque exorbitans à iure, & odiosa indefinita & generalis acceptionis permissio.*

In odiosis, exorbitantibus, & correctoriis, etiam ex identitatis ratione non fit extensio. ibid.

17 *Via fraudibus modis omnibus præcludenda est.*

18 *Post nouiora iura Codicis, Authenticorum, & Regni, an esculenta recipi à Iudicibus possint?*

19 *Argumentis contrariis satisfit.* & n. seqq.

21 Glossa in L. 1. D. ad legem Iuliam repetundarum, verbo *A sobrinis an id dicat, ad quod frequenter à Doctoribus allegatur: Quidque ipsa proferat?*

ANNOTATIO IV.

QVIBVS rationibus à Consanguineis *præcedenti Annotatione* dona recipere Iudicem posse diximus:

1 † eisdem ab amicis posse, dicendum quoque videtur; cum Consanguinitatis vices Amicitia, non vulgaris saltem, teneat, iisdem regulis metiatur, imo sit sæpè potentior, & Consanguinitatem superet. Qua in re probanda, non immorandum nobis est, quam veluti comprobauimus, & ornavimus affatim *in Axiomatib. & locis communibus iuris, lit. A. n. 246. & seqq. & in repetitione legis Miles ad sororem, 77. D. delegat. 2. verbo Ad sororem, num. 32.*

2 Secundo, † quia lege Iulia repetundarum non donatio quælibet, sed *Sordida* prohibita est Venulei sententia *in l. Eadem lege, 6. §. Lege Iulia, D. ad legem Iuliam repetundar.* vbi legis Iuliæ repetundarum sanctionem explicans, in eaque contenta manifestans; hoc præcipuum designat: *vt vrbani Magistratus ab omni* Sorde *abstineant.* Sordes autem † lucrum damnabile demonstrant, & pretio indicant Iudicem corruptum, *l. 3. §. Tametsi neminem, vers. Finge enim, & l. Sed etsi in seruum, 9. §. Sicut & alij, D. de recept. arbitr. l. 3. C. eodem tit. l. si filius fami. 15. §. fin. D. de indic. l. Sed etsi per Prætorem, 26. §. Item per Magistrum, D. ex quib. caus. maiores, l. Si per imprudentiam, 51. D. de euictionib. l. 3. §. Nunc videndum, & ibi Glossa verbo Aut quod sordide, D. de suspect. tutor. cap. 1. & ibi Glossa, verbo Vel per sordes, de sent. & re iudic. lib. 6.* Comprobatque illud Osee cap. 5. v. 11. *Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sordes.* Damnatumquè *Sordium,* pecunia corruptum, & repetundarum damnatum significari, est apud Plinium Iuniorem, *lib. 2. epistolar. epist. 11. Arriano suo,* Quintilianum *Oratoriar. instit. lib. 4. cap. 1. & 6.* & Ciceronem *lib. 2. de offic.* dicentem: *Male agitur, & Sordide, cum quod innocentia, vel virtute offici debet, id tentatur pecunia.* Per *Sordesquè* Auaritiam denotari, & pretium, quod per eam illiberaliter quæritur; obseruat Martinus Nauarrus *in extrauag. Ab ipso, de datis & promissis pro Iustitia, vel gratia obtinend. notab. 3. n. 4. vers. Secundo.* Cui & Horatium adiungere ineptum non erit, *Sermon. satyr. 6.* sic & se excusantem, & accusantem alios:

Si neque auaritiam, neque sordes, ac mala lustra
Obiiciet vere quisquam mihi.

Datum autem, receptumque ab amico † non quidem officij, sed beneuolentiæ ratione, nullatenus continet sordes, auaritiam, lucrum illiberabile, seu improbatum legibus, sed conforme beneuolæ actionis naturæ, & quia *valde inhumanum est à nemine accipere,* vt in huiusce inspectionis terminis Vlpianus inquit *in l. Solent, 6. §. Non vero, D. de offic. Proconsul.* Quod si ab aliquo munus accipere Iudici fas est, à quo potius quam ab amico, & se altero? 4

Tertio, † quia datio seu receptio munerum, suo genere, seu ex suo obiecto non est mala, nisi ex circunstantiis fiat, vt in hac specie docent Nauarrus *dicto notabili 3. n. 5. v. Ad quintum,* Molina *de Iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 88. col. 3. vers. Secundum,* hæc proferens: *Interdum tamen posse fieri, & accipi sine vllo peccato; vt quando ex amicitia datur aliquid Ministro publico, etiam si amicitia habuerit ortum ex eo quod sit Minister publicus: aut quando ex gratitudine, & gaudo rei iuste obtentæ, aliquid ex mera liberalitate illidatur. In huiusmodi namque donationibus nihil vitij ex natura rei conspicio.* Tuncque relatæ *extrauagantis Ab ipso* pœnas incurrere *dantes, vel accipientes ea, quæ iure licet dare, vel accipere, ob meram liberalitatem, quamuis minus principalis respectus habeatur, etiam ad breuiorem, vel fauorabiliorem expeditionem,* asserit *dicto loco* Nauarrus *notabili 10. n. 36.* multis confirmans. Cui assentiuntur Martin. Bonac. *circa octauum Decalogi præceptum, disput. 10. quæst. 2. punct. 8. §. Incidens, propositione 1. num. 14. vers. Quoties dat, & vers. Hinc sequitur,* Azorius, & alij ab eodem Bonacina relati. 5

Quarto,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quarto, † adduco pro hac parte textum, qui pro contraria sonat, & allegari solet, *in leg. Lex Iulia, 7. §. 1. ad legem Iuliam repetundar.* dum in ea Marcellus ait: *Apparet autem quod lex ab exceptis quidem in infinitum capere permittit: ab iis autem qui hoc capite enumerantur; à nullo, neque vllam quantitatem capere permittit:* Eo autem capite enumerati, à quibus recipere vetat, sunt qui officij ratione aliquid Iudicibus offerunt, vt ex integro illius contextu apparet. Ergo si non officij, sed Amicitiæ intuitu donetur: sine crimine fiet acceptio, interquè Consanguineos exceptos locum tenebit Amicus.

Tandem sententiam istam (cum Glossa *in d. l. 1. verbo Asobrinis, D. ad legem Iuliam repetundar.*) tenent Cynus *in l. 1. num. 4. vers. Aut ratione Amicitiæ, C. eodem tit.* Albericus *in l. 2. post numer. 3. D. de condict. ob turpem caus.* Amodæ. *de syndicat. num. 169. vers. Sed cum Amicus*, Bossi. *in tit. de official. corrupt. pecunia, num. 3.* Menochi *de arbitrar. lib. 2. casu 517. num. 4.* Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 14. vers. Si enim Amicus aliquid donat Amicitiæ causa, nullus incurrit hoc crimen.* Quod repetit *cap. 8. num. 8.* Mascard. *de probationibus conclus. 164. n. 12. & seq.* Bertazol. *consil. 71. num. 30. lib. 1.* Quorum & relator, & assecla Farinacius extat *praxis criminal. 3. p. quæst. 111. n. 142.* Xamar. *de offici. Iudic. & Aduoc. p. 1. q. 20. num. 11.*

7 Bene verum est, † hanc recipiendi ab amicis, non officij prætextu, facultatem, restringere Farinacium, & plerosquè ex citatis proxime, ad centum aureos in anno. Quæ quidem restrictio non satis firmo argumento fulcita videtur, & notanter aduertit Ioan. Paul. Xamar. *vbi proximè n. 12.* Cuius rei insequentem Annotationem ponderatio seruatur.

8 Quod ad iuramentum † munera non recipiendi, præstari iussum, solutiones, rationesquè *præcedenti Annotatione n. 30. cum sequentibus* assignatæ deseruiunt, & *sequenti* quoque pertingemus, vt munera sordida, non autem liberalia, & sua natura secundumquè leges licita comprehendat.

9 Contraria † nihilominus pars (intellecta priori indefinitè, in qualibetquè etiam magna quantitate, magnove valore, de parua enim sequens Annotatio aget) vt secutior, veriot est. Cum à persona qualibet munus recipere dictricte Iudicibus iura prohibeant, late recensita *hac ipsa Rubrica, Annot. 1. & 2.*

10 Cui quidem regulæ † standum est, dum de exceptione non constat iuxta *legem Illud, 16. C. de sacros. Eccles. l. fin. C. de hæredib. instit. l. Apud antiquos, 21. C. de furt.* cum similibus citatis à Nobis *in Axiomatib iuris, lit. R. num. 46.* Exceptio autem solum de Consanguineis fit à quibus, sine muneris vel quantitatis præfinitione, Iudicibus recipere liceat, vt *præcedenti Annotatione* vidimus.

11 Neque ex similitudine, † aut paritate in Consanguineis hoc casu dispositum, ad Amicos trahi valebit. Multiplici quidem ratione. Primo, quia casus exceptus firmat regulam in contrarium, *l. Nam quod liquida, 4. §. fin. primo responso, D. de penu legat. l. Cum Prator, 12. D. de indic. cap. 2. de coniug. leproser.* cum plene allegatis à Nobis *dictis Axiomatibus, lit. C. numero 16. & lit. E. num. 90.* Et quosuis alios quam in exceptione contentos, ex similitudinis quoque ratione casus excludit, *dict. leg. Illud, §. Sin vero amplioris, C. de sacros. Eccles.* obseruantquè Baldus *consil. 458. numero 2. & 3. lib. 2.* quem refert, & approbat Cardin. Tusch. *practicar. conclus. lit. E. conclus. 422. numero 4.* Allegat Baldus textum, & ibi notata, *in leg. Vt perfectius, C. de annal. except. & in l. Ob æs, 12. C. de præd. minor.* vbi Imperatores Diocletian. & Maxim. dicunt: *Ob æs alienum tantum, causa cognita, Præsidiali decreto prædium rusticum minoris prouinciale distrahi permittitur.* Tametsi Glossa *ibi verbo Alienum tantum*, ad alios similes casus eius nihilominus decisionem extendat, in eosque procedere dicat, multis confirmans, & *in dict. leg. Illud, 16. C. de sacros. Eccles. verb. Alia causa.* Quarum sequitur vestigia, iudiciumquè probat Alexand. *consil. 130. incip. In causa, num. 4. in fine, & seq. vers. Nec etiam videtur obstare, lib. 4.* vbi quod omnia similia, & æquiparata exceptis, sunt exceptuata.

Adhuc tamen extensione ad similes casus exceptis concessa, in hoc neganda est. Quia vt extensio † de similibus, & æquipa- 12
ratis ad similia, vel æquiparata fiat, omnimoda similitudo desideratur, *ex l. Sticus, 28. D. de manum. testam.* Glossa *d. verbo Alia causa, in d. l. Illud*, Petr. Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 1. num. 9. consil. 393. num. 35. & decis. 119. n. 16. & 21.* cum aliis citatis per Nos *in Axiomat. & locis communi iuris, lit. A. numero 302. & 533.* Quinimo non sufficere omnimodam similitudinem, sed rationis identitatem requiri ex communi, Farinacius tradit *fragmentor. criminal. parte prima, lit. E. numero 60.*

Hic autem † non omnimoda similitudo, 13
aut rationis identitas, sed discrimen potius inter Consanguinitatem & Amicitiam adest, nouequè considero. Siquidem illa à Natura, hæc à fortuna, seu accidenti venit. Naturalis autem causa longe potentiores effectus quam accidentalis producit, fortius & valentius astringit, *leg. Eas obligationes, 8. D. de capitis diminut. §. Minus, instit. de hæreditatib. quæ ab intest. deferuntur, §. fin. instit. de legitim. agnator. tutel. §. Sed naturalia, instit. de iure natur. gent. & ciuil. leg. 3. D. de tutel præsertim in fine, leg. Filio quem pater, 23. D. de liber. & posthum.* Vnde, quamuis Consanguinitati, naturaliquè coniunctioni hac in specie Lex indulgeat, non & Amicitiæ æquè. Cui non modo in hoc Lex non fauet; sed ab ea Iudices vult esse relegatos: & *mandatis adiicitur, ne Præsides Prouinciarum in vlteriorem familiaritatem Prouinciales admittant*, teste Callistrato *in leg. Obseruandum, 19. D. de offic. Præsid.* Peccaretquè Iudex & commissione recipiendo, & excusatione, si ab Amico diceret recepisse

UAB Biblioteca de Ciències Socials

contra Legis interdictum. Tametsi vltimum non sine distinctione, moderamineque dictum, intelligendumque esse velimus, vt expendet *Annotatio sequens.*

14 Amicitia præterea † fictum gerit Consanguinitatis vultum. Dispositio autem loquens in casu vero, ad fictum non extenditur, *l. Ex ea parte, t 21. §. In insulam, D. de verbor. obligation.* & confirmat aliis Surdus *consil. 468. num. 3. & 4.* Quamuis neque & id dubio careat, ex adductis à Farinacio *fragmentor. criminal. d. p. 1. verbo Extensio, n. 217. cum duobus seqq.*

Dissimilitudo etiam ex eo deprehenditur,

15 † quod Doctores qui Amicos in Consanguineorum exceptione contentos putant, seu ad Amicos exceptionem præfatam extendunt, non idem peræquè, ex integroquè Amicis concedunt, quod Lex Consanguineis tribuit. Lex enim ab iis in infinitum Iudicibus recipere permittit: Doctores ab Amicis non nisi ad certam vsque quantitatem, aut valorem, vt vtrumque vidimus supra. Quod si omnimoda similitudo adesset, atque vrgeret; æquales vtriquè præstaret effectus, fieretque cum eisdem qualitatibus extensio, cuius hæc est natura, *l. Sed si manente, 5. D. de precario.*

Adhuc vero similitudine concessa, extentionisque ex eo capite facultate; ex alio

16 denegatur: † quod indefinitæ, & generalis acceptionis permissio odiosa sit, & in publicum fauorem prohibitio, vt expendimus infra *hac eadem Rubri. Annot. 12. numero 24.* In casu autem odioso, neque ex identitatis ratione extensionem faciendam, ostendit vulgaris regula iuris *in capite Odia, 15. de regul. iuris lib. 6. in cap. Renouantes, 6. dist. 22. in cap. Ne aliqui, 5. de priuileg. lib. 6. in l. Cum quidam, 19. D. de liberis & posthum.* obseruatque Farinac. *d. verbo Extensio, numero 115.* Idem in correctoriis, & exorbitantibus à iure affirmans *numero 130.* Quæ omnia simul ista in specie concurrunt, ne extensio fiat.

17 Dictis item pro hac parte accedit † consideratio fraudis, quæ Amicitiæ prætextu Legi fieri posset, quam longe amouere Lex voluit, cuique modis omnibus viam præcludendam iura proclamant *in l. Infundo, 39. §. 1. cum seq. D. de rei vindic. in l. Conueniri, 5. D. de pactis dotal. in l. Illud, 7. §. sed si negauerit, D. de tributor. action. in l. Si maritus, 15. §. Legis Iulia, verſ. Caterum, D. ad legem Iul. de adulter. in l. 2. C. de indict. viduit. tollend. in l. vnic. §. Ille etiam, C. de latina lib. tollend. in cap. vnico, in fine, extra. vt Eccleſiaſt. benefic. sine diminut. confer. in l. Cum ij, 8. §. Si cum his, D. de transact.* vbi Glossa *verbo Ne circumueniatur* similia iura allegat, Nosque similiter *in Axiomatibus iuris, lit. F. num. 165. & lit. M. num. 18.*

18 Denique † (post nouiora saltem iura Codicis, & Authenticorum, *in l. fin. C. ad legem Iul. repetundar. in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio fiant, §. Scriptum est exemplar, & in auth. iusiurandum quod præstatur ab iis qui administr. accip. coll. 2.*) neque ab Amicis amicitiæ etiam solo intuitu, munus datum accipere Iudicem posse, fatentur Angelus *in l. 1. in fine, C. ad legem Iul. repetundar.* Paris. de Put. *de syndic. verb. Corruptio, cap. 3. num. 3. in fine*, & his relatis Farinacius *dicta quæst. 111. num. 244.* Esculenta tamen excipit ipse idem. Qua de re, dictorumque iurium, & similium Regionum intellectu, latior nos *sequenti Annotatione* sermo expectat.

Euerso itaque præcipuo contrariæ opinionis fundamento, à similitudine Consanguinitatis, & Amicitiæ deducto, firmior hæc manet; & cætera aduersus eam facile corruent, solutioneque breui diluentur.

Secundum ex eo deficit, † quia licet *Sordidum lucrum* pro repetundarum crimine sæpè sumant leges non tamen ad eam solum speciem reducitur, sed omne indecens, & legibus improbatum continet, vt ex plerisquè locis pro contrariis citatis deprehenditur, ex Ouidio *lib. 1. Amorum, Elegia 10.* 19

Non habet euentus sordida præda bonos.

Martiale *libro 1. Epigr. 136. in Gargilianum:*

Sordidus nihil est, nihil est te spurcius vno,
Qui potes insidias dona vocare tua.

Quintiliano *oratoriar. instit. lib. 12. capit. 7.* de aduocationis, seu patrocinij quæstu hæc dicente: *Nec quisquam, qui sufficientia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit; hunc quæstum sine crimine Sordidum fecerit,* Cornelio Tacito *Annalium lib. 3.* de illorum temporum prauitate agente: *Tempora illa adeo infecta, & adulatione sordida fuere,* &c. & Seneca *de vita beata c. 22. Habebit* (Philosophus inquit) *amplas opes, sed nulli detractas, nec alieno sanguine cruentas, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis quæstibus.* In receptis per consequens contra legum decreta, etiam ab amicis verificatur.

Tertium, † quia etsi muneris datio, seu 20
receptio suo genere, natura, vel ex parte rei mala non sit, ex circunstantiis tamen mala fieri potest, vt oppositum argumentum continet: efficax autem ad malitiam iustæ legis præcepto contrauentio est, iubentis ne à persona qualibet munus recipiat Iudex. Nam *propter mala, & damna, quæ huiusmodi donationes, & acceptiones habere solent adiuncta, iure optimo lege positiua prohibentur. Estque in Principe potestas vt ipso iure nullas eas reddat,* veluti inquit Molina *de instit. & iur. d. 1. tom. tract. 2. disput. 88. col. 3. verſ. Tertium est.*

Nauarri verò assertio, eodem argumento relata, non circa terminos nostros, legumque munerum receptionem indistincte prohibentium versatur, sed circa *dicta Extrauagantis Ab ipso* dispositionem, *pro iustitia, vel gratia obtinenda* dationem, & receptionem inhibentis.

Quartum † quia decisio textus *in dict.* 21
lege Lex Iulia, 7. §. 1. ad legem Iul. repetundar. generalis est, comparatione facta de exceptis (ideſt Consanguineis, à quibus in

infinitum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

infinitum capere permittit) ad reliquos omnes non exceptos, à quorum nullo recipere munera concedit. Neque aliter subsistere exceptio posset, neque de exceptis ad non exceptos comparatio, si ad eos solum qui officij ratione munus præstarent, & acciperent, referretur, censereturque in eis tantummodo prohibitio facta: cum eo in casu nequaquam excepti Consanguinei existant, æqualiterque cum cæteris officij ratione munera dantibus delinquant, ac puniantur, vt prædiximus. Quare, cum etiam iuramenti vinculo secluso, munera Iudices recipere non valeant; solutio *numero octauo* præstita non penitus huic congruit casui: tametsi congrueret, & subsisteret, si quemadmodum in Consanguineis facta exceptio est, in Amicis fieret nominatim, iuxta dicta *Annot. precedenti.*

22 Denique † Glossa *in d. l. 1. ad leg. Iul. repetundar. verb. Ad sobrinis*, (cuius auctoritate, præcitati Doctores mouentur ad contrariam sententiam tuendam) non eam firmat; sed à consanguineis, non officij intuitu dantibus, in infinitum accipere licere; à cæteris (non Amicitiæ habito respectu, sed necessitatis ob officij tenuitatem, salariumque non habentis) vsque ad centum aureos in anno sponte donatos. Quod & latius *sequenti Annotatione* declarabimus, & an patua saltem munera ab Amicis recipere, Iudicibus fas sit, tanquam generali prohibitione non contenta? Quo in casu loquuntur Tiberius Decianus, & cæteri in contrario hoc finali argumento relati: qui specialem pro se rationem habet, continuò discutiendam.

AN IN PARVA SALTEM qûantitate recipere dona ab amicis Iudicibus liceat?

SVMMARIVM.

1. *Officij ratione, vt iustitia vel iniustitia fiat, nihil vel minimum dari aut recipi potest.*
   In simonia neque ex parte rei neque ex parte pretij dari paruitas potest, quin mortale contineat ibi.
2. *Iudex iustitiam vendens, quantumuis paruo pretio, an simoniæ vitium contrahat?*
3. *Vltra salarium, stipendium sportulasque taxatas an quidquam exigere, vel recipere ea ratione, prætextuque Iudex valeat?* & num. 13. & seqq.
   Intellectus textus in auth. iusiurandum quod præstatur ab iis, §. Iuroquoque, & in auth. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. §. Sctiptum est exemplar, 2. col. 2. *d. numer.* 3. & 12. *cum seqq.*
4. *Parua, vel magna quantitas non præfinitos habet terminos, sed ex temporum, & personarum conditione metitur.*
5. *An, & qua Amicitia Iudicibus interdicta sit? Quantum, quamque delectabile bonum?*
   Intellectus textus in l. Obseruandum, 19. D. de offic. Præsid. *ibi.*
6. *Parui gratuiti muneris, non officij ratione donati, receptio an aliquo iure Iudicibus prohibita sit?* & numer. seqq.
11. *Non quia possunt quandoque bene fieri quædam, passim facienda sunt.*
   Negatiua verbo Debet *præposita, necessitatem imponit, & actum aliter posse fieri vetat. Et an id perpetuum sit?* ibi.
14. *Sibi debet imputare Iudex, qui tenue acceptauit officium, ne vltra taxatum stipendium seu sportulas, aliquid exigat, recipiatve.*
16. *Correctio omnino vitanda est, & ad id interpretatio omnis facienda.*
   Interpretatio aptissima est, qua ex aliis iuribus dimanat. ibi.
17. *Dictio* Nil penitus, *& dictio* Omnis *cuius sint virtutis?*
18. *Dictio vniuersalis negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmat.*
19. *Parua, si specialem malitiam non habent, censetur à generali dispositione excepta, quia de paruis Lex non curat.*
21. *Amicitia Consanguinitatis vices habet. Et an si non per omnia, in præsentis inspectionis thesi, munerum receptionis: quatenus saltem?*
23. *Leges in præsumptione fundatæ in conscientia non obligant, si præsumptio in aliquo particulari casu deficiat, seu in his in quibus deficit veritas præsumptionis.*
   Cessante causa, vel ratione legis, eius dispositio cessat, etiam in foro conscientiæ. Cumque in aliquo casu particulari cessat finis adæquatus, & ratio legis, eius obligatio cessat. ibi.
   Constitutio continens aliquid non propter se principaliter, sed ad aliquem finem, an illaqueet transgressores ad pœnam etiam ratione peccati mortalis, si finis ad quem principaliter constitutio tendit, non violetur? ibi.
24. *Iuramentum* de non recipiendo quidquam *à Iudicibus præstitum, quem apte sensum recipere valeat?*

ANNOTATIO V.

ANNOTATIONE, præcedenti non ab Amicis quemadmodum à Consanguineis munera recipere Iudicibus fas esse, generaliterque munerum receptionem eis esse prohibitam sustinuimus: nunc an in parua quoque quantitate eadem prohibitio extet, discutiendum. Et antequam ad quæstionis decisionem descendamus, ad faciliorem eius intelligentiam aliqua supponamus oportet.

Primo quæstionem hanc nõ circa eas donationes versari, quæ officij intuitu, iustitiæ,

vel iniuſtitiæ faciédæ ratione præſtantur,&
1 recipiuntur: † ea enim de cauſa datas, ſeu receptas, iniquas, improbataſque omnino eſſe non ambigitur, quantumuis etiam in parua quantitate, eo reſpectu, donatio fiat. Quædam enim ſunt in quibus materia parua conſiderari nequit, vt ſimonia: in qua nec ex parte rei, nec ex parte pretij dari paruitatem poſſe, quin mortale contineat, probant Nauarrus *in comment. Extrauagantis Ab ipſo, de datis, & promiſſis pro iuſtitia, vel gratia obtinenda, not. ab. 10. num. 20. verſ. Per quæ omnia, & lib. 5. conſilior. in noua edit. tit. de ſimonia, conſil. 52. num. 3.* Suarez *de Religione tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 3. num. 4. & ſeqq.* Thomas Sanchez *in præcept. Decalogi, lib. 1. cap. 4. num. 1.* Caſtro Palao *tom. 1. tract. 2. diſp. 2. puncto 7. num. 4.* Paul. Layman *Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. num. 4.* Ioan. Sanchez *in ſelect. diſput. 15. n. 14* Molfeſ. *in ſumm. tom. 1. tract. 8. cap. 8. num. 67.* Antonin. Diana, aliis quoque relatis, *reſolut. moral. p. 5. tract. de paruitate materiæ, reſolut. 2.*

2 Quorum rationes multæ † in venditione Iuſtitiæ, quantumuis paruo pretio, vel munere, vrgent. Quæ cum virtus ſit, & per conſequens ſpiritualis, inæſtimabilis, & inuendibilis; æſtimari pretio nequit, vt multis ſimiliter mediis comprobat idem Martin. Nauarr. *dicto comment. notab. 32. num. 47.* Iudicemque ideo iuſtitiam vendentem ſimoniæ vitium contrahere, profitentur ipſemet Nauarr. *ibi notab. 3. num. 5.* Auiles *in cap. Prator, cap. 1. verb. Donacion, num. 24.* Molina poſt antiquiores à ſe relatos, *de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 5. num. 35.* Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 11. num. 21.* Petrus Gregor. *ſyntagm. iuris vniuerſ. 3. p. lib. 36. cap. 28. num. 6. in fine,* Farinacius *3. p. praxis crimin. quæſt. 111. num. 6. & ſeqq.* Maſcard. *de probationib. concluſ. 164. num. 10.* Tametſi latiore id ſignificatione contingat: neque adæquatio, argumentumque de vera ſimonia ad actionem inique pro pretio iudicandi, tam ſtricte procedit, vt æqualem malitiæ ſpeciem hanc vt illam tenere conuincat, æqualeque, etiam in materiæ paruitate, vtrique ineſſe peccatum.

3 Secundo ſupponimus † non eo hanc reſpicere quæſtionem: num Iudex officij ratione, ſtipendij, ſalarij, ſportularumve aliquid vltra ſibi ordinationibus, diplomate, ſeu conſuetudine taxatum, etiam eſculentorum, poculentorum, vel xeniorum nomine recipere, aut exigere poſſit? Hoc enim caſu, hocque reſpectu Accurſium loqui, & intelligimus, & cenſendum eſt, *in auth. iuſiurandum quod præſtatur ab iis qui adminiſtrationem accipiunt, §. Iuroquoque, coll. 2. verb. Annonis, & in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, §. Scriptum eſt exemplar, coll. eadem, verb. Auaritiam, & verb. Lex Iulia repetundarum,* vbi huiuſmodi etiam paruorum munerum receptionem, vltra eam, quæ dictis caſibus permittitur, licitam non eſſe ſentit: omiſſis aliis eis in id iuribus variis à Doctoribus interpretationibus, & ſenſibus traditis, de quibus videre eſt Bobadillam *in Politic. d. lib. 2. cap. 11. num. 47.* Farinac. *d. quæſt. 111. num. 251. & ſeqq.* & Auguſtinum Barboſ. *in collectan. ad cap. Statutum, 11. §. Inſuper de reſcript. lib. 6. num. 71. 72. & 73.* ne alios quos ipſi allegant, referamus. Quæ & Nos iura infra proxime ad quæſtionis noſtræ deciſionem reſumemus, expendemuſque latius.

Tertio, † paruam, vel magnam quantitatem, non præfinitos habere terminos, ſed 4
ex temporum, perſonarumque conditione metiri. *Nam magnitudo non habet certum modum: comparatio illam aut tollit, aut deprimit. Nauis quæ in flumine magna eſt, in mari parvula eſt: gubernaculum, quod naui alteri magnum, alteri exiguum eſt,* vt Seneca ait *epiſt. 45.* Cuius nunc auctoritate contenti, alias miſſas facimus, quas ſumus ad longum proſequuti *de priuileg. pauper. p. 1. quæſt. 4. num. 20. & ſeqq.* diſpoſitione neque pulchri, in ſpecie noſtra textus *in cap. Et ſi quæſtiones, 18. de ſimonia,* vbi equi, ſeu palafredi munus Cardinali à diuite datum, negotij quoque & temporis circunſtantia accedente; paruum iure Pontifex cenſuit, ab ſcrupulo de ſimoniaca labe conſultus.

Quarto, † non ſimplicem familiaritatem, 5
aut amicitiam, ſiue ante, ſiue poſt officium contractam, Legibus interdictam Magiſtratibus eſſe; ſed ſine delectu frequentem, ideſt, cum multis, paſſimque initam, niniam, & ad partialitatem (vt vocant) accedentem: quam verbo *Vlteriorem familiaritatem,* ſolum vetuit *lex Obſeruandum, 19. D. de offic. Præſid.* quod prædicta omnia comprehendit, maturo iudicio, & prouida animaduerſione à Legiſlatore poſitum. Quaſi Amicitiam in Iudice damnare non poſſe, aut debere cognoſcat: *Vlteriorem familiaritatem* (hoc eſt, *vltra quam expedit, rectaque ratio exigit,* id enim verbum iſtud ſignificat, vt illius ſede Calepinus noluit) damnet, ab eaque abſtinendum, & *ne Iudices in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant,* moneat: quemlibetque de Moribus Seneca monet: *Inimicitias tardè ſuſcipe, Amicitias exerce moderatè.* De hacque ſolummodo inordinata, & partialitatem inducente, inquirendum in ſyndicatu, aduertit Bobadilla *in Politic. lib. 3 cap. 9.* latius in id diuagatus; hac tamen conſideratione, legiſque huius intellectu ab ipſo, cæteriſque hac de re agentibus, prætermiſſis. In frequentem namque, & cum delectu Amicitiam, quam Virtus conciliat, Prudentia commendat, Neceſſitas, & Humanitas poſtulat: amat Natura; probant *lex Dini fratres, 17. D. de iure patronat. & l. fin. D. de offic. Præfecti vigil.* Quia *ſine Amico viſe ratio leonis, ac lupi vita eſt* aſſertore Seneca *epiſt. 19.* Etenim *nil tã æque oblectauerit animum, quam Amicitia fidelis. Quantum bonum eſt vbi ſunt præparata pectora, in qua cito ſecretum omne deſcendat: quorum conſcientiam minus quam tuam timeas, quorum ſermo ſollicitudinem leniat, ſententia conſilium expediat; hilaritas triſtitiam diſſipet; conſpectus ipſe delectet,* vt prudenter pingit, & conſiderat ipſe *de tranquilit. animi, cap. 7.* Diuus quoque Bernardus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

natdus *libro de ordine vitæ, col. 5. in fine*, sic eadem fere norma: *Magnum enim huius vitæ solatium est, vt habeas cui pectus tuum aperias: cum quo arcana participes: cui commitas secreta cordis tui: vt ames, & sequaris eum, qui tibi paterna pietate, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur, & in prosperis gratuletur. Fœlix talis societas, talis amicitia, qua nihil est in rebus humanis pulchrius.* Quæ à Diuo Ambrosio mutuasse videtur *de officiis, lib. 3. cap. 16.* Nec modo iucunda, sed necessaria adeo, vt *epist. 109.* dicat Seneca: *Sapiens non potest in habitu suæ mentis stare, nisi Amicos aliquos similes sui admisit, cum quibus virtutes suas communicet.* Sæpeque repetierat *epist. 9.* Quod Rectori maxime conuenit, adiutorio, iuuamine, consilioque indigenti, natura, omnique iure sapientibus quoque summopere desiderato. *Fieri enim non potest, vt salubriter Principatum administret, qui consilio sapientium non vtitur*, veluti Policrates scriptum reliquit. Quia *dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi vero sunt plures consiliarij, confirmãtur*, vt Sapiens *Proverb. 15. v. 22. & cap. 11. v. 14.* prædixerat: *Salus vbi multa consilia.* Vtque vetus prouerbium habet: *Nemo solus satis sapit.* Enimvero *intolerabilis superbiæ argumentum est, existimare se nullius egere consilio, sed vni sibi attentum esse, quasi solus possit sibi consilio decernere, quæ optima sunt*, vt D. Basilius inquit *in cap. 1. Isaiæ.* Probotum, sapientumque ideo Amicitia Iudici necessaria, *vt quoniam solitaria non posset virtus ad ea quæ summa sunt, peruenire, coniuncta, & consociata cum altera perueniret*, vt perbelle Cicero *de Amicitia* inquit. Multa erudite in id Cardinal. Gabriel Paleot. *de sacri Consistor. consultation. p. 1. quæst. 1.* Quintil. Mandos. *in glossa Facultatum, § Habita, verbo Consilio, pag. mihi 215.* Matthæ. Tymp. *in specul. Princip. signo 56.* Sapiens Rex noster Alphonsus *in proœm. & in l. 1. & seqq. tit. 21. part. 3.* Prouide inde *Ordinatio. 29. huius nostræ Regiæ Cancellariæ*, non indistincte Auditoribus Amicitiam cũ subditis, inhibet; sed limitate cõmendat: *y tengan mucho cuydado de no tener mucha conuersacion, ni trato con pleyteantes, abogados, y procuradores.*

His suppositis, succedit proposita quæstio. Cuius negatiuam partem † (neque scilicet in parua quantitate Iudicem ab Amicis, etiam gratuito, & beneuolo animo data recipere posse) persuadent *huius Rubricæ, Annotationis primæ* auctoritates, & *Annotationis tertiæ* argumenta *numero sexto, & septimo* relata, *præcedentisque numero 9. & 16.* Quæ ad lege, à persona quauis, paruam etiam quantitatem, seu paruum munus recipere vetantes, idque ipsum iurate præcipientes, reducuntur. Quibus pulchra, elegans, & salubris Patris Martini Delrio consideratio accedit, qui *in Adagialib. sacris, p. 1. Adag. 86. Munera excæcant prudentes, pag. mihi 80.* visum in excæcatione à muneribus, xeniisque proueniente figens, *Ecclesiastici* testimonio *cap. 20. v. 31.* ait: *Nil oculo delicatius, nil obstrui facilius. De oculo agitur, hoc est, Iustitiæ simplicitate, ac puritate, cui vel minimus puluisculus, vel minimum fumi, tenuissimi nocet.* Ad quod denotandum *Thebis Iudicum imagines visuntur absque* Manibus; *& summi Iudicis oculi conniuent*, vt Plutarchus *in lib. de Iside* prodit. 6

Affirmatiua † sustinetur vnica vniuersali assertione (quæ cæteras omnes absorbet) absolute proferente. *Nullo iure xeniorum, seu parui gratuiti muneris, non officij intuitu dati, receptionem esse Iudicibus interdictam.* Auctores habet Syluestrum, Angelum, Caietanum, & alios quos referunt & sequuntur Azorius *instit. Moral. 3. p. lib. 13. cap. 23. vers. Quantum ad xenia.* Clauis Regia *lib. 12. cap. 13. num. 19.* Mattin. Bonaz. *circa oct. Decalog. præcept. disput. 10. quæst. 2. punct. 8. propos. 2. num. 5. vers. Dixi in propositione*, Farinacius *praxis crimin. 3. p. quæst. 111. num. 337.* 7

Id sigillatim ostendamus oportet. In primis † iure Naturæ improbatam non esse, per se patet: quia talis donatio & acceptio benecuolam solum continet actionem. In paruisque his abstinentiam Naturæ odiosam consultus dixit, dum *Inhumanam* vocauit *in l. solent, 6. §. Non vero, D. de offic. Proconsul.* Et quia (vt *precedenti Annotatione, n. 5.* diximus) donatio, seu receptio munerum natura sua mala non est, nisi ex accidenti fiat. Huic autem accidens non accedit ex quo mala fiat, cum & ex benecuolentia solum proficisci dicamus, & nullo iure prohibeatur, vt discussus indicabit: 8

Iure Diuino † (Iudicibus quoque præcipiente ab omni munere abstinere, & putas præstare manus) parua hæc non damnati, neque eam prohibitionem continere, quæ recipientium animos præuertere non soleant; Romanæ Ecclesiæ interpretatione Summus illius Præsul Alexander Tertius *in dicto cap. Etsi quæstiones, 18. de simonia*, ita exponens testatur: *Quod autem scriptum est:* Beatus qui excutit manus suas ab omni munere, *de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere, vel peruertere solent. Quoniam si ipsa etiam persona electi offerat electori, vel consecratori suo electuarium, aut de vino, sine, de aliis huiusmodi, quæ modici pretij fuerint, & quæ votum tantum recipientis inclinare, vel mouere non debeant: non tamen Ecclesia Romana interpretari consuenit, recipientem in his delinquere, vel donantem.* Aquo textu desumpta est *lex 5. tit. 17. part. 1. vers. Esto es, porque los omes no se mueuen adar cosa espiritual por tales presentes como estos.* Idque ipsum *num. 11. proximo* fulcitur in fine. 9

Inde † Canonico etiam iure, Diuinum interpretante, nequaquam huiusmodi paruas gratuito, & benecuolo animo factas dotiones, prohibitas esse apparet. Monstrat etiam textus *in d. cap. Statutum, 12. §. Insuper, de rescrip. lib. 6.* Qui cum nullum, nec paruum quidem munus à litigatoribus recipere permittat: tamen hæc non prohibet: & eum, qui talia solum ab sponte offerentibus recipit; cum omni puritate munus suum 18

exercete

exercete sentit. Illius id verbis, infetius expendendis, constabit. Similem Canonicam munerum receptionis prohibitionem interpretatur, & declarat Quintilianus Mandos. *in proœm. glossa Facultatũ, verb. Præmij, col. 6. post prin. pag. 63.* quod *non simpliciter improbat pecuniarum, seu munerum receptionem, seu expectationem; sed eorum quæ Iustitiam subuertere possunt.* Idque prosequens & confirmans, eo iure vti profitetur.

11 Ciuili antiquo iure † *Plebiscito continetur, ne quis Præsidum munus donumve accipiat, nisi esculentum, poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur.* Cuius extat relator Modestinus *in l. Plebiscito, 18. D. de offic. Præsid.* Eruditus, comisque instructor Iudicis Vlpianus *in d. l. Solent, 6. §. Non vero, D. de offic. Proconsul. & legat.* sic illum admonitum reddit, sic humanitatis, comitatisque seruatorem esse vult; vt neque in totum à xeniis abstineat; neque auaritiæ fræna relaxet. *Non vero* (inquit) *in totum xeniis abstinere debebis Proconsul, sed modum adiicere; vt neque moroſe in totum abstineat; neque auare modum xeniorum excedat.* Seueri & Antonini Imperatorum in id perbella ex prouerbio Græco verba transferens, dicentium: *Nam valde inhumanum est, à nemine accipere: sed passim vilissimum: & omnia, auarissimum.* Quæ & ex Græco pariter, ad hunc transferri modum posse: *Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus*, Angelus Politianus *Miscellaneor. cap. 95.* arbitratur. *Non enim hæc quia possunt bene aliquando fieri; passim facienda sunt*, vt & prudenter M. Fabius Quintilianus *de instit. Orator. lib. 4. cap. 1.*

Quibus quidem Imperatorum, Consultique verbis, tantum abest vt inhonestam, illicitamve talem paruam gratuitam, & beneuolam donationem, receptionemque ipsi iudicent: vt scrupulosam istam nimietatem improbent, inhumanam appellent, & ad receptionem inuitent, ne & eam præcipere videri dicamus, ex verbo illo *Non debebit*, periodo illi adiecto: *Non in totum à xeniis Proconsul abstinere debebit.* Cui cum negatiua dictio, vt hic, præponitur necessitatem imponit, & aliter fieri vetat, vt notant Rolandus à Valle *consil. 2. num. 40. lib. 4.* & Stephan. Gratian. *decis. March. 51. num. 6. & 7.* Sed non quidem semper hanc naturam induit, sed verborum precariorum, ac decentiam, & honestatem, vt cum aliis tradit Augustin. Barbos. *de diction. & clausul. dict. 62. num. 3. & 4.* Qui licet id dicat cum simplex verbum *Debet*, absque negatiua proferatur: ait id quoque ipsum ex loquendi genere, subiectaque materia, etiam cum eidem negatiua præponitur, iure accommodati potest, vt hic idem textus ipse probat, ex quo nullatenus necessitatem impositam existimandum est, sed humanitatem, decentiamque expansam. Ex qua (quod magis est) etiam à litigantibus licitam istam receptionem esse, Canonica & Ciuilia relata iura probant, & nominatim fatentur Menochius *de arbitr. lib. 2. casu 517. num. 5. cum seqq.* Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 20. num. 15. & seqq.* implexè licet. Quintilianus proxime citatus, & Farinacius *d. quæst. 111. num. 254.* ita seruatum communiter in Romana Curia referens, vsque ad Clementis Octaui chirographi promulgationem, quo sub acerrimis pœnis rerum criminalium Iudicibus esculentorum, & poculentorum, in minima etiam quantitate, prohibita receptio fuit. Cuius sanctio, quoad ciuilium causarum Iudices in Curia Romana, & quoad vtrosque extra illam, Canonicas relatas, in paruorum munerum receptione loquentes, illæsas relinquit: Et indistincte xenia, iuxta dictam *legem solent*, licite in Sabaudia capi, dixit Cacheran. *in proœmio decisionum Pedemont. num. 5.*

Dictæ præterea legis *solent*, similiumque memoratorum iurium maxime decisio, ratioque fulcitur, eo quod *Generis cap. 19.* dicitur, duos illos Angelos, qui tanquam Iudices, vtque vastarent Sodomam in eam peruenerant, obsequium, hospitiumque eis à Loth oblatum primo respuisse, dixisseque: *Minime sed in platea manebimus* (vt munerum Iudicibus abstinentiam suadentes, *hæc eadem Rubrica, Annot. 1. num. 1.* expendimus) eodem tamen instanti Loth suasione, ad eum diuertisse, & cibos comedisse paratos, Textus facer inquit: *Compulit illos oppido vt diuerterent ad eum; ingressique domum illius, fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt.* Quod quidem manifestat, comitatem, seu humanitatem à Iudicibus non esse omnino relegandam in paruorum munerum receptione, quæ nec animum mouere possunt, nec officij ratione dantur, nec passim, nec ab omnibus recipiuntur.

Difficultas est Authenticorum iure. † Ex 12
quo patui quoque muneris receptionem omnino prohibitam esse, correctasque Digestorum leges permittentes esculentorum, poculentorum, xeniorumve receptionem, dixit, licèt dubitanter, Accursius *in d. auth. vt Iudices sine quoquo suffrag. §. Scriptum est exemplar, 2. verbo Auaritiam, in auth. iusiurand. quod præstatur ab iis, §. Iuro quoque, coll. 2. verbo Annonis, & in §. Sunt præterea, verbo Lex Iulia repetundarum, instit. de public. iudic.* Sed tamen in casu quem proposuimus supra *numero tertio*, officij nempe ratione, † Accursium loqui censen- 13
dum est, in eoque correctas Digestorum leges xenia permittentes, existimat ipse; neque posse Iudices officij prætextu, esculenta aut poculenta recipere, nisi insufficiens habeant salarium. Tunc enim dicti paragraphi *Scriptum est exemplar* constitutione, recipere poterant *quantam inculpabilis Antiquitas definiit, vt abspontaneis ipsis, magis quam ab inuitis accipiant; & hoc parum, & quantum eis ad mediocrem sufficit vitæ sustentationem.*

Cum vero iure nostro Regio salaria taxata, & sportulæ præfinitæ sint, atque *à lege prima, tit. 6. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis* iussum: *Ne reziban mas de su salario y derechos, que iustamente debieren auer, segun la tabla de*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de ſu Auditorio : etiam ſi tenue ſit ſalarium, quod Antiquitas definiuit, quodque pro more, in Regijs diplomatibus, Correctorumque titulis ſolui præcipitur ; ſintque licet ſportulæ tenues: nil tamen vltra, eo prætextu, recipere poterit Iudex, vt & notant Rebellus *de oblig. iuſtit. 2. p. lib. 18. quæſt. 20. num. 4.* Valer. Reginald. *3. p. praxis fori pœnitentialis, lib. 25. tract. vlt. cap. 54. ſect. 5. num. 659.* Sayr. *in Clau. Regia, lib. 12. cap. 13. num. 8. verſ. Secundo quoties*, & *num. 10.* Stephan. Fagundez *in precept. Decalog. precept. 8. lib. 8. cap. 26. num. 10. & 11.* & infra quoque *hac eadem Rubrica Annot. 12. num. 14.*

14 & 15. pertingimus. Sibi enim imputet, † qui prædictæ legis prohibitione ſtante, ſibi non prouidit, tenueque acceptauit officium, *ex l. Bona fide, 13. §. De illo, D. de damno infect. l. 3. §. fin. D. de aqua pluu. arcend. l. Imperator 72. §. Si centum, verſ. Enimvero, D. delegat. 2.* & dictis per Nos *de priuileg. pauper. p. 1. quæſt. 12. à n. 16. cum ſeqq.* Ibique citatis accedant Fatinac. *deciſ. 7. num. 3. tomo 1.* & Azorius *inſtit. moral. 3. p. lib. 13. cap. 23. col. 2. verſ. Circa ſtipendium, ad finem, & verſ. Secundo Iudex, verb. Si ſecundo quærat.*

15 Quo quidem reſpectu, † officij nempe, nec paruum quidquam præter ſalarium, ſportulaſque conſtituras percipere Iudices poſſe, idemmet *paragraphus Scriptum eſt exemplar* decernit in verbis illis, eo in caſu intelligendis: *Nil penitus ab eis accipientes, niſi ſecundum quod eis miniſtrat Reſpublica.* Ad quem, & iuramenti formula præſcripta *à dicto §. Iuro quoque*, verbaque reſpiciunt: *Contentus iis, quæ mihi Statuta ſunt de fiſco annonis*, proximaque cohærentia.

16 Ad hunc autem ſenſum † dictorum Authenticorum ſanctiones trahendas eſſe, & humanitatis ratio ſuadet, & ne correctio antiquarum inducatur, quæ omnino vitanda eſt, *vt ſi fieri poterit, nec diſcrepare quidem videantur inter ſe*, vt Cicero ait *de inuentione lib. 2. pag. mihi 245.* Omniſque ad id interpretatio facienda, *l. 1. C. de inofficioſ. dotib.* cum aliis de quibus *in Axiomatib. noſtris, lit. C. num. 228. & lit. L. num. 57.* Nulla vero congruentior, & aptior quam quæ ex aliis iuribus dimanat, *l. Non eſt nouum, 25. & duabus ſeqq. D. de legib.* cum aliis congeſtis *d. lit. L. num. 53.* & plene quoque *ſupra hac eadem Rubrica Annot. 3. numer. 28.*

Quinimo & rationes hæ pariter ſuaderent 17 † dictorum Authenticorum diſpoſitionem, de muneribus, quæ iudicantis animum mouere poſſent, intelligendam; comparatione facta ex verbis ab ipſis prolatis ad verba *dicti capitis, Et ſi quæſtiones, de ſimonia, & capitis Statum, 11. §. Inſuper, de reſcript. lib. 6.* vniformiter fere diſponentia. Quæ etenim *in d. paragrapho Scriptum eſt exemplar* ad correctionem inducendam, cuiuſlibetque etiam patui, & gratuiti muneris excluſionem fortius vrgent; ſunt: *Nil penitus ab eis accipientes.* Quibus illa *dicti capitis Et ſi quæſtiones*: reſpondent: *Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere.* Eadem namque petæque prohibitio, ſeu iuſſio eſt: *Nil penitus accipere, & Ab omni munere abſtinere.* Vtraque vniuerſalibus dictionibus vtitur, munus quodlibet, omniaque abſolute, & ſine diſtinctione, aut temperamento excludit, vt vtriuſque relatarum dictionum natura eſt, veluti comprobat Auguſt. Barboſ. *de dictionib. dict. 182. & dict. 207. n. 1.* & Nos *in Axiomatib. iuris, lit. O. num. 17.*

Quod ſi replicatio fiat † de maiori efficacia, & vi vniuerſalis negatiuæ, *in d. §. Scriptum eſt exemplar* appoſitæ, quam affirmatiuæ, qua textus vtitur *in d. cap. Et ſi quæſtiones*, & magis negatiuam negare, quam affirmatiua affirmet, iuxta notata à Nobis *in dict. Axiomatib. lit. N. numero trigeſimo*: textum in medium adducimus *in d. cap. Statutum. 11. §. Inſuper*, eademnegatiua vtentem, *nullum munus* Iudicibus accipere permittentem, & *quidquid aliud qualitercumque* accipere vetantem (quarum dictionum quælibet negatiua vniuerſalis eſt, omnia comprehendens, *l. 3. §. Cum Pollidius, D. de vſur. cap. Quia ſæpe, 40. de elect. lib. 6.* Auguſt. Barboſ. *diction. 252. & 268.*) requirentemque paritet *vt cum omni puritate* ſe gerant Iudices: & tamen eſculenta, poculenta, gratuitoque munuſcula data, non vtique comprehendentem, ſed nominatim potius excludentem, eaque, tanquam prohibitione non contenta, permittentem capere. 18

Quos etiam intellectus æque recipiunt diſpoſitio, verbaque *dicti §. Iuro quoque*, in illis quæ argumento, & opinioni contrariæ anſam præbent: *Sicut ſine ſuffragio percepi cingulum, ſic etiam pure me exhibebo.* Et itidem: *Contentus iis, quæ ſtatuta ſunt mihi de fiſco annonis.* Semperque paruula hæc, † ſi 19 ſpecialem malitiam non habeant, cenſeri excepta, pro nihilo reputari, & de eis non curare leges, vulgaria indicant iura de quibus *in Axiomatib. noſtris, lit. M. n. 73. & 99.* Specialem verò malitiam in horum munuſculorum receptione abeſſe, cum beneuolo animo, nec officij ratione præſtantur, ſatis ſuperiora monſtrant.

Ex quibus veram eſſe aſſertionem deducitur dicentium: *nullo iure huiuſmodi paruas gratuitas donationes, & acceptationes Iudicibus eſſe prohibitas*, quos *ſupra* retulimus *numero 7.*

Ex iure noſtro Regio † difficultas ſupereſt, quod donationes quantumuis paruas, 20 ſub acerrimis pœnis Iudices accipere vetat. Quamuis enim *lex finalis tit. 3. & l. 30. tit. 25. lib. 2. ordinam.* eiuſmodi xeniorum receptionem, iudicio finito, permittant: at *lex ſeptima eiuſdem tituli, & libri*, eam indiſtincte prohibet. Recentior item *lex 56. tit. 5. lib. 2. noua Reg. collection.* à perſona qualibet, quæ litem habuiſſet, habeat, aut veriſimile ſit fore vt de proximo habeat; quidquam ſiue ante, ſiue poſt ſententiam recipere vetat *en poca cantidad, ni en mucha*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cantidad. Quod quidem bono publico Lex efficere potest, vt notat Molina *de Iustit. & iure, tom. 1. tra. 2. disp. 88. coll. 3. vers. Tertium est.* Firmantque latius infra dicenda.

Adhuc tamen hac etiam prohibitione
21 ſtante, † ſtat etiam dubitatio: *Num Amicitia exceptionem dicta lex admittat, licitamque munuſculorum eius ſolum intuitu datorum, dicentionem reddat.* Et Thom. Sanchez *conſilior. moral. lib. 3. cap. vnic. dub. 2. num. 17.* (materiam diſcutiens iſtam, *dictamque legem 56.* & illius conſtitutionem examinans) primam ad eam cõclusionem affignat: *Non licere Iudicibus eſculenta, ſeu poculenta, etiam in panca quantitate recipere.* Peccareque mortaliter Iudices muneta *vltra caſus exceptos*, recipientes affirmat *numero 25.* niſi materiæ parvitas excuſet.

Inter alios verò quos excipit caſus, in quibus licitam receptionem dicit (quoſque ſuis
22 Nos proſequimus locis) & hunc † quem formamus (*in eo dicta legis 56.* diſpoſitionem limitans) *numero 21.* his verbis excipit: *Si munera Iudici dentur alia ratione quam officij*, iuxta ea quæ & Nos expendimus *ſupra n. 3. 22. & ſeqq.* Quamuis enim exemplificet Sanchez in munere ob remunerationem amico dato, cum merita extra officium præceſſerunt: eadem omnino videtur ratio, ſi ſola Amicitia, & benevolentia adſit, cuius reſpectu, non officij donatio fiat; & ſiue etiam in officio fuiſſet Amicitia contracta, iuxta Ludouici Molinæ ſententiam *præcedenti Annot. n. 4.* memoratam, quartumque ſuppoſitum *proximum ſupra, n. 5.* adiectum. Licet non negatum, præcedentem fortius operari ex textu *in cap. Veniens, 16. & cap. Intellecto, 33. de iure iurand.* Præfatum enim dictæ limitationis fundamentum *repetito num. 21.* à Sanchez iactum (nempe: *ſi alia ratione quam officij munera dentur.* Et *quia ceſſat ratio legis:*) omnino in ſola Amicitia, benevolentiaque verificatur, eaque innititur; quę vices Conſanguinitatis habet, ſi non vt æque, & per omnia, quemadmodum Conſanguinitas operetur (hoc eſt, vt in infinitum à Conſanguineis Iudicibus recipere liceat, veluti *præcedenti Annotatione* diximus:) in parua ſaltem quantitate, ad excludendamque ſuſpicionem in ea, ſufficiens ſit, vt communis ſententia habet deducta à *Lege eadem, 6. §. fin. D. ad leg. Iuli. repetund.* vt & *præcedenti Annotatione* tetigimus, *num. 7.* In quam ſimpliciter ſententiam veniunt. Molina *proxime* relatus, & Vazquez *opuſcul. de reſtit. cap. 7. dub. 6. num. 54.* cuius alibi verba referimus.

In huius præterea opinionis confirmatio-
23 nem † duæ ſunt Theologorum, & Iuriſtarum communes aſſertiones. Altera: *Leges, in præſumptione fundatas non obligare in conſcientia, in his in quibus deficit veritas præſumptionis.* Quam docent Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. Lex, different. 12. num. 1.* Paul. Layman. *Theolog. moral. tract. 2. cap. 21. num. 4.* Fernand. *in Exam. Theolog. mor. p. 2. cap. 4. paragrapho 3. num. 4.* Megala *in 2. 2. lib. 2. cap. 7. quæſt. 2. num. 55.* Antonin. Diana *reſolut. moral. p. 1. tract. 10 reſolut. 27.* ad plures inde caſus inferens, Baſil. Pont. *de Matrimon. lib. 5. cap. 5. num. 7.* Monet. *de commut. cap. 5. num. 48.* Gutierrez *practicar. lib. 4. quæſt. 10. num. 6. vt Canonicar. lib. 2. cap. 18. num. 66.* late Parlador. *quotidianar. differentiar. different. 12. §. 2. ex num. 1. cum ſeqq.* plene etiam Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 8. etiam ex num. 1.* & quam multi alij penes ipſos.

Altera relata, probataque à Tiraquello *in tract. ceſſante cauſa*, numero decimo octauo: *Ceſſante cauſa, vel ratione; diſpoſitionem ceſſare etiam in foro conſcientiæ.* Conſimiliſque Theologorum dicentium: *Quod ſi in aliquo caſu particulari ceſſat finis adæquatus, & ratio legis; eius quoque obligatio ceſſabit.* Ita docent Angel. *in ſumm. verb. Lex, num. 4. caſ. 7.* Sa *eodem verb. num. 1. & verbo Ludus, etiam num. 1.* Nauar. *tom. 4. comment. in rubr. de iudiciis, num. 74.* Comitol *in reſponſ. moral. lib. 7. quæſt. 1. num. 10.* Soſa *in Bulla Clementis VIII. de largitione munerum, fundam. 3.* Henriquez, Megala, Granad. & alij, quos refert, & approbat Diana *dicto tract. 10. reſolut. 28. vers. Sed vt verum fatear*, contrariæ partis fundamento breuiter ſatisfaciens, non enim longam poſtulat moram. Quibus Panormitanum adiungo *in c. Quoniam contra, 11. de probationib. num. 6.* notate iubentem: *Quod quando conſtitutio continet aliquid, non propter ſe principaliter, ſed ad finem alicuius mali euitandi; tranſgreſſores non illaqueat ad pœnam, ſi finis ad quem principaliter tendit conſtitutio, non violetur*, continuo ſubdentem: *Et idem puto reſpectu peccati mortalis; dummodo conſtitutio non contemnatur.* Sic pariter, cum Felino *ibidem, num. 11.* & aliis, tenet Ioan. Petrus Ala *de Chriſtiano, & Politico Decurione, cap. 43.*

Caſus hic noſter eſt, in quo veluti corruptionis præſumptio huiuſcemodi prohibitioni, ſeu legi prohibenti cauſam dedit: non enim principaliter propter ſe receptio iſta prohibetur (cum ex ſe mala, aut illicita non ſit, vt ſæpe diximus *Annotatione præcedenti, num. 5. & hac eadem.* late eſt comprobatam) ſed ob alterum illum finem, ne corruptio contingat. Quæ ſi verè à Iudicantis animo abſit, ſi ab eo illæſa alias ſeruetur integritas, illibatuſque Iuſtitiæ candor, deſit legis contemptus: munetis (parui ſaltem) receptione, alia quàm officij ratione præſtiti (ſecundum præfata) legem parui quoque munetis receptionem, præcipua illa de cauſa, prohibentem, tranſgreſſorem non illaqueare ſequitur: praui quoque exempli nota deficiente) quod ad ſui etiam conſtitutionem *dicta lex. 56.* acceſſorie, & ſecundario reſpexit) doni exiguitate, amicitiaque rationabiliter, ſi adeſſe contingat, eliſa, iuxta perpenſa *duabus proximis Annotationibus præcedentibus.* Maxime ſi quoad exterius quoque forum, nota Iudicis probitas, integritaſque accedat: quæ multum in præſenti operabitur, ex textu *in cap. Sacro, 48. vers. Cumque in fine, de ſentent. excommunic. & in d. cap. Quoniam*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quoniam contracta, 11. *de probationib. verſ. Et omnia*, in verbis illis: *Quatenus hoc adhibito moderamine*, &c. Quibus non adductis, id rationibus, Doctoribuſque confirmat Boſſius *in præt. tit. de officialib. corrupt. num.* 18. *& ſeq.*

24 Iuramentum † *de non recipiendo à perſona qualibet munus quodlibet* (ſi ita conceptum ſit, eius enim formula tam ex communi iure, quam ſpeciali noſtro Regio officium, eiuſque contemplationem attendere videtur, vt *hac Rubrica, Annot.* 3. *n.* 30. ex eiſdem aduertimus) congruos *ibi*, *muneriſque ſequentibus* ſenſus, intellectuſque expoſitos recipit.

25 Argumentum ex Martino Delrio † non tam neceſſitatem ſecundùm, prædicta, quam maiorem recipit ſecuritatem: quam & ſuademus, & Domino iuuante, ſectari curamus. Neque de muneribus, aut xeniis benevole, & non officij, aut Iuſtitiæ intuitu datis loquitur, eo enim reſpectu quantumuis paruas donationes, & receptiones improbas iam diximus, ſed in oppoſito ſentit. Neque in verè paruis animum mouere non valentibus, ſed maioribus. Ex ipſius conſtat verbis, quæ poſt relata, oppoſitaque *numero primo*, immediate ſubnectit: *Verum te ferreas nactus populos, in quas tuto cornuti boues incurrant, olei, vinique cellæ deuoluantur, intrent ſylua, villæ, agri, prædia, vineta: nullam lucis patieris iacturam.*

AN CONTRARIO VSV legibus parua quoque munera Iudicibus recipere vetantibus poſſit derogari, & derogatum ſit?

SVMMARIVM.

1 *Vſus, ſeu Conſuetudo an Legi cedat?* & numeris ſeqq.

3 *Conſuetudo contra publicam vtilitatem non præualeat. Et an, quatenus Regia leges qualibet parua quoque munera Iudicibus recipere vetantes, publicam contineant, reſpiciantve vtilitatem?* & n. 10. & 13.

4 *Inferior legem ſuperioris tollere non poteſt. Statutum & Conſuetudo æquiparantur. Et quando, quibuſque rationibus Conſuetudo Statuto fortior ſit?* & num. 11.

5 *Statutum, etiam in particulari, & intra ſtatuentium terminos, legem tollere nequit.*

8 *Intellectus* legis 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. *& numer. ſeqq.*

Conſuetudo contra legem Diuinam, naturalem, vel ciuilem, naturali rationi innixam, vires non habet, ibi, & numer. 10.

11 *Conſuetudo fortior Statuto eſt, & legem tollere poteſt. Differentiaque rationes.*

12 *Intellectus textus* in c. 4. de cenſib. lib. 6. *Conſuetudo an præualeat legi conſuetudinem excludenti?* ibi.

13 *Regiis legibus, earumque pœnis in Indices parua etiam munera recipientes latis, an, & quatenus contrario vſu derogatum ſit?* & numer. ſeqq.

Inter Abrogare, *&* Derogare legi; *quod ſit diſcrimen?* ibi.

14 *Ad Conſuetudinem contra legem inducendam, an iudiciarij actus neceſſario requirantur, vel extraiudiciales ſufficiant?*

15 *Quot actus ad Conſuetudinem inducendam, neceſſarij ſint?*

Syndicationes à Iudicibus factæ ad Principem referuntur, deque earum ſententiis Princeps conſulitur. Et an per iſtam relationem, ſeu conſultationem, non condemnatis Iudicibus pro munerum parnorum, receptione in pœna à Regiis legibus deſignata, illis in hoc derogatum eſſe videatur? ibi.

16 *Etiam lex quæ pœnam* ipſo facto *imponit, poteſt contraria Conſuetudine abrogari.*

17 *Conſuetudo, & qualibet diſpoſitio, quæ reducitur ad ius antiquius, fauorabilis eſt, faciliuſque admittitur, etiam in correctoriis.*

19 *Quo ad pœnam ipſo iure impoſitam, contrario vſu abrogari lex poteſt, & tamen quoad culpam manere.*

21 *Index qui ſtatuta ſeruare iurauit, ad eorum obſeruantium non aſtringitur, quæ contraria conſuetudine abrogata ſunt: nec de illis ſeruandis iuratum intelligitur.*

ANNOTATIO VI.

NEQVE non Vſu, † neque contrario Vſu, vel Conſuetudine legibus prædictis derogari poſſe, non leuia probant argumenta. Primo, quia Vſus, Legis cedit auctoritati, vt textus inquit *in cap. 1. diſt. 11.* Et contra Legem nullæ ſunt Conſuetudinis vires *l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo*, ſic ſe habens: *Conſuetudinis, Vſuſque longæui non vilis auctoritas eſt; verum non vſque adeo valitura momenta, vt aut Rationem vincat, aut Legem*, tranſlata ad *cap. Conſuetudinis, 4. in ord. diſt. 11.* Cui ſimiles ſunt textus *in cap. fin. de conſuetud. ad finem, & in l. 3. tit. 3. part. 1. verſ. La quarta.* In illo ſic Gregorius Nonus: *Licet etiam longæua conſuetudinis non vilis auctoritas: non tamen eſt vſque adeo valitura, vt vel iuri poſitiuo debeat præiudicium generare.* In hac ſic Alphonſus: *La quarta, ſi non va contra los derechos eſtablecidos*, de conſuetudinis viribus loquens: Prædixerat ſimiliter *in l. 2. eiuſdē tit. & partita, verſ. E otroſi dezimos que la coſtumbre*, & recētius *in l. 3. tit. 1. l. 2. noua Reg. collect.* 1

Secundo, † quia eſto quod in Leges vires habeat Conſuetudo; tunc demum accidet, cū rationabilis Conſuetudo eſt, *d. ca. fin. conſuetud.* poſt relata proxime verba, illa adiiciens: *Niſi fuerit rationabilis, l. 5. d. tit. 3. par. 1. verſ. E otro ſi dezimos que la coſtumbre que el Pueblo quiere poner, e vſar della, debe ſer con derecha razon.* At contra Legem rationabilis eſſe nō poteſt, quia de eſſentia & ſubſtantia Legis eſt vt rationabilis ſit; *c. 2. diſt. 4. Sed* (vt Seneca *de Clement. lib. 2. cap. 3* ait) *nulla virtus virtuti contraria eſt.* Ergo cōtra Legem, & ſic 2

UAB Biblioteca de Ciències Socials

contra rationem non potest dari rationabilis consuetudo, super vna, & eadē re, eodemque casu, quia esset dare in eodem subiecto duo simul contraria, Natura ipsa, Iureque repugnante, *l. Mutuis*, 30. *D. pro socio*, *l.* 1. *C. de furt.* cum adductis à Nobis *in Axiomatibus iuris, lit. C. num.* 28. Neque enim (vt *Metamorphos. lib.* 8. *Fabul.* 11. Ouidius.)

Cereremque famemque
Fata colre sinunt.

3 Tertio, † quia Consuetudo contra publicam vtilitatem non prævalet, nullatenusque illi præiudicat, vt probant textus *in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public.* notantque ibi communiter Scribentes *in l. ius publicum*, 39. *D. de pact.* expressiot *in d. l. Regia*, 2. *tit.* 3. *part.* 1. incipiente: *Facer se debe el vso de manera que sea à pro communal, & in l.* 5. *eiusdem tit. & part.* ad Consuetudinis valorem requirente, ne sit *contra pro communal.* Ab hacque conclusione neminem discrepare, affirmat Rochus de Curte *in tract. de Consuetudine, sect.* 7. *num.* 1. *& per tot.* Farinacius *fragmentor. criminal. p.* 1 *lit. C. num.* 271. & notauimus *de priuileg. miserabil. personar.* 3. *p. q.* 10. *n.* 70. Consuetudo autem quæ aliquid Iudicibus à prouincialibus accipere permitteret, cōtra publicam esset vtilitatem, vt *Annotat. precedenti, n.* 10. tetigimus: Ergo contra præfatarum legum sanctionem, quidquam à subditis ob publicum fauorem Iudices accipere prohibentem, consuetudo prævalere nequit.

4 Quarto, † quia inferior legem superioris tollere non valet, *cap. Cum inferior*, 16. *de maiorit. & obed. l. Nam Magistratus*, 4. *D. de recept. arbitr. l.* 3. *D. de alienat. iudic. mut. caus. fact.* nec aliquid contra, vel præter Superioris legem decernere, *l.* 2. *C. de offic. Præfect. Prator. Orient.* Ergo nec consuetudinem, per quam legi præiudicetur, inferior populus, subditique inducere poterunt; in hoc maxime casu, *propriae tantum sequendo voluntates*, vt textus inquit, *in cap.* 2. *dist.* 11.

5 Quinto, † quia Consuetudo & statutum æquiparantur, valetque de vno ad aliud argumentum, *l. De quibus*, 30. *D. de legib.* tradidimus ex multis *in Axiomatib. iuris lit. A. n.* 357. *& seq.* At statutum etiam in particulari, & intra statuentium terminos legi non derogat, iuxta Vlp. responsum *in l.* 2. *§. Diuus Adrianus, vers. Quod tamen, D. de sepulchr. violat. & cap.* 4. *de censib. lib.* 6. Ergo nec Consuetudo derogabit, vt & obseruant, & arguunt Natta *consil.* 574. *num.* 1. *vol.* 3. Corne. Cauale. & Galli. quos refert, & sequitur Alderanus Mascard. *de generali statutor. interpretation. concl.* 6. *n.* 92.

6 Contraria vero sententia † (Desuetudinem, seu contrarium vsum non posse Legi derogare; sed eam abrogare) verior est. Quam probant textus *in cap.* 3. *§. Leges, dist.* 4. à Diuo Augustino deductus *de vera Religione*, *cap.* 31. sic dicente: *Leges instituuntur cum promulgantur: firmantur, cum moribus vtentium approbantur.* Sicut enim moribus *vtentium in contrarium nonnulla leges hodie abrogata sunt: ita moribus vtentium ipsa leges confirmantur, de l. De quibus*, 30. *D. de legib. cum quinque seqq.* vbi communiter scribētes, præcipue Baldus *à num.* 10. *cum seqq.* Saltem si rationabilis, & legitime præscripta sit, *d. c. fin. de consuetud. c. Consuetudo cap. Frustra*, 7. *dist.* 8. *d. l.* 2. *& 5. tit.* 2. *par.* 1. *Glossa fin. in d. l.* 2. *C. qua sit longa consuetudo*, vbi dubitationi ex ea nascenti, contrariisque latissimè respondet, necnon *Glossa finalis, in d. l. De quibus*, quæ per duo Legem corrigi ait: nempe *alia Lege, vel Consuetudine.* Quia Consuetudo vim Legis habet, *§. Ex non scripto, inst. de iure natur. gent. & ciuil.* dictisque Iuribus. *Consuetudo enim, temporis antiquitate confirmata, pro Lege habita est*, vt & Diuus Gregorius Nazianzenus inquit *Orat.* 2. *de Theologia, ex ordine* 34. Venitque appellatione *Iuris*, Menchac. *quæstion. frequent. cap.* 3. *n.* 32. Bernard. Græuæ *in pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *conclus.* 36. *n.* 2. Imo Iuri, vt dicebamus, prævalet, Paris. *cons.* 13. *num.* 18. *& seq. consil.* 14. *n.* 5. *& consil.* 21. *num.* 14. *& seq. lib.* 1. Ioan. Anton. Mangil. *de imputationib. q.* 74. *n.* 4. Salazar *de Vsu & consuetud. cap.* 2. *à num.* 1. *cum seqq.* Posseque consuetudinem, ex vi, & efficacia sua Legem abrogare, multorum allegationibus ostendimus *de priuileg. miserabil. personar.* 3. *p. quæst.* 5. *num.* 26. Et in hanc conclusionem (*Legem humanam siue Canonicam, seu Ciuilem posse Consuetudine abrogari*) omnes Theologos, & Iuristas conuenire, affirmat Suarez *de Legib. lib.* 7. *c.* 18. *n.* 2. ductore Diuo Thoma 1. 2. *q.* 97. *art.* 3. Salas *eodem tract. q.* 96. *tract.* 19. *disput.* 19. *sect.* 3. *n.* 18. *& sequentibus.*

Idemque de Desuetudine, seu non vsu firmat Salas idem, & consentiunt cæteri. Estque textus apertus *in d. l. De quibus, in fine, D. de legib.* vbi Iulianus rectissime illud rescriptum esse inquit: *vt Leges non solum suffragio Legislatoris; sed etiam tacito consensu omnium, per Desuetudinem abrogentur, in l. vnic. §.* 1. *C. de caduc. tolend.* vbi Imperator Iustinianus: *Et quemadmodum in multis capitulis lex Papia ab anterioribus Principibus emendata fuit, & per Desuetudinem abolita* &c. Glossa *in c.* 1. *de treug. & pace, verb. Frangere, in fine*, & innumeris prope, Farinacius confirmat *fragmentor. criminal.* 2. *p. lit. L. n.* 15. *& seqq.*

In præsentis disputationis casu † posse 7
consuetudine introduci vt esculenta, poculēta, & xenia, seu munera parua sponte oblata licitè dentur, & recipiantur à Iudicibus; tenet (cum Sayr. *in Claui Regia*, quē allegat *lib.* 12. *cap.* 13. *n.* 15.) Martinus Bonacina *circa octauum Decalogi præceptum, disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 2. *n.* 5. Cuius hæc: *Verum quidquid sit de iure communi.* (quid autem sit *Annotatione præcedēti* vidimus) *arbitror* (prosequitur ipse) *Iudices seculares, tam ordinarios, quam delegatos posse iuxta legitimam loci consuetudinem, munus accipere. Quamobrem si alicubi legitime consuetudine receptum est vt dentur, & accipiantur munera vltro oblata: consequenter non damnentur Iudices aliquid moderate accipientes iuxta consuetudinem legitime introductam.* Similiter Eman. Sa *in summ. verb. De Iudice, & Arbitro, num.* 12

Argumentis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Argumentis contrariis respondetur. Primo
8 † (*legi nempe secundæ, C. quæ sit longa consuetudo*) vt latissime respondet *ibidem Glossa finalis*. Cuius resumunt cæteri solutiones, præcipueque sigillatim recenset Salas *de legibus, quæst. 97. tract. 14. disput. 19. sect. 4. num. 41.* Præterquas, ea quoque mihi optime cedit, quæ ad rationem naturalem, aut legem naturali rationi innixam dictam legem secundam reducit. Deque ea loqui nominatim, censet Lessius *de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 6. dub. 14. num. 46. vers. Nec obstat.* Ac si dicta lex secunda dicat: *Non parui momenti Consuetudinem esse: sed non vsque adeo valituram, vt aut rationem vincat naturalem, aut legem naturali rationi innixam.* Quomodo loquitur textus *in d. cap. fin. de Consuetudine*, cæteque in contrarium allati recipiunt intellectum. Qui & sensus fuit Diui Antonini, qui (textui *in d. cap. 1. dist. 11.* dicenti: *Prænum vsum Lex, & Ratio vincat*, illum accommodans *1. p. summæ, tit. 16. §. 2. vers. Vnde Isid.*) ait: *Lex scilicet Diuina, & Ratio naturalis vincat.* Etenim contra legem Diuinam, aut Rationem naturalem nullas esse Consuetudinis vires, idem ipse stabili ratione affirmat: *Quia lex Diuina, & naturalis procedit à voluntate Diuina, ad quam se non extendit potestas humana: ideo sicut lex humana non potest tollere legem Diuinam, vel naturalem: ita etiam nulla Consuetudo potest tollere legem Dei, vel naturalem.* Etque textus *in d. cap. fin. de consuetud.* vbi notat Glossa *verb. Naturali iure*, Doctores communiter, multiquè relati *ibidem* à Barbos. *numero tertio*, & Farinac. *fragmentor. crimin. 1. p. lit. C. num. 714. & 716.*

9 Secundo † respondetur cum Diuo Thoma *1. 2. d. quæst. 97. art. 3. ad secundum*, dicente: *posse Consuetudinem contra Legem per bonos actus introduci, & esse rationabilem, quia Lex humana, occurrente necessitate in particulari, sine culpa non seruatur. Atque si illa occasio sæpius occurrat, per actus illas Legi contrarios, quandam induci Consuetudinem, quæ ostendit Legem non esse vtilem, & consequenter illam abrogare*, vt & ex eo tradit D. Antoninus *in summ. d. tit. 16. §. vers. Ad quæd respondet Thom.* refert quoque Suarez *de legib. lib. 7. cap. 18. num. 24.* Qui *num. 25. & 26.* quia ex integro hæc sibi non satisfacit solutio, aliam præstat, nostri quoque argumenti oppositi rationes proximius respiciens, & eneruans: scilicet *Legem non esse rationabilem tanquam necessariam, sed tanquam conuenientem propter aliquos respectus, quibus non obstantibus, ablatio legis, & Consuetudo ad illam tollendam potest esse rationabilis repectibus honestis, & conuenientibus.* Ex quibus cæteris etiam argumento hoc contrario oppositis responsio patet. Non enim ratio legis perpetua, & immutabilis est, quamuis à principio rationabilis esse debeat; sed ex temporum varietate, euentibusque illius ratio variatur, *cap. Non debet, 8. de consanguinit. & affinit.* & quia ratio legis cessat, aut ex accidentibus oppositum legi conuenientius est; inde sumit Consuetudo vires. Nec tunc Ratio aduersatur Rationi, sed quia non aduersatur, Consuetudo prævalet.

Tertio † fatemur prohibitionem receptionis munerum vtilitatem publicam respicere in communi; sed non in particulari, eorum, quæ nec naturali, nec Diuino, nec etiam positiuo (iuxta latè deducta *Annotatione præcedenti*) iure vetantur: quæ scilicet nec ratione officij dantur, nec recipienti animum, ob paruitatem, mouere solent. Nec tam publica in his vtilitas, quam Iudicum animarum periculum (timoratorum præcipue, in minimo quoque hæsitantium) versari videtur: attente præcauendum, vt animarum periculis obuietur, iuxta text. *in c. Vt animarum, 2. de const. lib. 6. in c. 1. de sent. & re iudic. & cap. 1. de sepultur. eodem lib.* Cum omnibus rebus anima anteponenda sit, *l. Sancimus nemini, 7 in fine C. de sacros. Eccles.* cum plenè citatis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. A. num. 270. & seqq.* præcipuusque per consequens, illius fauor. Qua ratione Mascardus *de probationib. conclus. 164. num. 13.* veritus non est dicere: *Non rectè Principes illos suis Magistratibus consulere, atque adeo præcipere ne quamlibet, vel minimam rem, accipiant à quauis hominum genere.* 10

Quarto, & quinto † respondetur: concedendo etiam, non posse inferiorem ipsius statuto, seu contrario imperio legem tollere Superioris: efficere tamen id Consuetudinem posse, quæ statuto fortior; & potentior est, illudque silere facit, vt profitentur Calcan. *consil. 2. num. 19.* Decius *consil. 690. num. 8.* Ioan. Iacob. de Leonard. *inter consil. Bruni, consil. 117. num. 114.* iisque relatis, Iacob. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 71. num. 4. & 9.* Alderan. Mascard. *de generali statutor. interpretatione, conclus. 6. num. 89.* Gonzales *ad regul. 8. Cancel. glos. 45. §. 2. num. 78.* Ioan. Matia Nouar. *quæstion. forens. lib. 1. quæst. 103. num. 2.* Quamuis autem fortior Consuetudo statuto sit; non tamen per solam legis abrogationem & vi sua operatur; sed & per Principis consensum præsumptum, quem satis per eam videri præstitum, inquit D. Thom. *1. 2. q. 97. art. 3. ad tertium.* Cui consentiunt D. Antonin. *d. 1. p. summ. tit. 16. §. 2. vers. Secundo arguitur*, & Ioan. Salas *de legib. d. quæst. 96. tract. 19. disput. 19. sect. 3. num. 18. in fin. & num. 24.* clarius & explicans, & sic argumentum soluens: *Quia statutum habet vim ex auctoritate statuentium. Consuetudo vero non ex auctoritate assuescentium, sed Principum concedentium præscriptionem Consuetudini, vel sumentium ex ea occasionem abrogandi suas leges. Vnde* (addit) *nec laici, nec Clerici possunt statuta facere contra leges suorum Principum; licet possint eas Consuetudine abrogare.* Ita pariter Lessius *de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 6. dubit. 14. num. 46. vers. Dico primo*, & Valer. Reginald. *2. p. praxis fori pœnitent. lib. 25. tract. vlt. cap. 54. sect. 5. num. 660. vers. Quoad Iudices autem laicos.* Istius adhuc maioris Consuetudinis vis rationem, consensusque Principis ad eam præsumpti (quem & ad necessitatem trahit sic, post Abbatem, Rochum de Curte, & alios, quos adducit, interque alias huius rei rationes) 11

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ex ponit Suarez *de legib. d.lib. 7. cap.18.num.* 21. haneque præstat: *Quia leges humanæ debent esse accommodatæ legibus eorum pro quibus feruntur: & ideo Legislator in hoc deferre rationabili Consuetudini suorum subditorum.*

Textus verò in fine vltimi argumenti contrarij pro eo adductus† *in cap. 4. de censib. lib. 6.* specialem habet rationem, vt in illius dispositionem non prævaleat Consuetudo: quia nempe illam nominatim ipse textus excludit, cuius tunc dispositioni subiicitur, *cap. 1. de constitut. lib.6. cap. 2. de consuetud. eodem lib.* & profitentur Barthol. *in d.l. De quibus, num. 4. in fine, D. de legib.* D. Antonin. *d.tit.16. §. 3. vers. Decimo.* Abb. *in d.cap. fin. de consuetud. num.* 22. Anton. de Butr. *num.* 53. & ibi communiter Scribentes, Farinac. cum multis à se relatis, *d.1. p. fragmentor. num.* 722. Quod & multi temperant, procedereque intelligunt, cum eædem circunstantiæ manent: diuersis enim accidentibus, Consuetudini Legi oppositæ, illius prohibitione non obstante, locum esse, taliquè prohibitione tantummodo præteritam Consuetudinem, non etiam futuram nouæ causa fulcitam, prohibitam sublatamque videri dicunt Glossa *in Clement. Statutum, 7. de election. verb. Consuetudine,* & cum ea Imol. *à marginali* quoque citatus *ibid.* Abb. *in cap. Cæterum, num. 9 de iuram. calumn. in cap. 2. de probationib. n. 8. & in d.cap. fin. de consu. tud. num. 14. & ibid.* Barbat. *num.* 81. & 82. Dominic. *in d.cap. 1. ad fin. de constit. lib. 6. & ibid.* Franc. *num.* 19. *in fin.* Roch. de Curt. *de Consuetud. sect. 7. num.* 11. Bald. nouel. *de dote, 6. p. priuileg. 21. num.* 19. quam multos huius sententiæ sequaces, etsi ipse dissentiat, refert Tiraquellus, *de vtroque retract. in præfation. n.* 17. Couar. *variar. lib. 3. cap. 13. num. 4. in princip.* multis adductis, & *vers. Tertia conclusio,* Anton. Gomez *in l. 51. Tauri, num.* 26. *ad fin.* Dueñ. *regul. 144. limit. 1.* Burgos De Paz *in l. 1. Tauri, num.* 480. Gutierrez *pract. quæst. lib. 3. quæst. 31. num.* 12. Farinacius posthumus *in repertor. iudiciali, quæst. 5. num.* 8. Ex Theologis, Roscella *in summ. verb. Consuetudo. num. 1.* Angel. *num. 9.* Sylvest. *quæst. 6. num.* 10. Tabien. *quæst. 4. num. 5. ad fin.* Armilla *num.* 4. P. Thomas Sanchez, aliis quoque relatis, frequentem hanc, & verissimam sententiam dicens, *de Matrim. lib. 7. disput. 4. num.* 14. Azorius *instit. moral. tom. 1. lib. 5 cap. 17. quæst. 10.* Vuigeres *in part. 2. Diui Thomæ, quæst. 97. art. 3. num.* 42. Suarez *de legib. lib. 7. cap. 19. num. 24.* Basil. Pontius *de Matrimon. lib. 6. cap. 6. num.* 9. Antonin. Diana *resolut. moral. 6. p. tract. 5. resolut. 21. vers. Notandum tamen,* apud quos distinctiones alias videre licet.

Vsque adhuc Legi Consuetudinem derogare, aut posse Legem tollere vidimus: nunc an dictis legibus Regiis, earumque pœnis in Iudices parua quoque munera recipientes latis derogatum sit,† videri superest. Et Vazquez *in opuscul. de restitutione, cap. 7. dub. 6. num.* 56. leges has, munus quantumuis paruum liberali, & gratuito animo datum recipere Iudicibus prohibentes, existimat in vsu esse & valdè Reipublicæ vtiles: Sicque etiam dicentem refert Mercadum. Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 11. num.* 64. non de vsu, vel Consuetudine nominatim affirmat; sed satis vsum comprobat, dum contrario vsu legibus Regiis horum munerum receptionem prohibentibus derogari non posse dicit. Rationem reddit: *Porque la ley resiste a la tal Costumbre, y la excluye. Y siendo como seria de suyo mala, y contra buenas costumbres, no debria escusar.* Non tamen ex his aut vsus omnino, & indistinctè constat, aut persuadetur; nec rationes memoratæ contra aduersantem Consuetudinem astringunt, illamve excludunt.

De carum legum vtilitate, si ad munera quantumuis parua, officij ratione data, acceptaquè respiciant; non est dubitandum, vt latè iam sumus prosequuti: si alio respectu, amicitiæ, benevolentiæ, seu gratitudinis, minima quoque comprehenderent; non modo non subditorum vtilitatem præse ferre, sed maximum Iudicibus periculum, *proximo numero* 10. ostendimus.

De dictarū legum indistincto, & in omnibus vsu, Vazquez & Mercado libenter crederem, si vt forenses loquerentur experti, aut de illo certo ad minus affirmarent; *Existimant* dicunt. Ioann. à Castillo, Bobadilla assentiret quoque libenter, si certa forent quæ allegat, si illius rationes subsisterent, aut non labarent. Dum enim ait: *Porque la ley resiste a la tal Costumbre, y la excluye* allegat *legem primam, & 8. tit. 6. & legem 5. tit. 9. lib. 3. noua Regia collectionis.* Quarum priores duæ Consuetudinem, contrariumquè Vsum excludunt: nullatenus tamen in casu nostro loquuntur, sed in stipendiis, aut sportulis, & ne maiores taxatis, nec Consuetudinis quidem contrariæ prætextu, recipiant, iubent. In quibus diuersa omnino ratio est, iuxta ea, quæ latè *Annot. præcedenti, num. 3. 13. & seqq.* pertractauimus, & *infra Annot.* 11. repetimus. Posterior verò *dicta lex 5.* (quæ in casu nostro loquitur, munerumquè etiam paruorum receptionem vetat) nullum de Consuetudine verbum profert; nec minus contrariam excludit.

Contra bonos mores huiusmodi Consuetudinem esse, difficulter ostendet, cum nec Diuino, nec naturali, nec positiuo antiquioti iuri repugnet, vt *Annotatione præcedenti, num. 7. & seqq.* latè ostendimus: nec nouiori quidem, si officij respectus, contemplatioquè non intercedat, vt *ipsa quoque Annotatione* vidimus, *numero* 22. Indequè huiusmodi Consuetudinem fauorabilem esse *infra proxime num.* 17. Deducimus.

Si quid pro hac, similibusquè in materia ista opinionibus apud Bobadillam valuit timor scinerit ipse: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.*

Ast ego, si tantam fas est mihi soluere litem, Cum Lucano *l. 10. de bello ciuili,* humano timore solutus, intentus veritati, iudicium interpono meum. *Sciens & videns in flammam mitto manum. Adducentur supercilia, extendetur brachium, iratusquè Chremes tumido desaniet ore,* vt Hieronymi verbis vtar *epistolar. lib. 2. epist. 19. ad Furiam.*

Abrogatas

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Abrogatas Desuetudine, aut contrario vsu prædictas leges dicere in nullius veniet mentem; sed tamen eis aliquatenus derogatum censemus, iuxta Modestini differimen, *in l. Derogatur*, 102. *D. de verbor. signific.* dicentis: *Derogatur legi, aut Abrogatur: Derogatur legi, cum pars detrahitur: Abrogatur legi, cum prorsus tollitur.* Aut enim minimæ res donatione acceptæ sunt; & nullatenus siue inferiores, siue superiores syndicantes Iudices de eis curant: cum de paruis scrupulosam inquisitionem fieri iura vetent *in l. Nec supina, 6. D. de iuris & facti ignor. in l. Seruus Venitius*, 122. *D. de legat. 1. in l. Senatus censuit*, 5. *D. de iure fisc.* plene Bobadilla ipse *in Politic. lib. 5. cap. 1. num. 59. & 134.* Et quamuis minima etiam attendi soleant cum à iure desiderantur, aut ipsa quoque minima prohibentur, *l. Quamuis*, 23. *D. vt in possess. legator. l. 1. §. Cum dicitur, D. si cui plusquam per leg. Falcid. l. Naturalem*, 5. §. *Gallinarum, D. de acquir. rer. domin. 6. Gallinarum, instit. de rerum diuis. l. 1. §. Illud. D. de coniung. cum emancip. liber.* vt & prosequimur *in Axiomatib. iuris, lit. M. num. 74. & sequentibus*: non ad id nunc vertitur disputatio nostra, sed an in his minimis prædictis legibus Desuetudine, contrariove vsu derogatum sit: Derogatumque esse, præfatus indicat procedendi in syndicatibus mos, vt comprobamus illico.

Aut maiuscula quidem, sed quæ Iudicantis animum (perpensis supra dictis *Annotatione præcedenti, num. 4.*) verisimiliter mouere non possunt, neque officij intuitu data, aut recepta constat (officij enim intuitu quantumuis parua, improbata omnino, & seuera punitione digna, *ibidem num. 1. & 2.* ostendimus) neque ex alia causa Annotationibus præcedentibus dictis, sequentibusque dicendis, vt *infra num. 20.* iustificatur receptio: & tunc pœna aliqua pecuniaria applicanda Fisco, non quidem dictarum legum grauis, infamiæ, priuationis officij, aut inhabilitatis ad aliud, per syndicatores imponi solet. Quod ad derogationem sufficiens est, *ex d. l. 10.* & citatis à Farinacio *fragmentor. criminal. p. 2. lit. L. num. 14.* Neque aliter vsquam vidi, nec audiui factum, sed sic vt diximus potius tota die experimur.

Quod cum ita sit, potissimum tenet vsus
14 iste valorem, † à iudiciariis actibus, quos ad Consuetudinem inducendam experiunt rigidiores: tametsi extra iudiciales sufficere obseruent Corneus *consil. 293. in fine, vers. Non obstat quod non fuerat obtenta in contradictorio iudicio, lib. 1.* Farinac. *fragmentor. d. 2. p. lit. L. num. 5.* Gregor. Lopez *in l. 5. verbo Fueren dados, tit. 3. part. 1.* Affin. *de execution. §. 5. cap. 26. num. 20. pag. 131* Donell. *lib. 1. commentar. cap. 10. & ibi.* Oluvaldus *lit. H.* Cuiac. *lib. 20. obseruat. cap. 1.* Ex Theolog. *Præposit. in 2. p. D. Thom. quæst. 97. dub. 1. num. 8.* Syluius *eadem 2. p. quæst. 97. art. 2. conclus. 8.* Granad. *d. 2. p. controuers. 7. tract. 3. p. 2. disput. 16. sect. 2. num. 15.* Lorca *disput. 29. memb. 1.* Vazquez *disput. 177. cap. 6.* Suarez *de legib. lib. 7. cap. 11. num. 2.* Basil. Pontius *de Matrim. lib. 6. cap. 6. num. 2.* nouissimè Antonin. Diana *resolut. moral. p. 6. tract. 5. resolut. 8. vers. Sed opinio contraria est tenenda*, & alij penès ipsum.

Tot fere legibus his contrarij cernuntur actus, † quot Iudices syndicantur; toties ad 15
Principem eorum notitia accedit, quia omnes ad Principem syndicationes referuntur, de eisque consulitur, dispositione *legis 2. tit. 5. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis*. Cum regulariter bini, aut trini actus ad Consuetudinem inducendam, legiquè derogandum; Principis saltem scientia interueniente, sufficiant, vt ex Syluestro *verbo Consuetudo, num 6.* Panormitano, & aliis, obseruat Lessius *de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 6. dubit. 14. num. 46. vers. Hinc sequitur*, Salas, quam multos referens, *de legib. d. quæst. 97. tract. 14. disput. 19. sect. 8. per tot. & sect. 20. num. 113. vers. Addit. Azor.* Farinac. *fragmentor. d. lit. L. num. 21. & seqq.* Paulus Fusc. *in singular. vtriusque iuris, lit. C. num. 216.* Ex eaque ad Principem relatione, huiusmodique iudiciarijs actibus, quibus non contradicit, Consuetudinem approbare, contrariasque leges abrogasse videri, pro constanti supponit, in similique arguit Antonin. Diana *resolut. moral. p. 8. tract. de immunit. Ecclesiar. resolut. 25. vers. Sed contrarium, mihi pagin. 12.* Nec modo his inducti actibus legis derogationem sciente Principe, sed etiam ignorante, si eius superioribus Iudicibus, Auditoribusque scientibus fiant, tradunt Paz *in l. 1. Tauri, num. 232. & 233.* Eman. Rodrig. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 6. art. 12.* eorumque relatione Diana *d. 1. p. tract. 10. de legibus, resolut. 7. ad finem.* Vtrorumque scientia in casu proposito, syndicationum, vtque vocant, Residentiarum, interuenit, & Principis, vt diximus, consultatione, & suprem orum Consiliariorum iudicio, & decisione, in hisque Indiarum partibus, Auditorum, ad quos syndicationem, seu residentiarum causæ correctorum Naturalium, vt vocant, deferuntur, inque ipsi Regalibus Audientiis & Cancellariis deciduntur.

Neque Consuetudini prædictæ, pœnarumque derogationis † ex illa obest clausula 16
Ipso facto, in dictis legibus adiecta, præcipuè *in d. l. 56.* Quantumuis enim *Ipso facto* Lex pœnam imponat, potest nihilominus contraria Consuetudine abrogari, vt probant textus cum Glossa *verbo Connubio, vers. Quidquid tamen, in cap. Cum multa, 15. quæst. 8.* Panormitan. *in cap. 1. num. 4. in fine, vers. Ex quo infero, de treug. & pace*, Benedict. Capt. *regula, seu conclus. 14. num. 13.* Farinac. *d. lit. L. num. 6.* pleniissime Suarez *de legib. d. lib. 7. cap. 19. per tot. præcipuè à n. 3.* Salas *d. quæst. 97. tract. 14. disput. 19. sect. 19. n. 76.* Gratian. *discept. forens. cap. 14. num. 12.* Azor. *instit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæst. 10.* & alij referendi *infra num. 19.*

Idque maxime vbi Consuetudo † Diuino, aut naturali iuri non repugnat, & ad antiquius commune reducitur, vt in casu nostro, iuxta late agitata *hac ipsa Rubrica, Annot. 5. num. 7. & sequentibus*: quæ tunc, & facilius admittitur (cum ad sui naturam quæque res facilè reuertatur, *l. Si vnus*, 28. §. *Pactum ne peteret, & §. seq. D. de pactis, cap. Ab exordio*, 17

UAB Biblioteca de Ciències Socials

exordio, 35. *dist.* cum adductis per Nos *in Axiomatib. iuris, lit. R. num.* 81. *&* 84.) & fanotabilis cenſetur, etiam in diſpoſitione correctoria, vt docet optime Gloſſa *in cap. ſtatutum, 3. verb. Numerandum, de prabend. in 6.* plenè Tiraquel. *de primog. quæſt. 24. num. 5. & ſeqq.* cumque multis P. Sanchez *de Matrim. lib. 1. diſput. 12. num. 2.* Fatinac. *fragmentor. criminal. 1. p. lit. E. num. 86. &* 87. Barboſ. *in collectan. ad dict. cap. Statutum, num. 13.* latè etiam Camil. Gallin. *de verb. ſignific. lib. 6. cap. 15. à num. 1. cum multis ſeqq.* Et in Conſuetudinis ſpecie Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutor. interpret. concluſ. 2. num. 170.*

18 Ex dictis itaque deducitur in minimis † contrario vſu prædictas leges penitus abrogatas: in aliis maioribus quidem, ſed non adhuc paruitatem, Iudicis arbitrio, excedentibus, qualitatibuſquè penſaris, memoratis *precedenti Annotatione*, *num.* 4. derogatas quoad pœnarum rigorem, proque æquo iudicantium arbitrio contrario, vt diximus, vſu temperatas: ſalua in maioribus, vel etiam paruis officij incuitu datis, vtque iuſtitia, vel iniuſtitia fiat, dictarum legum conſtitutione manente, iuſtoque rigore.

An verò per Conſuetudinem abrogata le-
19 ge quoad pœnam, † abrogata ſimul maneat quoad culpam, vel poſſit Conſuetudo pœnam legis abrogare, legis obligatione manente quoad culpam, diſputant Theologi. Quorum frequens & communis reſolutio eſt: *poſſe Legem contrario vſu abrogari quoad pœnam impoſitam ipſo iure: & tamen quoad culpam manere.* Ita docent Suarez *de legib. d. lib. 7. cap. 19. num. 3.* Salas *d. diſput. 19. ſect. 19. numero 75.* Azor. *dict. cap. 18. quæſt. 10.* Gordon. *in ſumm. tom. 1. lib. 2. quæſt. 14. cap. 6. num. 22.* Monteſin. *in p. 2. tom. 2. diſput. 23. quæſt. 13. num. 132. & 133.* Vuigerl. *in part. 2. queſt. 97. art. 3. num. 15.* Caſtro Palao *tom. 1. tract. 3. diſput. 3. punct. 4. §. 2. num. 3.* Præpoſit. *in p. 1. Diui Thomæ, quæſt. 97. dub. 2. num. 11.* Syluius etiam *in part. 2. quæſt. 97. art. 2. concluſ. 6.* cumque his nouiſſime Diana *d. 6. p. tract. 10. reſolut. 19.* diſputans è conuerſo *reſolutione ſequenti*: An Conſuetudo poſſit abro-
20 gare legem quoad culpam, manente obligatione quod pœnam? Apud quem ab ipſoque laudatos videre licet.

Vſque adhuc dicta, † caſus præfatarum legum prohibitione, regulaquè exceptos, quos incepimus numerare, & ſequentibus Annotationibus proſequemur, non tangunt. Cum iſti nullo Conſuetudinis adiumento egeant, Iuris ipſius fulcimine tuti, iuxta ea, quæ in ſuis quibuſquè caſibus notata ſunt; cæteris, modo dicto, Conſuetudine profutura, non quidem vltra id quod ius Diuinum, & leges humanæ, eidem conformes permittant (vt *in hac, & precedenti Annotatione* expendimus) aut Conſcientia, fidelis cuiuſque teſtis, & Iudex patitur. Si enim (vt iam ſupra diximus, & ſæpè repetere cogimur) minimum etiam iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ faciendi ratione, à volentibus quoque recipiat Iudex, per extorſionem concutiat, vel aliter in Diuinam legem receptione peccet; inepte Conſuetudine volet iuuari, cuius contra legē Di- 21
uinā nullas vires eſſe, *ſup. n.* 8. prænotauimus.

Denique vt in his in quibus contraria prævalet Conſuetudo, iuramentum † de muneribus non recipiendis Iudicibus præſtari iuſſum (in cuius quidem præſtatione non eadem omnibus forma aſſignata, vt legibus *Annotatione ſecunda huius Rubricæ, num.* 15. relatis videre eſt) Conſuetudinis valori impedimento non ſit (præter ſolutiones *tertia precedentis Annotatione*, *num.* 30. *& ſequentibus* deſignatas) præſto quoque eſt quam præfiniunt Natta *conſil.* 19. *num.* 7. Cephal. *conſil.* 115. *num.* 17. ciſque relatis, Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutor. interpretatione, concluſ. 6. num.* 86. *&* 87. Guttierrez *de iuram. confirmator. p. 1. cap.* 38. *num.* 14. Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæſt.* 19. *num.* 46. *& ſeq.* dicentes: Iudicem, qui ſtatuta ſeruare iurauit, ad eorum obſeruantiam non teneri, quæ Conſuetudine abrogata ſunt, neque ad ea extendi, præſtitumve iuramentum cenſeri, quæ contraria ſuſtulit Conſuetudo. Quam & conſtituunt concluſionem Theologi. D. Antonin. *in ſumm. p. 2. tit. 10. cap. 6. §. 6. in fine.* Sylueſt. *verb. Iuramentum, 4. quæſt. 23. in fine*, Tabien. *verb. Iurare, quæſt. 36. in fine.* Nauar. *in Manual. cap. 25. num.* 23. Azorius *inſtitut. moral. tom.... lib. 11. c. 8. quæſt. 8.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi, tom. 1. lib. 3. cap. 14. num.* 8. Diana *reſolut. moral. 3. p. tract. 6. miſcellaneo, reſolut. 39.* Salas, cuius transferimus ſententiam *in Annotationem* 12. *huius Rubricæ*, §. 1. *n. fin.* Caſtro Palao *oper. moral. 3. p. diſp. 2. de oblig. & firmit. iuram. punct. 7. §. 5. num. 3. & ſeq.* Animaduerſione, limitatione, ſeu declaratione ſuppoſita, quam *d. Annot. 3. num.* 33. deſignauimus, & nunc repetimus.

ANEX CAVSA REMVNErationis dona Iudicibus recipere liceat?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars proponitur, & ſuſtinetur* numeris quoque ſequentibus.

2 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, ſed compenſatio beneficij recepti, ſolutio, aut obligationis redemptio.*

3 *Lex, vel Statutum donationes prohibens, illas non comprehendit, quæ remunerationis cauſa fiunt. Intellige vt* num. 4. & ſeqq.

5 *Qui recte iudicat, & præmium remunerationis expectat; fraudem in Deum perpetrat. Crimineque repetundarum tenetur Iudex, qui ſpe aliquid conſequendi iudicat,* & num. 6.

6 *Pecuniam mutuam dans, ſi plusquam dat expectat, fœnerator eſt.*

7 *Sola in Iudices ſpes aliquid conſequendi, crimen repetundarum inducit.*

9 *Maioris laboris compenſandi ratione, quam Iudex impendere tenebatur, an honeſtari acceptio poſſit remiſſiuè.*

ANNO

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANNOTATIO VII.

ELAPSA Annotatione quinta hoc penè decidimus quæsitum. Propterea (quamuisquè donationis remuneratoriæ, materia quam lata posset occupare spatia, & longas paginas adimplere; non quidem mos iste nostet) ad necessaria præcingimur, & scopum attingentes, breuiter dubium soluimus, affirmatiuam partem † sustinentes cum Bartholo *in l. Attilius Regulus*, 27. per textum illum, *D. de donationib. num.* 1. Romano *ibidem post princip.* Alexand. *num.* 4. Iasone *in l. Principalibus, num.* 3. *limit.* 6. *& ibidem*, Decio *fallent.* 4. *D. de rebus credit.* Baldo *consil.* 297. *num.* 1. *lib.* 5. Tiraquello *in l. Si vnquam*, *verbo Donatione largitus*, *num.* 19. *C. de reuocand. donationib.* Xamar. *de offic. Iudic. & Admoc. p.* 1. *quæst.* 20. *num.* 15. Matienzo *in Dialog. Relator.* 3. *p. cap.* 31. *num.* 4. Oroscо *in l. Solent, num.* 7. *D. de offic. Proconsul.* Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 78. P. Thoma Sanchez *consilior. moral. lib.* 3. *cap. vnico, dub.* 1. *num.* 21. Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *nouæ Regiæ collection. num.* 22. Tiberio Deciano *tract. criminal. lib.* 8. *cap.* 40. *num.* 2. Stephano Gratiano *disceptation. forens. tom.* 2. *cap.* 202. *num.* 4. Peregrino *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 12. *vers. Limita quinto*, omniumque communi assensu.

1

2 Ratio: † quia hæc non est propriè donatio, sed compensatio beneficij recepti, solutio, aut obligationis redemptio, vt ait Papinianus *in d. l. Attilius Regulus, & ad eam* Mantua Patauinus *in Cossar. iuris, clas.* 16. *num.* 2. in idem *l. Sed si lege*, 18. *§. Consuluit, in fine, D. de petit. hæredit.* & tradunt Tiraquel. *d. verbo Donatione largitus, num.* 11. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuentionib. lib.* 13. *tit.* 2. *num.* 7. *& tit.* 15. *num.* 17. Ioan. Garcia *de donatione remunerator. num.* 3. *& seq.* Stephanus Gratianus *d. cap.* 202. *num.* 2. Iuli. Cla. *in §. Donatio, quæst.* 3. *num.* 1. Nos *in Relectione legis Miles ad sororem*, 77. *D. delegat.* 2. *verbo Quem precario remunerat*, *num.* 1. *& seqq.*

3 Hacque ratione † lex vel statutum donationes prohibens, illas non comprehendit, quæ remunerationis causa fiunt. Ita Alexand. *consil.* 43. *incip. Visis, & ponderatis his, quæ continentur, num.* 11. *vers. Non obstat quod statutum Rodigij, lib.* 4. Bald. Angel. Paul. & innumeri penè alij, quos refert, & sequitur Tiraquellus *dicto verbo Donatione largitus*, *n.* 12. thesim inde istam fusissime prosequens *vsque ad num.* 110. & generaliter, & specialiter in suis quibusquè casibus assertionem, suo more plenè confirmans, fuse quoque Ioan. Garz. *toto illo tractatu*, Pure. *decis.* 426. *lib.* 1. Stephan. Gratian. *d. cap.* 202. *à num.* 1. *cum seqq.* generalem *num.* 3. constituens regulam: *Omnes donare prohibitos remunerationis causa donare posse.* Quam, conclusionemquè nostram speciatim tuetur communis, *à fine legis, cessantisquè prohibitionis ratione*, sæpè hic, pro rei necessitate, & disputationis congruentia repetita.

Gabr. de Velasc.

Intellectum, limitationemque recipit conclusio nostra, † si remuneratio alios quam administratæ Iustitiæ recipiat actus. Cum *pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerunt*, quidquam Iudices accipere vetet Imperator *in l. fin. C. ad legem Iuliam repetundar.* Nec de remuneratione, aut beneficio pro administranda Iustitia cogitare quidem liceat, † *ne præmium*, 5
aut expectatio præmij Iustitiam euertat, iuxta textum *in cap.* 1. *de sentent. & re iudic. lib.* 6. Quam etsi præmij expectatio de facto non euertat, iustumque cum illa, rectumque proferatur iudicium: adhuc *qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat; fraudem in Deum perpetrat*, vt textus inquit *in cap. Qui rectè*, 66. *in ordine* 11. *q.* 3. Non aliter quam si pecuniam mutuam dederis: † Quia *si plusquam dedisti expectat accipere is, fœnerator est*, vt etiam textus *in cap.* 1. 14. *quæst.* 3. Quamuis nullum præcesserit pactum, vt aduertit Glossa *ibidem vers. Expectas*, prædixeratquè eleganter Vrbanus Tertius *in cap. Consulit*, 10. *de vsuris.* In quod & illud Iob. cap. 12. v. 17. *Adducit Consiliarios in stultum finem, & Iudices in stuporem*, sic *Moral. lib.* 11. *cap.* 7. trahit, commodatquè Gregorius: *Adducit autem Consiliarios in stultum finem, cum etiam bonum quodlibet non bona intentione faciunt, sed ad temporalis muneris retributionem tendunt.*

4

6

Solamque spem † in Iudice aliquid consequendi, crimen inducere repetundarum, dixere Tiberius Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 2. & Farinacius *quæst.* 111. *num.* 213. Suntque reponenda similia *infra hac ipsa Rubrica, Annotatione* 10. 7

Post hæc ita considerata, † sic in effectu distinguentem Fachinæum reperi *controuers. iuris, lib.* 2. *cap.* 81. licet non sic firmantem; sed præcipua *dicta legis finalis, C. ad legem Iuliam repetundarum* decisione dicentem: *Ego verò vtor hac distinctione, vt donatio permissa esse intelligatur, si propter beneficium præstitum ante administrationem conferatur: secus autem si aliquo præstito beneficio tempore administrationis.* 8

Quod tamen adhuc limitandum, & intelligendum censeo, si ratione administratæ Iustitiæ, ad quod Iudex officio suo tenebatur, præstitum beneficium foret; secus si non eo respectu, † vel vt priuatus illud contulit Iudex: cum & tunc memoratæ rationes, quæ donationem, receptionemquè ob remunerationem iustificant, procedant: præsertim ex Theologorum assertione, quos *hac eadem Rubrica, Annot.* 4 *n.* 5. retulimus, dicentium: donationem, receptionemquè liberalem, respectu quoque ad Iustitiam, minus tamen principaliter ad eam habito, licitam esse; vt & eam licitam dicunt, quæ maioris laboris compensandi ratione quam ad quem sic impendendum ex officio non tenebatur Iudex, à partibus liberaliter fit, atque præstatur. Quorum *infra hac pariter Rubrica Annotatione* 12. *num.* 12. *&* 14. sententiam proferimus. 9

AN A SVBDITIS QVIBVSque præter iam exceptos, munera Iudices recipere prohibeantur?

SVMMARIVM.

1 *A nullo ſubditorum poſſe Iudices munera recipere, ſententia, & argumenta proponuntur.* Contraria *in ſubditis, qui coram eo Iudice non litigarunt, litigant, neque de proximo litigaturi ſparantur.* num. 2. & ſeqq. *Intelligevt* num. 4. 5. & 6.

3 *Longitudo, vel breuitas temporis, veroſimile, vel non veriſimile, arbitrio Iudicis relinquitur.*

Intellectus legis 6. tit. 4. part. 3. legis 56. tit. 5. lib. 2. legis 5. tit. 9. & legis 1. tit. 6. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis, *ibi.*

Lex generaliter, & indiſtinctè loquens ex lege diſtinctè loquente, ſeu antiquior, ſeu recentior ſit, intelligenda, & interpretanda eſt. ibi.

4 *Ordinatio Regia Cancellariæ noui Granatenſis Regni quid circa materiam præſentis diſputationis prouiderit? Et an* legis 56. tit. 5. lib. 2. nouæ Regiæ collectionis *ſenſum pandat?*

Qualiter, & quo caſu ſit intelligenda? & n. ſequenti.

6 *Iudex qui ad præiudiciale decretum in lite non proceſſit, vel ita in dubium protulit, vt quilibet etiam iuris ignarus rectè, neceſſarioquè proferret: vel contra donantem, decretum ſententiamve protulit, an dicta legis pœna comprehendatur?*

In notoriis an poſſit Iudex in propria cauſa iudicare, facinuſque in ſe vindicare commiſſum? ibi. *Et an in his recuſari valeat?*

ANNOTATIO VIII.

EO hæc quæſtio tendit an à ſubditis, qui coram eo non litigarunt, nec timor eſt litis de proximo agendæ, munera recipere poſſit Iudex, à generaliquè tunc receptionis prohibitione, ſi aliam non contineat malitiam receptio, immunis exiſtat?

1 Quam quidem quæſtionem † negatiue decidit Thom. Sanchez & aliis pro ſe adductis, & iuribus, auctoritatibuſquè opinionem ſuã confirmans, *conſilior. moral. lib. 3. c. vnico, dub. 1. n. 18.* Eius argumenta, & verba referamus oportet, vt vel in ſuam Nos ſententiam trahant; vel ſi in contrariam ratio moueat, in eam inclinatio fiat, ſolutionemquè ipſa reportent.

Igitur poſtquam *dicto loco n. 17.* hanc ſtatuiſſet Sanchez concluſionem *Iudicibus non licet eſculenta, & poculenta recipere, etiam in parua quantitate:* dicto numero decimo octauo aduertit: *concluſionem iſtam intelligi non tantum à litigantibus, ſed etiam à ſubditis, ſiue litigent, ſiue non.*

Mouetur: quia in his omnibus procedit ratio legis, ſcilicet ne muneribus attracti Iudices à iuſto deſiſtant; cum omnes ſubditi coram ſuis Iudicibus litigaturi ſint.

Deinde: *quia leges Authenticorum generaliter loquuntur:* Et quia *lex. 6. tit. 4. part. 3.* diſponit: *que no reciban de quien ſaben que an de mouer pleito ante ellos.* Eam ſic inducens: *Et de omnibus ſubditis ſcitur, coram ſuis Iudicibus quotieſcumquè ſe obtulerit occaſio litigaturos.*

Item: quia *lege 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis* vniuerſaliter omnibus Iudicibus prohibetur etiam eſculenta recipere *de los que ante ellos vbieren de venir, o vinieren a pleyto.* Quam ita ſenſui ſuo accommodat *Todos los ſubditos, ſi an de tener pleytos, an de venir delante de los Iuezes.*

Denique: quia *lex. 1. d. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis* expreſſè Iudicibus imperat: *De ninguna perſona reciban.* Adducitquè ita pariter ſentientes Matienzium *in Dialogo Relatorum, 3. p. cap. 31.* Auendañum *de exequend. mandat. cap. 2. num. 4.* & Azeuedum *in l. 5. tit. 9. lib. 3.*

In contrarium tamen † extat *Lex 56. tit.* 2
5. lib. 2. nouæ Regiæ collectionis recipere vetans quidquam *de perſona alguna que tragere o veriſimilmente ſe eſperare que tratra pleyto en breue, ni delque vbiere traido pleyto ante ellas durante ſus officios.* Cuius quidem conſtitutione à dicta prohibitione generali, eos qui neque litem coram eo Iudice habuerunt, neque habent, neque timor eſt quod de proximo ſint habituri, exceptos eſſe, eaque non comprehendi, compertum eſt.

Qua quidem conſtitutione ſtante (non modo quòd recentior ipſa ſit, aut correctionis antiquarum ope, quam excludimus; ſed vtrarumquè conguentia, mente & ſenſu) argumenta; rationes, & auctoritates in contrariũ allatæ aſſertioni præfatæ non præiudicant.

Non primum, † quia in ſubditis iſtis, qui 3
nec litem apud Iudicem hunc habuere, non habent, neque ſpes aut timor veriſimilis eſt imminentis litis, non vtique prohibitionis generalis ratio vrget. Ad præteritum, & ad præſens, euidenter: ad futurum probabili quoque certitudine, & æqua legis præſumptione, delictum, eiuſve ſuſpicionem excludente, iuxta vulgaria iura, ex veriſimilitudine abfuturæ litis; quam ex occurrentibus circunſtantiis, perſonarumquè conditione facilè deprehendet Iudex: cuius arbitrio temporis breuitas, ſeu longitudo relinquitur, ex *l. 1. §. fin. D. de inre deliber.* traditiſquè à Menochio *de arbitrar. lib. 2. caſu 1. & ſeqq.* Veriſimilitudo item, vel quæ veriſimilia extent, aut non, vt, cum multis, reſoluit Menochius idem *libro eodem caſu 85. numero 3.* Non enim ita Iudicem Lex habet exoſum, vt ab eo omnem ſubditorum benenolam actionem remouere intendat: non ita ſuſpectum, vt quamlibet etiam in maleuolam, & iniquam vertat: cum poſſit non accidere ſuſpicionis, corruptioniſque metus caſus, excluſuſquè ad præſens ſit, vt me ſyndicante euenit. Crimine enim receptionis ſyndicato obiecto, probauit ille nullam officio ſuo durante litem habuiſſe donantem. Sed aliæ tunc ad rei donatæ condemnationem

circunſtantiæ,

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

circumstantiæ, qualitatesquè accessere; sed aliam non continuit, ob dictam exceptionem, probationemquè, sententia pœnam. Quæ, vt suspicor, apud supremum Indiarum Conuentum extitit confirmata.

Lex Partitæ, quæ in contrarium adducitur, non modo timorem litis breuiter à donante mouendæ, ad receptionem improbandam dederat; sed Certitudinem: *De quien saben que ande mouer pleyto ante ellos.* Nec limitata hæc dispositio ad generalem subditorum omnium prohibitionem, qui coram suo Iudice litigaturi sunt, aliquatenus trahenda, vt Sanchez trahit: cum si Lex omnes includere voluisset, vnico id effecisset verbo dicendo: *De ninguno de su Iurisdicion*, quin cætera adderet, quæ exclusionem *litem non habentium*, iuxta modum in ea præfinitum, manifestant, & superfluitatis vitâdæ ratio (quæ plurimum attendenda est, iuxta latè supra notata *hac ipsa Rubrica, Annot. 3. num. 3. & seqq.*) omnino persuadet.

Idem sensus est, idemque intellectus *dictæ legis 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis* in relatis verbis: *De los que ante ellos vbieren de venir à pleyto.*

Authenticorum leges; & dicta *lex 1. tit. 6. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis* (præterquam quod donationes prætextu intuituquè officij factas respiciunt, vt sæpè in discursu notamus) cum generales, & indistinctæ, sint, distinguentis legis 56. intellectum recipiunt. Quia lex generaliter, & indistinctè loquens ex lege distinctè loquente, seu antiquior, seu recentior sit, intelligenda, & interpretanda est, ad eamque necessario trahenda, iuxta *legem Non est nouum 25. l. Ideoque 16. & l. Sed & posteriores, 27. de legib.* latequè *hac ipsa Rubrica d. Annot. 3. num. 28. & 29.*

In antiquarum legum casu generaliter munera Iudicibus recipere vetantium, loquitur Matienzius *dictæ legis nostræ 56.* immemor, vel eius saltem mentione non facta. Adhucquè ex præsumpto donantis metu, receptionem improbat; probat, si alia ratio, quæ metum excludat, accedat, *dicto numero 4. vers. Ex hoc deducitur*, Similiter Auendañus. Azeuedus pro nostra ex dicta lege 5. arguit, & si non recipere consulat, tutiusquè dicat, vt & Nos profitemur, & consulimus.

Tandem ipse Sanchez prædictis argumentis in contrarium iactatis, de dicta *lege 56.* oppositione facta, respondere coactus est: *Verum esse illam legem non prohibere receptionem ab omnibus subditis: & ita* (addit) *vigor illorum verborum illius legis, quoad restitutionem non erit seruandus, nisi in illis de quibus dicta lex loquitur.* Continuo subdens: *At sunt aliæ leges id prohibentes, & ratio legis.* Sed aliæ leges, quæ generales sunt, & indistinctè loquuntur, per hanc distinctè loquentem necessariò, vt diximus, intellectum, interpretationemquè recipiunt: Rationem legis in exceptis deficere, abunde ex ipsamet lege donationem, receptionemquè in certis casibus permittente, deducitur. Siquidem gratuita, & liberalis donatio, non intuitu officij facta, nullo alio vitio laborat, quam quod à lege prohibita est, vt *supra Annotatione proxima 5. ex numero 7. cum seqq.* latè ostendimus, secundum saltem dictum ibi modum, & hic quoque proxime subiiciendum *numer. 5.* Quo sublato, ea quoque ratione, quod suspicionis causa cesset; prohibitionis quidem rationem deficere; ambigendum nullatenus est: ne & pariter cum beneuola præsumptio sumi possit, & debeat; malcuola, delictum, maculamquè inurens, contra iuris regulas, vt sæpe expendimus, sumatur. In ea interim Nos præsumptione sumus eruditissimum Patrem Thomam Sanchez (qui nihil viuens indiscussum reliquit, sed omnia plene, diligentissime, & summa dexteritate, doctrinaquè sapientia referta examinauit) aliter resolutionem istam digesturum, si vltimam aperi illi manum imponeret, nec fuisset morte præuentus.

Emendaturus, si licuisset, erat.

Vt de suis Metamorphos. Ouidius inquit *Tristium lib. 1. Eleg. 6.*

Omnia supradicta, † præstitumque contrariis iuribus intellectum manifeste confirmat *huius noui Granatensis Regni Cancellaria Ordinatio Regia 29.* dictis legibus recentior, à Philippo 2. probata duodecima die Augusti, anni 1578. ab iis tunc, qui coram Iudice litigarunt, recipere vetans, si nondum alite peracta annus transierit, aut noua lis immineat. Eius quoad hoc sunt verba: *Ni puedan recebir cosa alguna, aunque sea de comer, de vniuersidad, ni de particular alguno, ni de otra persona alguna que aya traydo pleyto el año antes, o le esperare traer.* Pœnas in contrarium facientes adiiciens: *So pena de perjuro, y de perdimiento de su officio, y quedar inhabil para tener otro, y volver lo que assi lleuare, con el doblo.* Quæ ab eadem lege 46. fuêre desumpta: eiusque per consequens dispositionem exposuisse videtur Ordinatio. De cuius etiam origine *hac Rubrica Annotatione 10. numer. 15.* mentionem facimus. Cuius quidem Ordinationis, etsi dispositio specialis sit; at à supremo Principe facta confirmatave, & iuris vniuersalis vim habet, §. *Sed & quod Principi placuit, instit. de iure naturali gent. & ciuil.* & quodam modo ius commune dici potest, vt docet Alderan. Mascard. *de generali statutor. interpret. conclus. 2. num. 95.* Idque præcipuè in antiquæ legis declaratione, cuius naturam declarans dispositio assumit, solumquè quod latebat in antiqua pandit, *l. Adeo, 7. §. videtur, D. de acquir. rer. domin. l. Heredes palam 21. §. Si quid post, D. de testam.* cum citatis fusius à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. D. num. 34. & 37.* Sed esto difficultas maneat quoad generalem Ordinationis vigorem, declarationis virtute: quoad præstitum dictæ legi 56. intellectum, & sensum, argumenta, rationesquè pro eo perpensas, nulla remanere videtur.

Adhuc tamen dictæ legis permissionem † ad parua, iudicantis arbitrio, munera, in frequentem, & tutam acceptionem, iure, & honestate reducendam arbitramur: ne aut

magnitudine vires merito suspitio sumat, & auaritia caput extollat : aut frequenti, parvorum quoque acceptione, conditionis vtilitas denegatur, Vlpiani admonitione *in l. Solent*, 6. §. *Non vero, D. de offic. Proconsul. & Legat.* Idque præ maxime in dictæ Ordinationis casu, Sic *ex d. l. Solent*, communisque iuris terminis obseruat Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 20. num. 7.* repetit prosequiturque latius *ex num. 14. cum seqq.* sed ita implexe, & involute, vt eius vix sensus elici queat.

6 De Iudice, qui ad litis decisionem, † vel præiudiciale decretum non processit, sed ita in dubium, & expeditum protulit, vt quilibet etiam iuris ignarus illud proferret (veluti in instrumenti guarentigij, vt vocant, executionem, aut absque oppositione aliqua, addictionis, sententiam) vel si contra ipsummet donantem sententiam tulisset, quæ videntur efficere vt in prioti casu lis coram eo non censeatur agitata; in secundo, prohibentis legis deficere rationem, corruptionisque suspitionem in vtroque fugaram: & an nihilominus dictæ legis 56. dispositione teneatur, & vtrique haberi pro litigatoribus debeant; à quibus nil impune recipi valeat.? Vtrinque non contemnendæ rationes vigent. Pro negatiua, Iudicem nempe tunc ea lege non teneri facit: quia in notoriis, claris, & manifestis, qui iudicat, non tam Iudex, quam legis executor dicatur, ex *cap. Manifesta*, 16. 2. *quæst.* 1. & *l. Ea quidem*, 7. *C. de accusationib.* Indeque fit in huiusmodi manifestis, & notoriis casibus posse Iudicem in sua propria causa iudicare, in seque facinus vindicare commissum, si certa saltem pœna determinatioque sit à iure præfinita, vt in nostro supponimus casu, non arbitrio Iudicis reseruata, vt post antiquiores à se relatos, de communi attestantes, tradunt Roland. à Valle *consil.* 48. *ex numer.* 2. *cum seqq. & num.* 14. & 15. *lib.* 2. Cravet. *consil.* 237. *num.* 7. Capic. *decis.* 124. *numer.* 4. Iulius Clarus *sententiar. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 35. *num.* 26. *præcipuè vers. Bene verum est*, & Baiard. *ad eum ibi*, *num.* 31. cum multis Farinacius *quæst.* 17. *num.* 45. Bernard. Græuæ, *pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *conclus.* 39. *num.* 16. Augustin. Barbos. *in collect. ad legem vnicam, C. ne quis in sua causa iudicet vel ius sibi dicat*, *num.* 11. Eaque ratione nec in manifestis recusari potest Iudex, vt per textum *in cap. Proposuit*, 24. *de appellationibus* tenet ibi Glossa fin. *verbo Manifesto*, & cum multis resoluit Farinac. idem *quæst.* 11. *numer.* 129. Quod si Iudex in his non tam Iudex, quam nudus legis Minister, executorque reputatur, qui non secundum arbitrium proprium vel iudicium, sed secundum notam manifestam præscriptamque formam iudicat; ob quod nec in sua causa iudicare veratur, nec in aliena recusari potest: neque similiter quoad dictam prohibitionem causam agitatam videri, tentari forsan posset, argumento quoque fauente à cessante legis ratione, suspitioneque corruptionis. In contrarium iusta, manifestaque etiam prohibitio legis, *Litis*, *Causæve* mentionem facientis, cuius nomen quamlibet comprehendit, vt notauimus *de priuilegiis miserabil. personar. 3. p. quæst. 3. num.* 23. Tutiorem viam sequamur, quam Lex monstrat.

AN ABALTERIVS DITIONIS, forivè hominibus, in qualibetque quantitate dona, mutuumvè Iudicibus recipere liceat, vel etiam dare? Quidque in subditis circa posteriorem mutui casum constitutum sit?

SVMMARIVM.

1 *Ab alterius ditionis hominibus quando munera, & quæ recipere possit Iudex?* & n. 7.
2 *Quoad eos extraneus diuersi territorij Iudex reputatur.*
3 *Iurisdictionem contentiosam extra territorium suum exercens, qualiter puniatur?*
4 *Non subditos iudicans, iurisdictionemque vsurpans, lathaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, limitatione saltem, de qua ibi.*
5 *Negotiari in ditione sua Iudices prohibentur. Quid extra illam, cumque alieni territorij hominibus?* & num. seq.
8 *Ab alterius fori personis (Ecclesiasticis nempe) an seculares Iudices munera recipere, aliter quam à Secularibus suæ iurisdictionis possint?*
Ecclesiastici forum Laicorum, quos conuenerint, sequi debent. Et in reconuentionis iudicio. ibi.
9 *A subditis mutuum recipere non potest Iudex. Quid de iure nostro Regio? num.* 12.
Quidque ad necessarium vsum de communi quoque iure? num. 13.
10 *A non subditis, alteriusque prouincia potest.*
11 *Perpetui Iudices an & quando à Subditis mutuum recipere, aut contrahere cum eis possint?*
12 *Quid in Auditoribus & aliis, qui ad Principis placitum officia habent, perpetuique censentur.*
Carpitur Bobadilla, generali ista prohibitione hos, perpetuosque Iudices contineri existimans. ibi.
13 *Temporales quoque Iudices pecuniam fœnebrem, vbi prohibita non est, mutuam recipere non vetantur. Nec sine vsuris ad necessarium vsum, secundum multorum sententiam.*
Ad negotiationem, neque ab exteris, alteriusque iurisdictionis mutuum recipere eis licet, ibi.
14 *Mutuum subditis dare, an Iudicibus prohibitum sit?*
15 *An pœna aliqua in Iudices subditis mutuantes, constituta sit?*
16 *Non subditis mutare, nulla lex prohibet.*

ANNO

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ANNOTATIO IX.

QVOAD primam huius quæsiti partem, † compertum habemus prohibitionem munera recipiendi, præceptumque id Iudicibus impositum, ad exteros, eorumque iurisdictioni non suppositos nequaquam extendi, posseque ab eis, si coram ipsis non litigarint, litigent, aut non verisimile sit quod de proximo litem habebunt, sponte, nec officij ratione oblata accipere, hoc legibus Regis à dicta prohibitione alterius iurisdictionis homines non dubiè excludentibus, nempe *lege 7. tit. 5. lib. 2. Ordinam.* iubente: *No sean osados de tomar, ni tomen, en publico, ni escondido, por si, ni por otros, dones algunos, de ninguna ni algunas personas de qualquier estado, o condicion que sean, que vinieren a su Iurisdicion antellos a pleytos.* ad quam collata ad *legem 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ collection.* Lege 3. eodem tit. & libro: *Que no reciban dadibas, ni presentes, por si, ni por otro, directe, vel indirecte, de qualquier persona que con ellos vbiere de librar en las cosas tocantes a sus officios.* Lege 14 tit. 4. eodem libro: *No sean osados de tomar dinero, ni otra alguna cosa de los pleyteantes que antellos vinieren.* Lege 56 tit. 5. lib. 2. eiusdem nouæ Regiæ collectionis: *De aqui adelante no puedan tomar, ni recebir por si mismos, ni por interpositas personas, presente, ni dambas alguna; de qualquiera valor que sea, ni cosa de comer, ni beber, ni otra cosa alguna de Concejo, ni vniuersidad, ni persona alguna que trugere, o verisimilmente esperare que tracra pleyto en breue.* Quæ quidem leges cum non modo à dicta prohibitione alterius iurisdictionis personas, contrario argumento excludant: sed etiam propriè, si coram Iudice illo neque litigarint, litigent, aut verosimile sit quod de proximo non litigabunt, vt *elapsa Annotat.* ostendimus (deficiente prohibitionis, nigræque suspicionis ratione, quæ eidem occasionem præstitit) fortius eum excludet, qui cum neque coram eo litigauerit, litiget, litigaturus de proximo verisimiliter spectetur, alterius simul iurisdictionis sit: cuius respectu, † quoque ad 2
eum, priuatus, Iudex reputetur *l. 3. D. de offic. Præsidis*, vbi sic Paulus: *Præsides in sua prouincia homines tantum imperium habet? & hoc, dum in prouincia est: nam si excesserit, priuatus est.* Ita similiter *l. prima, paragrapho Sed et si, quid, D. de offic. præfecti vrbis*, Glossa *in l. fin. verbo Inhere, ad medium, D. eodem tit. cap. 1. §. vnic. de constit. lib. 6.* Et 3
tanquam priuatus, si contentiosam saltem iurisdictionem extra territorium suum exercens, acerrime castigatur: adeò vt capitis pœnam in eum iure latam dicant (ex textu *in l. fin. C. de apparit. Comit. Orient. lib. 12.* etsi id mihi nullatenus probet) Guido Papa *quæst. 424. num. 2.* Anilesius *in cap. Prator, glossa 2. n. 6. vers. Sed quid si aliquis Iudex.* Azeuedus *in l. 4 tit. 6 lib. 5. nouæ Regiæ collectionis, n. 5.* dum simpliciter hunc allegat. Circa quod prouisio distinguens extat *in l. 7 tit. 4. part. 3.*

Iudicemque istum, † nullam extra suos 4
auctoritatem habentem, vel alienam vsurpantem, inque sibi non subditos ius dicentem, inique agere, & læthaliter peccare docent D. Tho. 2. 2. *quæst. 67. art. 1.* Antonin. 2. *p. summ. tit. 1. cap. 19. §. 1. in princip.* ex ed Pauli ad Romanos 14. v. 4. *Tu quis es qui iudicas alienum seruum?* Dominic. Sotus *de iust. & iure lib. 3. quæst. 4. art. 2. col. 2. vers. Circa hæc autem*, Petrus à Ledesma *in summ. p. 2. tract. 8. cap. 22. in princip. pag. 456.* Reginald. *in praxi fori pœnitentialis. lib. 25. tract. vltim. cap. 54. sect. 1. num. 641.* Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 29. dub. 2. num. 49.* Trullench *in oper. moral. lib. 8. cap. 1. dub. 8. num. 2.* Apud quos videre est, quinam peccent vsurpatione iudicij, præcipue duos istos posteriores *tribus quoque dubiis seqq.* plene rem agentes, qui & restitutioni non sibi subditum iudicantem obnoxium dicunt: Ille *d. cap. 29. dub. 18. num. 171.* Hic à *cap. 1. dub. 12. n. 1.* Ni proprius Iudex ratam condemnationem satis instructus habeat.

Inde fit, † vt quamuis negotiari Iudici- 5
bus iura prohibeant, *in l. Principalibus, 33. D. si cert. pet. in l. Non licet, 46. in l. Qui officij, 62. D. de contrahend. emption. in l. vnica, C. de contract. Iudic. in l. tertia, C. si cert. pet. in l. quinta, tit. 5. part. 3. in l. 2. tit. 6. lib. 3. nouæ Regiæ collection.* cæteriseque relatis à Nobis *de priuileg. miserabil. personar. 3. p. quæst. 10. num. 106. & sequentibus:* non vtique cum alterius ditionis hominibus, † extraque 6
prouinciæ suæ terminos, si alia non impediat ratio, prohibent, vt eadem iura; à contrario argumento, probant, & fatentur communiter Doctores *in d. l. Principalibus*, & (cum Saliceto, Ruyno, Montalbo, & Auilesio, allegatis ab ipso) Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 12. num. 54.* Peregrin. *de iure fisci, lib. 4 tit. 7. num. 11.* vbi ampliat: *vt de re etiam existente intra territorium sua iurisdictionis contrahere possit*, Ioan. Anton. Lanar. *consil. 43. num. 24.* Cabrer. de metu, *lib. 2. cap. 12. num. 61.*

Superfunt in sententiæ istius confirma- 7
tionem alia, quæ tertio proposito quæsito conueniunt, sintque in eo dicenda. Nunc hoc in primo adiiciendum: † *non limitatam licentiam hanc esse ab exteris, alterinsque iurisdictionis hominibus munera recipiendi, sponte, nulloque officij intuitu Iudicibus data*, cum omnino in eis particularis prohibitionis ratio cesset, suamque naturam libertæ beneuolæque actionis donatio resumat, vt in specie notat Azeuedus *in d. l. 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ collection. num. 4. verbo, Que sea de los que antellos oviere de venir, o vinieren a pleyto.*

Ex qua quidem resolutione secundum 8
quoque quæsitum accipere solutionem videbatur: † Ab alterius scilicet fori personis munera Iudicibus recipere licere, tametsi in eadem prouincia extent; ab Ecclesiasticis nempe. Si enim ab alterius prouinciæ hominibus dona, modo dicto, recipere Iudicibus fas est, cur non ab Ecclesiasticis alterius fori, iurisdictionisque diuersæ, cuius imo incapaces

paces sunt Iudices laici, grato, & beneuolo animo data, contemplatione vel respectu officij procul, recipere non licebit?

At non omnimoda in his, quæ in alterius prouinciæ hominibus ratio. Etsi enim diuersi fori Ecclesiastici sint; non tamen diuersi territorij, imo nec sæpe diuersæ iurisdictionis, aut fori diuersi, sed sortiuntur eundem. Veluti cum Ecclesiastici conueniunt laicos, quorum forum sequi tenentur, *cap. si Clericus laicum, 5. cap. Cum sit generale, 8. de foro competent.* Cum aliis de quibus Nos *de priuilegiis pauperum 1. p. quæst. 52. num. 1. & seq. & in Axiomatib. iuris; lit. A. n. 82.* Necnon & in reconuentionis iudicio, in quo sustinere debere Clericum laici conuenti forum, docent Glossa *in cap. At si Clerici, 4. de iudic. verbo Non tenet, post princip. vers. Sed si Clericus,* Glossa *in cap. 1. de mutuis petitionib. verb. Super suis quæstionibus, post med.* cumque prope innumeris, Farinacius *quæst. 8. num. 99.* Augustin. Barbos. *in collectan. ad dict. cap. 1. de mut. petitionib. num. 4.* Carol. de Graf. *de effectib. Clericat. effectu 1. num. 746.* Nos *de priuileg. miserabil. personar. 3. p. quæst. 3. num. 79.* Et communis praxis, in ciuilibus saltem, obseruat, sanctione *legis 57. tit. 6. part. 1.* roborata. Ne & notionem per viam violentiæ interferamus; ad quam tollendam, superiora secularia Tribunalia toties Ecclesiastici petunt.

Quare non aliter quam à secularibus, recipere ab Ecclesiasticis seculares Iudices licebit; hoc est, si coram eo non litigauit, non litigat, nec spes est quod de proximo litigabit: cum prohibitionis ratio, ex prænotatis, Ecclesiasticis quoque vrgeat: & Authenticorum, Regiæque sæpe repetitæ leges à cuiuluis conditionis persona prouinciæ, ditionisve suæ, dicto impedimento detenta, quidquam recipi vetent.

9 Quoad tertium, † eadem quæ in primo quæsito, & ratio, & prouisio est. Quamuis enim à subditis mutuum recipere non possit Iudex, *d. l. Principalibus, 33. & l. sequenti, D. de rebus credit. l. Eos, 3. l. Quisquis, 16. C. si cert. pet. l. Scriniarios, 8. C. de numerar. actuar. & chartular. lib. 12. l. 53. lib. 2. tit. 15. in summar. collection. legum Indiarum:* A non subditis, † alteriusque prouinciæ, non officij intuitu potest. Glossa *in d. l. Eos, verb. Fœnus, in fine, in d. l. Quisquis,* Glossa *finalis* & Glossa *verbo Non prohibetur, in princip. in d. l. Præsides, 34. D. de rebus credit.* Qua de re, prohibitionisque rationibus mutuum à Iudicibus recipiendi; præter antiquiores in dictis locis, agunt Matienzius *in Dialogo Relator. 3. p. cap. 30. per totum,* Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 11. num. 61. & seqq.* Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 19. n. 32. & duobus seqq.* Farinacius *prax. criminal. 3. p. quæst. 111. num. 171. & seqq.* Azorius *inst. moral. 3. p. lib. 7. c. 3. quæst. 7.*

11 A qua quidem mutuum à subditis recipiendi prohibitione † perpetuos excipit Iudices dicta lex *Præsides.* Quæ licèt in perpetuotum Præsidum officialibus loquatur: idem in Iudice perpetuo dicendum sequitur necessario, cum eadem, & fortiori sit in Præsidibus ratio vt notat Glossa *in d. l. Quisquis, 16. C. si cert. pet.* Non enim deteriotis conditionis Præses quam eius officiales esse debent, vt *in dicta lege Præsides,* inquit Antonius Faber, ideo eam de Præside non loqui aduertens, quia ad tempus eius officium erat; In perpetuis Iudicibus illius vigere dispositionem, sæpe ibidem, & Lege precedenti repetens. *Ne is, qui omnium Præsul est, fiat omnium exul.* Estque ita communis, & indubitata fere opinio, vt testatur Peregrinus *de iure fisci lib. 4. tit. 7. num. 10.* verumque existimat Xamar *supra num. 33.* Dum non ad negotiationem mutuum fiat, in quo, eiusque prohibitione diuersæ militant rationes, quas erudite expendit, quoad quoslibet etiam perpetuos officiales, Fachinæus *controuersiar. iuris, lib. 2. cap. 79.*

Ex his sequitur † idem in Auditoribus 12
dicendum, & in aliis ad Principis placitum officium habentibus, qui perpetui censentur, iuxta *legem Iurisperitos, 33. D de excusation. tutor. & ibi,* Bartol. Bald. & communiter Doctores, *legem sufficit, 56. D. de condit. indebit.* Glossam *in Clement. 2. verbo Electionem, de rescript.* Redin. *de Maiest. Princip. ver. Sed & per legitimos tramites, num. 35. & 36.* Ceuall. *commun. contra commun. lib. 1. quæst. 425. num. 13. & seqq.* Ioan. Hieronym. Episcop. Campanil. *in Diuersorio iuris Canon. rubr. 12. cap. 14. num. 64. & seqq.* Et ita in specie nostra obseruant Baldus, & Salicet. *in d. l. Quisquis, 16. C. si cert. pet.* Alexander, & ceteri communiter *in d. l. Principalibus,* Matienz. *in Dialogo Relator. d. 3. p. cap. 27. num. 9. & 10.* Francisc. Marc. *decis. seu quæst. Delphin. 916. num. 3. & 4.* Azorius Peregrinus, & alij supra citati. Penès quos, relatosque ab Augustino Barbos. *in collectan. ad dict. legem vnicam, C. de contractib. Iudic.* videre est limitationes, & an, & in quibus casibus Iudices à prouincialibus emere: cum eisve contrahere possint.

Quæ in re affectatè magis quam attentè, aut scitè (si legibus standum nobis est) loquutus videtur Bobadilla *dicto libro 2. cap. 12. num. 63.* generali prohibitione hos, & perpetuos Iudices, in speciali etiam mutui casu, contineri existimans illique merito cõtradicit Xamar *vbi proxime d. num. 63.* Cum præsertim apud nos mutuum recipere indistincte Iudices posse, & sic *pragma 40. in Curiis Valisoleti, anni 1558.* cautum Auilesius dicat *in c. Prator, c. 2. verb. De mercaderia, n. 36. in fine.*

Quamuis autem Iudices temporales mutuam à subditis pecuniam sumere prohibeantur; † nõ tamen fœnebrem, vbi hæc permissa est cum prohibitionis ratio, corruptionisque timor cesset, & excipet necessitas. Quæ præ oculis habuit Paul. *in d. l. Præsides, 34. §. fin. D. de reb. credit.* dum dixit: *Præses prouinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere nõ prohibetur.* Vt enim bene *inibi.* Antonius Faber: *quotusquisque est qui pecuniam fœnebrem sumere velit, nisi coactus.* Peregrin. *de iure fisci, lib. 4. tit. 7. n. 12. vers. Limita quarto.* 15

Imò

Imò simpliciter sine vsuris ad necessa-
tium vsum posse temporalem quoque Iudi-
cem mutuum à subiectis recipere (cum
aliis à se relatis) obseruat Auilesius *vbi pro-
xime, dicto verbo De mercaderia, num. 1. vers.
Sed dicit Cyn.* Ad negotiationem neque ab
alterius ditionis hominibus accipere mu-
tuum posse: & ita *dictam legem Principa-
libus, 35. D. si cert. pet.* intelligere Ange-
lum & Paulum de Castro. Iamque supra te-
tigimus.

Non solum verò mutuum à subditis ac-
cipere Iudices, communi maxime iure,
14 prohibentur: Sed illis quoque † mutuum da-
te, *in d. l. Principalibus*, Modestino dicente:
*Principalibus constitutionibus cauetur, ne
iis, qui prouinciam regunt, quive circa eos
sunt negotiantur, mutuamve pecuniam dent,
fœnusve exerceant.* Licet enim fœneratitium
mutuum commercium, & negotiationem,
potius quam gratuitum, & benefico animo
à Iudice præstitum hæc prohibitio respice-
re videatur, vt tradit, & fauorabiliorem hanc
opinionem, ex Decio, dicit M. Antonius Pe-
tegrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 7. num. 12. Am-
pliat. 8. vers. Contra:* at simpliciter, & in gra-
tuito frequenter à Doctoribus intelligitur,
vt fraudibus & simulationibus via præclu-
datur, nimiæ familiaritatis, cuiusliberque
suspicionis subtrahatur occasio, vt late
prosequimur *in eadem lege* Alciatus *n. 5.* & ex
eo Matienzius *d. 3. p. cap. 30. n. 7.* Bobadilla *d.
lib. 2. cap. 12. num. 65.* & Xamar *d. quæst. 19.
num. 46.*

15 Adhuc tamen, † non pœna aliqua in
Iudices sit mutuum dantes specifica consti-
tuta est, nisi ex circunstantiis eam exigenti-
bus imponendam Iudex arbitretur, *vt d. cap.
30. in fine.* aduertit Matienzius idem.

Non subditis † autem mutuare, nulla
lex, aut ratio vetat; sed citatæ permittunt;
relati consentiunt omnes, rationes, iura-
que *supra num. 1. 6. & 7.* memorata confir-
mant.

AN POST SENTENtiam, seu officium saltem depositum, munera accipere ab iis qui coram ipsis litigarunt, Iudicibus fas sit?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars in vtroque proposito casu adstruitur*, & numeris seqq. vsque ad numerum septimum, *Contraria exinde cum limitationibus, & intellectus, præsertim* num. 14.

6 *Intellectus textus* in l. 56. tit. 5 lib. 2. nouæ Regiæ collectionis, *& num. 13.*

8 *Intellectus textus* in cap. Si quis obiecerit, in fine, & in cap. fin. 1. quæst. 1.

9 *Intellectus textus* in l. 1. §. Hoc autem iudicium, in fine, D. de calumniatorib. & in l. fin. C. ad legem Iuliam repetundar. *& num. 10.*

10 *Præmij expectatio iustitiam euertit: & nunquam magis iudicia nostra torquemus, quam vbi remotis vtilitatibus solum ante oculos honestum stetit.*

11 *Donatio non præsumitur, & qualibet potius quam donationis, à iure non denis præsumptio sumitur.*

12 *Munus, post sententiam, vel officio finito, à litigante Iudici datum, an pacti, vel promissionis precedentis ratione datum præsumatur.*

14 *Iudex delegatus an aliquid post iudicium finitum à litigatoribus recipere possit?*

Intellectus textus in cap. Statutum, 11. §. Insuper, de rescript. lib. 6. *ibi.*

Delegatus, an & quare aliquas expensas recipere possit; Ordinarius nequeat: ibi.

ANNOTATIO X.

IN vtroque proposito casu † frequentior opinio est, posse Iudices oblata munera, nullo præcedente pacto, ab iis, qui coram ipsis litigarunt, bona fide accipere. Post sententiam, tenent Præpositus *in cap. Qui recte, num. 4. 11. quæst. 3.* Dominic. *in cap. Statutum, §. Insuper, num. 10. de rescript. lib. 6.* Hippolyt. *singul. 190. ad med. vers. Scias tamen & in l. Lege Cornelia, num. 4. D. ad leg. Cornel. de falsi.* Anchatan. *consil. 271. num. 4. & 5.* Felinus *in cap. Tua nos, num. 5. vers. Secundo limita, de simonia.* Francisc. Rip. *in tractat. de peste, vlt. part. de remed. ad curandam pestem, §. Medicorum, num. 117.* Bossius *tit. de official. corrupto pecun. num. 4.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centu. 4. casu 342. num. 38. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 8. in fin. & in additionib. ad dictum casum, num. 7. & 9.* Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 11. num. 56.* Paul. Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 19. num. 26. & 27.* tametsi suo more *ex num. 28. cum seqq.* contrarium tenentium relatione pendulus maneat. Matienz. *in Dialogo Relator. 3. p. cap. 25. num. 2. cum duobus seqq.* Mascard. *de probationib. conclus. 164. num. 14.* Farinac. *quæst. 111. num. 210. & seqq.*

Post officium depositum, † præter hosce 2
ipsos affirmant Iaso *in l. Principalibus, num. 4. D. si cert. pet.* Menoch. *in additionib. ad dictum casum 342. num. 7. & 9.* Baiard. *in additionib. ad Clarum, quæst. 73. num. 19.* Matienz. *d. 3. p. cap. 25. num. 6.* Auend. *de exequend. mandat. cap. 2. num. 6. vers. Secundo limitatur,* Auiles *in cap. 1. Prator. verb. Dadibas, num. 15. & verb. Durante, num. 4. vers. Tamen his non obstantibus,* Bobadilla *d. lib. 2. cap. 11. num. 76.* Paz *in praxi annotat. 5. de Aduocato, num. 53. & seqq.* sic intelligendam dicens *legem 56. tit. 5. lib. 2. noua Regia collectionis* legem 8. *tit. 6. lib. 3.* legem 5. *tit. 9. eodem libro* & legem 1. *tit. 27. lib. 4. cap. De los derechos en las causas criminales, vers. Y mandamos que*

los

los dichos eſtrinanos. Tiberius Decian. *tract. crimin. lib. 8. cap.* 40. *num.* 9. Bertazol. *conſil.* 71. *num.* 32. Thom. Sanchez *conſilior. moral. lib. 3. cap. vnic. dub.* 1. *n.* 10. ex d. *l.* 56. *tit.* 5. *lib.* 2. *nouæ Regiæ collectionis*, & aliis infra. Veriorem dicit Peregrinus *de iure fiſci lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 12. *verſ. Contraria.*

Pro ſententia primi caſus rationes ſunt:

3 † quod prohibitus quidquam pro miniſterio accipere; eo pacto, ab ſponte & liberè offerente, pacto fraudeque ceſſante, accipere poterit, *ex cap. Conſuluit*, 10. *de vſuris* expreſſiote *in cap. ſicut Epiſcopum*, 4. *in ord.* 1. *quæſt.* 2. Quam proſequuntur rationem Matienz. & Paz *locis citatis*, ille *num.* 4. & 5. hic *à dicto num.* 53.

4 Aliam † aſſignat Maſcardus *dicta concluſ.* 164. *num.* 14. ex eodem ipſo *capite Sicut Epiſcopum*, & ſi mendoſe citato: *Ratio*, inquit, *eſt: nam tunc præſumitur datum loco remunerationis, & impenſi obſequij. Cum dicat Canon: Donationem nullam culpæ maculam ingerere, quæ non ex accipientis petitione proceſſit, cap. ſi Epiſcopum.* 1. *quæſt.* 1. Tametſi hanc non ſat firmam putemus, *ex l. fin. C. ad legem Iul. repetundar.* vt *proxima Annot. 7. num.* 4. perpendimus.

5 Alteram † Iacob. Menoch. *dicto caſu* 341. *numer.* 38. in quam cæteri relati conueniunt: *Quia hic ceſſat ſuſpicio, & cauſa corruptionis.* Sed & hæc quoque in iſto primo caſu, infirmior eſt, ex infra notandis.

6 Pro ſecundi caſus aſſertione † eædem, fortioreſque rationes extant, iuraque etiam validiora, tam communia, quàm Regia; præſertim *dicta lex* 56. quæ *officio durante* munera à ſubditis, quo diximus modo, recipere Iudicibus vetat; à contrarioque *finito officio*, permittit, cum penitus ſuſpicionis tunc ratio ceſſet, vt late huius opinionis ſequaces comprobant, & expendunt.

7 In vtroque tamen caſu † contrarium tenuere non pauci, multorum quoque iurium vallati fulcimine. Baldus *in l. ſolent*, 6. §. *fin. D. de offic. Proconſul. & in l. Iuris gentium*, §. *Quinimo*, *D. de pactis*, Paris de Puteo *de ſyndic. verbo Poculenta*, *cap.* 2. *num.* 2. *in fine*, Amodæ. *eodem tract. poſt numer.* 163. & 166. *ad med. verſ. Siue ante iudicium, ſiue poſt*, Gregorius Lopez *in l.* 6. *tit.* 4. *part.* 3. *verb. Non reciban don, ni promiſſion, ad medium*, vbi quod in practica non reciperetur, vt negotio toraliter expedito, munerum fiat acceptio. Auiles *in d. cap.* 1. *verb. Salarium*, *n.* 1. Bobadilla *d. cap.* 11. *num.* 77. Farinac. *d. quæſt.* 111. *num.* 211. etſi à priori, vt à magis communi non recedendum, dicat Petrus Gregor. *ſyntagmin. iuris vniuerſ.* 3. *p. lib.* 36. *cap.*

8 28. *num.* 4. Iuuantia iura allegant † textum *in cap. Si quis obiecerit*, 7. *in fine*, & *in cap. fin.* 1. *quæſt.* 3.

Sed his facilis, ex ipſiſmet, reſponſio patet: quia in eis Eccleſiaſtica emi vetantur, proque illis quocumque tempore quidquam ſolui, aut exigi. Diuerſus caſus noſter, in quo non venditionem, non promiſſionem, exactionemve, ſed ſpontaneam, & beneuolam actionem intercedere ſupponimus.

Fortius aſtringunt textus *in l.* 1. §. *Hoc autem iudicium, in fine, D. de calumniat. & in l. fin. C. ad legem Iul. repetundar.* In illo conſultus ait: *Qui accipit pecuniam, ſiue ante iudicium, ſiue poſt iudicium acceptum, tenetur.* In hoc Imperator: *Nil penitus tam in adminiſtratione poſitos, quam poſt depoſitum officium, pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos.* 9

Sed & hi congruè intellectum accipiunt, † ſi pactum, vel promiſſio intercedit, ſeu etiam, quoad interius ſaltem forum, expectatio ſola, iuxta ea, quæ *prolapſa Annotatione ſeptima, num.* 4. & *ſeqq.* diximus. Etenim *nunquam magis iudicia noſtra torquemus, quam vbi remotis vtilitatibus, ſolum ante oculos honeſtum ſtetit: tandiu officiorum mali iudices; quandiu illa deprauat ſpes.* Quare non poſſe Iudicem, qui de præmio cogitauit, iudicio quoque finito, quidquam accipere per textum *in d. cap.* 1. *de re iudic. lib.* 6. communiter *ibi* aſſeruere Doctores Monachus *verbo Expectatio*, *num.* 6. Ioan. Andr. *num.* 1. *in fine*, Geminian. *n.* 3. & 7. *verſ. Quæro quoniam.* Turrecrem. *in d. cap. Qui recte*, 66. 11. *quæſt.* 3. *num.* 7. & 8. Præpoſit. *num.* 1. *in fine.* Amodæ. *de ſyndicat. num.* 166. *verſ. Verum quia*, Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 2. & Farinac. *d. quæſt.* 111. *numer.* 215. 10

Hac tamen ſolutione non obſtante, † neque poſt ſententiam, neque etiam finito officio, ab iis, qui eo durante, coram Iudice litigarunt, munera recipere poſſe (moderamine ſaltem infra deſignando) veriorem puto, ſecuriorem ſcio. Mouetor & auctoritate, & ratione, & iure. Auctoritate, monitiſque Diui Petri Damiani, *epiſtolar. lib.* 2. *epiſt.* 2. gratuitam etiam donationem, poſt ſententiam quoque reſpuere Iudicibus ſic perſuadentis: *Nonnulli verò hanc circa ſe reperiuntur habere cuſtodiam, vt iudicialis adhuc cauſa pendente negotio, nil etiam ab offerente ſuſcipiant: ſopitis verò litibus, gratis oblata non ſpernant. Sed emergentibus cauſis ſæpè contingit, vt quod ſe putauerant gratis accepiſſe, in aliis cogantur negotiis compenſare: fluuiique periculum, quod ſe ſperauerant reliquiſſe, poſt tergum, inſperatè coram ſe reperiunt enatandum. Hoc eſt ergo tutum, & integrum vt iuxta Prophetam, excutiamus manus noſtras ab omni munere, & nocendi, ſiue iuuandi ſeruemus nobis ingenuam libertatem, vt non litigemus ſub ſeruitute pecuniæ; ſed ſeruiamus in libertate Iuſtitiæ.* Quamuiſque *epiſt.* 31. *lib.* 6. morem eſſe dicat apud Sedis Apoſtolicæ Miniſtros, *ab iis, quorum adhuc negotium pendet, nil prorſus accipere: ab iis autem, qui omnino quieti ſunt, ſi dare voluerint, non abiicere*: de ſe tamen teſtatur, quod dum Apoſtolicæ Sedis Legati officio fungeretur, ne à quieto omnino vas argenteum gratuito ſibi oblatum accipere voluiſſet: violentis, donatore precibus inſtante Eccleſiæ applicuiſſe ſuæ; nec tamen ob id vſque ad factam reſtitutionem quieuiſſe fatetur. 11

Ratione, iuris præſumptione fundata, aduerſus

aduersus dantem, accipientemque vrgente. Aduersus dantem; quia fine causa non magis quis donare præsumitur, quam quod suum velit iactare: quælibetque ideo potius quam donationis præsumptio, à iure non deuia, sumitur, vt comprobauimus *de priuileg. pauperum, & miserabil. personar. p. 1. quæst. 21. num. 1. & seqq.* & hic iam alibi diximus. Aduersus recipientem (quæ & dantem simul includit) †quia in vim pacti præcedentis, datum, & receptum præsumptio instar, dum contrariam circunstantiæ occurrentes non ingerunt, sententia Bossij *in praxi, tit. de offic. corrupt. num. 4. in fine, vers. Et in dubio præsumitur fraus*, & Farinacij *dicta quæst. 111. n. 214.* post Decianum, Claudium à Bertazola, & Baiardum ad Clarum, ab ipsomet Farinacio relatos. 12

13 Iure, † dispositione *dictæ legis 56. tit. 5. lib. 2. nouæ Regiæ collectionis* (pro contraria à Paz, Sanchezque adductæ, locis *numero 2.* citatis) nil Iudicibus recipere permittentis *del que hubiere traido pleyto ante ellos durante sus officios.* Quæ licèt verba præcitati intelligant, *vt recipere non valeant Indices officio durante*: at vere prohibitionem continent, *ne ab iis, qui officio durante, coram eis litem agitarunt, recipere munera possint*, cum temperamento saltem infra adiiciendo, & suspicionis cuiuslibet tollendæ ratione, & ex verborum dictæ legis serie, & connexione, sensui, cautionique huic accommodata.

Ex qua quidem deductione satis datur intelligi quam debilia fundamenta sint existimantium non modo post officium finitum, sed etiam durante, post sententiam tamen, gratuita munera Iudices recipere posse: cum eadem officio durante, siue ante, siue post sententiam, prohibitionis, suspicionisque ratio extet; prohibitioque etiam expressa quidquã recipiendi ab iis, qui officio dutante litigarunt, vt cõtendimus; seu vt priores volũt, aliquid à litigatoribus recipiendi dum officium durat. Cui quidem solæ considerationi cedunt argumenta contraria *ex num. 3.* præter eorum inibi adnotatam debilitatem quam, & in oppositis dicta manifestant.

14 In Iudice delegato † (vt finito iudicio quidquam à litigatoribus recipere non valeat) rationes eædem, quæ in Iudice ordinatio, siue post sententiam, siue post officium depositum extant, adsunt: in vtroque siquidem æque suspitionis causa viget, quæ prohibitionem elicuit. In eo nihilominus permissam, iudicio finito, receptionem, non muneris præcedente pacto, expectationeve, existimat Gregorius Lopez *in dicta lege 6. tit. 4. par. 3. verbo Non reciban don, parum post medium*, & nonnulli ex suprà citatis per textum *in d. cap. Statutum, 11. §. Insuper, de rescript. lib. 6.* Qui tamen nullatenus id aut probat, aut comprobat; sed differentiam tantummodo ad expensarum receptionem inter Ordinarium, & Delegatum Iudicem constituit. Ad quod patens discriminis ratio, vt hic propter expensas quid recipiat; non ita illæ in suæ iurisdictionis terminis residens, stipendiaque muneris habens; non sic pariter Canonico iure Delegatus, iuxta *dictum §. Insuper, & ibi Glossam verbo Moderatas.* expensas istas neque Pontificis Delegato, qui sufficiens beneficium habeat; neque Delegato ab Ordinario ad vniuersitatem causarum permissas dicentem: qui veluti ad Ordinarij ipsius nomen, deducere expensas non debet, nisi de stipendiis, ex textu *in auth. de mandat. Princip. §. Illud tamen, coll. 3. auth. vt nulli iudic. §. Nulli vero, coll. 9. in l. 6. tit. 6. nouæ Regiæ collectionis*, in his quæ muneri connexa sunt. Inque prædicto casu loquitur *Glossa vnica*, pro contraria parte adducta, *in cap. Non licet, 71. in ord. 11. quæst. 3. vers. de Iudice Delegato.*

Quod verò dicimus † *officio finito nihil ab iis, qui coram Iudice litigarunt ipsum accipere posse*, non adeo acerbe intelligendum est, vt in perpetuum sonet, ita vt amicitiam, aut potius humanitatem amandare velle leges videantur, benevolum studium, gratumque commercium inter Iudicem quondam, & prouinciales perpetim interdicere; sed præsumptam auellere fraudem: cuius præsumptio vt ex diuturnitate perdit vires; eas ex temporis vicinitate assumit, & præcedentis pacti roborat suspitionem, *ex cap. Officij, 38. de elect. in.* Paria enim sunt fieri ante, vel paulò post, *Glossa vnica in leg. Pomponius, 40. §. Ratihabitionis, D. de procuratorib. & in l. 2. verbo Narrationem, C. de iureiurand. propter calumn. dando.* Quare in iudicantis arbitrio repositum quando suspicionis coniecturæ cessent, sitque donatio, & receptio officio deposito permissa, personarum, temporis, munerum, occurrentiumque qualitate inspecta, vt, ex Baldo & Alciato tradit Matienzius *in Dialogo Relator. d. 3. p. cap. 27. num. 5.* Menochi *de arbitrar. in addition. ad casum 342. num. 8.* Quod ex huius Regij Indici Granatensis Prætorij *ordinatione 29.* relata *præcedenti Annotatione 8. n. 4.* (post annum à die finitæ litis recipere à litigatoribus permittente) non dubie deducitur. Quam ab *authentico vt litigantes iurent, §. Si quis autem, coll. 9.* ortum habuisse, verisimile est, dicente: *Si quis autem litigantium iuraverit, non dedisse, aut promisisse, intra decem vero menses, post prolatam sententiam numerandos, ostendatur dedisse: memorata pœna, & contra dantes, & contra accipientes habeant locum.* 15

Neque annus iste officio finito, quemadmodum lite finita, vt permissa donatio sit, ad formandum arbitrium expectandus, in re veluti quæ non præfinitos terminos habet, & in quo circunstantiæ normam modumque arbitrio præstant. Adeo enim magna donatio esse posset, vt eo quoque tempore, in suspicionem traheret, in peracti muneris labem, præcedentisque pacti argumentum, nisi aliæ, quæ hanc elideret, præsumptiones extarent. Quæ omnia perpendere prudens Iudex exterius debet; interius sui quisque censor Iudexque fidelis.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

AN, ET QVATENVS BArattariæ Repetundarum, & Concussionis crimina differant, seu conueniant? Quodque sit grauius?

SVMMARIVM.

1 Barattatiæ *nomen barbarum est, neque à legum Conditoribus, neque à Latinitatis Professoribus vsquam receptum; à Pratilicis inuentum, seu excogitatum.*
1 *Pro* Repetundarum *crimine vsurpatur.*
3 *An, & quod sit inter vtrumque discrimen?*
4 *Concussio quando committatur?*
5 *Concussionis, Repetundarum, seu Barattariæ quæ, qualisque pœna?* & num. 6. & sequentibus.
8 *Repetundarum crimen an Concussionis crimen contineat? Vel è contra?* & n. 15. & 20.
9 *Repetundarum crimen publicum est, & eius cuilibet de populo accusatio concessa.*
10 *Repetundarum crimine innodatus, falsique tenetur, & pœnam sustinet.*
11 *Falsi crimen publicum est.*
12 *Latrocinij quoque. Et quid in furti crimine?*
13 *Repetundarum facinore irretiti Iudices an furti, & latrocinij crimine teneantur? Quibusque aliis implicitis quoque videantur?*
14 *Concussionis crimen an publicum sit?* & num. 23.
16 *Repetundarum actio quanto tempore duret?*
17 *Quanto concussionis actio?* & num. 18.
19 *Actiones contra Iudices officij occasione natæ, quanto tempore durent? Et an, quando, & vbi post syndicatum moueri possint?*
21 *Concussionis reus, præter Repetundarum pœnam, de vi quoque tenetur.*
22 *Iustitiæ administri, satellites, apparitores, carcerumve custodes delinquentes in officio, concussionemque committentes, qualiter puniantur?*
23 *Priuatus an, & quando Concussionis crimen committat? Qualemque pro eo subeat pœnam?* & num. 24. 25. & 26. *Intellectus textus* in l. 1. & 2. D. de concussionib. *d. num.* 23.
24 *Vsurpatæ iurisdictionis crimen qualiter puniatur?* & num. 25.
27 *An omnes pœnæ in repetundarum, aut concussionis reum sancitæ concurrere simul debeant, imponique cumulatiue? reuiss.*
28 *Sportulas vel omnino indebitas, vel in plusquam debeantur, extortas, stipendiumve, cum septuplo debet restituere Iudex.*

ANNOTATIO XI.

ADVERTENDVM in primis,† *Barattaria* nomẽ barbarum esse, neque apud legum conditores, neque Latinitatis Parentes aut Professores vsquam reperiri; à recentioribus Practicis, forensibusque Iurisperitis adinuentũ, seu excogitatum, frequenterque receptũ, vt & notant, Mascardus *de probationib. concl.* 164. *n.* 1. Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 33. *n.* 9. Amodæ. Pute. Neuizan. Boss. & alij quos memorat Farinacius *quæst.* 111. *art.* 3. *n.* 1. proque *Repetundarum* crimine vsurpatum, † & Iudicium pecunia corruptum, Iudicemque ita iudicantem designans, quasi iustitiam *Barattantem* id est: *Malbarata.* Et vtrumque *pertinet ad eas pecunias, quas quis in Magistratu, Curatione, Legatione, vel quo alio officio, Munere, Ministerioue publico acceperit.* Hocque Legem Iuliam Repetundarum cõtinere, Marcell. inquit *in l.* 1. *D. ad l. Iuliam Repetundarum* qui idipsum *in l.* 3. *eiusdem tituli* repetens, ait: *Lege Iulia Repetũdarum tenetur, qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum, decernendumve acceperit.* Et *in l.* 4. Venuleius adiecit: *Vel quo magis aut minus quid ex officio suo faceret.* In quod aliæ ipsius tituli in codice cõueniũt, Tametsi differentiam inter *Barattariæ* & *Repetundarum* crimen assignare contendat Bobadilla *in Polit. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 228. vt Repetundarum crimen sit, *cum pro iniustitia facienda pecunia datur ac recipitur*: Barattariæ, *cum datur & recipitur ob aliquid faciendum, vel non faciendum absque iustitia violatione.* Quod nec satis firmat, nec facile est deprehendere aut discernere. 1 3

Concussio est, †*cum indebitè quid per vim, aut metum extorquetur.* Ad quod titulus *de Concussionibus* pertinet. Vtrum autem *Repetundarum*, aut *Concussionis* crimen grauius reputetur, seuerius puniatur, aut æque? videndum. 4

Æqualitatem vtriusque, †pœnæ æqualitas persuadet: quæ in vtroque, communi iure, & ad recepti restitutionem obligat, & extraordinariam coërcitionem, arbitrio Iudicis imponendam iniungit. In *Concussione* sic *in lege prima, D. de concussionibus*, Vlpianus: *Ablatum eiusmodi terrore, restitui, Præses prouinciæ iubet, & delictum coërcet.* Diocletianus & Maximianus in l. quod euitandi, 3. C. de condict. ob turpem causam: *Quod euitandi tyrocinij causa dedisse te apud competentem Iudicem ei de quo quereris in dubia probationis luce constiterit: instantia eius recipies. Qui memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ, etiam Concussionis crimen inultum esse non patietur.* 5

Hancque coërcitionem, † Concussionisve pœnã, præter recepti, seu ablati restitutionem, extraordinariam, (vt diximus) notauit Glossa finalis *in dict. l.* 1. *de concussionib.* quam sequuntur *inibi*, Barthol. Salycetus *in d. l. quod euitandi,* 6

UAB Biblioteca de Ciències Socials

euitandi, num. 1. & 2. in fine, verſ. quæro cum Gloſſa. Odofred. Bonifac. de Vitalin. Paris. de Pute. Grammat. & alij, quos refert & approbat Farinacius *d. quæſt. 111. num. 40.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 342. num. 12.*

7 In Barattariæ, † ſeu Repetundarum, ſic *in lege Lex Iulia, 7 §. Hodie, D ad legem Iuliam repetundarum.* Marcellus: *Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerumque vel in exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerint.* Et ita (cum Grammatico, Boëtio, Boſſio, Iulio Claro, & aliis, profitentur Menochius *dict. caſu 342. n. 6. & ſeqq.* & Farinac. *d. quæſt. 111. num. 16.*

8 Grauius tamen *Repetundarum* crimen † *Concuſſionis* crimine eſſe, non pauca ſuadent. Primo, quia vtrumque comprehendi facinus *Repetundarum* nomine, & *Concuſſionem* crimine *Repetundarum* contineri (quaſi per vim, ac merum extorſiſſe videatur Iudex, quod à ſubditis, etiam ſine aperta violentia, metuve, accepit) ſentit Gloſſa *in l. 3. in princ. D. ad legem Iuliam repetundar.* Gloſſa finalis *in l. fin. verſ. Item crimen concuſſionis, C. de pœn. iudic. qui male iudic.* & *ibi* Odofred. *num. 2. verſ. Item tenetur crimine concuſſionis*, Gloſſa *in l. 1. §. Hoc autem iudicium, verb. Crimina, verſ. quarto, D. de calumniator.* Turrecrem. Bonifac. de Vitalin. Ioan. Berberin. Boſ. Decian. & alij, quorum relator Farinacius extat *dicto proximo loco, num. 41. & 48.* Diximuſque etiam *ſupra hac ipſa Rubrica, Annot. 3. n. 24.* Cuius ſententiæ, ad maiorem in *Repetundarum* quam *Concuſſionis* crimine grauitatem arguendam, præcipuum argumentum eſt textus *in dicta lege quod euitandi, C. de conduct. ob turpem cauſam.*

9 Secundo, † quia Repetundarum crimen publicum eſt, & eius cuilibet de populo accuſatio conceſſa, Theodoſij ſanctione *in l. fin. in fine, C. ad l. Iuliam repetundar.* vbi *ſi quis auſus fuerit præbita ſacramenta negligere; non modo aduerſus accipientem, ſed aduerſus dantem, accuſandi cunctos, tanquam crimen publicum, concedit facultatem.*

10 Quod ex falſi quoque capite † aduerſus eum qui Repetundarum crimine innodatus eſt, comprobatur. De falſo namque & is tenetur, falſique pœnam ſuſtinet, ſententia Gloſſæ *in l. 3. §. Item de falſo, D. ad legem Iuliam repetundarum*, & multorum, quos recenſet, & probat Farinacius *repetita quæſtio. 111.*

11 *n. 18.* Falſi autem crimen † publicum eſſe, dixere Gloſſa *in l. eum qui, 14. verb. Teſtamentũ, verſ. Si vero ſcribatur, C. ad legem Corneliam de falſ. & ibi* Cynus *n. 2.* Alberi. *n. 1.* communemque, cum multis, Farinacius *de falſitate & ſimulatione quæſt. 150. n. 10.*

12 Item & latrocinij, † quod publicũ facinus eſſe aſſerunt Gandinus *in rubric. de furib. & latronib. num. 2.* Angel. *de maleſic. verb. Etiam veſtem cæleſtem, num. 1.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris vniuerſ. lib. 37. cap. 1. rubr. de furt. num. 14. & cap. 9. de expilat. hæredit. num. 9.* Bonifac. de Vitalin. *tract. de furtis, §. 1. num. 34.* Farinac. his, aliiſque citatis, *eodem tract. quæſt. 165. num. 12.* Etſi aliud in furto obſeruet idem cum multis *ibidem, num. 9.* ex *leg. fin. 7. D. de furt.*

Repetundarum verò facinore irretitos † non 13
ſolum furti, ſed latrocinij quoque pœna teneri; non à ratione abſonum, cum eos ſæpe *Fures* nominet Iuſtinianus *in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, §. Au certe, coll. 2.* aliiſque in locis memoratis à Bobadilla *in Politic. lib. 2. cap. 11. num. 24.* & à Farinacio *dicta quæſt. 111. n. 11.* Latronibuſque aliis, hos pernicioſiores, Iſidorus dixit *l. 3. de ſumm. bono, c. 54. & ſeq.* vt ex eo pariter notat Bobadilla *vbi proxime n. 22.* Quia nempe in publico, publicaque auctoritate Iudices latrocinãtur; in abſcondito alij. Metas quoque latrocinij excedere, vltraque longius eſſe, ab eis quos tuendos acceperis, ſua indebitè extorquere; protulit eleganter Gelaſius Papa *in c. Irreligioſum, 5. d. 87.* Eoque reſpicientes Imperatores Gratianus & Valent. *in l. 3. C. ad legem Iuliam repetund.* Iudicibus conſulunt, *ne alienum turgium putent ſuam prædam.* Hoſque de ſubditis prædam facientes, inter læſæ Maieſtatis reos, ſacrilegos, ſimoniacos, aſſaſſinos, & proditores (late diſcurrendo, vt eius & rationes, & allegationes omittamus) Farinacius ponit *dict. q. 111. art. 1. per tot.* Nobis ſatis Ciceronem *in Verrem orat. 4.* addere, dicentem, quod *lex ipſa de pecuniis repetundis ſociorum atque amicorum Populi Romani comparata ſit.*

Concuſſionis verò crimen, † publicũ negat 14
eſſe Mattianus *in l. 2. D. de concuſſionibus*, priuatumque his verbis affirmat: *Concuſſionis crimen publicum non eſt.* Ideoque non niſi ab eo, qui concuſſionem paſſus eſt, poſſe opponi, notat, *Gloſſa prima ibidem.*

Multa tamen ſe offerunt, adhuc, quæ maiorem ineſſe cõcuſſionis crimini grauitatem † prædicant. Primo, quod *Repetundarum* fa- 15
cinus *Concuſſione* contineatur, non è conuerſo, ita vt qui Concuſſionem Iudex commiſit, Repetundarum ſimul delictum pœnamque contrahat, non qui ab ſponte dante pecuniam recepit; Repetundarum tantummodo reus, vt (aduerſus ſupra dictam *numero octauo* opinionem, debili argumento fultam, *legis* nempe *3. C. de condict. ob turpem cauſam*, quæ in Concuſſione nominatim loquitur) defendunt Iodoch. Damahod. *in pract. crimi. c. 129. rubr. de Concuſſione, n. 2.* Cytil. *in ſumm. crimin. rubr. 33. de pœna iudic. male iudic. §. fin. num. 3. verſ. Concuſſionis vero crimen*, Grammat. *conſil. 51. num. 13. & ſeqq.* Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 24. verſ. Propria autem Concuſſio dicitur*, ad nauſeam vſque Farinac. *dict. quæſt. 111. numer. 42. & ſeqq.* Ex quibus, omnia in Repetundarum reum expenſa Concuſſionis crimine innodato conuenire, conſequens eſt, imò fortius, cum in Concuſſione aperta ſit vis; in Repetundarum crimine aut nulla, aut præſumpta.

Secundo, † quia Repetundarum, pœna, 16
eiuſque actio per anni lapſum à tempore depoſiti officij præſcribitur, ſententia *Gloſſa prima in princip. in l. 2.* (per textum

illum) *D. ad legem Iuliam repetundar.* Bartholi *ibidem, num.* 3. & Saliceti *in l. 2. num. 4. C. eodem tit.* multorumque aliorum quos *dicta quæst.* 111. *num.* 231. Farinacius numerat.

17 At Concussionis pœnam † eiusque actionem præscriptione non tolli, sed perpetuam eius criminis accusationem esse, dixit Farinacius idem *proximo loco, num.* 52. auctoritate *Glossæ in d. l. 1. D. de concussionib. verb. Ablatum,* & Bartholi *ibi. vers. quæro quanto tempore.*

18 Verum tamen est, † neque opinionem istam Glossam probare, aut sequi, neque textus litteræ conuenire, sustinerive posse, cum stet in oppositū text. *in l. Vnusquisque, 5. C. ad legem Iuliam repetund.* idem anni spatium vtrique Repetundarum, & Concussionis actioni concedens, vlterius negans. *Vnusquisque procurator præpositus gynecio* (textus inquit) *tabularius, susceptor, colonus, vel quicūque se à Comite domorū meminerit esse concussum, cum ipse cui pecuniam numerauerit, ab administratione decesserit, intra anni spacium ad iudicium spectabilitatis tuæ quidquid dederit, recepturus occurrat, vt prosit pensionibus quidquid ille reddiderit. Si verò ex tempore depositæ administrationis præstito, temporis curricula transierint, nulla vox aduocationis emergat.*

19 Quinimo † adeo præscriptibilem hanc, cæteraſque officij occasione actiones natas in Iudicem existere; vt si intra quinquaginta dies post finitum officium, proclamataque in syndicatu prolata, communi iure, vel Regio nostro, intra dies triginta (si præsertim monitionem hanc continent proclamata; *quod termino accusandum, vel inquirendum præfinito, elapso, non audietur deferens, vel accusans*) accusaturus delaturusve non compareat; extinctæ videantur actiones: tenent (post antiquiores à se relatos) Auiles. *in tract. iudicum syndicatus,* deducto à *capitibus Prætorum, cap. 3. verb. Pregonar, num. 7. & seqq.* Anton. Gomez. *tom. 3. variar. cap. 1. n. 23. in fine,* Auendan. *resp. 3. n. 5.* Paz *in praxi, p. 8. to. 1. in proœm. c. vnic. n. 11.* Eiua *in Curia Philip.* (Azeuedo & Gutierrez in id mendose citatis) *4. p. §. 3. n. 6.* Etsi monitione præfata in proclamate non posita, declaratione que iuxta illam à syndicatore non facta; posse de excessibus in officio commissis syndicatū quoque iudicem in foro, domicilio que suo, iuxta actionis naturam conueniri; ipsimet fateantur. Quibus Farinacius accedit, aliis simul relatis, *d. q. 111. n. 232.*

Ad plenam tamen materiæ huius cognitionem, tres casus distinguendos esse arbitror, in quibus Concussionis vitium accidere potest. Nempe vel in Iudice ipso; vel in priuato iussum Iudicis simulante, similive fraude vtente, non tamen iurisdictionis exercente actum: tertio, cum & is actum iurisdictionis exercens aliquid eo prætextu extorquet.

20 Primo casu, † cum Iudex ipse per vim, aut metum, vt quid faciat, vel non faciat, aliquid extorquet: Repetundarum & Concussionis crimini se obnoxium reddere; in dubium non cadit; cum simplici receptionem (Repetundarum facinus continenti) vis, metusve accedat: tuncque publicum Concussionis iudicium esse; supra traditæ omnes in Repetundarum crimine rationes (fortius & in hoc vrgentes (monstrant, & *in l. 2. D. de Concussionibus*, sic Martianus: *Si ideo pecuniam quis acceperit, quod crimen minatus sit: potest publicum iudicium esse ex Senatus consultis, quibus pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint.* Vbi & præter Repetundarum pœnam, † de vi quoque Iudicem tunc teneri, 21 Accursius notat; *verbo Ex Senatus consultis, & in l. Ex senatusconsulto, 6. D. ad legem Iuliam de vi priuata, glossa finali.* Idemque in alio quolibet iustitiæ Administro, † Satellite, 22 seu Apparitore comprobat Franciscus Bernardinus Porrus *in Fasciculo rerum criminalium, §. Concussio, n. 3. & 4.* Circa quòd leges sunt Regiæ pœnas Alguacellis, carcerumque custodibus imponentes, vel sine iussu Iudicum capientibus, nisi sit in fragranti delicto: legitime captos absque illo soluentibus; seu aliquid præter debitum extorquentibus: nempe *l. 7. 8. & 9. tit. 23. lib. 4. nouæ Reg. collectionis.* Communi iure (post varias illius pœnas, Doctorumque sententias, relatas à Petro Pekio *de iure sistendi, cap. 18.*) concludit ipse: Satellites hos simulatores, pro admissi qualitate, secundum legem Corneliam de falsis, grauissime esse puniendos: seuerè quidem, at meritò in eos inuehens.

Secundus casus, † Cum priuatus Iudicis 23 simulato iussu, aliaue fraude commenta, non quidem iurisdictionis actum exercens, Concussionis facinus perpetrat (nam & tunc Concussionem committi, Concussionisque pœnam contrahi, dicunt Glossa *in d. l. 1. D. de concussionib. verb. Ablatum, vers. Et quandoque sine officio,* & *ibi* Bart. *vers. Vel etiam sine officio*, Cyril. *in summ. crimin. rubr. 33. de pœn. Iudic. qui male iudic. §. fin. num. 3. post med. vers. Et quandoque sine officio,* Farinac. *d. quæst. 111. num. 46.* apertus, ea supposita declaratione, textus *in d. l. 1. D. de concussionib.* vbi hæc Vlpianus: *Si simulato Præsidis iussu, Concussio interuenerit; ablatum eiusmodi terrore, restitui Præses prouincia iubet, & delictum coëreet*) tuncque Concussionis iudicium publicum non est, ex relata Martiani sententia *in d. l. 2. D. de concessionib.* Quam firmant, probantque distinctionem Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. d. casu 342. num. 12.* Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 24. ad fin. vers. Aduertendum tamen*, & Farinac. *d. quæst. 111. num. 53. & 54.* profitentes, quod si à priuato committatur Concussio, priuatum erit delictum, nec ab alio quam ab eo, qui Concussionem passus est, accusationem instituì posse affirmant: si à Iudice, eiusve officiali, publicum esse, & cuilibet de populo accusationem concessam.

Tertio casu, † cum priuatus impetio 24 Iudicis simulato, vel Iudicis, aut Ministri persona mentita, iurisdictionem exercens, aliquid extorquet: longe grauius quam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quam duobus casibus præcedentibus delictum perpetrat, publicum, & seuerissimis pœnis iure vendicatum. Cum (præter Falsi, & Publicum, vt diximus crimen, quod ex eo contrahi declarant Vlpianus *in l. qui nomine Prætoris*, 25. Modestinus *in l. Eos*, 27. *§. fin. D. ad legem Cornel. de falsis*, Capel. Tholos. *decis.* 401. Gigas *de crimine læsa Maiest. quæst.* 22. *num.* 17. & Petrus Pekius *de iure sistendi, cap.* 18.) atrocissimum pariter vsurpatæ iurisdictionis, & læsæ, per consequens, Maiestatis committat. Hunc enim inter alios Maiestatis reos *in l.* 3. *§. fin. D. ad legem Iuliam Maiestatis*, his verbis enumerat Martianus: *Quivè priuatus pro Potestate, Magistratuvè quid sciens, dolo malo gesserit.*

25 Cuius pœnam,† vltra bonorum confiscationem vltimi supplicij esse, sanctione *legis Quisquis*, 5. *C. ad legem Iuliam Maiestatis*, obseruant Guid. Pap. *decis. Delphin.* 425. *n.* 2. Gigas *d. quæst.* 22. *a num.* 13. *cum seqq.* Farinac. *prax. crimin. tom.* 1. *quæst.* 27. *num.* 9. Pett. Canal. *resolut. crimin. casu* 291. *in fin.* Francisc. Bernard. Porrus (hæc omnia in specie nostra complexus) *Fascicul. rer. criminal. §. Concussio, pag. mihi* 295. *num.* 1. 2. 3. & 4. Qui tametsi
26 idem sentire videatur in eo,† qui Iudicis simulato iussu, pecuniam extorsit: re tamen vera, alia eius causa est; veluti qui nec iurisdictionem vsurpet, neque publicam personam mentiatur, aut gestet, sed totum vt priuatus agat, in Iudicemque solum, & eum qui Concussionem passus est, peccet: quibus tantummodo actionem *dicta lex* 2. *D. de concussionib.* præstat; aliis negat, publicum eo in casu iudicium non esse demonstrans.

27 Num autem omnes simul pœnæ † in Repetundarum, aut Concussionis reum sancitæ concurrere debeant, sintvè cumulatiuè imponendæ, quæque etiam iure Regio constent? latè egimus *hac ipsa Rubrica, Annot.* 2. *num.* 6. 9. *& seqq. vsque ad numerum* 14. In sportu-
28 lis,† seu stipendiis indebitis, vel in plus quam debeantur exactis, extortisve, est *lex* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *noua Reg. collection.* cum septuplo eas restituere iubens. De qua, similibusque *Annotatione sequenti* plene videndum.

AN ET QVANDO RESTITUTIONEM eius quod Iudex in officio præter salarium, stipendiaque debita percepit, teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Quæstio diuiditur, casusque separantur.*

2 *Iudex aliquid recipiens pro iniustitia facienda, an ei qui dedit, alterivè restituere sic receptum debeat, tam naturali quàm positiuo iure?* & num seqq. vsque ad numerum 11. exclusiuè.

6 *Receptum pro iniqua occisione, an sit necessario restituendum?*

8 *Turpiter decorum denegatur repetitio? Et an tunc recipiens tutè in animo iudicio retineat?* & num. 10.

11 *Iudex aliquid recipiens ob causam honestam, vtque faciat, vel omittat id, quod facere, vel omittere ex iustitia tenebatur, ad restitutionem obligatus existit.*

Dans hoc respectu aliquid Iudici qualiter delinquat? An causam perdat, & dati receptione priuetur ibi.

12 *Quid si non datum sit timore iniuriæ, sed instar muneris liberalis, vt maiorem quam solet, quamque tenetur, diligentiam in causa adhibeat?*

Quidque etiam tunc, si aliquid vltra sibi stipendia designata recipiat? Deque intellectu legis 56. tit. 5. lib. 2. nouæ Regiæ collection. in fui initio? *& num.* 14.

13 *Vltra sibi debitum salarium, constitutaque stipendia aliquid extorquens Iudex, officiove titulo recipiens, iniustitiam committit, & ad restitutionem in vtroque foro tenetur.*

15 *Penuria rerum, aut pecuniæ abundantia post taxationem superueniente; aut aliunde taxatione à principio iniusta existente, an vltra eam aliquid exigi, vel recipi possit?*

16 *Donatio Iudici sponte, non officij ratione facta, iure naturæ, neque ex dantis, neque ex recipientis parte illicita est, neque restitutioni obnoxia.*

17 *Iure positiuo quatenus ea prohibeatur, restitutionisque obligatio instet?*

Lex ciuilis obligare potest etiam in his, quæ naturali aut Diuino iure non continentur, iusteque prolata, obligandi vim, & potestatem habet in anima foro ad venialem & mortalem culpam, iuxta materiæ grauitatem. ibi.

18 *An id quoque procedat in lege mere pœnali; Quaque merè pœnalis, & quæ mixta dicatur?* & num. seq.

20 *Lex humana aliquid præcipiens, & pœnam temporalem addens an ad culpam obligare nolle videatur, satisque sit transgressorem periculo se pœnæ obtulisse?*

21 *Quæ culpa ex trangressione legis pœnalis contrahatur, eam lege non expresse dictante?*

22 *Lex pœnalis an obligare transgressorem in conscientia possit ab subeundam pœnam ante Iudicis quoque sententiam?* & num. seq.

24 *An item non modo in actibus natura sua malis, sed in his etiam qui sua natura mali non sunt, ob bonum tamen publicum, iustisque respectibus prohibentur (vt in donationibus gratuitis Iudicibus factis, Secretariis, Camera scribis, & Lictoribus) eandem lex potestatem habeat, ante Iudicis quoque sententiam in conscientia obligandi?*

ANNOTATIO XII.

QVÆSTIONIS huius generalitas casuum sub ea contentorum distinctionem postulat. Quæ sic,† ad totius materiæ comprehensionem, formari, casusque constitui posse videntur: 1

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nempe, cum aliquid ob iniuſtitiam faciendam recipit Iudex vt iuſtitiam faciat: cum vltra ſibi debitum ſalarium extorſit: & cum ab ſponte dante, non officij ratione accepit.

2 In primo caſu,† *cum pro iniuſtitia facienda recipit Iudex*; ſunt qui ad reſtitutionem eius quod recepit, Iudicem obligatum affirment; ſunt qui negent. Nam de damno intereſſeque damnificato reſtituendo, extra controuerſiam eſt, vt (cum gloſſa *in cap. Hoc etiam placuit, 2. quæſt. 6.*) notat Diuus Antoninus *2. p. ſumm. tit. 1. cap. 19. §. 4. poſt principium* ſtatimque referendi ſupponunt.

Affirmant Sotus *de iuſtit. & iure, lib. 4. q. 7. art. 1. ad 2. col. 1. verſ. Secundus ergo.* Rationem reddens: *Non quia actio pro qua munus offertur, non ſit natura ſua pretio æſtimabilis: ſed quia habet annexam iniuriam contra iuſtitiam. Vt ſi Litigator aut Iudici, aut ſcribæ, aut teſti corrumpendo munera offerret, aut aſſaſſino, vt hominem interficeret: tunc enim vterque delinquit: & ideo tam qui dedit, quàm qui recipit, precio iure multabitur: ac proinde largitio illa fiſco iure adiicitur.* Similiter Couar. *in relect. cap. Peccatum, de regul. iur. lib. 6. p. 2. §. 2. num. 6. verſ. Video tamen* Lopius *in ſum. 1. part. cap. 106. concluſ. 1. col. 5. verſ. Sit igitur prima concluſio.* Multos huius voti recenſet Martin. Nauarrus, communem dicens, licet contrarium teneat ipſe *loco ſtatim referendo.* In quod & facit textus *in l. 2. C. de donationib. inter virum & vxorem*, iubens *reſtitui ancillam militi, quam ipſe donauerat concubinæ.*

3 Negant, tam naturali quàm poſitiuo iure, D. Antoninus *2. p. ſumm. tit. 2. cap. 5. in princip.* Angel. *verb. Concuſſio, num. 2. & verbo Reſtitutio, §. Turpe,* Sylueſt. *eodem verbo Reſtitutio 2. §. 3. & verbo Eleemoſyna. quæſt. 4.* Mart. Nauarr. *in Manuali, cap. 17. num. 30. & 36.* Leonard. Leſſius *de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 14. dubit. 8 à numero 52. cum ſeqq.* Ferdinand. Rebell. *de oblig. iuſtit. 2. p. lib. 18. q. 19. n. 4.* Petr. Nauarra *de reſtit. lib. 4. cap. 2. num. 72. verſ. Secunda regula* (quam ſic format: *Adquiſita turpiter, id eſt, per actum malum, qui eſt peccatum, ſi voluntate domini acquiratur; non ſunt ex neceſſitate reſtituenda, nec danti, nec vlli alteri. Talia ſunt* (addit) *acquiſita per meretricem, & vt Hiſpanicè, por coechos de eſcriuanos, y otros officiales*) Turrian. *in 2. 2. Diui Thomæ diſput. 14. dub. 2. ex num. 9.*

4 Rationem, de iure naturali † reddit Leſſius *dicto numero 52. & 53.* Primo: *quia ſi iure naturæ eſſet reſtituendum; deberet reſtitui ei qui dedit: atqui huic non debet reſtitui, quia in accipiendo, nulla huic facta eſt iniuria, libenter enim & libere dedit pro opere, quod facere non tenebaris.*

5 Secundo, † *quia etſi opus malum pro quo dedit, non ſit æſtimabile pretio quia malum: tamen qua delectabile, vel vtile, & alteri detrimentoſum, periculoſum: inter homines pretio æſtimatur: Ergo quod hac ratione pro eo eſt acceptum non eſt reſtituendum.* Caſum excipit; ſi in æſtimatione ſit exceſſus.

6 Tertio, † quia nulla eſt cauſa cur magis reſtitui iure naturæ debeat, quod pro iniqua ſententia fuerit acceptum, quam quod pro iniqua occiſione: pro hac autem acceptum (etiam oppoſitum tenentium iudicio) non eſt neceſſario reſtituendum: Ergo neque quod pro iniqua ſententia, vt ipſemet Leſſius *num. 54.* adiiciat. Eiſdemque ferè argumentis, & verbis Ferdin. Rebellus *dicto lib. 18. q. 19. n. 4.*

Poſitiuo iure, † legem nullam eſſe ſecularem aut Canonicam, imo neque Diuinam, quæ iniuſte acceptum de voluntate dantis (ita quod turpido ex vtraque parte verſetur, opere pro quo datur, perfecto) ſit reſtituendum: viriliter affirmat Nauarrus *dicto cap. 17. num. 30.* Opere namque imperfecto, danti ipſi fore reſtituendum, *ibidem verſ. Quarto*, notat. Vt ſi datum ſit Iudici, quod iudicaret iniquè, & rectè iudicauit: Epiſcopo, quòd ordinaret, ſeu conferret beneficium: & nec ordinauit, nec beneficium contulit datori. Iuribus quæ contrarium aliquo modo ſuadere videbantur, idem ipſe ſatisfacit, idemque Ferdinand. Rebellus *dicto proxime loco, num. 4. verſ. Accedit.* 7

Quinimo † ex *lege 3. lege Si ob turpem, 8. §. fin. D. de condict. ob turpem cauſam*, ex *leg. 2. & lege Mercalem, 5. C. eodem titulo*, turpiter datorum reſtitutionem denegantibus, ſatis probabiliter colligi, *dicto lib. 2. cap. 14. dubit. 8. num. 58.* Leſſius inquit: *poſſe iſta retineri in conſcientia: Mens enim legum eſt, vt is qui dedit, in pœnam criminis, non poſſit recuperare.* Exemplo caſum noſtrum ſic in *dicta lege tertia* propoſuit, & illuſtrauit Paulus: *Vbi & dantis & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus: veluti ſi pecunia detur vt male iudicetur.* Cui cæteræ relatæ conueniunt. 8

Coniecturæ tamen, argumentoque Leſſij obſtat: quod licet repetitionem prætatæ legis ſic danti, in pœnam criminis, denegent: Fiſco tamen concedunt. Cui ita data, fore reſtituenda, dixere *Gloſſa prima in l. 2. D. de condict. ob turpem cauſam, & in l. Haredem, 5. verbo Extorqueatur. D. de calumniatoribus.*

Item † quia ſiuè Fiſco, ſiuè paupertibus, alterivè piæ cauſæ, vel loco pio huiuſmodi datorum reſtitutio facienda ſit (vtri enim horum ſit facienda, inter citatos Doctores contentio eſt, latequè diſputat Turrianus *2. 2. Diui Thomæ, diſput. 14. dub. 8. & in d. cap. Peccatum, 2. p. §. 2. num. 6. verſ. Quarta concluſio*, Couarruuias:) *vtcumque humana lege denegata ſit repetitio eius, quod ob crimen, & maleficium datum fuerit: non tamen ob hoc* (prout ipſius Couarruuiæ fert opinio *accipiens tutus erit in anima iudicio,* † *ſi alioqui nec ratione materiæ,* 10 *qua vendibilis non erat, vel ex eo quod conuentio fuerit iniqua, teneretur ad reſtitutionem. Lex enim quæ negat danti repetitionem in hac ſpecie, nullum ius tribuit recipienti, nec plus iuris in eum transfert, quam is acceptione acquiſierit.* Hæc Couarruuias. Cui etſi rationes iam perpenſæ obſtent (ex quibus veriorem ſententiam eſſe hanc, quæ ſuſtinet ad reſtitutionem non exiſtere obligatum ſic accipientem, *dicto loco* affirmat Leſſius *numero 60.* cumque eo Xamat *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

p.1.quæst.19.num. 13. 14. *& 15.*) at contrariam quoque (restitutionis obligationem inesse dictantem, veluti communem, & rationes à legibus, congruoque discursu petitas habentem) non esse improbabilem addicit.

11 In secundo verò casu,† *Cum ob causam honestam, vtque faciat, vel omittat id, quod facere, vel omittere ex iustitia tenebatur, qui accepit*; ad restitutionem teneri probat textus *in d. l.* 1. *D. de condict. ob turpem causam*, dum in ea Vlpianus inquit: *Sed si dedi vt secundum me in bona causa Iudex pronunciaret: est quidem relatum, condictionis locum esse.* Et quamuis continuò inferat Vlpianus: *Sed hic quoque crimen contrahit: Iudicem enim corrumpere videtur: & non pridem Imperator noster constituit, litem eum perdere*: non ita grauiter hunc delinquere, qui vt iustitiam consequeretur, id commisit, vt causam perdat, & dati repetitione priuetur (cum communi, plenius hæc perpendens) Didacus Couarruuias notat *in d. cap. Peccatum, 2.p. §. 3. num.* 1. Probat etiam dictam sententiam textus *in cap. Non sane, 15. in ord. 14. quæst. 5.* vbi plurimos, tam Theologos quam Iuristas, pro ea recenset Augustin. Barbos. *num.* 1. Essequè certissimam apud Theologos omnes, asserunt Couarruuias *proximè, vers. Tandem illud*, cum Syluestro, Adriano, & Medina Paul. Xamar *de officio Iudic. & Aduoc. p.1. quæst.19. n.* 1. *& seqq. præcipuè num.* 10. 11. *&* 12. cumque aliis Petrus Nauarra *de restit. d. lib.4. cap.2. num.74.* Rationem planam dicit: *Quia cum ille facere teneatur, dans dare non debeat, atque ita dare nollet, si ipse facere vellet, quod facere cum oportebat: proinde coactè dat, & rationabiliter inuite, cum aliter redimere suam vexationem non posset.* Turpe, ideo, iniustum, & restitutioni obnoxium tale luctum concludens: semper id in Iudice aliquid pro iusta sententia ferenda recipiente, & in cæteris, qui ex iustitia quid facere debent, verum esse confirmans *numero 77.* Ita pariter Martinus Nauar. *d. cap. 17. num. 33.* Rebell. *de obligation. iustit. d. 2. p. lib. 12. quæst. 20. num.* 1. *& per tot.* Turrian. *d. disput. 14. dubio 2. num. 8. &* 11. Lessius *d. lib. 2. cap. 14. dubit. 9. num. 64.* ad ca-
12 sum illum se restringens: *si datum est* † *timore iniuriæ, alias non dandum: secus si instar muneris liberalis, vt maiorem quam solet, quamquè tenetur diligentiam in causa adhibeat.* Cui assentitur Turrianus *supra proximè dub. 3. n. 6. &* 8. Rebellus illico refercodus, Post Laymann *Theolog. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 4. num. 9. & vers. Deinde*, Antonin. Diana *resolut. moral. 3. p. tract. 5. miscellaneo, resolut. 45. pag. mihi* 283.

13 In tertio casu, † *cum vltra sibi debitum salarium, stipendiaquè constituta, alia extorsit, recipitve Iudex*: in iustitiam committi, & in vtroquè foro ad restitutionem cum obligatum existere, probat textus *in cap. Militare*, 23. *quæst.* 1. & notant Abbas *in cap. Plerumque, de immunit. Eccles. num.* 53. Xamar. *supra, num.* 17. 21. 22. *& seqq. duobus*, Ioan à Medina *de restit. quæst.* 25. Couar. *in d. cap. Peccatum, 2. p. §. 3. num.* 2. Molina *de iustit. & iure tom.* 1. *tract. 2. disput. 88. in princip.* Mercard. *in sum. lib. 6. cap. 16. post med.* Valer. Reginald. *2. p. praxis fori pœnit. lib. 25. tract. vlt. cap. 54. sect. 5. num. 659.* Vazquez *in opusc. de restitutione, cap. 7. dubio 6. in princip.* nihil ea de causa officij ratione eos recipere posse dicens, qui salarium, stipendiaquè constituta habent: *quia Lex, id est, el Aranzel, incapaces illos efficit à quocunque, titulo officij, aliquid vltra taxationem recipiendi.* Ad longum rationes prosequens Stephanus Fagundez *in præcept. decalogi, præcepto* 8. *lib.* 8. *cap.* 26. *num.* 1. *& seqq.* Latè etiam Rebellus *de oblig. iustitiæ, d. 2. p. lib. 18. quæstio 20. num.* 4. Eo licet *numero quinto, vers. A partibus*, moderamine, † tem- 14
peramentoquè sic adiecto: *A partibus nihilominus tam inferiores, quam superiores Ministri maius pretium quam taxatum recipere possunt, quando ipsarum partium causa, alio proficiscuntur, aut laborem assumunt manifestè maiorem quàm ratione officij debebant: vt si nactem quis ducat insomnem, vt citius quam debuerat, alicuius causam expediat: nisi fortè ea etiam de causa plus accipere prohibitum sit.* Ita pariter Fagundez, cum aliis à se relatis *dicto cap. 26. num.* 12. In gratuito quoque donatis *dicto proximè loco, num.* 54. sic Vazquez moderamen adiecit: *Imo & alij Ministri & Officiales vltra stipendium à gerentibus negotia possunt accipere; sed mere liberaliter, & non coactè aliquo modo, quandò aliàs non sunt muneris incapaces per legem. Non enim in taxatione prohibetur donatio, sed exactio, ab eo qui gerit negotium, vel ab alio eo titulo: nisi etiam el Aranzel præciperet, quod nec liberaliter perciperetur.* Quo respicit dispositio *legis* 56. *tit.* 5. *lib.* 2. *nouæ Regiæ collectionis, in principio*, sic se habens: *Otrosi mandamos, y defendemos, que ningun Oydor, ni Alcalde haga partido directè ni indirectè, publica, ni secreta mente, por si, ni por interposita persona, con abogado, ni con procurador alguno, ni con escriuano para que este cosa alguna de su salario, ni de las receptorias, ni otra dadiua por ellos: ni eso mismo tengan.* Ibi enim constituendum punctum omnino arbitramur, vt apta reddatur lectio huius, & sequentis clausulæ: *Ni tomen, ni otra cosa alguna por via de acostamiento &c.* Quæ si coniunctim legerentur (vt communiter leguntur typographorum incuria fortè, duplici puncto adiuncto post vetbum *Ni otra dadiua por ello: ni eso mismo tengan nitomen, ni recibau dineros, ni otra cosa alguna por via de acostamiento &c.*) nec satis verba congruerent, nec commodè constructio staret aut sensus: difficultatem imo patefentur, quam *infra, hac ipsa Annotatione, §. 2. num.* 23. pertractamus & expendimus fusè. Quæ & præfata discretione sedatur; & congruus redditur census, verborumquè compago, vt latius ibi.

Eius autem quæstionis † quam *dicto lib.* 15
38. *quæst.* 20. *num.* 5. Rebellus examinat: *Quid si ex rerum, aut pecuniæ abundantia post taxationem processu temporis superueniente, aut aliunde taxatum antea pretium, iniustum esse constaret: & num tabelliones, alijvè iustitiæ ministri illud excedere valeant?* affirmans resolutio

resolutio (quam communiter sustinent Theologi, asserentes posse licitè tabelliones vsque ad limitem iusti precij incrementum recipere, vt ex Diuo Antonino, Syluestro, Molina, Pontio à Leon, & aliis tradit Antoninus Diana *resolut. moral. 2. p. tract. 17. resolut. 6. pag. mihi 172.*) non vtique quoad exterius forum obtineret in praxi. Tum generali prohibitione: Tum quia corruptioni, fraudibusquè aperiretur via: Tum quia habet quod sibi imputet, qui minoribus stipendiis officium suscepit, acceptauit munus, & forsam procurauit, ambiuit, vt latius supra diximus, & comprobauimus *hac eadem Rubrica, Annot. 5. num. 13. 14. & 15.* Imò & quoad conscientiæ forum hæc vrgent adeo, vt in contrarium traxerint Castrum Palao, *oper. moral. 3. p. disput. 2. de oblig. & firmit. iuram. puncto 7. §. 5. num. 4. & seq.* qui post hæc scripta exiit in lucem. Habetquè opinio isthæc in iuramento, quod cum ad officium recipiuntur, præstatur ab iis, de seruando Aranzel, taxamquè designatam in eo, validum, stabilequè fundamentum.

16 Quarto distinctionis casui, † *Cum ab sponte dante, non officij ratione accipit Iudex*; ex dictis responsio descendit: Donationem scilicet gratuitam, & non officij prætextu Iudici factam, iure Naturæ, ex dantis & recipientis parte illicitam non esse, & per consequens nullo modo restitutioni esse obnoxiam, in qua veluti nulla interuenit iniuria.

17 Iure vero positiuo † (modo saltem præcedentibus Annotationibus dicto, in casibusquè non exceptis) grauibus sub pœnis prohibita est. Quod quidem Legem ciuilem efficere, & ad restitutionem obligare posse, in dubium est, firmaquè assertio Legem ciuilem in his quoque obligare, quæ Naturali, aut Diuino iure non continentur, vt ex Diuo Thoma, Caietano, Soto, Syluestro, Castro, Victoria, Vazquez, & aliis, tam Theologis quam Iuristis, tradit Salas *de legib. quæst. 96. art. 14 disput. 10. sect. 1. num. 6. præcipuè vers. Quarto, & deinceps.* Habereque leges iustè prolatas vim & potestatem obligandi in animæ foro ad venialem, & mortalem culpam, iuxta materiæ grauitatem; resolunt Diuus Thom. 1. 2. *quæst. 96. art. 4. & 6.* Alfons. à Castro *de potest. leg. pœnal. lib. 1. cap. 4. per tot.* Martin. Nauar. *in Manual. cap. 23. numero 48.* Medin. *de restit. quæst. 24.* Cardin. Bellarmin. *controuers. tom. 1. lib. 3. de Laicis, cap. 11. per totum, pag. mihi 1329.* Molin. *de iustit. & iure, tract. 2. disput. 27.* Sayt. *in Clau. Regia, lib. 3. cap. 7. num. 14.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 5.* Suarez *de legib. lib. 3. cap. 21. cum seqq.* Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 1. num. 4. vers. In præsenti autem,* Paul. Layman. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 14. num. 1. & 2.* Martin. Becan. *Theolog. scholast. de lege humana, cap. 6. quæst. 1. num. 4. & seq. & quæst. 2. per totam, præcipuè num. 3.* Canonistæ *in cap. 1. de constit.* vbi multos refert Barbosa *num. 5. & in cap. Quæ in Ecclesiarum, eodem tit. num. 5.* multos etiam Cenedus *ad Decret. collect. 2. num. 2. & practic. quæst. 17. num. 8. lib. 1.* Anton. Gomez in *l. 1. Tauri, num. 3. & in l. 46. num. 56.* Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. num. 74. & ad leges connubial. glos. 4. num. 20.* Morla *in Empor. iuris, p. 1. sect. 1. quæst. 1. num. 10. & quæst. 10. per tot.* Surd. *consil. 301. num. 42. & 43.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 7. num. 20.* Nicol. Garzia, *de benefic. cap. 1. num. 10.*

Idque † siue lex pœnalis sit, (nihil scilicet facere præcipiens, vel prohibens, sed pœnam imponens ei, qui aliquid fecerit, vel omiserit; hæc enim purè pœnalis est) seu mixta (quæ veluti aliquid fieri præcipit, aut vetat, & pœnam insuper transgressoribus imponit) Vtramqu eenim, merè scilicet pœnalem, aut mixtam in conscientia obligare ad mortale, seu veniale, iuxta materiæ qualitatem, si de contraria Legislatoris mente, aut voluntate non constet, docent Salas *dicta quæstione 96. tract. 14. disput. 15. sect. 1. ex num. 9.* cum Syluestro *verbo Inobedientia, in fine, seu num. 3.* Sotus *de iust. & iure, lib. 1. quæst. 6. art. 4. & 5.* Ioan. à Medina *Cod. de restit. quæst. 36. art. 6.* Azor *instit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 4.* cumquè plurimis aliis Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 6. cap. 4. num. 59. & 67.* 18

At verò † legem merè pœnalem, quatenus talis est, nunquam ex se ad culpam obligare; multis argumentis defendit Castro *de potest. legis pœnalis, d. lib. 1. cap. 9. per totum.* Cui adhæret Couarruuias *in dicto cap. Peccatum, 2. p. §. 5. num. 4.* Henriquez *quodlibet. 3. quæst. 22. maxime circa finem,* Rosella *verbo Pedagium, num. 9.* Angel. *eodem verb. num. 6.* Vazquez 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disput. 159. cap. 2. & 3.* plenè Sanchez *vbi proximè num. 60.* & alij penès Dianam *resolut. moral. p. 1. tract. 10. de legib. resolut. 17. vers. Hac sententia.* 19

Nec desunt adhuc vtriusquè scholæ Doctores, qui affirment: † *Legem humanam aliquid etiam præcipientem, & pœnam temporalem addentem, ad culpam non obligare, nisi ex aliquo signo de contraria Legislatoris intentione appareat; satisquè esse, transgressorem periculo se pœnæ obtulisse.* Sic Iaso *in l. 2. num. 143. C. de iure emphyt. & in §. Item si quis postulante, num. 78. instit. de actionib.* Matthesil. *notab. 78.* Ludouic. Gomez. *in cap. 2. num. 60. de constit. lib. 6.* Deci. Cæpola, & alij, quos refert, pariterquè refellit Couarruuias *d. 2. p. §. 5. num. 2. & 3.* asserens, *pœnæ appositione culpam & eius obligationem non tolli,* post Castrum latè id comprobantem *dicto lib. 1. cap. 8.* Sic & Azorius *instit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 4. vers. Quæ verò in opinione,* Paul. Layman *Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 15. num. 2.* aliis relatis. Priorem tamen, ex Theologis etiam sustinent Nouarrus *in Manual. cap. 23. num. 55. vsque ad 65.* cuius sententiam dicit valde probabilem Valentia 1. 2. *disput. 7. quæst. 5. puncto 6. post sext. signum.* Cui & fauent alij, quod proximè *dicto loco* Sanchez refert *num. 58.* Plenè Martin. Becanus *in summ. Theolog. scholast. cap. 7. de lege pœnali, c. 2. per tot.* Iacob. Granad. 1. 2. *controuers. 7. de legib. tract. 3. disput. 4. sect. 2. etiam per totam,* Antonin. Diana *resolution. moral. p. 1. tract. 10. de legibus, resolut. 20.* 20

Quæ autem culpa ex transgressione contrahatur,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

21 trahatur, † lege non expressè dictante, dubium est. Couarruuias *proxime dicto loco, numer.* 4. opinatur, ex lege etiam purè pœnali deduci Conditoris intentionem posse. Nulla tamen legis verborum forma, siue imperatiua, siue præceptiua cognosci posse nùm ad mortalem, seu ad venialem culpam Legislator obligare intendat; dicunt Gutierrez *Canonic. quæst. d. lib. 1. cap. 7. num.* 20. post D. Thom. 1. 2. *quæst.* 69. *artic.* 5. & recentiores ibi adductos, Castro *de potest. legis pœnal. d. lib. 1. cap. 5. docum.* 4. copiosè Nauarrus *dicto cap. 23. num. 48. & seqq.* Tametsi ex pœnæ grauitate, ad mortale Legislatorem obligare voluisse, deducant Castro idem *in fine dicti quarti documenti*, Couar. *in d. c. Peccatum, 2. p. §. 5. num. 3. vers. Præsertim*, Azotius *instit. moral. tom. 1. d. lib. 5. cap. 6. quæst.* 5. cumque prope innumeris Sanchez *d. lib. 6. cap. 4. num.* 64. Layman *Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. de legibus, cap. 15. num. 2. vers. Lex pœnalis.* Adhuc tamen dissentit Nauarrus, relatæ *elapso numero* opinioni insistens, *& numer.* 58. locum habere affirmans, *etiam in legibus, quæ statuunt pœnam amissionis magnorum bonorum, & etiam famæ, & alicuius membri, & vitæ*, multisquè confirmat exinde.

22 Possequè etiam legem pœnalem † obligare in conscientia ad subeundam pœnam ante Iudicis quoque sententiam, profitentur Syluester *verbo Assassinus, & verbo Emphyteusis, quæst.* 2. Castro *de potest. legis pœnalis, lib. 2. cap. 5. 8. & seqq. & de iusta hæreticorum punitione, lib. 2. cap. 6. & seqq.* Nauar. *in Manual. cap. 25. n. 117. alias 138. & cap. 27. num. 67.* Vazquez *1. 2. d. quæst. 96. art. 5. disput. 168. cap. 1. & seqq.* Ita similiter post longam disputationem concludit Salas *de legib. eadem q. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 2. num. 15. vers. Tertia sententia.*

23 Quod distinguunt quidã, † & intelligunt, cum lex pœnam *ipso facto* imponit, quæ executionem non desiderat, veluti inhabilitatis, quæ in priuatione consistit: quo in casu, præfatæ assertionis veritatem, potestatemquè legi concedunt: negant, si pœna executionem requirat, qualis est solutio pœnæ. Sic Caietanus *2. 2. quæst. 62. art. 3. & in summ. verbo Pœna*, eumquè sequutus Iacob. Simancas *de Catholic. institut. tit. 9. num. 191.* Quod latius prosequemur in seriùs.

24 Secundumquè priorem opinionem, † non modo in actibus natura sua malis, ad pœnam ante Iudicis quoque sententiam poterit Lex in conscientia obligare: sed & in his etiam qui sui natura mali non sunt, ob bonum tamen publicum, scandali tollendi ratione, aliisquè respectibus honestis prohibentur; vt in casu nostro, in quo donationes sponte quoque oblatas, nullas legem reddere posse, ad restitutionem, & pœnas, etiam ante sententiam, recipientes Iudices obligare, dicunt Molina *de iust. & iure, tomo 1. tract. 1. disput. 88. vers. Tertium est, col. 3.* & Ferdinand. Rebell. *de obligation. iustitiæ, d. 2. p. lib. 18. quæst. vlt. in princip.*

Sic autem disponunt *lex finalis tit. 3. lib. 2. Ordinam.* quæ (post interdictionem Regiis Consiliariis factam munera recipiendi *de qualquier calidad, o quantidad que sean, de las personas que tienen, o verisimilmente se presume que en breue ternan negocios que despachan en el Consejo*: pro prima vice in duplum recepti pœnam imponens: pro secunda, ne in Curia extent præcipiens) superaddit: *Que iuren todos los de nuestro Consejo de guardar estas ordenanzas, y de pagar las penas, si en ellas cayeren.* Et proxime inferius: *En las quales penas desde agora condenamos a qualquiera que en ellas cayere, ipso iure, por manera que luego sea obligado in foro conscientiæ a pagar la dicha pena, o penas en que cayere, sinque aya, ni se espere otra condenacion, quanto quiera que el delito sea oculto.*

Æquali tenore, quoad restitutionem, obligationemquè in conscientia, *lex 30. tit. 15. eadem libro*, in cæteris Iudicibus sic generaliter loquens: *So pena que el que lo contrario hiziere, por la primera vez pague con el diezmo, y por la segunda vez no vse mas el oficio. Que Iuren todos de guardar estas dichas ordenanzas, y pagar las penas suso dichas: en las quales desde luego los condenamos, por manera que sean obligados a las pagar in foro conscientiæ, sin que mas sean condenados en ellas, quanto quiera que sea oculto.*

Similes sunt leges in Regiis Secretariis, Scribis Cameræ, Lictoribus, seu Alguacellis. In illis, est *lex 1. tit. 18. lib. 2. noua Regia collectionis*, in his *lex 40. tit. 14. lib. 2. Ordinamenti.* De quarum valore, an, & quatenus obligent, proximè videndum.

AN RELATÆ LEGES IN Conscientiæ foro ad restitutionem, pœnasquè cæteras in eis designatas ante sententiam obligantes, iustæ sint? Vi sua, pacti, vel iuramenti obligent? Aut recentioribus aliis, seu desuetudine, quatenusquè sint derogatæ?

SVMMARIVM.

1 *De dictarum legum valore, & Principis potestate, quatenus in foro conscientiæ, & ante sententiam obligant, qui dubitarint? Quidquè circa eas eximij, tam Theologi, quam Iuristæ senserint?* & numeris seqq.

4 *Qui pacti, seu conuentionis, iuramentiquè ratione leges has sustineri, & obligationem contrahi dicant? Quosquè contradictores habeant?* & num. 17.

5 *Quid cum Iudicum legum contemptio, & inuerecunda corruptio adest?*

6 Lex 56. tit. 5. lib. 2. lex 5. tit. 9. lib. 3. & lex 21. tit. 23. lib. 4. nouæ Regiæ collectionis *circa munerum receptionem Iudicibus, lictoribusque datorum agentes, qualiter disposuerint, de foro conscientiæ nihil dicentes?*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

7 *Posteriores constitutiones an & quando prioribus derogent:* & numeris sequentibus.

10 *Legum correctio vitanda est, concordarique potius debent.*

11 *Coniectura & præsumptiones ad correctionem inducendam mouere possunt.*

12 *Coniectura potens ad id est, quando pœnæ concursu excessiua redderentur.*

13 *Lex nil frustra agit, aut omittit.*

14 *Casum omissum consultò vult habere omissum, neque effectum operari.*

15 *Lex vbi vult, exprimit.*

16 *Si posterior lex pœnas immutet, aut aliquam omittat, non est locus priori pœnæ, à posteriori lege omissa, vbi præcipuè animarum saluti consulitur.*

17 *Iuramentum* de seruandis legibus, *intelligitur*, quatenus sunt in vsu & vigore, nullaque ratione reuocatæ.

§. I.

1 DE dictarum legum valore, † iustitia, vel iniustitia, non tam meum ac conueniens differere; quàm Doctiorum referre sententias. Non enim desunt tam Theologi quàm Iuristæ, & doctrina, & authoritate eximij, qui de earum valore, iustitiaquè (quatenus ad pœnas in foro conscientiæ, & ante sententiam trangressores obligant) dubitent. Dominicus Sotus *de iustitia & iure, libro primo, art. 6. quæstio. 6. col. 17. in fine, pagina mihi 59.* verbum illud: *In conscientia teneantur soluere*, fatetur se approbare non posse. *Nam Principes seculares* (ait) *non debent de Conscientia iudicare.* Iniustasquè has leges existimat, quod ita seuere puniant transgressores, vt ad exequendam pœnam in se ipsos ante sententiam obligare velint. Tamersi cum carpant Suarez *de legib. libro quinto, capite 7.* Salas *eodem tract. quæst. 96. art. 14. disput. 15. sect. 2. vers. Has leges iniustas esse docet Sotus*, & Vazquez *12. quæst. 96. art. 5. disput. 168. cap. 3. num. 19.*

2 Martinus Nauarrus † *in Manuali cap. 25. num. 62. & 67.* in paruis facultatem adesse putat: non vtique in magnis: abrogatasquè huiusmodi constitutiones, & ne deinceps fierent, desiderare; sic *dicto numero 62.* profitetur. *Equidem optarem multas leges purè humanas, siue pœnales, esse hoc modo vel alio, consuetudinis, vel declarationis, saltem mentalis, earum Latorum quoad pœnas spirituales, & forum conscientiæ derogatas.* Quoad paruas, seu spirituales, seu temporales, grauesquè etiam temporales, in specie de qua loquimur, *dicto numero 67.* adiiciens: *Quod quamuis in aliquibus pœnis spiritualibus, & aliis paruis temporariis, iustè velle possit* (nempe legislator:) *in aliis tamen grauibus (vt credimus) non posset: quia præberet magnam subditis peccandi occasionem, qui naturaliter recusant fieri pœnarum contra se ipsos impositarum executores, contra caput ex parte, de constit. & l. Conuenire, D. de pact. dotalib.*

Assentitur Gutierrez *in praxi criminali Canonica & Ciuili, quæst. 45. num. 8.* inquiens: *Nec legislatori licet talem concedere legem, qua reum obliget in foro conscientia ad magnam aliquam pœnam in se ipsum exequendam. Quod si liceret, nullo modo expediret.*

Iacobus, Simancas † *de Catholic. institutionib. cap. 9. num. 32. antiquioris editionis*, iisdem adhærens, hæc: *Neque satis compertum est, an leges humanæ ad hoc obligare possint, etiamsi expresse id statuere velint. Nam & ius dicerent extra forum suum; & contra naturam penè facerent, de cuius ratione est passio, & non actio: confunderentquè partes accusatoris & testis, Iudicis & rei. Proinde* (subdit) *mihi dubia videtur decisio quarundam legum Regiarum, qua obligare nituntur ad certas pœnas in foro conscientia præstandas.* Editionis verò nouioris, *numero 250.* Tolerari earum legum sanctionem posse dicit, & ex conuentione † eorum quibus publica officia ea lege commissa sunt, ne quid vltra salarium accipiant, alioquin ad pœnas illic statutas teneantur: & quia suo iuramento ad eas pœnas soluendas se adstringunt. Ex prædictiquè pacti, conuentionisvè titulo eas sustineri leges dicunt etiam Sotus *loco supra citato, ad 4. & ad 8.* Lopez *parte secunda, instruct. capite 29.* Mercad. *4. de contract. capite 16.* Quand. *4. dist. 13. propos. 41.* Arag. *2. 2. quæstio. 13. art. 3.* prout eos refert Salas *dict. quæstio. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 2. numero 30.*

3

4

Contradicit tamen Vazquez *dicta quæstione 96. disput. 168. art. 5. cap. 3. cum. 21.* contendens, sua vi, non pacti, eas leges obligare. Quem præfato loco insequitur Salas, licet non omnino postmodum ei sententiæ insistat; cui quippè contradicentem *infra numero finali* eundem transcribimus. Circa pactum vero aut conuentionem, & an in præsenti adsit, *sequenti* quoque *Annotatione* prosequemur, *num. 4. & 23.*

Tum demum † earum legum rigorem non improbare, cum Iudicum inuerecunda corruptio adest, inquit Couarruuias *de Matrim. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 13. vers. Tertio hinc deducitur*, Soto assentiens. *Vel quando iuxta materiam subiectam, Præfectorum negligentia præsumitur: Vel quando aduersus legum præcepta inuerecunde, & perpetuo agitur, contempta exterioris fori pœna: sic tandem vt ferè nullum sit aliud opportunum remedium.* Sed si iudicio eorum, qui in hoc sæcularis legis potestati, ex sua vi saltem, non assentiuntur, deferendum esset: istis quoque accidentibus, nutaret ipsa. Cautè ideo à Legislatoribus & statuendum, admonet Couarruuias idem.

5

Quæ attendisse videntur, † *lex 56. tit. 5. lib. 2. & lex 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ Collectionis*, quæ licèt pœnas in Iudices aliquid extra stipendia recipientes exasperarint, loogequè maioribus quàm priores ferianti Iudices: verba tamen illa: *In conscientia foro, & ante sententiam* obligantia, quæ antiquiores leges habebant, sustulerunt:

6

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sustulerunt: vt & quoad lictores, seu Algua-
cellos effecit *lex 21. tit. 23. lib. 4. eiusdem noua Reg. collection.*

7 Per quas † antiquioribus legibus in con-
scientiæ foro iudicibus atque lictoribus ad restitutionem & pœnarum satisfactionem obligationem imponentibus, in eo quidem derogatum videtur, ex vulgari regula textus *in c. 1. de constit. lib. 6. in l. fin. D. eodem titulo, in l. Si vnus, 28. §. Pactus ne peteret, D. de pact. & in l. Pacta nouissima, 12. C. eod. tit.* cum citatis *in Axiomatib. nostris, lit. P. n.* 116. quæ posteriores constitutiones prioribus derogare habet. Quam maximè attendendam, & *vtra lex posterius lata sit*, hac ratione, *lib. 2. de inuentione, pag. mihi* 244. consuluit Cicero: *Nam postrema quæque grauissima est.*

Et quamuis tunc posteriores leges prioribus derogent, † cum posteriores prioribus
8 contrariæ sunt, non si compatiantur (Paulo *in l. Non est nouum, 25. de legib.* dicente: *Non est nouum vt priores leges ad posteriores trahantur*, & in lege 27. sequenti: *Sed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariæ*
9 *sint.*) At cum priores † animabus periculosæ sunt, (vt de hisce obligantibus in conscientiæ foro, dictum remanet) posteriores salutares, subditorumque spirituali saluti consulentes (veluti posteriores istæ) etsi contrariæ non sint: posteriores prioribus derogant, ex *cap. Vt animarum saluti, 2. de constitutionib. lib. 6. cap. 1. de iure iurand. & cap. 1. de sepultur. eodem lib. 6.*

10 Quamuis item † legum correctio vitanda sit, concordariquè potius debeant (*l. 1. C. de inofficios. dot. l. Si quando, 31. C. de inofficios. testam.* cum similibus, de quibus Nos *in Axiomatib. & locis communib. iuris, lit. C. n.* 219. *& lit. L. n.* 37.) existere tamen con-
11 iecturæ, † & præsumptiones possunt (contrarietate quoque legum non stante) quæ correctionem inducant, seu persuadeant, & Legislatoris emendandi animum arguant, atque demonstrent, vt docent Decius *in lege prima, numer. 12. vers. Sed dubitatur, D. de bonor. possession. contra tabul.* Ludouic. Gomez *in tract. capite 1. de constit. libro 6. numer. 54.* Bellon. *consil. 13. num. 9. vers. Tertio præmitto*, Roland. à Valle *de lucro dotis, quæstio. 25. numer. 5.* Iacob. Menoch. *consil. 4. numer. 14. vers. Quod procedit, libro 1. & de præsumptionib. libro 6. præsumptione 38. numero 7.*

12 Inter alias verò ad correctionem, † seu emendationem inducendam (tametsi contrariæ posterioribus priores non extent, vt diximus, concurrereque aliis possent) coniectura potens est, quando pœnæ concursu excessiuæ redderentur, doctrina Salyceti *in l. 3. in fine, C. de sepulch. violat.* Menochij *de recuper. possess. remed. 9. num. 392. & de præsumpt. d. lib. 6. præsumpt. 38. vers. Tertia coniectura.* Quod vtique in casu nostro accideret, forentque excessiuæ, & rigidæ nimis, si tot, tantis, tamquè grauibus per nouiores leges in parui quoque gratuiti muneris receptores impositis pœnis (nempe infamiæ notæ, per-

intij, officij perditionis, inhabilitatis ad alia, recepti cum duplo restitutionis, quarum plerasque in antiquioribus non extabant:) illa *In conscientia foro, & ante scientiam*, ad omnes simul obligans, accresceret: nec minus grauior ea, quæ *in dictis legibus 56. & 5.* adiicitur: *Ipso facto*, vt infra dicenda monstrabunt.

In eo pariter † recentiores leges antiquio- 13
ribus derogare voluisse, ex illius clausulæ omissione deducitur: quia lex nil frustra aut omittit, aut agit, *cap. Si Papa, 10. de priuileg. lib. 6.* cum citatis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. L. num. 14.* Et omissum † consultò 14
vult haberi omissum, neque effectum operari, *l. Si vero 65. §. De viro, D. solut. matrim. l. Commodissime, 10. D. de liber & posthum. l. 1. C. ad legem Iuliam de adulter.* cum adductis quoque *dictis Axiomat. nostris, lit. C. num. 5. & seqq.*

Quòd si vniformiter obligare posteriores
leges voluissent, † eam æquè clausulam po- 15
suissent: quia lex vbi vult, exprimit, *l. vnica, §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. l. Si seruum, 70. §. Non dixit, D. de acquir. hæredit. cap. Ad audientiam, 12. in fine, de decim. cap. 2. de translat. episc. post med. vers. Vnde si circa translationem idem facere voluisset, quod de* Cessione *dixerat; & de* Translatione *potuerat expressisse.*

Quare si posterior lex pœnas immutet, † 16
aut aliquam omittat (vt recentiores nostræ effecere) non esse locum priori pœnæ à posteriore lege omissæ; asserunt Decius *consil. 9. col. 2. vers. Si tamen vlterius.* Cuius sententiam probat Menochius *de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 278. num. 9.* comprobantquè plenissime in id deducta per Marium Giurbam. *consil. 25. num. 16. & seqq.* & per Nos *supra hac ipsa Rubrica, Annot. 2. num. 9.* Idque præcipuè in casu nostro, vt animarum saluti consulatur, quæ adeo, clausula In foro conscientiæ ad pœnas obligante, periclitarentur, vt laudati *supra à num. 1.* fatentur. In quam propterea sententiam descendit Azeuedus *in d. l. 21. tit. 23. lib. 4. noua Reg. collection. n. 4.* tametsi *numero secundo & tertio* pro contraria extitisset, cogitandumquè reliquerit. Habet excusationem tanti operis more pressus, intentusquè homo: vtinam Nos illam mereamur, postquè cogitatum, fecerimus dubitationi satis, non minus maximis occupationibus præpediti.

Expromissorem saltem huc vsque dicto- 17
rum † præstamus Patrem Ioannem de Salas *de legib. dict. quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 2. numer. 30.* firmiter asserentem: *Vtcumque sit, tenendum est, cum Adriano, Cerduba, Perez supra, & aliis recentioribus, illas leges non obligare in conscientia ex vi legis, pacti, aut iuramenti: quia vel non sunt iustæ, vel nunquam fuêre vsu receptæ, vel iam abierunt in desuetudinem, aut vim non habent, cum non sint, saltem eo modo in noua Compil. aut in Partitis. Et iuramentum solum est de seruandis legibus quatenus sunt in vsu & vigore, & nulla ratione sunt renouata.* Circa potentiam in his

desuetudinis, aut contrarij vsus, iuramentique id istiusmodi conditione, longum iam sermonem traximus *hac ipsa Rubrica, Annotatione* 6. cætera sat supra agitata; & *infra quoque* § *sequenti, num.* 4. & 23. de pacto, aut conuentione.

VTRVM IVDEX QVIALIquid gratuitum accepit à prohibitis capere per legem, ad restitutionem eius ante sententiam in conscientiæ foro teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars proponitur*, & numeris sequentibus *vsque ad numerum* 8. Contraria *numeris seqq.*

2 *Lucrum ex ludo an restitui necessario debeat?* & num. 15.

6 *Verbum* Non teneant, *idem est quod* Non retineant. *Verbum* Non possit, *an inducat necessitatem, potentia primet, & actum aliter factum nullum ipso iure reddat?* & numero 13. 24. & seqq. numero 34. & seqq. & numero 47. & 48.

7 *Filij illegitimi an bonorum paternorum sint incapaces? Et ad restitutionem acceptorum teneantur?* & num. 37.
Intellectus legis 6. tit. 8. libro 5. nouæ Regiæ collectionis, *ibi, numer.* 37. & 48.

15 *Actus contra prohibitionem legis factus an, & quando ea ratione sit nullus? Et an aliud sit* Prohibere & *aliud* Irritare.

16 *Intellectus* legis Non dubium, 15. C. de legib. *& numer. seqq.*

17 *Huius legis dispositio in terris Imperia non subiectis vires non habet: veluti in Hispania nostra, vbi communis iuris leges non vt leges superiorum, sed vt sapientum dicta seruantur, in scholisque leguntur: necnon & apud Francigenas.*

18 *Actus nullitas de iure Canonico non inducitur per Canonis contrauentionem, nisi id expressè caueatur, mutaturque actus.*

19 *Ex contrauentione legis aliquid simpliciter prohibentis, in conscientia foro actus nullitas non inducitur.*

20 *Legis contrauentio non ipso iure actus nullitatem inducit, sed exceptionis ope, & post iudicis ita declarantis sententiam.*

21 *Pœnæ legi prohibitiuæ adiecta an actui contra eam gesto valorem dedisse videatur, pœnaque legem fuisse contentam?*

22 *Quoties actus alicui certo generi personarum prohibetur intuitu virtutis alicuius, iustitia excepta, acquisita per illum restitutioni obnoxia non sunt.*

23 *An conuentionis, vel iuramenti virtute accepta munera restituere Iudices teneantur?*

25 *Beneficium Ecclesiasticum sine institutione Canonica licite obtineri non potest, illicite potest, & verus sic obtinens dicitur possessor, eoque beneficio spoliatus, absque Canonica institutionis tituli probatione, restitutionem obtinebit.*

26 *Ex cuius temporis possessione Canonicæ institutionis titulus præsumatur, neque de illo docere teneatur possessor?*
An & quando per diutinam cohabitationem præsumeretur matrimonium, ante sacrum Concilium Tridentinum? ibi.
Beneficium cum bona fide & titulo, etiam colorato, possessum, quanto tempore præscribatur? ibi.

28 *Facta per Religiosum testamenti executorem absque Superioris licentia, an nulla sint? De intellectu textus* in cap. 2. de testam. lib. 6.

29 *Gesta per Militem procuratorem datum, ea exceptione non opposita, an nulla sint?*

30 *Pupillus an & quando, & quatenus absque tutoris authoritate obligari possit?*

31 *Quamuis alteri stipulari nemo possit, naturalis saltem ex huiusmodi stipulatione oritur obligatio.* & num. 32. *Nec solum ex honestate, aut debito morali, sed legis vinculo,* num. 33.

33 *Quando ex lege naturali obligatio insurgit, non absque mortalis culpa reatu eius implementum omitti potest.*

39 *Contractus à muliere, vel minore sine consensu propinquorum, ab statuto requisito, gestus, nullus est.*
Intellectus legis 54. & 55. Tauri, & legis 1. tit 3. libro 5. nouæ Reg. collect. *ibi.*

36 *Formæ existentia dat esse actui. Et quando formam lex inducere censeatur?*

39 *Restitutio cum duplo ab hac lege 56. fieri iussa, pœna est.* & numer. seqq. vsque ad num. 46.

40 *Irritatio actus à lege facta, pœna est, in odium contrauenientis legi, inflicta.*

41 *Pœna à lege imposita irritationis actus, ante Iudicis saltem sententiam declaratoriam, in conscientia foro non incurritur. Et quid si interesse partis contineat?* num. 45.

43 *Pœna Fisco applicata criminalem naturam inducit, redditque criminale iudicium.*

44 *Differentia pœna parti, Fiscoque applicata.*

45 *Pœna arguit ius quæsitum.*
Intellectus legis 12. tit. 18. libro 5. & legis 5. tit. 18. lib. 6. nouæ Regiæ collectionis.

§. II.

AFfirmatiuam sententiã fortissimi Athletæ sustinent: adsuntque pro ea argumenta valida.

Primum, † quia quando acceptio est mala, veluti lege prohibita, etiam quòd dominium

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nium in accipientem transeat, restituere tenetur accipiens. Ita in specie hac dicunt, tenentque Syluester *in summ. verbo Index 1. quæst. 8.* Armil. *num 6. Angel. num. 8* idem item Syluester *verbo Restitutio, 2. dicto 5.* Medina *in Codice de restitutione, quæst. 2. circa finem, vers. Ad quartum dicendum,* Corduba *lib. 1. quæstionar. quæst. 26. sub fin. vers. Ideo ad septimum,* & multi alij, quos refert Sanchez *consilior. moral. lib. 3. cap. vnic. dub. 2. num. 7.* Ex Iuristis Franch. *in cap. Statutum §. Notarium; num. 3. de rescrip. lib. 6.* & Dominic. *ibidem, §. si quis autem.*

2 Sic lucrum exludo prohibito † restituendum existimantes recenset Vazquez *1. 2. quæst. 96. artic. 4. disput. 164. cap. 2. num. 15.* Diuum Thomam *2. 2. quæst. 32. art. 7. ad 2. & in 4. disput. 15. quæst. 2. art. 4. quæst. 3. ad 2.* Alexand. *in 4. p. quæst. 33. memb. 2. a. 5.* Bonauenturam *in 4. d. 15. a. 2. quæst. 1. num. 67.* Paludanum *eadem dist. quæst. 3. a. 5. concluſ. 2.* Syluestrum *in summ. verbo Ludus. quæst. 13.* & Armillam *eodem numer. 5. & 6.*

3 Secundum, † quia lex acceptionem prohibens inhabilem accipientem dominij rei quam accepit, incapacem, & actum nullum ſola prohibitione reddit; ac per conſequens, ad reſtitutionem obligatum. Sic Batholom. à Medina *1. 2. quæst. 36. art. 4. ad 6. & in ſumm. lib. 1. inſtruct. c. 16. §. 5.* Franciſc. Garzia *lib. 1. de contract. cap 4.* & alij, quos Sanchez idem *loco eodem* memorat.

Pro quibus ſtant aperta iura *in l. Non dubium, 5. C. de legib.* vbi Imperatores Theodoſius & Valentinus dicunt: *Nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſequutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente.* Seque vlterius declarantes, ſubdunt: *Vt ea quæ fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolum inutilia; ſed pro infectis etiam habeantur, licet Legiſlator fieri prohibuerit tantum, non ſpecialiter dixerit: inutile eſſe debere quod factum eſt.* Similiter *in l. Pacta, 6. C. de pactis,* Imperator Antoninus: *Pacta quæ contra leges, conſtitutioneſque, vel contra bonos mores fiunt, nullam habere vim, indubitati iuris eſt.* Canonico iure firmata *in cap. Imperiali, 13. in ord. 25. quæſt. 2.* ex Diuo Gregorio dicente: *Imperiali conſtitutione apertè ſancitum eſt, vt ea quæ contra leges fiunt, non ſolum inutilia, ſed etiam pro infectis habenda ſint.* in cap. *Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi, de regul. iuris, lib. 6.* Regio quoque *in l. 28. tit. 11. part. 5.* in fine: *Otroſi dezimos que todo pleyto que es fecho contra nueſtra ley, o contra las buenas coſtumbres que no debe ſer guardado, magner pena o Iuramento fueſe puesto en el.* Vbi Greg. Lopez verbo *Cõtra nueſtra ley* (dictam legem Non dubium concordem allegans) eius ſic colligit ſanctionem: *Lex prohibitiua ſimpliciter loquens, ſimpliciter loquens, ſemper cenſetur habere, clauſulam. derogatoriam, & annullatiuam actus.* Eſtque ex dictis iuribus communis concluſio, omniumque fere *in d. l. Non dubium,* ſcribentium, quorum & multos, ad longumque Farinacius recẽſet *fragmentor. crimin. 2. p. verb. Lex, n. 194.* & multos etiam ex Theologis Vazquez *1. 2. d. quæſt. 96. art. 4. diſput. 164. cap. 1. num. 2. & ſeqq.*

Tertium, † quia obligatio hæc reſtituendi non ſolum facto legis, ſed ipſiuſmet recipientis prouenit: quippe qui eo pacto officium acceptaſſe viſus ſit, ne oblata quoque ſponte munera accipiat, legibus id vetantibus, & iurare iubentibus. Quam quidem conuentionalem, & iuramenti obligationem ad reſtitutionem arctare, & incapaces domini facere accipientes; tenent Bartholom. à Medina *in inſtructione Hiſpana, de modo adminiſtrandi ſacram. pœnit. fol. 226. §. 3. de los Iuezes,* prout eum refert Molina *de inſtit. & iure, tomo 1. tract. 2. diſput. 88. num. 11.* Sanchez *d. lib. 3. cap. vnic. dub. 2. num. 27.* Et ſic (cum Merina eodem, Victoria, Soto, aliiſque Thomiſtis, rem claram dicens) aſſerit Ludouic. Lopez *in inſtructor. conſcient. 1. p. cap. 284. column. 2. vers. Item quia, ad finem.* 4

Quartum, † quia præter leges, quæ ſimpliciter munera, etiam gratuita, recipere Iudicibus prohibent (quas late ſuo retulimus loco; hac nempe Rubrica Annotatione 2.) eſt pariter *lex 56. tit. 5. lib. 2. noua Reg. collectionis,* inhabilem incapacemque domini recipientem, ſicque eorum munerum dationem, & acceptionem nullam reddens, & ad reſtitutionem: per conſequens, obligatos Superiorum Tribunalium Miniſtros, circa quos diſponit, quibuſque per hæc verba acceptionem, retentionemque interdicit, in principio *Nil eſo miſmo tengan.* Vlterius infra: *No puedan tomar, ni recibir.* Quæ quidem verba accipiendi, retinendique incapacitatem continent. Idem enim *Tenendi* † prohibitio, quam *Retinendi* importat, idemque verbum Tenere, quam Retinere ſignificat, vnumque pro alio ſumitur, *l. 1. in fine, D. de migrand. Rubri. C. etiam chirographo. pecun. teneri poſſe, & l. fin. ibi,* cũ aliis per Rebuffum *in l. qui neque 48. D. de verbor. ſignif. vers. Decimotertio.* Prohibitaque retentione, in neceſſariam conſequentiam venit reſtitutio, eiuſque obligatio. Quemadmodum ex verbo *Non poſſit accipere,* quod neceſſitatem inducit, potentia priuat, & actum aliter factum, nullum ipſo iure reddit, vt (ex Bart. Baldo, Cæpola, Ludouico Gomez, Bacza, Coual, & multis aliis, hanc naturam verbo *Non poſſit* tribuentibus) docet Sanchez *d. lib. 3. conſilior. moral. cap. vnic. dub. 1. num. 26.* ex eo ad reſtitutionem ſic accipientes teneri affirmans, de verbo etiam *Tenere* prohibente, mentione nulla facta, quod diuerſum caſum forte reſpicere videatur, vt videbimus infra. 5 6

Roboratur inſuper opinio iſta † ex *l. 6. tit. 8. lib. 5. eiuſdem noua Reg. collectionis,* quę habet: *Ordenamos y mandamos que los tales hijos de clerigos no ayan, ni hereden, ni puedan auer, ni heredar los bienes deſus padres clerigos, ni de otros parientes de parte de padre: ni ayan, ne puedan gozar de qualquier manda o donacion, o vendida que les ſea hecha por los ſuſo dichos.* Per quam, illiuſque repetita verba *Ni puedan,* communi Doctorum 7

UAB Biblioteca de Ciències Socials

resolutio est: *prædictorum bonorum illegitimos hosce incapaces existere, & ad restitutionem acceptorum obligatos*, tradentibus sic Gregorio Lopez *in l. 10. tit. 13. par. 6. verb. Heredar, & verb. La donacion*, Gomez Arias *in l. Tauri, num. 77. 78. & 79.* Tellus Fernand. *in d. l. 10. Taur. num. 7.* Ioan. Lup. *in l. 9. num. 27.* Anionio Gomezio *in eadem, num. 21.* Couar. *in 4. Decet. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 38.* Bartholom. à Medina *1. 2. quæst. 96. art. 4. ad 4.* Soto, Ledesma, Molina, & aliis relatis, probatisque à Sanchez *d. c. vnic. dub. 1. d. num. 26. vers. Item quia.*

8 Contrarium sententiam † (*Per solam nempe prohibitionem actum nullum non effici, nec ad restitutionem sic acceptorum, dictarum etiã Regiarum leg. dispositione stante, ante sententiam Iudicem obligatum existere*) quam multi quoque sustinent. Præter relatos enim à Sanchez dicto loco, *num. 28.* (satis & eam probabilem dicente *numero 29.* Sylvestrum scilicet eundem, Angelum, Nauarrum, Palacios, Alcozer, Gutier. & alios eidem fauentes) ita in prædictarum Regiarum legum terminis, specieque nostra affirmant, defenduntque Molina *de iustit. & iure, d. tom. 1. tract. 1. disput. 88. num. 12. & seq.* Vazquez *in opuscul. de restitut. cap. 7. dub. 6. num. 54. & 62. & 1. 2. quæst. 96. art. 4. disput. 164. cap. 2. num. 17. & cap. 3. num. 21. & 23.* Martin. Becan. *in summ. Theolog. scholast. cap. 6. de lege humana, quæst. 6. num. 6.* Ferdinand. Castro Palao *in opere moral. de virtut. & vitiis contrariis, tract. 3. disput. 2. puncto 8. num. 2. & seq.* Iacob. Granad. *1. 2. controuers. 7. de legib. tract. 3. p. 1. disput. 10. num. 13.* Paul. Layman. *Theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 4. num. 10. vers. quin etsi*, Stephan. Fagundez *in præcept. Decalogi, 2. p. præcepto 8. cap. 27. numer. 9.*

9 Rationes sunt: † Prima, quia licet recipiens inhoneste illiciteque contra legum prohibitionem accipiendo fecerit: muneris tamen sic recepti dominium acquisiuit, ad cuius per consequens, restitutionis obligationem necessaria condemnatio, iudicisque sententia est, neque ante ad eam in conscientia obligatus existit.

10 Secunda † (quæ & præcedentis confirmatio est) quia lex acceptionem prohibens non reddit inhabilem, seu incapacem accipientem, nec sola illa incapacem efficit prohibitio: longeque minus pœnis impositis, in conscientia afficiet, ita vt ad earum solutionem ante sententiam transgressorem obnoxium reddat.

11 Tertia, † quia quando lex prohibet actum certo generi personarum, alicuius virtutis intuitu, iustitia excepta (qualis est de quo agimus actus) firmus tunc est, & acquisita per illum, non sunt restitutioni obnoxia, nisi lex id nominatim declaret. Quod in casu nostro non sit, vt *numero 12.* dicenda monstrabunt.

12 Quarta, † quia neque Pacti, neque Iuramenti virtute ad huiusmodi acceptorum restitutionem Iudices sunt obligati. Non *Pacti*, quia non extat nullibique aut factum aut sic contractum reperitur, deducitur ve: non *Iuramenti*, quia non de *restituendo*, aut *de non retinendo*, sed *de non recipiendo* (casu quo hæc etiam munera iuramentum cõtineant) fit. Vnde licèt peccatum, periuriumque contrahatur: non ita pariter restituendi in conscientiæ foro, & ante sententiam obligatio.

Quinta, † quia verbum *Non teneant*, in casu nostro non disponit, vt expendimus infra, *num. 23.* & tanquam in diuerso adiectum, nullam in eo vim, aut aliquam de illo mentionem faciunt, hanc Doctores disputantes quæstionem, cæteta eius legis verba, quæ ad rem faciunt, exactè perpendentes. 13

Verbum *Non potest*, vel *Non possit*, non semper potentiam aufert, & actum, contractumve nullum reddit, sed *licitè fieri non posse* plerũque denotat, actu valido firmoque manente, si aliter non irritetur à lege. Quod nullatenus fit in nostra. Imò lex pœnam tunc adiiciens, valorem eidem tribuisse, pœnæ impositione demonstrat, & ante Iudicis sententiam non deberi.

Sexta, † quia sic vsus approbauit, neque ita recipientes Iudices ad restitutionem ante sententiam obligant Theologi, quorum dicta sententiasque *numero 46. & sequentibus* transcribimus. Congruum conuenientsque sic Nobis fecisse visum, vt inquirenti excusemus laborem. 14

Quibus quidem rationibus comprobatis, & firma remanebit assertio, & contraria corruent argumenta.

Quorum primum † omnes proxime relati impugnant, asserentes: *Solam legis prohibitionem, eiusque contrauentionem restituendi obligationem non parere, cum ad actum pariter irritationem lex non processit.* vt & latius *solutione ad secundum argumentum* constabit. Lucrumque ideo ex ludo lege prohibito restitutioni obnoxium non esse dicunt, communemque Theologorum & Iuristarum sententiam affirmat Vazquez *in opusculo de restitutione, cap. 7. dub. 6. num. 62. & 1. 2. d. quæst. 96. art. 4. disput. 164. num. 14.* ex Gabriele *in 4. disput. 15. quæst. 13. art. 2. concluf. 1. & infra*, Medin. *in Codice de restitutione, quæst. 22. §. Illud videtur*, Maiore *in 4. disput. 15. quæst. 13.* Alphonf. à Castro *lib. 2. de lege pœnali, cap. 2. coral. 3.* Adriano *in 4. tract. de restit. quæst. de Ludo, qua incipit: quia in superioribus*, Soto *lib. 4. de iustitia & iure, quæst. 5. art. 2.* Angelo *in summ. verbo Ludus, num. 7.* Couar. *in regula Peccatum, 2. p. §. 4. nu. 1.* Nauarro *in summ. cap. 19. num. 18.* dictam reddentibus rationem: *Quia quamuis lucrum acquisitum per ludum iure humano prohibitum sit, hoc ipso quod contractus ludi prohibetur: tamen quia contractus ludi irritus non est, sed solum prohibitus: lucrum non est obnoxium restitutioni.* vt Vazquez idem repetit. Quod numeris sequentibus confirmans, addit: Diuum Thomam pro contraria allegarum, in lucro à munere habito loqui: cæteros, restitutionem non ei qui perdidit, faciendam, sed pauperibus velle: sentireque, 15

per

UAB Biblioteca de Ciències Socials

per consequens, ludi contractum validum fuisse legis etiam prohibitione stante. Ita pariter Suarez *de legib. lib. 5. cap. 25. num. 12.* ex communi quoque Theologorum & Summistarum placito, Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 26. dub. 3.* Salas *de legib. quæst. 96. tract. 14. disput. 16. sect. 8. num. 20. vers. Item Ludus*, transferens ad litteram Vazquium, Ferdinand. à Castro *in opere morali, d. tract. 3. disput. 2. puncto 8. num. 3.* Martin. Becanus *in summ. Theolog. scholast. d. cap. 6. de lege humana, quæst. 9. num. 6.* Plurimos etiam vtriusque scholæ referens Alphons. Villagut. *dec. 20. ex num. 123. præsertim num. 125. & 126.* communem Theologorum & Iuristarum sæpè dicens, & Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral. 2. p. lib. 7. cap. 27. dub. 3. n. 3.* Qui omnes huius conclusionis suppositione, prioris assertionem, eiusque rationem confirmant.

16 Secundum argumentum † iisd em, aliisque rationibus labascit. Non enim ex eo quod contra legis prohibitionem actus fiat, nullus ideo est, si ad irritationem lex non processit, secundum proxime citatos; qui aliud esse dicunt *Prohibere*, & aliud *Irritare*. Sic etiam Martin. Becan. *Theolog. moral. tom. 1. disput. 1. quæst. 1. §. 5. propos. 2. num. 8. & seqq. præcipue num. 11.* Salas *d. sect. 8. num. 22.* vbi quod *Irritare*, & *Prohibere* sunt duo effectus valde distincti, ex prohibitione que non Irritationem sequi dicit: multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, *l. 1. §. Biduum, D. quando appell. sit*, canonizata *in cap. Biduum, 29. in ordin. 2. quæst. 6. l. Patre furioso, 8.* (vbi id late exornat Iaso (*D. de his qui sunt sui vel alien. iuris, l. Circa, 24. D. de inoffic. testam. cap. Ad Apostolicam, 16. de regular. cap. 1. de matrim. contract. contra interdict. Eccles. cap. fin. de diuort. cap. fin. de diuort. cap. Ursus, 6. qui clerici vel vouent. cap. Nouimus, 17. quæst. 2. cap. Si vir, 3. in ord. dist. 27.* Quorum sigillatim cuiusque, similiumque materiam, ad assertionem, quam sustinemus defendendam citati Theologi prosequuntur, Suarez *d. lib. 5. cap. 25. à num. 3. cum seqq.* Salas *d. disput. 16. sect. 8. numer. 17.* Castro Palao *d. tract. 3. disput. 2. puncto 8. num. 2.* Farinac. *fragmentor. criminal. 2. p. verbo Lex, num. 189.* ne & cæteros repetamus.

17 Reliquum est, vt contrariis allatis iuribus, quæ actus contra legis prohibitionem factos, etiamsi irritans clausula non adiiciatur, nullos esse comprobant, respondeamus. Et quamuis ad prædictos Doctores remissione (qui in eorum iurium solutione multas paginas, magistrali eruditione impleuerunt) contenti esse possemus: quia tamen aduersantis opinionis præcipuum fundamentum ipsa constituunt: qua poterimus breuitate, solutiones designabimus, ea sola pertingentes, quæ principaliora, casuique nostro magis cohærere videantur.

18 Sit prima solutio † tradita à Vazquez *dicta disput. 164. cap. 3. num. 18.* Salas *d. disput. 16. sect. 8. num. 25. & num. 27. in fine, vers. Dico quarto*, à Bonacina, Becano, & cæteris, tam Theologis quam Iuristis supra pro hac sententia memoratis: *dictam legem Non dubium* in terris Imperio non subiectis vires non habere, & humanos contractus contra illius legis constitutionem non esse ipso iure nullos. Veluti in Hispanica nostra ditione: in qua Regiæ solum leges in causarum decisionibus seruari iubentur. Quamuis enim aliæ communis iuris & in publicis studiis legi, & in foro allegari permittantur: non vt leges superiorum habentur; sed vt Sapientum dicta, naturali ratione, & æquitati conformia, ex *l. 3. tit. 4. part. 3.* vbi & aduertit Gregorius Lopez *glossa 2. verbo Por la leyes deste libro, l. 1. Tauri, & l. 2. tit. 1. lib. 2. nouæ Regiæ collection.* obseruantque Molina *de Hispanor primogen. lib. 3. cap. 12. num. 10.* Parlador. *quotidianar. differentiar. different. 6. n. 4.* Vt & apud Francigenus seruari testatur Baldus *in l. Nemo, in principio, C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* Non autem æquam fore, imo intolerabilem dictæ legis non dubium dispositionem, si cum contra prohibitionem legis fit actus, nullus redderetur, cum tot in iure passim prohibitiones reperiantur, inquit alter Molina *dicto tract. 2. disput. 88. num. 14.* Salas *dicta sect. 8. num. 23.* Inque Regio nostro *ex sola prohibitione facta non inferri annullationem ipso iure, quia nulla est lex, quæ hanc vim simplici prohibitioni tribuat; imò potius contrariam colligitur ex consuetudine satis recepta*, affirmat Castro Palao *in opere moral. d. tract. 3. disp. 2. puncto 8. num. 6.* Ita prorsus similiter Vazquez *d. disput. 164. cap. 3. num. 21.* Deducirurque *ex d. l. 18. tit. 11. par. 5.* pro contraria *numero 3.* adducta, *dictæ legi Non dubium* respondente: quæ tamen in eo dissimiliter sancit, quod non tam ad nullitatem, quam ad rescisionem actus contra legem gesti respiciat, circa eamque disponere videatur.

Canonici pariter iuris dispositione, † *per* 19
simplicem prohibitionem nullateus actus nullitatem induci nisi expressim id ipsum caueatur, annullatioque addatur prohibitioni, tradit, lateque confirmat Suarez *de legib. d. lib. 5. cap. 29. per totum*, communem nunc Theologorum & Iuristarum videri sententiam dicens. Consentiunt Prosp. Farinac. *d. verb. Lex, num. 189.* Molina *dicto loco, num. 12. col. 3. vers. Possumus deinde*, Salas *d. sect. 8. num. 27.* æque dicto capiti Imperiali, & aliis respondens; quæ ratione alia nullitatem continebant, non ex sola legis prohibitione. Sic & Castro Palao *d. tract. 3. disput. 2. punct. 8. num. 4.* Bonacina *loco proxime referendo, num. 11.*

Neque quoad forum conscientiæ † actus 20
nullitatem ex simplici legis prohibitione induci (ex Panormitano *in dict. cap. Ad Apostolicam, de regular. num. 1. vers. & per hoc posset*, Ferdinando de Mendoza *de pactis, cap. 4. num. 41.* Syluestro *verbo Lex, num. 18.* & communi vtriusque scholæ Doctoribus) docent Ioannes de Salas *d. quæst. 96. tract. 14. disput. 16. sect. 8. num. 22. in fine, vers. Alia tamen, & num. 23.* & Ludouic. Molin. *d. disput. 88. num. 14.*

Deinde

UAB Biblioteca de Ciències Socials

20 Deinde † prædicta contrariaiura casu quo nullitatem inducerent; procedere dicendum est, non ipso iure, sed ope exceptionis, & post Iudicis sic declarantis sententiam. Ita Molina *dicto numero* 14. Salas *d. sect.* 8. *num.* 23. *vers. Secundum Molina*, Suarez (ipsius *legis Non dubium*, & *capitis Videns dist.* 10. eleganter in id verba expendens) *d. lib.* 5. *capit.* 28. *num.* 7. *& seqq.* Castro Palao *d. tract.* 3. *disput.* 2. *puncto* 8. *num.* 2. & 4. Iacob. Granad. *d. controuers.* 7. *de legib. tract.* 3. *p.* 1. *disput.* 10. *nnm.* 13. inquiens: *Multo tamen probabilius videtur, quod Molina tomo* 1. *de iustit. & iure, disput.* 88. *ad confirmationem primi argumenti (licèt aliquantulum dubitans) & Suarez lib.* 5. *cap.* 28. *ex professo docuere: scilicet legem istam, etiam vbi obligat ius Ciuile, non habere vim ante sententiam Iudicis.* Quæ optime *dicta legi* 18. *tit.* 11. *part.* 5. solutio congruit. Consentit Bonac. *Theolog. moral. d. tom.* 1. *disput.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 7. §. 5. *propos.* 2. *num.* 10. Manifestamque hanc resolutionem reddunt dicta à Nobis *de prinileg. pauper.* 1. *p. quæst.* 35. *num.* 1. *& seqq. præcipue num.* 7.

21 Præterea † dictæ legis *Non dubium*, & similium dispositioni tunc locus esse posset, cum in puris prohibitionis terminis lex remanet, non cum vlterius progressa, pœnam quoque pro facto intulit. Cum enim actus irritatio à Legislatoris voluntate pendeat, tuncque irritare actum voluisse deducatur (ex dicta lege *Non dubium*, & similibus) cum illum simpliciter prohibuit, vbi contrarius actus valoris coniectura seu præsumptio adfuerit: validus quidem erit, vt fatentur omnes. Ex pœnatum vero adiectione, nisi & addiderit irritationem; firmitatem actui dedisse, pœnarumque impositione Legislatorem esse contentum; communis est (Doctorum assertio, dictorumque iniurium intellectus, vt constat ex *Glossa in eadem lege Non dubium, verb. Ob id, vers. Vel solue ad omnia*, allegansque per Vantium *de nullitat. Rubric. quot, & quibus modis nullitas in Iudicio proponatur, num.* 54. Alderan. Mascard. *de general. Statutor. interpret. conclus.* 9. *num.* 38. & 39. Cephalum *consil.* 47. *num.* 14. Farinacium *fragment. crimin.* 2. *p. verb. Lex, num.* 195. Suarez *de legib. d. lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 4. & 5. Salas *d. disput.* 16. *sect.* 8. *num.* 17. *ad finem, vers. Prima limitatio.* Et in casu specifici quæsiti nostri, Molina *d. tract.* 2. *disput.* 88. *num.* 14. Neque enim aliquid fit ex nihilo, vt naturale, & legale axioma est, iuribus firmatum *in nostris, lit. L. num.* 71. Neque præsumendum duplici onere (irritatione scilicet, & pœna) Legislatorem subditos grauare voluisse, vt dicunt præcitati. Circa quod, & alia in quartæ rationis supra designatæ confirmationem, addenda supersunt.

22 Denique † tertia ratio supra pro hac parte reddita *numero* 11. & præcedentia probat; & quam sustinemus planiorem facit. Quam pro regula Vazquez 1. 2. *d. quæst.* 96. *art.* 4. *disput.* 164. *cap.* 3. *num.* 21. sic constituit: *Secunda regula: quoties actus alicui certo generi personarum prohibetur intuitu virtutis Religionis, aut liberalitatis contra auaritiam, aut alterius virtutis quam Iustitia: actus firmus est, & acquisitum per illum, non est obnoxium restitutioni, nisi lex aliud explicet. Quare cum in nostro Regno nulla lege cautum sit, vt actus simpliciter prohibitus nullus sit, & leges Imperij in nostro Regno locum non habeant, vt supponimus; consequitur huiusmodi actus simpliciter prohibitos, firmos esse, & acquisitum per illos non esse obnoxium restitutioni.* Huiusmodi leges esse dicit, ne Clerici in Sacris quædam negotiationum & officiorum genera exerceant. Quia non intuitu virtutis Iustitiæ prohibentur, sed virtutis Religionis, aut liberalitatis contra auaritiam, vel quia eis indecens est talia officia exercere &c. *Eiusdem rationis* (numero 23. nectit) *sunt leges, quæ prohibent ne Ministri Regis accipiant munera, etiam gratis oblata, à certo, quodam genere personarum.* Accipere enim aliquid, ad auaritiam pertinere, leges iudicasse inquit; & consequenter donationem validam esse in Regno nostro, etiamsi contra prohibitionem fiat. Eiusdem vestigia, eadem verba transferentes, sequuti Salas *de legib. d. quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 16. *sect.* 8. *num.* 25. *vers. Deinde quoties*, & Martin. Becanus *in summ. Theolog. scholast. cap.* 6. *de lege humana, quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 16. *sect.* 8. *num.* 25. *vers. Secunda regula: quando lex prohibet actum alicui certo generi personarum intuitu alicuius virtutis, excepta Iustitia; tunc actus firmus est, & acquisitum per illum, non est obnoxium restitutioni, nisi lex aliud explicet. Huiusmodi sunt leges, quæ prohibent Clericis quædam negotia, & officia secularia, non intuitu Iustitiæ, sed vel intuitu Religionis, quatenus videtur esse indecens homines Deo dicatos tam vilia ministeria præstare: vel certe intuitu liberalitatis, quia videtur esse signum auaritiæ, quærere lucrum ex huiusmodi officiis, & ministeriis. Idem dicendum est de legibus, quæ prohibent Ministris Regiis accipere munera, etiam gratis oblata, à certo quodam genere personarum, ad coërcendam, nimiam pecuniæ cupiditatem.* Hæc Becanus. Ex quibus abundè prioribus duobus argumentis satisfactum: prioresque etiam tres rationes, pro opinione quam sustinemus, firmatæ.

23 Tertium oppositum argumentum, † (imaginaria veluti suppositione nixum) corruit. Nullum enim pactum, conuentio nulla, quæ translationem dominij gratuito datorum & receptorum impediat, adest. Nec item eam impedit iuramentum de muneribus his non recipiendis, ad restitutionemve sic acceptorum recipientem obligat; tametsi contra illud agens periurus sit. Vtrumque eruditè Ludouic. Molina *de iustit. & iure, d. tomo* 1. *tract.* 2. *disput.* 88. *num.* 12. hisce verbis: *Quia licet peccent, qui contra præscriptum legum eiusmodi donationes accipiunt, periurique sint, si iureiurando ad eas non accipiendas se astrinxerunt: nihilominus donationes*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

donationes de quibus loquimur, validas esse, neque consurgere obligationem restituendi ante latam sententiam, aut ante latum præceptum, quo Confessarius ad id pœnitentem astringat, profert: inferius, *in vers. Leges etiam Castellæ*, subdens: *solum quippe est in causa, vt qui contra id quod iure iurando spopondit, aliquid accepit; perinrus sit, non verò vt quod accepit non efficiat accipientis, aut postquam acceptum est, teneatur id restituere: præsertim cum forma iuramenti sit*: Se nihil accepturum, *non verò* Non retenturum, si id acceperit. *Si namque forma hoc etiam secundum contineret: tunc sane obligatio consurgeret restituendi, quod contra præscriptum legis accepisset: non quidem de iustitia, quasi quod accepisset non effecisset suum; sed Religione: quia tenetur implere secundam partem sub forma iuramento comprehensam, vtpote licitam, & meliorem quam sit retentio.*

Quoad alteram Pacti, seu Conuentionis partem. *Nullam* (ipsemet inquit) *effigiem, mentionemve Conuentionis in illis legibus inuenio, vt Iudices qui huiusmodi donationes acceperint, incapaces sint earum, illasque restituere teneantur: præsertim cum illas non accipiant quasi in pretium.* Similiter Vazquez *de restitutione, dicto capit. 7. dubio sexto numero sexagesimoseptimo*, inquiens: *Licet enim leges prohibeant ne munera accipiat: sed, vt dixi, nulla lex facit incapacem; & sola prohibitio non sufficit vt quis sit incapax.* Idque verum. Ex qua enim incapacitas induci poterat (dicta nempe *lege 56. tit. 5. lib. 2. noua Reg. collectionis*, tum sui initio; tum in progressu, verbis illis *supra numero sexto* relatis, pro eaque sententia expensis:) nullatenus induci videtur. Verbum enim *Ni eso mismo tengan*, in suo specifico continetur, & operatur casu (ne scilicet Iudices cum aduocatis, procuratoribus, seu tabellionibus de ipsorum salariis paciscantur, aliquidve de illis accipiant, aut teneant: seu etiam ad proximè sequentia istiusmodi prohibitionem referamus, quod non benè litteræ congruit, nec dubitatione multa caret, vt & constabit inferius: ac si dicat: Neque id ipsum teneant, accipiantve quidquam *por via de acostamiento*, à Magnate, seu Æquite, Prælato, Ecclesia, Vniuersitate, seu persona qualibet ecclesiastica, seu seculari, ad nostrum donationis gratuitæ, non officij ratione, nec *por via de Acostamiento*, factæ non extenditur, vt iam *hac ipsa Annotatione, in principio, numero decimo quarto*, consideraumus. Neque enim verbum illud in principio legis adiectum ad tam longè postmodum posita, post totque interiectas clausulas, discretasque orationes, trahi aliquatenus debet, aut potest; cum in suo quoquo casu, & suis quibusque verbis ipsa lex discriminatim sanciat: nec dispositum in oratione perfecta, ad aliam sequentem, etiam proximam trahi possit, vnaquaque suum præcipuum sortiente effectum, naturaque seruante: maximè in præsenti, tam longè vna ab alia separata, & diuersimode, vt diximus, disponentibus. In prima enim tenendi prohibitionem dicto illo respectu acceptorum tantummodo lex adiecit, non alias pœnas (quasi forsam maximum sit illa ipsa grauamen:) in posterioribus, receptionem in suo casu non solum interdixit; sed maximis pœnis cumulatis: quarum mitior interpretatio facienda est, nec inducenda illa, quæ pœnas multiplicat, amplius grauat, aut exorbitans redditur, etiam vbi clausula vna ad aliam posset alias trahi. Vt enim pœna, odiumque euitetur, nec de clausula ad clausulam, nec de capitulo ad capitulum fit in iure relatio, extensiove; quemadmodum in cæteris huius legis pœnis, ex clausulis etiam cohærentibus, & dictiones copulatiuas habentibus, hæc omnia, aliaque conducentia comprobamus, plenéque ostendimus *sequenti paragrapho quinto, à numero 9. cum adiacentibus.*

Præterea id legis nostræ forma, ipsiusque verbis manifestius apparet. Cuius est initium: *Otrosi mandamos y defendemos que ningun oydor ni Alcalde de corte haga partido, directè, ni indirectè, publica ni secreta mente, por si, ni por interposita persona, con abogado, ni procurador alguno, ni con escriuano, paraque le de cosa alguna de su salario, ni de las receptorias, ni otra dadiua por ello: ni eso mismo tengan.* Hoc itaque in casu, retentionem eius intuitu recepti vetat; in sequentibus proximis non ita similiter disponens, sed simpliciter: *Ni tomen, ni reciban dineros, ni otro cosa alguna por via de Acostamiento. &c.* In quam quidem clausulam, etiam cohærentem, non clausula transit illa, ex dicendis *in dicto paragrapho 5.* Si verò præfata distinctione & punctuatione non legatur (vt legendum omnino arbitramur, quemadmodum *hac ipsa Annotatione, in principio, numer. 14. aduertimus* (sed coniunctim illa verba: *Ni eso mismo tengan; ni tomen, ni reciban dineros &c.* (præterquam quod nec satis congruunt, nec aptè sensus elicitur:) eadem prohibitionis qualitas in primo capite, ad secundum trahi nequit, quam verbum *Ni eso mismo* (hoc est, *Idipsum* necessario requirit, imo quælibet istarum dictionum *Idem* vel *Ipsum* eam naturam tenet, & earum quælibet eandem substantiam demonstrat, & præcedentium qualitatum repetitionem operatur, vt multis confirmat Barbosa *de dictionib. dictione centesimaviegesimasecunda, & centesimaquinquagesimaprima.* Quòd autem primi capitis qualitas in secundo concurrere nequeat, ex coniuncta lectione apparet: quia in secundo isto, & rei, & personarum qualitas abest, quæ in primo existit. Non enim illic personæ sunt quæ salarium habeant, aut cū quibus de eo paciscatur sed à quibus lex prohibet accipere quidquā

por via de Acoſtamiento. Sicque orationibus diſcretis, congruus cuique ſtat ſenſus, legis intentio deprehenditur, verborum ſuperfluitas ceſſat, clarior lex, conſtructio redditur expeditior.

Eſto autem duæ priores hæreant clauſulæ, mixtimque legantur (quod tam à ratione longe abeſt) & vtraque *Tenendi* prohibitio tangat: non vtique cæteras oratione omnino ſeparatas; conditione diuerſas; pœnis, & ſanctione diſſimiles. In quibus, maximè donationis gratuitæ, de qua quæſtio noſtra (quaſi in re manifeſta, & dubio prorſus carente) nullus ex Doctoribus eam diſputantibus, huius quoque legis memores, ex priore illius parte, *Tenendique* prohibitione, ad ſecundam iſtam non modo vim vllam fecit; ſed nec mentionem quidem; tantummodoque ad verbum *Non poſſint*, in eadem ſecunda parte adiectum, ad incapacitatem retinendi, obligationemque reſtituendi acceptum contra illius præſcripti normam, recurrit Sanchez, vt contrario vidimus argumento. Quod recipit ſolutionem ratione quinta pro hac parte deſignatam. Verbum ſcilicet *Non*
24 *poteſt*, † vel *Non poſſit* (non enim in horum verborum diſcrimine, quod quidam conſtituere intendunt, immoramur; vtrique eandem naturam, cum communi, ineſſe putantes) non ſemper potentiam auferre, & actum reddere nullum, ſed ſolum importare, *licitè fieri non poſſe*, vt probant textus *in capit. primo de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ*, vbi dicitur: *Si quis cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit; nec à matre debitum petere, nec filiam vnquam habere poteſt vxorem: nec filiaſtra, nec ille vllo vnquam tempore alij ſe poterunt matrimonio copulare.* Et tamen Gloſſa finalis ait: *Tamen ſi contraherent, tenet matrimonium.* Textus *in cap. Litteras, 13. de reſtit. ſpoliator. & ibi Gloſſa verbo.* Non poteſt, *& paragrapho Porro, ibidem.* Textus *in cap. Faciat homo, 15. 22. quæſt. 2.* Textus *in cap. 1. de regul. iuris. lib. 6.* inquiens: *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione Canonica obtineri.* Ex quo Gloſſa *verbo non poteſt*, aſſertionem præfatam (quod ſcilicet prædictum verbum actus nullitatem inducat, & potentia priuet) deducit, ab illaque cæteri deduxerunt. Quam non ſemper, & indiſtinctè procedere, aduertit *Gloſſa Marginalis ibidem.* Conſentitque Ludouicus Romanus, eius generalem aſſertionem improbans *in l. Stipulatio iſta, paragrapho, Alteri, D. de verbor. obligationib.* provt eum Auileſius refert *in capitib. Prætor, cap. 9. verb. Puedan. col. 5. in fine*, Alciatus & Corraſius, quos pariter memorat Caſtillo *controuerſiar. lib. 5. p. 2. capit. 114. numer. 40. & 41.* tametſi generalem adhæreat ipſe. At contrariam, quam ſequimur, ſententiam, & ſuper relata & infra referenda iura probant, ipſeque textus *in d. cap. 1. de regul. iuris, lib. 6.* ſolum affirmans: *Sine inſtitutione Canonica beneficium Eccleſiaſticum* licitè *obtineri non poſſe.* Sentiens † *illicitè* poſſe, vt aduertit 25
Auguſtinus Barboſa *ibidem, numero 4.* Sic & conſiderantes adducens Panormitanum *in cap. Paſtoralis, num. 21. de cauſa poſſeſſion. & propriet.* & Colm. *in pragmat. Sanction. tit. de pacific. poſſeſſor, §. Ordinarij, verb. Poſſideat, ad finem.* Verum inde hunc beneficij poſſeſſorem dicens, cum Ancharano, Innocentio, Butrio, Panormitano, & Boëtio: eoque beneficio ſpoliatum, etiam abſque Canonicæ inſtitutionis probatione, illius reſtitutionem obtinere, iuxta textum *in cap. In litteris, 5. de reſtit. ſpoliator.* vbi ſic Alexander Tertius: *Super illa quæſtione, videlicet cum quis dicit*; ſe de poſſeſſione violenter eiectum; *& aduerſarius dicit*: Eum non fuiſſe canonicè inſtitutum: *reſpondemus prius de violenta eiectione, quam de Canonica inſtitutione agi debere.*

Quin & decennalem poſſeſſionem, † ius 26
in beneficio tribuere, & collationem Canonicam, titulumque ex ea præſumi, neque tunc beneficij titulum poſſeſſorem oſtendere cogi; tradidere Innocentius *in c. Illud, de præſumptionib. & in cap. licet Heli, de ſimon. & ibidem* Imola, Anan. Abbas, & Felinus, validaque Doctorum manu, Caldas Pereyra *de renouat. Emphyteuſ. lib. 1. quæſt. 15. num. 17.* Robur capit ſententia hæc à textu *in d. cap. Illud, 11. de præſumptionib.* Vbi per diutinam decem annorum cohabitationem, aliis concurrentibus adminiculis, probari matrimonium dicebatur. Et ſi iam à S.C. Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrimon.* Diſſimilis forma, omnino ſeruanda, ſit præſcripta. Quem quidem textum *in d. cap.* Illud, eiuſque deciſionem ad matrimonium ſpirituale trahunt Antonius, Cardinalis, Imola, Panormitanus, & alij, quos recenſet Caldas Pereyra, *dicto numero* 17. in fine. *vt ſcilicet ad probationem tituli inſtitutionis vel confirmationis ſufficiat quod longo tempore beneficium tenuerit, & pro Rectore, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in peritorio habitus fuerit.* Quamuis *numero* 19. alios referat, triginta vel quadraginta annorum ſpacium ad id deſiderantes: *& numero vigeſimoprimo*, oppoſitum omnino in vtroque tenentes. Priorem verò abſque hæſitatione ſuſtinet Couarruuias *in relect. capit. Poſſeſſor, de regul. iuris, lib. 6. p. ſecunda, paragrapho decimo, numero nono*, & præſcriptionem legitimam (hoc eſt, cum bona fide & titulo, etiam colorato, vt aiunt, ſpacioque decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes) iure poſſeſſorem defendere aduerſus habentem canonicum beneficij titulum.

Cum ergo, licet beneficium eccleſiaſticum ſine inſtitutione canonica obtineri non poſſit; ſi abſque illa obtineatur bona fide, & titulo vt diximus colorato, temporum prædictis decurrentibus metis, efficax ius obtentori, relatorum Doctorum ſententia, quæratur: deducitur, verbum *Non poteſt*, † ſimpliciter in lege adiectum, 27
non indiſtincte, potentiam auferre, &

actum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

actum reddere nullum. Si enim actus in præsenti, beneficijque absque canonica institutione obtentio nulla omnino foret: neque bona fide, neque tractu temporis conualesceret, aut efficax ius præstaret, ex vulgari regula *Non firmatur tractu temporis, quod iure ab initio non subsistit*, 18. *de regul. iuris, lib. 6.* & *legis quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere*, 30. *D. eodem tit.* Quod cum præstet; efficax etiam argumentum est, verbum *Non potest* non indistincte potentiam auferre, omnimodam necessitatem importare, & actum reddere nullum: potius sæpe ad *licitam* possibilitatem referri, nisi & præter verbum *Non possit*, vel irritetur expressè actus, vel ex aliis verbis eius nullitas, Legislatorisque intentio appareat.

28 Confirmatur id ipsum † ex frequenti Doctorum resolutione, intellectuque textus *in cap. 2. de testament. lib. 6.* qui cum dicat: *Religiosus executor ab aliquo in sua voluntate vltima deputatus non potest (cum velle vel nolle non habeat) huiusmodi officium suscipere, vel exequi, nisi à superiore suo petita super hoc licentia, & obtenta*: ex verboque *Non potest* affirment multi, actum aliter gestum, nullum esse, vt videre est apud Sanchez *in precept. Decalog. lib. 6. cap. 11. numero quadragesimo tertio*: ipse tamen idem *numero* 44. probabiliorem sententiam dicit oppositam, cum Federico *consil. 295. ad finem*, Romano *consilio* 409. *numer. 6. & singul.* 242. *alias* 245. *in 2. edit.* Felino *in cap. 2. de iudic. num. 6.* Decio, Ripa, Iasone, Hyppolyto, Rolando à Valle, Fulvio Paciano, & aliis. In qua sunt etiam Gregorius Lopez *in l. 2. verbo Frayles, tit. 10. part. 6.* Iacob. à Canib. *de execut. vltimar. volunt. partic. 1. num. 37. & 38.* Rosel. *in summ. verb. Religio, 1. numero* 8. Azor *instit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 11. quæst. 1.* Matienz. *in l. 14. tit. 4. lib. 5. nouæ Reg. collection. glossa 1. numer. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 46. numer. 14.* August. Barbos. *in collect. ad dict. capit. 2. numer. quarto*, Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. E. conclus. 498. numer. 3.* Molfes. *in summ. p. 2. tract. 13. cap. vndecimo, numer. vigesimoquinto*, Præter alias ad id rationes, hanc primam dicto loco assignat Sanchez: *quod ius tantum interdicat Religiosis id munus suscipere, aut exequi absque superioris licentia, nec vlterius procedat ad executionem irritandam.*

29 Roboratur etiam † ex textu *in l. Filius familias, 8. paragrapho Veterani, D. de procuratorib.* vbi Vlpianus inquit: *Milites (nec si velit aduersarius) procuratores dari possunt.* Et tamen gesta per milites procuratores datos, non hac exceptione vsque ad litis contestationem opposita remotos, valent, vt *in eodem paragrapho* cauetur, & *in l. Ita demum, 13. C. eodem tit.*

30 Item † ex *lege obligari, 9. D. de auctorit. tut.* vbi sic Cajus: *Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest.* Et tamen receptissima & in iure manifesta determinatio est, pupillum infantia egressum, sine tutoris auctoritate contrahentem, naturaliter saltem obligari, sancita *in l. 1. in fine, D. de nouation.* dicente: *Qualiscumque igitur obligatio sit, quæ præcessit, nouari verbis potest, dummodo sequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturaliter; vt puta si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit.* Sic in mutuo à pupillo sine tutoris auctoritate recepto, locupletiore ex eo facto: *Si pupillus cui, sine tutore auctore, decem mutua data sunt, legatum à creditore meruerit sub hac conditione*: Si decem quæ acceperit, hæredi reddiderit: *vna numeratione & implet. conditionem, & liberatur naturali obligatione*, Paulus inquit *in l. Si pupillus, 21. D. ad legem Fulcidiam*, notant Glossa & Batt. *in d. l. 1. de nouationib. numer. 7.* Glossa etiam *in l. fin. verb. Non tuebitur, D. de iureiur.* Alexand. *in d. l. Si pupillus, num. 2.* Iaso *in l. eius qui in prouincia, paragrapho quas vero, D. si cert. pet. & in l. Interdum, D. de condict. indebit. numer. 5.* Guttier. *in l. Nemo potest, D. de legat. 1. numero 150. & 151.*

Simile ad propositum argumentum est † de *lege, Stipulatio ista habere licere*, 38. *paragrapho Alteri, D. de verbor. obligation.* in qua Vlpianus: *Alteri stipulari nemo potest.* Iisdem verbis Iustinianus *in paragrapho Alteri, instit. de inutilib. stipul.* De *lege quo tutela, 74. in fine, D. de regul. iuris*, vbi Paulus: *Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando, quisquam alteri cauere potest.* De *lege 3. C. de inutilib. stipulationib.* vbi Imperatores Diocletianus & Maximianus: *Vt inter absentes verborum obligatio contrahi non potest: ita alteri, cuius iuri subiectus non est, aliquid dari, aut restitui (nisi sua interfit) nemo stipulari potest.* De lege septima tit. 11. part. 5. *Vn ome no puede recibir promision de otro* sæpe id in discursu, contextuque prosequente: Et tamen † ex huiusmodi stipulatione naturalem saltem obligationem oriri; communis est Doctorum assertio. Quam constituunt, firmantque Glossa, *in d. l. Stipulatio ista, paragrapho Alteri, verb. Interest*, communiter recepta, sequutaque à Bartholo *ibidem, num. 8.* Alexandro *num. 7. vers. Ego tamen*, Iasone *numer. vigesimo*, eodem Alexandro, pòst Baldum, *in l. certi condictio, paragrapho quoniam, numer. 11. D. si cert. pet. & in l. Furioso, numer. quarto, D. de re iudic.* Alciato *in capit. Cum contingat, numer. 109. ad finem, de iureiurand.* Galiaul. *in rubric. de verbor. oblig. numero sexagesimonono ad finem*, Fortunio Garzia *in l. prima, numero vigesimotertio, & seq. D. de pact.* Couarr. *in cap. quamuis pactum, 2. p. paragrapho 4. num. 2. & seq.* Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. conuention. lib. decimoquarto, tit. 28. num. 47.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Et hanc quidem naturalem obligationem
33 † non ex honestate solum, aut debito mortali; sed legis vinculo insurgere; ideoque promissorem in specie hac ad implementum in conscientiæ foro obligatum existere, respondit Alciatus *consil.* 53. *num.* 14. *lib.* 9. fidemque non seruantem, nonque promissa adimplentem mortalis culpæ reum esse, dixit Bartholus *in extrauag. Ad reprimendum, verbo Denunciationem, num.* 10. *vers. Idem puto de eo qui promittit.* Quorum sententiam probat Cardinalis Mantica *d. lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 48. Cumque lege, naturalis obligatio insurgit; non absque peccati reatu eius implementum omitti posse; tradit, cum Diuo Thoma, Didac. Couar. *d.* 2. *p. paragrapho* 2. *numer.* 6. alios huius naturalis obligationis effectus in iure referens: pleniſſimeque Alphonſus Villagut. *deciſione, ſeu conſultatione deciſiua* 20. *ex numero* 133. lato iudicis officio naturalem obligationem executionem obtinere contendens, *ſicut olim ante introductas per ius ciuile actiones miniſtrabatur, inſtitu. de iure gentium.* Hæc eius verba.

34 Denique † generalis dictæ Gloſſæ, & ſequacium aſſertio aliquantum vrget quando lex in ſola prohibitione perſiſtit, cum ſcilicet *quid non poſſe fieri* dicit: ſecus atque ſi vlterius diſponendo procedat: tunc enim non præciſam neceſſitatem eius præceptum importare, aut actum reddere nullum (præſumpta Legiſlatoris voluntate, qui de remedio prouidendo, actui valorem conſetur concedere) notarunt laſo *in d. l. Stipulato iſta, paragrapho Alteri, num.* 17. *D. de verbor. obligation.* & ex eo Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua Reg. collection. numer.* 4. Fului. Pacian. *de probationib. lib.* 1. *capit.* 35. *numer.* 42. Ioan. à Caſtillo *controuerſiar. d. lib.* 5. *ſecunda partis, capit.* 114. *numer.* 46.

35 Ita ſimpliciter, † non cum prohibitione vlterius procedendo (præter alia iura ex Regiis noſtris) diſponunt *d. l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua Regia collectionis, & lex* 54. *Tauri*, Sancientes: *La muger durante el matrimonio, no pueda ſin licencia de ſu marido, repudiar ninguna herencia que le venga ex teſtamento ni ab inteſtato.* Adhuc vero nullitas ex legis huius contrauentione reſultans, ſi bene perpendatur, non tam ex illius prohibitione, aut verbi *Non poſſit* in ea adducti natura prouenit; quam ex qualitatis, ſolemnitatisve in ea requiſitæ, ac perinde formæ defectu:
36 cuius veluti exiſtentia dat eſſe actui, *l. Diuus*, 8. *D. de reſtit. in integr.* cuius defectus extinctio eſt & annullatio eius, *l. Iulianus*, 9. *paragrapho Si quis rem, D. ad exhibend.* cum vulgatis de quibus *in Axiomatib. noſtris, lit. F. num.* 154. *& ſeqq.* Forma enim ſubſtantialis dicitur inducta, cum aliqua à lege qualitas deſideratur, vt ex Auendaño *reſponſo* 14. *in fine*, obſeruat Azeuedus *in l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 5. *noua Reg. collectionis.* Quotieſve quidquam à lege cum aliqua ſolemnitate fieri iubetur, tametſi ad irritationem actus aliter geſti per eam non procedatur, ſententia Baldi *in d. l. Non dubium, numer.* 18. *C. de legib.* Bruni, *in tract. de legib. & conſtit. verſ. Forma data cenſetur, & in tract. de Forma, capit.* 2. *col.* 2. Hippoliti Riminaldi, Becij, Burſati, & aliorum, quos allegat & probat Ioan. à Caſtillo *controuerſiar. lib.* 5. *p.* 2. *cap.* 149. Qua ratione, & intellectu ſolutionem recipit argumentum à Tiraquello, cæteriſque ab ipſo relatis *de legib. connubial. gloſſ.* 4. *num.* 2. 4. & 5. pro aduerſa parte ſupra peritum, dicentibus: *Contractum nulieris, vel minoris ſine conſenſu propinquorum, nullum eſſe, quando conſuetudo, ſeu municipale ſtatutum, prohibet ſine illorum conſenſu fieri.*

Similiter *dicta lex* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua Reg. collectionis* † non modo ſimplicem 37
& abſolutam prohibitionem continet; ſed *& à lege octaua eiuſdem tituli & libri* recipit intellectum, quæ illegitimos non ſolum prohibitione à bonorum paternorum ſucceſſione, perceptioneve aliqua, præter alimenta vſque ad quintam eorum partem, auertit: ſed eorum incapaces pariter illos reddit. Secundum quam, non vel ob ſimplicem dictæ legis ſextæ diſpoſitionem, vel propter verbi *Non poſſint* naturam, procedere opinionem *numero ſeptimo* relatam; ſed huius potius declaratione & virtute, aduertit Iacobus Granado 1. 1. *controuerſ.* 7. *de legib. tract.* 3. *p.* 1. *diſput.* 10. *n.* 19. verbis hiſce: *Lex agens de filiis ſpuriis, non reddit illos incapaces hæreditatis propter verbum* Non poſſit, *ſed quia ſic intellecta eſt à Doctoribus, & quia id expreſſe habetur in lege octaua eiuſdem tituli.*

At vero *dicta lex noſtra* 56. † neque ex- 38
preſſe receptionem dequa loquimur, irritat, nullamve reddit; neque ex verbo *Non poſſint* eius nullitas deprehenditur, ſecundum vſque adhuc late deducta: neque in ſimpli prohibitione ſubſiſtit, ſed vlterius pœnas adiiciendo procedit: ex quibus actus, receptioniſque valor reſultat, iuxta limitationes proxime aſſignatas *numero* 21. *&* 34. eiuſque pœnas ante Iudicis ſententiam (modo ſaltem ſuo loco annotando) in conſcientiæ foro non deberi; cum ea pœnarum conditio ſit; vt non niſi poſt Iudicis ſententiam debeantur, vt *Annotatione ſequenti* latius apparebit.

Reſtitutionem autem cum duplo † à lege 39
hac præceptam, pœnam eſſe, in dubium eſt, lex enim eam pœnam nominatim appellat, ſeu eam pro pœna deſignat, inquiens: *So pena &c.* Cuius naturam etiam verbo *Punitur* tribuit, pœnamque eo induci ait Ancharanus *conſil.* 440. *incipit: In quæſtione, numer. quarto*, Cardinal. Tuſch. eius relator, *practicar. concluſ. lit. P. concluſ.* 205. *numer. ſeptimo*, Quantumuis enim ſimplex obligationis reſtitutio pœna propriè non ſit, ſed quædam vitatio culpæ, vt notant Suarez *de Religione, tom. primo, tract.* 2. *lib. tertio, cap.* 13. *numer.* 9. ipſe tamen ibi fatetur, præter iſtam ſimplicem reſtituendi

in

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in conſcientiæ foro obligationem, quæ per ſe arctat: pœnam tatione ſolum legis imponi, & ordinariè actionem Iudicis requirere.

Quinimo etſi lex *Pœna* nomine non fo-
40 ret vſa, eamve nominatim non apponeret; † actum tamen irritaret: irritatione pœnam cenſetur imponere. Irritatio enim actus, pœna eſt, in odium contrauenientis legi inflicta *l. Senatus, 52. D. de contrab. empt.* vbi Paulus: *Pœna in eum qui aduerſus Senatus conſultum feciſſet conſtituta, vt duplum eius quanti emiſſet, in ærarium conferre cogeretur; in eum verò qui vendidiſſet, vt irrita fieret venditio &c. l. fin. in fine, C. de poſthum. hæred. inſtit.* in verbis illis: *Neque pœnam patiatur præteritionis, qui filios ſuos non præteriit.* Probantque multa alia iura, quæ adducit Salas *loco proximè referendo.* Docentque Bart. *in l. Sanctio legum, D. de pœn. in l. Turpia legata, & ibi* Bald. Alexand. & Iaſo, *D. de leget. 1.* Abbas, & alij *in cap. 1. de conſtit.* Crot. *in rubric. C. de noui oper. nunciat. num. 14. in fin.* cumque his Petr. Surd. *conſil. 157. num. 4.* Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 4. num. 9.* Suarez *lib. 5. de legib. cap. 19. num. 7.* Caſtro Palao *in opere moral. tract. 3. diſput. 2. punct. 7. num. 4.* Salas *de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 16. ſect. 2. num. 3. &* 4. diſtinctionem apponens, Gutier. *de iuram. confirmator. 1. p. cap. 14. num. 12.* Azeued. *in leg. 1. tit. 1. lib. 5. noua Regiæ collection. numero 13.*

41 Ex quo † neque pœnam irritationis actus ante ſententiam contrahi, in terminis quæſtionis noſtræ, eiſdem legis 56. relatarum què ſimilium, moderamine ſaltem proximè aſſignando: nec gratuita munera, de quibus ſermo eſt, ante eam reſtituere accipientem in conſcientia debere, dicunt Theologi infra referendi: Ex quibus nunc duos ſeligimus, Iacobum Granado 1. 2. *controuerſ. 7. de legib. tract. 3. p. 1. diſput. 10. num. 13.* in caſu *dictæ legis Non dubium*, pariterquè Regiarum, de quibus loquimur, dicentem: *Etenim lex iſta Imperatoria, eſt pœnalis: in pœnam enim violationis legis prohibentis contractum, infligit nullitatem, ſeu irritationem illius: pœnam autem temporalem regulariter loquendo, ſtemo tenetur exequi in ſe, donec à Iudice ſaltem declaretur crimen illius, vt infra dicetur. Nec obſtat, verba legis videri ſignificare nullitatem: nam recte illa explicatur, vt ſenſus ſit, contractus debere iudicari nullos, ita vt accedente ſententia Iudicis, cenſeantur inualidi tempore quo irriti ſint, quaſi retrotracta ſententia ad tempus antecedens.* Ad leges ſtatim noſtras, verbumquè *Non poſſint*, quo *dicta lex 56.* vtitur, deſcendens, eamque in hanc quidem ſententiam explicans iuxta ſupra dicta, cuius & *infra numero 47.* verba transferimus. Conſocium item (& profeſſione, & verbis, prorſus enim ſimilia profert) Ferdinandum de Caſtro Palao *in opere morali, de virtutibus & vitiis contrariis, tract. 3. diſput. 2. puncto 8. num. 4.*

Ex abundanti tractum hoc argumentum eſt, expreſſa, vt diximus, legum determinatio-
42 ne ſtante, quæ in pœnam † ſic acceptorum reſtitutionem cum duplo Fiſco Regio fieri iubent. Cui vel ſola applicatio pœnam oſtenderet; nonque reſtitutionem eſſe, ad quam regulariter ob iniuſtitiam quis tenetur; cum nec parti fiat, nec fieri debeat, à qua veluti nil ſit ablatum, cuique debeatur nihil, vt in noſtratum legum explicatione aduertit Ludouicus Molina *de iuſtit. & iure d. 1. tom. tract. 2. diſput. 88. num. 12. verſ. Leges etiam Caſtellæ. Ecce* (inquit) *leges illæ pœnam apponunt, imò inter pœnas computant, vt ſoluatur quod acceptum eſt, & inſuper duplum; idque totum Fiſco Regi: quæ pœna locum non habet ante latam ſententiam.* Cum præſertim † 43 pœna Fiſco applicata criminalem naturam induat, iudicium què criminale reddat, Gloſſa *in l. 3. verbo Centum aureorum, D. de ſepulchr. violat:* Gloſſa, Albertic. & Salicet. *in l. 1. C. eod. tit.* communiter approbatæ, teſtibus Ioanne de Platea *in l. 2. in fine, C. de his qui expublic. ration. lib. 10.* Curtio Iuniore *in rubric. D. de iudic.* Petro Ducſias *regula 315. ampliat. 2.* Dicunt etiam communem Canoniſtæ *in rubric. de iudic.* Abb. *num. 5.* Aret. *num. 19.* Deci. *num. 95.* Ripa *num. 91. & ſeq.* Peregrin. *de iure fiſci, lib. 4. tit. 8. num. 8.* & poſt aliorum relationem, Ludouic. Peguet. *deciſ. 6. num. 2.* Vbi inter pecuniariam pœnam parti, & Fiſco applicatam diſcrimen conſtituit: † quod illam ſoluere 44 non valens, liberetur, iuxta deciſionem *capitis Odoardus, de ſolutionibus*: ob hanc, non vtique, regulariter, ſed quod in corporalem commutabitur, & luet in corpore ad pœnam etiam pecuniariam condemnatus, quam ſoluere non poteſt, iuxta *legem finalem, D. de in ius vocand.* ſimileſquè per Nos adductas *in Axiomatib. iuris, lit. C num. 246.* Qua de re, præfatoquè diſcrimine, præter alios, plenius agit Farinacius *prax. crimin. quæſt. 26. num. 7. 25. 32. & ſeqq.*

Pœna itaque † arguit ius quæſitum, vt 45 dicunt Bartholus & ſcribentes *in l. Titia, oppoſit. 4. D. de verbor. obligationib.* Cephalus, communem profeſſus *conſil. 52. num. 15.* cumque his, Petrus Surdus *conſil. 168. num. 63.* & conſequenter in gratuitorum munerum acceptorem ius tranſlatum, pœnamquè à lege aduerſus ſic recipientes impoſitam, ante Iudicis ſententiam in conſcientiæ foro non deberi, vt *ſequenti Annotatione* latius conſtabit. Aliud quidem ſi reſtitutio non tam pœnam, quam intereſſe partis, reiquè amiſſæ recuperationem contineret: quia pœna tunc in conſcientiæ foro deberetur, vt notant Couarru. *in 4. p. 2. cap. 6. §. 8. num. 18. verſ. Sexto*, Azeued. *in l. 1. tit. 17. lib. 8. num. 11. 13. & ſeq. & in l. 31. tit. 19. lib. 9. noua Reg. collection. num. 12.*

Omnia huc vſque dicta † quaſi per appen- 46 dicem recentiores Theologi *ſupra citati numero octauo*, confirmant, coadiutoremquè vſum interpellant. Quorum (pro omnimoda firmitate, præfatæ *legis 56.* ſimiliumquè relatorum non ſolum ornatu, ſed vtili, neceſſariaquè explicatione) ſententias tranſcribere non veremur.

Molinam dictas leges erudite appendentem, ſupra numero 23. tranſtuliſſe ſufficiat.

Vazquez 1. 2. *quæſt. 96. art. 14. cap. 2. num. 17.* hæc: *In noſtro Regno prohibiti ſunt aliqui*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ministri Regis munera accipere; ex quibus eos solum ad restitutionem obligamus, qui ipsa lege inhabiles efficiuntur vt recipiant: eos verò qui solum prohibentur simpliciter absque decreto irritante, non obligamus ad restitutionem. Et oppositum nimis seuerum esset.

Petrus Nauarra *de restit. lib. 4. cap. 2. num. 107.* ita: *Secundo colligo ex hac regula, quod Iudices & Officiales Regij, & nonnulli alij tenentur restituere munera gratis oblata eis à negotiatoribus, quando lex eos non modo prohibet recipere; sed etiam incapaces facit retinendi.*

Paulus Laymann *Theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 4. num. 10.* sic: *Quin etsi lex positiua acceptionem munerum prohibeat: non tamen accipiens ante Iudicis sententiam ad restitutionem obligandus videtur, praterquam si lex exprimat, vt non tantum illicita, sed etiam inualida acceptio sit.*

Martinus Becanus *Theologia scholastic. c. 6. de lege humana quæst. 9. num. 6.* hunc in modum: *In Regno Hispania prohibiti sunt aliqui Ministri Regis accipere munera: ex quibus ij solum ad restitutionem obligantur, qui per legem inhabiles redduntur ad recipiendum: hi verò qui solum prohibentur accipere, non obligantur.*

Suarez *de legibus, lib. 5. cap. 30. numer. 2.* istiusmodi verba: *Hinc verò colligere possumus, in nostro Hispania Regno leges purè prohibentes non irritare actus, nisi per specialem clausulam id sufficienter declarent.* Memoratasque *legem primam tit. 2. lib. 5. noua Reg. collection.* quæ actum irritare volens, expressè irritat; Matienzium carpit existimantem superabundare illius verba, quæ actum annullant, eiusque expressam annullationem, ex ratione præfata, sic necessariam fuisse dicit: *Addita ergo fuêre illa verba in illa lege, quia necessaria erant ad dictum effectum.* Continuo iungens: *Alia consuetudo est ipsius Regni, ita enim communi vsu accipiuntur leges prohibentes accipere munera, vel ludere aleis, vel soluere amissa in ludo, pecunia credita, & similes, quando non addunt clausulam irritantem: quondo illam addunt, verba ita obseruantur, vt non maior intelligatur inesse irritatio, quam per illa significetur, & solum censeatur incurri per modum pœna; ac subinde cum modo & restrictione legis pœnalis.* De quo *paragrapho sequenti nos sermo expectat.*

Ioannes Salas *eodem tractat. de legibus, quæst. 96. tract. 14. disput. 16. sect. 8. n. 20.* in fine: *In nostro Castella Regno lege prohibentur aliqui munera accipere; quos, si acceperint, non obligamus ad restitutionem.*

Ferdinandus de Castro Palao *in opere morali, de virtutibus & vitiis contrariis, d. tract. 3. disput. 2. punct. 8. n. 3.* hac in specie sic quærens, & decidens: *Sed quid dicendum in nostro Regno? Respondeo: Ex sola prohibitione facta, non inferri annullationem ipso iure: quia nulla est lex, qua vim simplici prohibitioni tribuat; imo potius contrarium colligitur ex consuetudine satis recepta. Sunt enim plures leges prohibentes Ministris iustitia munera accipere, quæ si accipiant, acceptio valida est dum non infirmatur.*

Iacobus Granado *1. 2. d. controuers. 7. de legibus, tract. 3. p. 1. disput. 10. num. 18.* rem fusius prosequens, oppositisque supra occurrens, ait: *Tertiam regulam assignant aliqui dicentes: Cum lex ita prohibet aliquid, vt vtatur verbo* Non possit fieri *vel* Non potest recipere; *nullum esse actum, vel contractum contra illam initum. Vnde filij, vulgo* Bastardos, *sunt incapaces hereditatis, quia lex 6. tit. 8. lib. 5. noua collection. dicit:* No puedan hæredar. *Iudices etiam seculares tenentur restituere munera etiam ante condemnationem, nec sunt capaces dominij istorum, quia lex 56. tit. 5. noua Regia collectionis ait:* No puedan recibir &c. *Sed hac regula non est certa. Nam sapè in iure, verbum* Non potest, *non significat nullitatem actus. Vnde in cap. Si quis, de eo qui cognouit consanguin. vxoris sua dicitur:* Si quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere; nec filiam vnquam *habere potest vxorem:* nec filiastra, nec ille vllo vnquam tempore alij *se poterunt* matrimonio copulare. *Et tamen si contraherent, validum esset matrimonium, vt ibi notat Glossa. Et l. 12. tit. 18. lib. 5. noua collection. dicitur de campsoribus:* No puedan negociar por si; ni por terceta persona: *Et nihilominus Hispalensis Audientia præcepit cuidam soluere quod illis debebat ratione huius negotiationis. Et l. 5. tit. 18. lib. 6. prohibetur aduenis negociatio apud Indos; & agazonibus emere* Barras, *quas vocant, auri, aut argenti, addito verbo* Non possint: *& tamen nemo dicet contractus istos esse nullos.* Dictæ legi 6. tit. 8. lib. 9. nouæ Regiæ collectionis verbis *supra relatis numero* 37. satisfaciens *numero* 19. Ad Iudices reuersus continuò nectens: *Quod verò attinet ad Iudices seculares, valde probabile est, eos non teneri restituere, nisi condemnentur, & re vera esse capaces dominij munerum, quæ gratis donantur, non obstante illa lege.* Quod manifestè superiora monstrant, nullamque legem dominij istius reddere Iudices incapaces, maximè *numero* 22. & 23.

Perfectum quidem Iudicem, & legem ad vnguem seruantem, illiusque implentem præcepta expetimus: imperfecti non excusatores, sed veritatis indagatores esse conamur.

AN AD CÆTERAS POEnas è prædictis legibus Regiis (præsertim dicta lege 56. tit. 5. lib. 2. & l. 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis) in Iudices à personis prohibitis recipientes, ipso facto impositas, ante Iudicis sententiam in conscientiæ foro earum transgressores teneantur?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiuæ partis argumenta proponuntur*, & numeris seqq. vsque ad numeram

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tum 7. *Contraria* exinde.
Verbum Ipso facto, *latam sententiam significat, & importat.* ibidem d.num.1.
2 *Post Iudicis sententiam pœnam conscientiæ foro debetur. Cum limitatione, & intellectu* numer 29.
3 *Iudicis & legis sententia à pari procedunt, nec minus potest lex quàm Iudex: operaturquè æquè sententia ficta à lege, vt lata ab homine, & quandoque plus,* & num. 4. *Limita & intellige vt* num. 36. 37. 38. 39. & 40.
4 *Lex dominium & possessionem ipso iure transferre valet; non vtique Iudex absque alio actu.*
5 *A sententia Iudicis appellare licet; à legis non vtique.* & num. 27. & 28. *vbi discriminis ratio assignatur.* & num. 41.
6 *Lex nil frustra agit.*
7 *Verbum* Pro conuicto habeatur, *an sententiam latam significet?*
8 *Pœna ante Iudicis sententiam, declaratoriam saltem, in conscientia foro non debetur.*
9 *Etiam cum* ipso facto, *aut similibus verbis latam sententiam significantibus, pœnam lex imponit. Quique verbi* Ipso facto *tunc sit sensus?* & numeris seqq. *Ampliatur* num. 15. & seqq. vsque ad numer. 34.
10 *Quæ sit huius rei, & conclusionis ratio?* & numeris seqq.
12 *Lex ad pœnam in foro conscientiæ obligans ante Iudicis sententiam, an natura repugnet, sitquè obligatoria?*
14 *In dubiis benignior interpretatio facienda est.*
16 *Oratio, seu particula indefinita quando æquiualeat vniuersali?* & num. 17. & 18. *Opinio, Suarez impugnatur.* ibidem, & num. 19.
19 *Etiamsi lex non distinguat, distinguere debemus cum vel alia lex distinguit, vel ratio ex aliis suadet.*
21 *Intellectus textus* in cap. Euidentia, 9. de accusationib.
22 *Fiscus hæretici bona occupans ante sententiam declaratoriam, licèt delictum adeo notorium sit, nulla possit tergiuersatione celari, an ad eorum restitutionem teneatur?*
24 *Irregularitatis pœna, Ecclesiasticaquè censuræ ipso iure latæ secum executionem trahunt, neque declaratoria quidem sententia agent, & quare?*
25 *Pœna incursæ, vel criminis patrati declaratio parte citata, & iudiciario ordine fieri debet.*
26 *A sententia declaratoria pœna appellari.* & num. 28.
27 *A pœna legis nequit appellari.*
29 *Damnatus per Iudicem ad pœnam, an eandem ipse exequi debeat, vel satisfaciat patientiam executioni præstando? Et an si Fiscus in exigendo pœnam negligens sit, eam rem præscribat?* & num. seq.
31 *Intellectus textus* in Extrauag. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien.
32 *Intellectus textus* in l. 5. tit. 11. lib. 5. nouæ Reg. collectionis.
33 *Intellectus textus* in l. 1. tit. 21. lib. 8. nouæ Reg. collection.
35 *Satisfit argumentis contrariis,* & numeris seqq.
37 *Intellectus textus* in l. Cum quasi, 30. §. Complures, vers. Hi autem, cum Glossa verbo Iudicati, D. de fideicommissar. libertatib.
38 *A diuersi non fit illatio.*
39 *Argumentum* Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, *non vrget in victo diuerso iure, ratione, vel ordine.*
40 *Intellectus textus* in l. Raptores, 41. C. de Episcop. & cleric.
42 *Pœna* ipso facto *à lege imposita à tempore commissi criminis incipit deberi suspensa vsque ad Iudicis declarationem eam præstandi obligationem.*
43 *Alienationes factæ post delictum ab eo cuius bona ipso iure propter delictum confiscata sunt, an validæ, nullæve sint, & bona ab eo tempore alienata, post criminis declarationem, Fiscus vendicet?* & num. 44.
Dictionis seu verbi Ipso iure *effectus plures, præter iam relatos, qui recensuerint?*

§. III.

Affirmatiua pars probatur: † Quia verbum *Ipso facto* in dictis legibus appositum, & sub quo pœnæ in eis designatæ infliguntur; latam sententiam significat, & importat, *cap. 1. de homicid. lib. 6.* Glossa *in cap. 2. verbo Ipso facto, ne cleric. vel Monachi, eodem libro, & in clement. Attendentes, verbo* etiam *Ipso facto, finalis, de statu Monachor.* Vtque in re manifesta, profusis parcamus allegationibus, qui plures desiderat, consulat Tiraquellum *in l. Si vnquam, verbo Reuertatur, num. 143. C. de reuoc. donationib.* Cardinalem Tuschum *practicar. conclus. lit. I. conclus.* 555. Farinacium *fragmentorum criminal. 2. p. verbo Lex, num. 93.* & Augustinum Barbosa *de dictionib. dictione* 152. Sed post Iudicis sententiam † pœna in conscientiæ foro debetur, vt consentiunt D. Thom. 2. 2. *quæst. 62. art.* 3. Caiet. *quæst. 69. art. 3. & 4.* Castro *de potest. legis pœnal. lib. 2. cap. 3.* Nauar. *in comment. 4. de regularib. num. 63.* Diedt. *de libert. Christian. lib. 2. cap. 6.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 10.* Paul. Laymann. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 15. de legib. num. 7.* Ex Iureconsultis, Baldus *in l. Id quod pauperibus, quæst. 9. C. de Episc. & Cleric.* Felin. *in c. 1. de constit. n. 46.* & *ibi* communiter Canonistæ, Tiraquel. *in d. l. Si vnquam, verbo Reuertatur, num. 191. in fine, vers. Verum,* Pett. Rebuff. *in l. Si qua pœna, 244. D. de verbor. signific. vers. Simul enim,* Anton. Gomez *3. tom. variar. cap. 14. num. 3. vers. Quod tamen limita,* Sarmient. *select. interpret. lib. 3. cap. 6. num. 6.* Ergo idem dicendum in sententia à Iure lata. A pari enim procedit † Iudicis & Legis sententia, per quam libertquè illarum dominium perditur, & pœna incurritur,

ritur, *cap.2.de præſcrip.lib.6.* Nec minus poteſt lex quam Iudex, vt ſæpè in hanc ſententiam arguit Caſtro *de poteſt.legis pœnal.lib.2.cap. 5.verſ.Secundo,& cap.7.eiuſdem libri, ſtatim in principio.* Tantumquè operatur ſententia ficta à Lege, quantum ſententia lata ob homicidium, *l.Cum quaſi,30.§.Si plures,D.de fideicommiſſar.libertat.* vbi Gloſſa *verbo Iudicati,* ait: *Vt quod facit ſententia, hoc faciat legis poteſtas.*

4 Quinimo † maiorem quandoquè in lege quam in homine poteſtatem eſſe (propoſitam ſententiam neruoſe defendens) contendit Caſtro idem. Quia lex dominium & poſſeſſionem ipſo iure transferre valet, & transfert *in l.Raptores,41.C.de epiſcop.& Cleric.in l.fin.C.de ſacroſ.Eccleſ.in l.7.tit.4.part.5.& in l.45.Tauri:* quod Iudex abſque aliquo actu facere nequit, vt firmat Baldus *in l.Ea lege, C.de condict.ob cauſ.& in l.Traditionibus,C.de pact.* Tiraquel. *d.verb. Reuertatur, num.371.* Auiles *in capit.Prætor.cap.1.verb. A las partes,num.4.& ſeqq.* multis quoque relatis.

5 Aliis præterea argumentis aſſertionem præfatam Caſtro roborat. † Quòd ſcilicet à Iudicis ſententia appellare liceat; à legis ſententia non vtique.

Quòd nullius aliter forent ea verba momenti,

6 † eſſentquè fruſtratoria, cum nihil fruſtra lex agat, vt §.1. *præcedenti, numero 13.* diximus. Confirmatquè ſimilibus, vt & pariter effecit Menchaca *controuerſiar. vſufrequent.lib.1.c.7.* in poteſtate legis præcipuum conſtituens fundamentum.

7 Contraria opinio † (*Sententiam nempe Iudicis, ſaltem criminis declaratoriam deſiderari, cum lex ipſo iure pœnam imponit, & ante illam in conſcientiæ foro pœnam non deberi, in caſo præcipuè noſtro*) multis probatur: textu *in l.Eius qui delatorem, 29.D. de iure fiſci,* vbi cum Vlpianus dixiſſet: *Eius qui delatorem corrupit, ea conditio eſt, vt pro conuicto habeatur* (verbaquè *Pro conuicto habeatur,* ſententiam latam ſignificent, ſecundum Archidiaconum, Ioannem Andream, Anchoranum, Dominicum, & alios relatos à Tiraquello *in d.l.Si vnquam, verbo Reuertatur, num.216.*) inferiùs ſubiungit Vlpianus: *Verum oportet conſtare prius, & de crimine pronunciari.* Textu *in l.Quicunque,8.§.Vniuerſi, verſ.Quod ſi fecerint, C.de hæretic.* vbi Vale. & Marc. Imperatores: *Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe domino volente conſtiterit, poſtrem in examine Iudicis approbatam; domum vel poſſeſſionem in qua conuenerint, eius ciuitatis ortodoxæ Eccleſiæ in cuius territorio eſt, iubemus addici.* Simili textu *in l.1.C.de apoſtat.* vbi Imperator Conſtantinus: *Si quis lege venerabili conſtitutus, & ex chriſtiano Iudæus factus ſacrilegis catibus aggregetur; cum accuſatio fuerit approbata, facultates eiuſdem dominio Fiſci iubemus vendicari.* Cum tamen hæreticorum bona ipſo iure ſint confiſcata. In vtrumquè textus *in cap.Cum ſecundum,19.de hæretic.lib.6.* vbi Bonifacius Octauus (ad ſimilium legum ſimilitudinem, quæ inceſtas nuptias contrahentes, alioſquè ibi recenſitos, *ipſo iure* bonis ſuis priuant) ait: *Bona hæreticorum (qui grauius, horribiliusque & deteſtabilius quàm pradicti delinquunt)* ipſo iure, *de Fratrum noſtrorum conſilio, decernimus confiſcata. Confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per Principes (iuxta Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri declarationem) antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, qua ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.*

Ecce tam iure Ciuili, quam Canonico pœnam *ipſo iure* incurſam, Iudicis ſententiam, declarationemquè deſiderare. Ad quod etiam trahitur *lex Neceſſarios, 5. D. ad S.C. Sylanian.* trahunturquè aliæ à Gloſſa *in auth. de inceſt.nuptiis,§.1.verbo Imminere, ad medium, verſ.Quidam dicunt, coll.2.*

Eſt quidem Theologorum & Iuriſtarum recepta ſententia, † *pœnam in conſcientia foro ante Iudicis ſententiam non deberi.* Quam protulere Gloſſa, ab omnibus approbata. *in cap. Fraternitas,11.in ord.12. quæſt.2.verbo Cum augmento, in fine,* Abb. *in cap.1. de conſtitutionib.num.10.* Felin. *num.41.verſ.Tertius caſus,* Berous *num.232.& ſeq.in cap. Dilecti filij, num.61.de arbitr.& in cap. Quoniam contra, num.226.de probationib.* Gomez. *in §. Ex maleficiis, num.14.inſt.de action.* Iulius Clar. *ſententiar.lib.5.§.fin.quæſt.80.num.8.verſ. Sed hic incidenter quæro,* Cardinal. Mantica *de coniectur.vltimar.voluntat.lib.10.tit.4.num.16.* Peregrin. *de iure fiſci, lib.4.tit.6.num.30.* Anton. Gomez *in l.Tauri, num.4.& variar. tom.3.cap.14.num.3.* vbi multos ex antiquioribus refert, Sarmient. *ſelectar.interpret.d. lib.3.cap.8.num.276.* multos pariter recenſens, Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.52. num.4.* Ex Theolog. D. Thom. *2.2.quæſt.62. art.3.* Sotus *de inſtit.& iure, lib.4.quæſt.6.art. 4.col.2.verſ.Poſterior concluſio,* Molina *de inſtit.& iure, tom.1.tract.2.diſput.88.col.6.poſt med.verſ.Et quidem ad pœnas,* Suarez *de legib.lib.5.cap.6.num.4.* Sanchez *de matrim.lib. 3.diſput.53.num.2.& 6.& lib.7.diſput.91. num.2.* Salas *de legib.quæſt.96.tract.14.diſput. 15.ſect.2.num.35.* Ferdinand. de Caſtro Palao *in opere moral. de virtutib.& vitiis contrar. tract.3.de lege pœnali & irritante, diſput.2. punct.2.num.5.*

8

Idque etiam † cum *Ipſo facto,* aut ſimilibus verbis latam ſententiam ſignificantibus pœnam lex imponit. Sic Iaſo *in §.Sed iſta, num.119.inſtit.de actionib.& in l.Si quis maior, num.25.C.de tranſaction.* Felin. *in cap. Rodulphus, de reſcript.num.35.& 36.* Deci. *in auth.Caſſa & irrita, num.14.C.de ſacroſ.Eccleſ.* Tiraquel. *in d.l.Si vnquam, verbo Reuertatur, num.191.& ſeqq.* Fortun. Garz. *de vltimo fine, illatione 18.num.208.* Bonacoſ. *commun. opinion.lib.2.verſ.Pœna ipſo iure incurſa non intelligitur, pag.60.col.1.in princip.* Menoch. *de arbitrar.caſu 220.num.7.de recuper poſſeſſ. remed.5.num.68.& ſeq.& conſil.99 num.168. lib.1.* Iac. Myſing. *ſingular.obſeruat.centur.1. obſeru.43.* Peregrin. *de iure fiſci, lib.4.tit.5. num.8.& ſeqq.* Simanc. *de Catholic.inſtitut.tit. 9.num.11.antiquioris editionis, recentioris verò à numero 157.* Gutier. *canonic.quæſt.lib.1. cap.*

9

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap. 1. num. 32. & practicar. lib. 2. quæst. 180. num. 2. & in praxi crimin. ciuili, & canonic. quæst. 45. num. 4. & seqq. Gonzalez *in regul. 8. Cancel. glossa 15. num. 150.* Cened. alios referens, *in collect. ad Decretum, collect. 2. num. 3.* Andr. Gail. *de pace publica, lib. 2. cap. 3. num. 3. & seqq.* Augustin. Barbos. *in collectan. ad dict. cap. Fraternitas, num. 4. & ad dict. cap. Cum secundum, 19. de hæretic. libro 6. numero 5.* Farinac. *prax. crimin. parte 1 quæst. 10. num. 70. quæst. 19. num. 48. & consilior. lib. 1 consil. 5. num. 2.* Episcop. Campanil. *in Diuersor. iuris Canon. rubric. 11. cap. 15. num. 35. & seqq. & cap. 23. numero 122.* Anton. Ricciul. *de iure personar. extra Ecclesiæ grem. existent. libro 5. capite 19. num. 12.* Ex Theologis, Angel. *in summ. verbo Pœna, num. 3.* Rosella *verbo Assassinus, numero 1.* Tabiena *quæst. vnic. numero 2. &* 3. Sylvester *in fine, & verbo Hæresis, 1. quæstio. 8. numero 13. vers. Pro his tamen notandum,* Sa *verbo Fiscus, numero 4.* Caietan. *2. 2. quæstio. 62. art. 3. in fin.* Sotus *de iustit. & iure, libro 1. quæstio. 6. art. 6. col. 4. vers. Prima ergo est conclusio, & colum. 11. conclus. 3.* legitimum sensum esse dicens verbi ipso facto in lege adiecti: *Scilicet ipso facto per sententiam prodito* Nauar. *in Manual. capite 23. numero 66. & 67.* Dominic. Bannez *2. 2. quæst. 12. art. 2. dubio vnico circa solutionem ad tertium principale, in prima conclusione, & quæst. 62. art. 3. conclus. 4. &* 5. Azori. *institut. moral. lib. 5. capite 7.* communem Theologorum & Iuristarum sententiam dicens, receptam, veriorem, & probabiliorem, *& lib. 5. cap. 12. quæst. 3.* Mattin. *de restitut. quæst. 1. §. Post rerum dominium, vers. Ad propositum igitur redeundo,* Cotdub. *in suo quæstionario, lib. 1. quæst. 36. 1. opin.* Enriq. *lib. 13. de excommuni. cap. 56. num. 2. ante finem,* Valent. *1. 2. disput. 7. quæst. 5. punct. 6. quæst. 3. col. 16. vers. Ex quo deinde, &* 2. 2. *disput. 1. quæst. 12. puncto 2. ad fin.* Salon. *2. 2. quæst. 62. art. 3. contrauers. 1. post. 3. conclus. ante solutionem argumentorum,* Vazquez *1. 2. quæstio. 96. art. 5. disput. 170. capite 3. per tot.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. libro 2. capite 22. numero 7.* Paul. Laym. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 15. de legib. numero 6. præcipuè in fine,* Ferdinand. de Castro Palao *in opere morali de virtutibus & vitiis contrariis, tract. 3. de lege pœnali & irritante, disput. 2. puncto 2. num. 8.* Stephan. Fagundez *in primo præcept. Decalogi, lib. 1. cap. 20. numero 5. &* 10. sententiam oppositam improbabilem videri dicens *numero tertio*; hancque omnes iam amplecti vsque adeo, vt si quis abhinc contrarium tenere tentaret, non audiretur, imo respueretur.

Communis receptaque sic conclusio ista † præcipuum habet fundamentum in præ- 10
sumpta legislatoris voluntate: quæ veluti credendum non est, ita subditos grauare velle, vt eis inauditis, ante iudicialem cognitionem, sententiamque Iudicis, pœnæ saltem, vel ctiminis declaratoriam, ad pœnam; in foro conscientiæ legis transgressores obligare intendat, suique fieri proditores, testes, accusatores, & iudices, iuribus naturæ læsis.

Gabr. de Velasc.

Neque verbum *Ipso iure* in lege adiectum † hanc præsumptionem tollit, nec frustra 11
iacet: adhuc enim (vt infra videbimus *numero 42.*) maximos verbum illud sortitur effectus, statque pro recta legislatoris sic disponentis voluntate (ad effectus memoratos tantummodo relata, non etiam ad pœnam ante Iudicis sententiam) præsumptio vrgens, natura & relatis iuribus fulcita. Cuius iustitia † legisquè valor, si aliter vellet, periclitaretur, 12
iuxta ea, quæ *paragrapho primo precedenti*, præter hic adducta, multorum relatione tradidimus, & Dominici Soti sententiam *de iustit. & iure, d. lib. 1. art. 6. quæst. 6. col. 4. & seq.* sic ratiocinantis: *Pœna (vt nomen ipsum sonat) inde dicitur, quod passio est: Natura autem aborret vt idem sit agens & patiens: Ergo lex qua ministrum me ipsum faceret executorem mea pœna, non esset Natura consentanea, atque adeo cum (vt supra dictum est, humanæ leges à Natura deriuentur; nulla sic est obligatoria.*

Secundo (quod sibi vrgens argumentum dicit, & verè est) *quamuis lex pœnam comminetur, ait, aquissimum tamen Natura ius illæsum seruat: quod est, vt delinquens audiatur. Hinc namque illa emanauit constitutissima firmissimaquè sententia Gregorij, de causa possession. & propriet. cap. susceptis:* Nos contra inauditam partem nil possumus definire. *Non ait solum:* Non volumus, *sed:* Non possumus, *Natura scilicet vetante.* Assentitur Soto Ludouic. Lopez *in instructor. conscient. 1. p. cap. 296. col. 1. in princip. vers. Sed quid si lex.*

Etsi autem Dominici Soti iudicium † 13
communiter à recentioribus explosum videam, eisquè relatis, à Martino Becano *in summ. Theolog. scholastic. cap. 7. de lege pœnal. quæstio. 7. num. 4. & seqq.* & à Fagundez *in præcept. Decalogi parte 2. præcept. 8. capite 29. numero 12.* legiquè ita disponenti firmitatem & valorem tribuam: argumento tamen præcipuo huic, ex integro satisfactum non video. Communi tantorum virorum, quoad legis potestatem, placito assentior; sed cum apertissimis, & nullam aliam interpretationem recipientibus verbis ante quamlibet aliam sententiam ad pœnam obligantibus vtitur, vt ipsimet nominatim aduertenter dicunt. Quod ex plenitudine potestatis supremo Principi tribuunt Suarez *de legib. lib. 5. cap. 5. & seqq.* Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 12. num. 7.* Fagundez, alijquè ex supra citatis. *Non tamen* (dicto lib. 1. tract. 4. cap. 15. num. 6. Paulus Laymann. inquit) *satis constat, tales leges, seu Imperatorias, seu etiam Pontificias hactenus tanta seueritate latas, aut vsu receptas esse.* Vnde, per verbum *Ipso iure* (adeo frequenter in legibus, Canonibusquè insertum) manifestè demonstrant potestatem quoque legis ferentes, ante Iudicis sententiam pœnam non contrahi, itavt ad illam statim ante aliquam Iudicis sententiam delinquens teneatur.

In hac ad minus dubietate, † vulgaris succe- 14
dit iuris regula, quæ mitiorem, magisquè

benignam interpretationem in dubiis faciendam, minimumqnè sequendum dictat *in cap. 2. de regul. iuris lib. 5. Decretal. in cap. In obscuris, 30. eodem tit. lib. 6. in l. 3. D. de his quæ in testam. delentur*, cum similibus citatis *ibi* à Glossa, *verbo Benigniorem*. Ex quo prædicti omnes sustinent, sententiam criminis saltem declaratoriam, vt pœna debeatur, desiderari.

Quibus sic constitutis, multipliciter præfata ampliatur conclusio.

15 Primo † vt procedat non solum vbi lex *ipso facto*, pœnam irrogat, in pœnæquè eo modo impositione persistit: sed etiam si vlterius progrediatur, & *ante aliam condemnationem, vel sententiam* deberi dicat. Per hæc enim verba *Condemnatoriam* tantum sententiam, non etiam *declaratoriam* excusam videri, dicunt Archidiaconus, Ioan. And. Ancharanus, Geminianus, & Franchus *in capite 1. de constitutionib. lib. 6.* & ex iisdem sic tradit Azorius *instit. moral. dict. lib. 5. cap. 7. quæst. 7.* cumque Sylvestro *in verbo Assassinus, quæst. 5. seu in fine, & verbo Emphyteusis, quæst. 2.* Angelo *verbo Pœna, quæst. 3.* Tabiena, Armilla, & aliis, Ioan. Salas *de legib. d. quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 3. num. 42. vers. Sed quid si dicat, Ante sententiam?*

16 At verò † cum lex dicit: *Ante sententiam*, ad pœnam in conscientiæ foro, ante quamliber Iudicis sententiam obligatum existere lege damnatum, concludit Suarez *de legib. d. lib. 5. c. 7. n. 7.* Ex eo, quod *particula illa* Ante sententiam, *licet indefinita videatur, æquivalet vniuersali in lege absolutè loquente. Quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Maxime quia illud verbum* Ante *includit negationem sententiæ latæ à Iudice.*

Sed non multum contra aduersantem opinionem rationes istæ vrgent. Primo, † quia
17 indefinita oratio ex propria significatione omnino ab vniuersali distinguitur, vt ex Aristotele, & aliis, Couarruuias proximè referendus ostendit: vtque vniuersali æquivaleat, benigna humanaquè interpretatio efficit, qua cessante, vim non obtinet vniuersalis. Comprobant, & affirmant Bartholus *in l. 1. numero 3. D. de regul. iuris, in l. Omnes populi, num. 57. D. de iustit. & iure*, Cravet. *consil. 941. numero 9. & seq.* Couar. *variar. resolut. libro 1. cap. 13. num. 5.* Petr. Surd. *consil. 431. num. 71. & 72.* aliique relati à Nobis *in Axiomatib. & locis communib. iuris, lit. I. num. 65.* Qua ratione in odiosis, aut pœnalibus indefinita oratio vniuersalis vim non habet, ex *lege 2. D. de liber. & posthum.* vbi notant Alexand. *num. 5.* Socin. *num. 11.* Iaso *num. 18.* Surd. *consil. 430. numero 21. & dict. consil. 431. numero 70.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. tom. 4. capite 650. num. 10.*

Vtrumquè prouidè, benignequè Iureconsulti. In fauorabilibus, Pomponius *in l. Seruitus, 22. D. de seruitut. vrbanor. prædior.* indefinita generaliquè obligatione facta, *ne luminibus officeretur*, super eaque dubitatione orta, ad præsens ne restrigenda, an extendenda quoque ad futurum? *Humanius* esse dixit, *verbo generali omne lumen significari, sive quod in præsenti, sive quod post tempus conventionis contigerit.* Proculus in l. fin. §. Cui dulcia, D. de tritic. vino, & oleo legato: *Cui dulcia legata essent, si nihil aliud testamento significetur, omnia hæc esse legata, mulsum, passum, defrutum, & similes potiones: item vuas, ficus, palmas, caricas.*

In odiosis, vt odium, rigoremquè pulsaret, & humanam interpretationem induceret Vlpianus *in l. 2. D. de liber. & posthum.* indefinitæ orationi, sic à testatore plures habentè liberos, conceptæ: *Filius meus exhæres esto*, non modo Vniuersalis vim non tribuit; sed nec particularis, omnemquè virtutem ademit; atque *benigna interpretatione, potius à plerisquè respondetur: exhæredatum nullum esse.*

Secundo, † quia tunc indefinita oratio 18
vniuersali æquipollet, cum eadem est ratio omnium in vniuersali comprehensorum, Glossa, & Doctores *in cap. Vt circa, de elect. libro 6.* Dinus *in rubric. de regul. iuris, eod. libro numero 8.* Bart. & cæteri scribentes *in l. Si pluribus, D. de legat. 2.* Didac. Couar. *dict. capite 13. numero 9.* Cardinal. Francisc. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. libro 3. tit. 4. numero 12.* Surdus *dict. consil. 430. num. 22.* Cravet. *consil. 33. numero 15.* Ofasc. *decis. Pedemont. 127. numero 5.* Sed condemnatoriæ, & declaratoriæ sententiæ diuersa omnino ratio: quia illa à lege, casu de quo agimus, inaudita parte profertur: hæc parte audita, vt *infra numero 25.* Illa damnat facientem: hæc an delatus fecerit examinat, crimenvè commiserit (in cuius consequentiam pœna legis venit) declarat. Diuersaquè ideo ratio cur ad pœnam à lege ante sententiam impositam, damnatoria videatur inclusa, non declaratoria; curquè hac oratione indefinita contineatur: illa vniuersalis vim non habeat.

Tertio † quia etsi lex non distinguat; dis- 19
tinguere debemus cum vel alia lex distinguat; vel ratio ex aliis suadet, vt ex Iasone, Ofasco, aliisquè tradidimus *in Axiomatibus iuris, lit. L. num. 53.* leges autem & rationes memoratæ distinctionem inter condemnatoriam, & declaratoriam sententiam satis suadent, verbumquè *Ante sententiam*, in præsenti ad condemnatoriam, non ad declaratoriam (tot iuribus, rationibusquè id vetantibus) referendum.

Secundo prædicta ampliatur conclu- 20
sio, † etiam si lex *ipso iure, & ante aliam declarationem* pœnam infligat. Excusam enim tunc sententiam declaratoriam pœnæ, non criminis, censent Couarruuias *in 4. Decretal. 2. parte capite sexto, paragrapho 8. numero decimo, & numero decimotertio, vers. Tertio hinc deducitur*, Mexia *de taxa panis, concluf. 6. num. 136.* Ludouic Lopez *p. 1. instruct. conscient. cap. 196. col. 4. vers. Hinc infertur*, Graff. *decis. 1. libro 2. capite 11. num. 41.* Enriq. *de excommunic. lib. 3. capite 56. numero 3.* Sanchez *in præcept. Decalog. dict. libro 2. capite 22. numero 10.* probabilius ex his

UAB Biblioteca de Ciències Socials

his, aliisquè id reputans, Vazquez 1.2. *quæst.* 96. *art.* 5. *disput.* 168. *cap.* 24. *num.* 23. 25. & 30. Farinac. *fragmentor. crimin.* 2. *p. verbo Lex, num.* 164. Qui licet contrariam initio proposuerit; in hanc deuenit, eamquè approbat, reprobato Eugenio huic aduersanti *consil.* 22. *num.* 27. & *seqq.* Thomæ Sanchez, & sequacium adhærens, Granad. 1. 2. *controuers.* 7. *de legib. tract.* 3. *part.* 1. *disput.* 15. *sect.* 2. *num.* 31. & 33. *vers. Non ergo passim.* Castro Palao *in opere morali, tract.* 3. *de lege pœnali & irritant. disput.* 2. *punct.* 2. *num. septimo, vers. Dicendum est.* Confirmaturquè manifestè legum intellectu subiiciendorum inferius.

21 Ampliatur tertio, † etiam in notorio, dum super eo declaratoria sententia non profertur, vt affirmat Hippolyt. de Marsil. *in pract.* §. *Aggredior, numero* 130. *in fine, vers. Aduerte tamen, & seqq. & in rubric. D. ad legem Cornel. de fals. n.* 39. & *seqq.* Sigismund. Scacc. *de indic. libro primo, capite* 98. *numero* 10. Iul. Clar. *recept. sentent.* §. *fin. quæst.* 9. *num.* 8. & *quæst.* 80. *in fine*, Simanc. *de Catholic. institutionib. tit.* 9. *num.* 70. *antiquioris editionis, nouioris, num.* 166. Sebastian. Guazin. *de confisc. bonor. concluf.* 16. *numero* 10. Quamuis enim *euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris*, vt Augustinus inquit *super Genes. de morte Abel*, & ex eo textus *in cap. Euidentia*, 9. *de accusationibus*: at sententia eget. Potest quidem sine accusatore (eius locum euidentia patrati sceleris tenente) in causa procedere Iudex, & ad sententiam, punitionem què deuenire, Glossa finalis *in d. cap. Euidentia*, ab omnibus communiter recepta: sed ante eam in conscientiæ foro ad pœnam reum non teneri, omnes quoque profitentur, damnato Parnormitano contrarium dicente *in cap. Cum non ab homine, de iudic.* Sic tenent Rosella *verbo Assassinus, num.* 1. Sylvester *quæst. vltim.* Tabiena *quæst. vnica, num.* 3. Angel. *verbo Pœna, num.* 3. Sotus *de iustit. & iure, d. lib.* 2. *quæst.* 6. *artic.* 6. *col.* 11. *post concluf.* 3. *vers. Quapropter*, Azorius *institut. moral. d. lib.* 5. *capit.* 7. *quæst.* 3. *ad med. vers. Secundo obiicitur*, Molin. *de iust. & iure, tom.* 1. *disput.* 95. *col. ante penult. ante solutionem ad secundum principale, in antiquioribus, in recentioribus vero, num.* 32. Vazquez 1. 2. *d. quæst.* 96. *art* 5. *disput.* 170. *cap.* 4. *n.* 14. Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 2. *d. cap.* 22. *num.* 15. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verbo Lex, num.* 92. *vers. Contrarium.*

22 Inde Fiscum † ante sententiam declaratoriam hæretici bona occupantem, etiamsi crimen ita notorium sit, vt nulla possit tergiuersatione celari, ad restitutionem teneri, affirmat Simancas *de Catholicis institutionib. d. cap.* 9. *à n.* 173. *vsque ad numerum* 178. Arag. 2. 2. *quæst.* 11. *art* 3. *fol.* 348. *col.* 2. *in solut. ad* 4. Molin. *d. disput.* 96. *col. ante penult. in solut. ad* 3. Vazquez *d. quæst.* 96. *art.* 5. *disput.* 170. *cap.* 4. *n.* 15. Emman. Sa *in summ. verbo Fiscus, num.* 2. hisquè relatis Sanchez *d. cap.* 22. *num.* 17. aduersus Castrum *de lege pœnali, cap.* 10. *in tertio principali argumento*, pro sua sententia putantem, Fiscum, contra *dicti capitis Cum secundum, de hæretic. lib.* 6. dispositionem, manifesti hæretici bona occupantem, peccare quidem; ad restitutionem tamen non teneri.

Ampliatur quarto, † vt non solum dicta 23
conclusio procedat in condemnatione sic à lege facta, quæ actionem, seu executionem requirat (veluti cum in dando, vel faciendo consistit:) sed etiam si actionem non exigat, & in passione, seu priuatione consistat, vt) ex Diuo Thoma 1. 2. *quæst.* 61. *art.* 3. Caietano *ibidem*, Soto *de iustit. & iure, d. lib.* 1. *quæst.* 6. *art.* 6. Adriano *quodlibeto* 6. *art.* 1. Couar. *d. cap.* 6. §. 8. *num.* 9 & 13. passimquè recentioribus, asserunt Lessius *de iustit. & iure, lib.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 8. *num.* 63. Molina *d.* 1. *tom. disput.* 96. *col. penult. vers. Quod dictum est*, Sanchez *d. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 20. & *cap.* 26. *num.* 15. & *deinceps*, Azorius *institut. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæst.* 1 *in fine, vers. At dubia quæstionis est*, & *lib.* 8. *quæst.* 8. *in septima hæreticorum pœna, vers. Sed verius est*, Castro Palao *in opere morali, d. tract.* 3. *disput.* 2. *punct.* 2. *num.* 4. *vers. Cæterum etsi*, & *num.* 7. *vers. Dicendum est*, vbi de simul priuato voce actiua & passiua. De quo etiam Antonin. Diana *resolut moral. p.* 1. *tract.* 10. *de legib. resolut.* 23. & 24. Iacob. Granad. 1. 2. *d. controuers.* 7. *de legib. p.* 1. *tract.* 3. *disput.* 13. *sect.* 2. *num.* 15. probabiliorem sententiam hanc dicens, Salas *de legib. d. quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 3. *num.* 46. Emman. Sa *in summ. verbo Lex, num.* 10. Butsat. *consil.* 14. *num.* 18. & *seqq. & num.* 23. *cum seqq. lib.* 1. Assentitur Simancas *de Catholic. institutionib. d. cap.* 9. *num.* 205. & 209. *in nouis*, & in hanc Farinacius inclinat *quæst.* 189. *num.* 66. Tametsi alij ad pœnam, quæ in priuatione, seu passione consistit, ante sententiam reum obligatum velint, vt ex proxime citatis videre est.

Limites ampliationem oportet † in irre- 24
gularitate & censuris Ecclesiasticis ipso iure latis, quas secum executionem trahere, communis assertio habet, neque alia ad pœnam in his incurrendam, declaratione opus esse. Ita Sylvester *dicto verbo Assassinus, quæst. fin. vers. Et idem*, Caietan. *in summ. verbo Pœna*, & 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 3. Sotus *de iustit. & iure, d. quæst.* 6. *art.* 6. *concluf.* 2. Medin. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. Alphons. à Castro *lib.* 2. *de lege pœnal. cap.* 8. Nauar. *in manual. cap.* 23. *num.* 67. Bañez, Valentia, Sayrus, & alij, quos refert & sequitur Salas *d. disput.* 15. *sect.* 2. *num.* 29 *col.* 2. *post med. vers. Deinde argumentum*, Emman. Sa *d. verb. Pœna, num.* 1. Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *disput.* 30. *num.* 1. & 2. Stephan. Fagundez *in præcept. Decalog. p.* 2. *præcept.* 8. *lib.* 8. *cap.* 29. *n.* 3. & 4. Castro Palao *d. tract.* 3. *disput.* 2. *punct.* 2. *num.* 1. Paul. Laym. *Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 5. Discriminis ratio redditur: *Quod priuatio in his non tam de propriis bonis, quam communibus fiat.* Quam præstat Sotus, & impugnant multi, quos recenset Salas *vbi proximè*. Præcipuam dicit Castro Palao, *prefato etiam loco*, rationem: *Quia ita est vsu receptum: Et quia conueniens erat, vt Ecclesia, quæ spiritualem*

spiritualem subditorum profectum spectat, aliquas pœnas haberet, quibus à contrahendis delictis, quantumcunque occultis, arceret. Dicemusque *paragrapho sequenti*, ad motus proprij Pij I V. intellectum.

25 Ampliatur quinto, † vt pœnæ incursio, vel criminis patrati declaratio citata parte, & iudiciario ordine præcedente fieri debeat, vt probant iura in principio pro hac parte allegata *num.* 7. & textus *in cap. 1. de homicid. lib. 6.* vbi & tradunt communiter Scribentes, Glossa *verbo Constiterit, in Clement. Præsenti, de censib.* Felinus *in d. cap. Cum non ab homine, de iudic. num. 9. & 10. & in d. cap. Rodulphus, de rescript. num. 35. & 41.* Grammat. *decis. 105. num. 60.* Hieronym. Magon. *decis. Florentin. 16. num. 33.* & alij relati ab Augustino Barbosa *in collect. ad dict. cap. 1. de homic. lib. 6. num. 23.* Farinacius (alios quoque enumerans) *fragmentor. criminal. d. 2. p. verbo Lex, num. 167.* Castro Palao *d. tract. 3. disput. 2. puncto 10. num. 3.* Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 14. num. 3. vers. Primo quia licet pœna.* Simanc. *de Catholic. institutionib. d. tit. 9. num. 69.* Sebastian. Guazin. *de confisc. bonorum, conclus. 15. numero tertio, & conclus. 16. num. 5. & 6.* Franciscus Personal. *de gabel. numero 5.*

26 Ab huiusmodique declaratoria sententia † appellari posse, omnes quoque fatentur, Abbas *in cap. Peruenit el 1. de appellationib. num. 6.* Felin. *in d. cap. Cum non ab homine, de iudic. num. 12. in cap. 2. de sponsalib. num. 4. & in d. cap. Rodulphus, num. 43.* Deci. *in cap. Reprehensibilis, num. 20. & seqq. de appellationib.* Castro Palao *vbi proxime, num. 4.* Cardin. Tusch. *practicar. conclus. verb. Declaratio, num. 63.* Farinac. *d. verbo Lex, num. 168.* Brunor à Sole *in compend. iuris, verbo Appellatio datur à declaratione pœna incursa ipso iure.*

27 Quamuis enim à pœna legis † appellari nequeat, *l. Si qua pœna, 242. alias 244. D. de verbor. signific. cap. Quia nos, 32. de appellationib.* Roman. *singul. 216. incip. Pœna legis*, Francus *in cap. Peruenit, numer. 14. & in cap. Consuluit, num. 4. de appellationib.* Felin. *in d. cap. Cum non ab homine, numero 12. & in d. cap. 2. de sponsal. num. 6. vers. Primo quod licet*, Decius *in cap. Cum cessante, de appellationib. num. 30.* Farinac. *quæst. 101. num. 65.* Sigismund. Scacc. *de appellationib. quæst. 17. limit. 23. num. 1. & 2.* Ioann. Gutier. *practicar. quæstion. lib. 1. quæst. 50. numero 1.*

28 A pœnæ tamen declaratione † appellare licet, Glossa *in cap. Capientes, 16. §. Insuper, verbo Priuatos, circa medium, de election. lib. 6.* Cutt. Iun. *in l. vnic. in princip. num. 41. D. si quis ius dicenti non obtemperau.* Senior *consil. 20. incip. Sæpe numero, numero 57.* Petr. Rebuff. *in d. l. Si qua pœna, vers. Limitatur iste textus, in declaratione pœnæ*, Gutier. *vbi proxime, num. 2.* Scacc. *dict. quæst. 17. limit. 32. num. 36. & 37. & limit. 33. num. 3.* Farinac. *d. quæst. 101. num. 65. & 67.* Cornazan. *decis. Lucens. 193. numero 5.* Anton. Capic *decis. 1. num. 19.* Discriminis rationem reddentes: Quod Lex neminem grauet æqua pœnæ appositione: in eius verò declaratione grauare Iudex possit.

Ampliatur sexto, † vt nec post sententiam declaratoriam præstare & exequi pœnam teneatur damnatus, sed ad partis, petitionem, patientiamque executioni præstare. 29
Sic tradunt Couar. *in 4. Decret. d. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 10. vers. secundo infertur*, Menchac. *controuers. illustr. lib. 1. cap. 28. num. 14.* Simanc. *de Catholic. institution. d. tit. 9. num. 34. & 40. antiquioris editionis, noniorisautem, numero 184. & 209.* Azeued. *in rubric. tit. 1. lib. 2. noua Reg. collection. numero 24. in fine*, Adrian. *Quodlibeto 6. art. 1. lit. L. corol. 4.* Molin. *de instit. & iure, tom. 1. disput. 66. col. 3. vers. Addit optime, & disput. 95. col. 14. vers. Ad secundum principale*, Azor. *instit. moral. tom. 1. libro 5. capite 8. quæst. 4. & libro 8. cap. 12. quæst. 4.* Sanchez *in precept. Decalogi, lib. 2. d. cap. 22. num. 8.* cumque aliis, Farinac. *fragmentor. crimin. parte 2. numero 88.* Paul Laymann. *Theolog. moral. libro 1. tract. de legib. capit. 15. numero 7.* Ludouic. Lopez *in instructor. conscient. p. 1. cap. 296. col. 3. in princip. vers. Sed an vltra*, Stephan. Fagundez *in 1. præcept. Decalog. lib. 1. cap. 20. num. 14.* Conducuntque dicta à Nobis *de priuileg. panper. & miserabil. personar. 1. p. quæst. 35. a num. 1. præcipuè num. 7.*

Nisi ad solutionem, restitutionem, seu pœnam præstandam, † reum ipsum sententia adstringeret Iudex. Ita Couar. Ludouic. 30
Lopez, & Simancas *vbi proxime*, Nauar. *in Manuali, cap. 23. num. 66.* Henriquez *de excommunic. cap. 56. num 2. in comment. lit. I.* Molina *d. disput. 95. in fine*, Sanchez *d. cap. 22. num. 9.* Granad. *1. 2. controuers. 7. de legib. tract. 1. p. 2. disput. 13. sect. 3. num. 24.* Banez *2. 2. quæst. 62. art. 3. dubio 2. conclus. 7.* inde inferens: *quod ille condemnatus, si Fiscus fuerit negligens in exigendis illis bonis: poterit præscribere intra tempus à legibus designatum.* Id ipsum (allegato non omnino fideliter Couarruuia *in 4. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 16.*) Azeuedus inquit *in l. 6. tit. 15. libro quarto noua Reg. collection. numero 17.* posseque cum mala fide præscribi pœnam. Sed re vera in prescriptione ista ius rei malam fidem excludit, quòd à pœnæ præstatione non exactum reum excusat, & pœnam (quam non prorsus suam, negligentia, Fiscus effecit) præscriptibilem reddit.

Plurium ex his descendit Iurium intellectus. In primis † textus *in Extrauag. Ambitiosè, de rebus Eccles. non alienand.* quæ in 31
alienantes Ecclesiæ bona absque debitis solemnitatibus, sic inuehat. *Ipso facto beneficiis priuati existant; illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, & libere conferri possint:* Adhuc eius dispositione, verbaque *Absque declaratione aliqua* ad declarationem *pœnæ* referenda, & hanc solum per illam excusam videri, non declarationem *criminis*, censent Couar. *in 4. Decret. d. 2. p. c. 6. §. 8. n. 10.* &,

cum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cum aliis à ſe relatis, Sanchez *d. lib. 2. capit. 22. num. 20.* probabiliorem hanc opinionem ſibi videri dicens. Aſſentiuntur Salas *de legib. d. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 15. ſect. 3. num. 47.* & alij *ampliatione ſecunda relati.*

Textus *in l. 5. tit. 11. lib. 5. nouæ Regiæ collection.* † quæ dum pretia rerum marapetinis, 32
non regalibus, aut dimidiis deſignari, reſque vendi, & comparari iubet; ſic in tranſgreſſores pœnam ſtatuit: *So pena que la perſona, o perſonas que lo contrario hizieren, por eſe miſmo hecho, ſin preceder a ello, ni para ello otro conocimiento de cauſa, ni otra ſentencia, ni declaracion alguna, ayan perdido, y pierdan la mercadnria, o mercadurias, mantenimientos, o probeionientos, o otras qualeſquier coſas que aſi vendieren porque pidieren los dichos reales, o medios reales.* In cuius quoque terminis *inibi* Azeuedus *numero primo*, declaratoriam *pœnæ* ſententiam requirit: rectius Matienzius, *criminis* commiſſi, *ibidem, gloſſa prima, numero ſecundo, & ſequent.* Quod & eiuſdem legis pœnæ applicationis modo, confirmat: quæ tertiam partem accuſatori; tertiam Iudici; qui ſententiam protulerit; Fiſco alteram deſignat. Ex quo neque declaratoriam criminis ſententiam, neque iudicij formam, per quam ad eam deueniatur, præcedentibus verbis excludi; ſed neceſſario requiri, manifeſte deducitur. Ex lege ſimiliter *21. tit. 3. lib. 1. nouæ Regiæ collection.* eundem ſenſum recipiente, ſic pœnas in ſuos ſtatuente tranſgreſſores: *Si fueren legos, por el miſmo hecho ayan perdido, y puerdan todos ſus bienes: los quales deſde aora aplicamos a nueſtra Camara y Fiſco &c. Y ſi fueren eccleſiaſticos, por el miſmo hecho ayan perdido y pierdan la naturaleza, y temporalidades que tubieren en nueſtros Reynos &c.* Poſt quæ ſubiungit: *Y mandamos a los nueſtros procuradores fiſcales, y a cada vno dellos, que conſtandoles que alguna, o algunas perſonas ouieren y do o venido contra lo ſuſo dicho, les pidan, y demanden las dichas penas, y proſigan las cauſas contra ellos ante quien y como deban, haſta las fenecer y acabar.*

Textus *in l. 1. tit. 21. lib. 8. eiuſdem nouæ Reg. collectionis* † præter ignis mortis pœ- 33
nam, omnium bonorum confiſcationis ipſo facto ante ſententiam declaratoriam imponentis nefandum ſodomiæ crimen committenti: cuius verba in declaratione *pœnæ* intelligenda, non in declaratione *criminis* commiſſi, neque ante hanc criminoſum hunc teneri; affirmant *ibidem* Azeuedus *num. 70.* Anton. Gomez *variar. tom. 3. capit. vlt. num. 3.* Vazquez *1. 2. d. quæſt. 96. art. 5. diſput. 170. cap. 4. num. 21. & 25.* Sanchez *d. cap. 22. numer. 20. in fine*, Salas *d. diſput. 15. ſect. 3. num. 42.* Qua pariter declaratione continetur *lex 25. titul. 3. lib. 1. nouæ Reg. collection.* Abſque alia declaratione pœnam tranſgreſſoribus *ipſo iure* inferens.

Denique (vt alia iura, quæ ex præcedentibus concluſionibus eundem recipiunt intellectum, quæque præcitati referunt, omittamus) indubitabilior † quæſtionis noſtræ 34
reſolutio, & dictarum legum *56. tit. 5. lib. 2. & legis 5. tit. 9. lib. 2. nouæ Regiæ collectionis* intellectus, ſenſuſque ex dictis apparet. Quippe quæ neque nominatim in conſcientiæ foro ad pœnas ante ſententiam obligent (vt antiquiores Ordinamenti effecerãt, quas iam & his, & contrario vſu antiquatas *proximo paragrapho primo* oſtenſum eſt:) neque ſententiam, aut declarationem excludant, ſed ſolum verbo *Ipſo facto* vtantur, huicque adhuc verbo alia futuri temporis, Miniſtrique exigentia factum, verba coniungant, quæ non latæ, ſed ferendæ ſententiæ naturam inducunt, verbique *ipſo facto* ſignificationi, & naturæ dettahunt, vt cum aliis oſtendit Farinacius *dicto verbo Lex, num. 60.* & latius inferius dictum. Eſto autem quod & in dictarum legum, & quæſtionis noſtræ caſu integram verbum iſtud naturam ſuam ſeruet: nullatenus declaratoriam ſententiam aut commiſſi criminis, aut etiam pœnæ incurſæ ſublatam, ſed neceſſariam omnino, & ante eam ad pœnam in conſcientiæ foro dictarum legum tranſgreſſores non teneri, manifeſtè ſuperiora monſtrant.

Ex quibus, primum pro contraria opinione oppoſitum argumentum ceſſat. Etſi enim verbum *Ipſo iure* † latam importet ſententiam: à Lege tamen ſententia lata vel pœ- 35
næ incurſæ, vel criminis commiſſi, Iudicis, vt diximus declarationem poſtulat, qui (tanquam lex loquens) legis mutæ (ſic & Iudicem, & legem *libro 2. de legibus* appellat Cicero) caſum deueniſſe declaret, & à die commiſſi criminis ſententiæ legis pœnas exigat, ſeu exequatur, nil tam de nouo declaratione faciens, quam quod ſub lege eiuſque ſententia latebat, explicans, quod ſuberat, pandens, iuxta *legem Adeo, 7. §. Videtur, D. de acquirend. rer. domin.* Similes. Ita Sebaſtian. Guazin. *de confiſcatione bonorum, concluſ. 15. num. 1. & concluſ. 16. num. 9.* cum multis à ſe relatis, infraque à Nobis *num. 42. & ſeq.* referendis. Vnde non per hoc minor legis, quam hominis potentia: cum à tempore commiſſi criminis legis ſententia plene ſuum ſortiatur effectum, nec alio quam humanæ vocis, Iudicis nempe declaratione (quam proferre ipſa non valet) adiutorio egeat.

Præterea, † quamuis non minus poſſit 36
Lex quam Iudex: procedit paritate data. *Nam ſicut Iudex poteſt condemnare reum ad pœnam ſoluendam (id quod tum demum facere poteſt, cum reus eſt accuſatus, auditus, & conuictus,* vt argumento huic reſpondet Simancas *dict. tit. 9. num. 198.*) *Sed è regione, quemadmodum Iudex nullo modo poteſt quempiam in dicta cauſa damnare ad aliquam pœnam: ſic etiam Lex nequis Lutium vel Titium in foro conſcientiæ obligare antequam illi audiantur, & conuincti ſint.* Conſentit Salas *de legib. d. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 15. ſect. 2. num. 3.* Aliter hac paritate non data, nimis ſe

UAB Biblioteca de Ciències Socials

extendere argumentum contrarium, esseque profusum nimis, nec generaliter verum esse: *Quoties Iudex potest obligare in conscientia; posse legem absque vllam sententia*: imo falsum affirmat, subiungens. *Non enim potest communiter Princeps præcipere generatim, vt quicumque tale crimen commiserit, incurrat sine sententia pœnam. Nec in particulari potest Petro iniungere, vt si commisit tale crimen, incurrat talem pœnam. Nam hæc præcepta essent communiter nimis rigida, & eo magis acerba, quod casus nondum probatos, aut etiam nullo modo probabiles comprehenderent: sententia autem Iudicis extensiuè non ita est rigida, quia ad solum casum iam probatum se extendit: & lex, sive scripta, sive vocalis, casum probatum non supponit. Ideo communiter minus potest quam Iudex, agens vt Iudex, seu causa cognita.* Quamuis autem ad condem-
37 nationem † idem possit legis voluntas quod Iudicis sententia; non quidem quo ad executionem. Quo casu loquitur, & intelligenda est *dicta lex Cum quasi*, 30. §. *Cum plures, vers. Hi autem, & ibi* Glossa *verbo Iudicati, de fideicommiss. libert.* Dum enim Vlpianus inquit: *Hi autem qui eos manumiserint, pretij nomine perinde fratribus & coheredibus suis obligati erunt, atque si ob eam rem ex iudicati causa eum his agi possit*: nullatenus sensui huic præiudicat. Non enim inficiamur huius legis tenore, pro pœna à lege *ipso facto* imposita, quemadmodum si à Iudice imponeretur, agi posse: sed & necessarium profitemur, vt is in cuius fauorem imposita pœna est, illam petat, incursamque declaretur, cum Iacobo Simancas id comprobante *d. tit. 9. à numer.* 236. *& seqq.* Nulla enim tam executiua sententia est, quantumuisque iudicati det actionem, vt proxima facit, quæ id non exigat.

38 Fatemur item † maiorem aliquando legi quam Iudici potestatem inesse, veluti in argumenti contrarij casu, de translatione dominij absque possessione: quod ad casum nostrum non conuincit, in quo veluti diuersæ extant rationes sententiam Iudicis exigentes vt pœna in foro conscientiæ debeatur: & ideo tanquam à diuersis, vel separatis non debet fieri illatio, iuxta *legem finalem in fine, D. de calumniator.* cum vulgatis, de quibus *in Axiomatib. nostris, lit. I. num.* 18. Regiæ enim oppositæ leges nec pœnam imponunt (cuius rei diuersa, vt ostendimus, ratio) nec irreuocabile ius, aut possessionem tribuunt, sed ad cognitionem reseruant. Communis iuris in contrarium allatæ, declarationem non explodunt, sed exigunt, vt iam dicta monstrant, & proxime perpendenda monstrabunt.

39 Nec argumentum † *Si vnico vincentem te, a fortiori vincam te* (quod contrario conuenit) vrget in victo diuerso iure, ratione, vel ordine, vt *in dictis Axiomatibus nostris* annotamus *lit. V. numer.* 140. *& duobus seqq.*

40 Concedimus itidem † non diuersam, sed eandem existere rationem *in d. l. Raptores*, 41. *C. de Episcop. & Cleric.* in contrarium adducta (quæ magis nostris terminis terminis accedit:) ideo verò declarationem in eius casu necessariam esse, nominatim aduertit Aretinus *in l. 1. D. de acquirend. possess.* quem probat Anton. Gomez *in d. l. 45. Tauri, n.* 111. *col. 3. in princip.* sic verba illa: *Omnem proprietatem, & plenam possessionem earundem rerum nostro habeat beneficio* dictæ legis Raptores interpretatus: *Si petatur, & à Iudice declaretur, & sequatur traditio.*

A diuersis quoque alterum Alfonsi de Castro petitum argumentum est: † quod nem- 41
pe *à sententia Iudicis appellare liceat, non vtique à legis pœna*: Quia id legis reuerentia efficit, illique parendi necessitas, iuxta supra dicta *numero* 28. non tamen inde Iudicis expellitur ministerium, neque ex eo deduci potest: pœnam à lege impositam sententia, Iudicis non egere vt in conscientia debeatur. Si enim id ex eo deduceretur, quòd à legis pœna appellare non licet: æquè comprehenderet pœnam simpliciter à lege impositam, verbo etiam *Ipso iure* non addito, cum certum sit, neque ab illa tunc appellari posse: sed dubium non est, ad contrahendam pœnam simpliciter impositam à lege, necessariam omnino esse Iudicis sententiam, ab eiusque declaratione appellationem concedi, vt dicta ampliatione quinta diximus: Ergo quòd appellatio à pœna legis non concedatur, nullatenus probat vel maiorem legis quam Iudicis ad pœnæ obligationem potentiam: neque eam deberi ante Iudicis declarationem: imo contrarium satis efficaciter argumentum contrarium, & nunc perpensa probant. Si enim à qualibet legis pœna appellare non licet; & tamen eius non ante contrahitur obligatio quam per Iudicem declaratio fiat (vt dictum remanet, Theologorumque & Iuristarum est firma & indubita conclusio:) idem quoque erit vbi Lex pœnam *Ipso iure* imponit, lege declarationem expressè non prohibente, cum per se verbum istud, suaque natura, declarationem non excludat; sed etiam postulet, tanquam ad ipsius implementum, voluntatisque executionem penitus necessariam, ex iuribus iam relatis, contrariis quoque, Doctorumque sententia, naturæ, & iuris regulis adhærente.

Inutile ne, † aut frustratorium inde ver- 42
bum *Ipso iure* in lege adiectum, vt finale oppositum argumentum habet? Nullatenus, sed latæ sententiæ, eo modo quo legi conuenit, naturam & effectus retinet. A tempore enim criminis commissi pœna incipit deberi, suspensa eam præstandi obligatione vsque ad Iudicis declarationem, iuxta formam præscriptam à textu *in d. cap. Cum secundum*, 19. *de hæret. lib. 6. & à lege finali, C. ad legem Iuliam Maiestat.* vbi ad id respiciens Martianus, aduertenter dixit: *Ex quo sceleratissimus quis consilium accepit; exinde, quodammodo, sua mente punitus est.* Ita vt post eius criminis commissi declarationem, suum plenum legis sententia fortitur effectum, & quæ in rei patrimonio erant bona, in Fiscum, legis condemnatione, ita à die commissi criminis

minis sint translata; vt quocumque titulo
43 † per eum exinde alienata sint; Fiscus vendicet, ex *dicto cap. Cum secundum, lege ex iudiciorum*, 20. *vers. Adeo*, *D. de accusationib. l. Donationes in concubinam*, 32. §. *fin. D. de donationib. l. quisquis*, 5. §. *Emancipationes*, *d. l. fin. C. ad legem Iul. Maiest. l. 4. tit. 2. part. 7.* Tradunt communiter Doctores in dictis locis: Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. fin. num. 4. vers. Praedicta tamen*, Farinac. *quæst. 116. n. 17. 20. & 22.* Francisc. Personal. *de gabel. n. 2. & seqq.* Sebastian. Guazin. *de confisc. bonor. concluſ. 15. nnm. 1. & seqq. & num. 23.* Gaspar. Anton. Thesaur. *lib. 2. quæstion. forens. quæst. 40. num. 2. & seqq.* Aliis omissis, ex Theologis, Vazquez 1. 2. *quæst. 96. art. 1. disput. 170. cap. 4. num. 23.* Azor. *instit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 7. vers. quoad secundum*, Sanchez *d. lib. 2. in præcept. Decalog. cap. 22. num. 26. 33. 36. & 48.* Martin. Becan. *in summ. Theolog. scholastic. cap. 7. de lege pœnal. quæst. 5. numer. 7.*

44 Tametsi huiusmodi alienationes † post delictum celebratas, per se validas esse, rescindi tamen, cum multis, tradant Salas *de legib. d. quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 5. num. 68.* Sanchez *d. cap. 21. num. 49. & seqq.* veriorem hanc existimans, Bañez 2. 2. *quæst. 62. art. 3. concluſ. 5.* verisimile dicens, *quod huiusmodi reus retinet adhuc dominium bonorum suorum, licet caducum, & infirmum ante sententiam Iudicis.* Vazquez 1. 2. *d. quæst. 96. art. 5. cap. 2. disput. 171. n. 9. & seqq.* magis sibi hanc probabilem adiiciens, Ioan. Azor. *instit. moral. d. quæst. 7. in fin.* Paul. Laym. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 15. de legibus*, *num. 4.*

45 Plures effectus canonis *latæ sententiæ*, † seu pœnæ *ipso facto* à lege impositæ referre, vitio vertì posset, cum id data opera, longoque sermone effecerunt, Cardinalis Tuschus *practicar. concluſ. lit. P. verbo Privatio, conclus. 719. nnm. 30. & 31.* Quadraginta sex retulit Tiraquellus *in l. si vnquam*, *verbo Reuertatur, C. de reuoc. donationib. num. 267. præcedentibus & seqq.* vt ex eo colligit Matienzius *in l. 5. tit. 11. lib. 5. nouæ Reg. collection. glos. 1. num. 4. in fine.* Plurimos etiam recensuit Sebastian. Guazin. *de confisc. bonor. d. concluſ. 15. per totam.* Qui licèt viginti vnum numerauerit, multos alios horum, ampliationibus, & intellectibus inclusit.

Ex his igitur Alfonsi de Castro, & Menchacæ *d. lib. 1. cap. 7. quæstionum vsufrequentium*, argumentis propositis abunde satisfactum videtur. Alia eorundem non sumus prosequuti, tum quia prosequuntur & improbant multi ex præcitatis (præcipuè Simancas, qui planam expeditamque viam reliquit:) tum quia (vt Iacobus Granado 1. 2. *d. controuers. 7. de legib. tract. 3. p. 1. disput. 13. sect. 2. num. 12.* firmiter asserit) generalis prædicta conclusio (declaratoriam nempe sententiam Iudicis, necessariam esse vt in conscientiæ foro pœna à lege ipso facto imposita debeatur, cæteræque ex ea descendentes) adeo certæ sunt, vt nihil momenti contra eas obiici possit, sitque superuacuum in diluendis obiectionibus tempus terere.

AN SOLIVS PERIVRII ratione, vel quòd periurus dictæ legis 56. transgressor habeatur, officij priuationem, & inhabilitatem ad alia ipso iure incurrat, & ad restitutionem fructuum, seu prouentuum perceptorum in iam obtento, vel postmodum adepto absque alia sententia teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars proponitur.* & numeris seqq. vsque ad numerum 11.
Exinde *contraria sustinetur.*
2 *Periurus est infamis.*
3 *Infamibus porta sunt dignitatum præclusa, & ad eas obtinendas periuri reddantur inhabiles. Et an ante sententiam, infamiam, priuationem, seu inhabilitatem contrahant?* num. 11. & seqq.
4 *Periuri non solum ab adipiscendis dignitatibus, tam ecclesiasticis quàm secularibus, arcentur; sed adeptis priuantur.* & num. 5.
6 *An ipso iure vtrisque?* & num. 7. 11. & 12.
8 *Ob periurium, aut ob aliud crimen beneficiis, seu dignitatibus sic ipso iure priuati, seu ad alias inhabiles reddìti an fructus vel prouentus perdant, nec faciant suos? Et quid in eo, qui pro periurio à lege habetur?* & numeris sequentibus, & 13.
9 *Verbum* Habeatur pro tali, *an latam sententiam importet?*
10 *In his quæ iuris sunt, potest legis fictio, quod potest veritas, idemque operatur.*
14 *In casu legis* Si quis maior, 41. C. de transactionib. *an & declaratio pro infamia ex periurio, & in cæteris eius pœnis sententia requiratur?*
15 *Periurus, seu pro periuro à lege habitus, aliaue ratione ab ipsa absque alia sententia damnatus, dum declaratoria non profertur, an licitè officium, seu beneficium, vocemve retineat, percipiatque fructus? Et quatenus declaratoria sententia lata teneatur?* & num. seqq.
17 *Inhabilis à lege ad officia seu beneficia factus an fructus ex eis perceptos ante quamlibet sententiam restituere teneatur?* & numer. seqq. *Et an inhabilitas ipsa ad officia, beneficia, suffragiaue præstanda, ante declarationem etiam contrahatur?* numero 18. & sequentibus.
18 *Intellectus* motus proprij Pij IV. *in diffidationes*

fidationes facientes.

Excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, irregularitatisque pœna ipſo iure impoſita declaratoriam ſententiam non deſiderat. Et quare? ibid.

Particula Eo ipſo, *quid operetur, qualiterque formatur?* ibid.

19 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis, & ab eo tempore quis tenetur ad reſtitutionem fructuum, vel prouentuum rei, ex quo ad rei ipſius reſtitutionem tenebatur, & non antea.*

20 *Poſſeſſor malæ fidei mercedem laboris in vtilitatem rei impenſi percipit, iureque deducit,* & num. ſeq.

Canonicus excommunicatus & ſuſpenſus Canonicis horis aſſiſtens an miniſterij ſtipendium percipiat? ibi.

21 *Fructus ſeu prouentus qui non tam à re ipſa reſtitutioni obnoxia, quam ex labore, & induſtria malæ fidei poſſeſſoris eam retinentis proueniunt, reſtitutioni ſubiecti non ſunt.*

22 *Malam fidem abeſſe ſufficit, vt poſſeſſor fructus ſuos faciat.*

§. IV.

1 SOlo quidem periurio, † vel quod pro periuro lex quidem habeat (etiam ſi neque verbum *Ipſo facto* immadiate foret appoſitum, neque inhabilitatis pœna ſubſequeretur) & priuationem muneris obtenti periurio (ex iuramenti ſaltem promiſſorij violatione) patrato, illico contrahi, inhabilitatem ad alia, & ad fructuum, prouentuumque vtrorumque reſtitutionem obligatum periu-

2 rum exiſtere, probatur: quia periurus † infamis eſt, *cap. Infamis, 17. in ord. 6. quæſt. 1. cap. querelam, 10. & ibi Gloſſa verbo Periurij irretiti, de iureiurand. l. Si quis maior, 41. C. de tranſactionib.* Couar. *in relect. capit. quamuis pactum, de pactis, lib. 6. p. 1. §. 7. num. 5.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 1. num. 36.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. verbo Poſitiones, col. 8. ad finem, verſ. quarum prima eſt, pag. 545.* Suarez *de Religione, tom. 1. lib. 3. cap. 10. num. 7.* ne prope innumeros alios huius ſententiæ aſſertores referamus, quos congerit Farinacius *de falſit. quæſt. 160. num. 14.* congeſſimus que Nos *de priuileg. pauper. 2.*

3 *p. quæſt. 65. num. 24.* Infamibus autem † portæ ſunt dignitatum præcluſæ, *cap. Infamibus, 87. de regul. iuris, lib. 6. cap. Licet ex quadam, 47. & ibi Gloſſa verbo Actus legitimi, de teſtib. cap. Inter dilectos, 11. de acceſſ. Prælator. l. 2. §. Miles, & ibi Gloſſa 1. D. de his qui not. infam. l. vnica, C. de infamib. lib. 10. l. 2. C. de dignitat. lib. 12.* Redditurque periurus ad eas obtinendas inhabilis, vt dicta iura probant, & textus *in d. cap. querelam*, vbi id ipſum notat Cardinalis Zabarella *num. 1.* Ripa *in cap. Ex parte, num. 3. ampliat. 2. de reſcript.* Hoſtienſ. *in ſumm. de iureiurand. num. 7. §. qua pœna, verſ. ſed ſuperior,* Alberic. *in l. Lutius, num. 9. verſ. Item nota, D. de his, qui not. infam.* Flamin. Pariſ. *de reſign. beneficior. lib. 4. quæſt. 3. num. 10.* Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. P. concluſ. 291. numer. 1.* Farinac. *de falſit. quæſt. 160. num. 193.* Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 6. capit. 13. numer. 6.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. iuris vniuerſ. lib. 5. c. 11. n. 6.* Vincent. Mancin. *tract. de iuram. p. 4. effectu 74. num. 2. & p. 5. effectu 7. numer. 3.*

Neque ab adipiſcendis ſolum dignitatibus arceri, ad eaſque inhabiles reddi periuros; ſed adeptis † quoque priuari oſtendunt 4
textus *in cap. Si Epiſcopus, 7. diſt. 50 in cap. Præsbyter, 12. diſt. 81. in d. cap. querelam, 10. & in c. Tua nos, 11. de iureiurand. in c. Cum non ab homine, 10. de iudic.* Obſeruant Bald. *in l. 1. num. 4. C. de reb. credit.* Alberic. *in d. l. Lutius, num. 9.* Iaſo *in l. ſi duo patroni, §. fin. num. 2. poſt med. verſ. Sexto clericus. D. de iureiur.* Gloſſa *in figuratione caſus*, & communiter ſcribentes *in d. cap. querelam*, Hoſtienſ. *ante num. 1. verbo Ceſſauit*, Bald. *num. 2. verſ. Nota quod priuari non debeant Eccleſias regere*, Ancharan. *num. 1. in fine, notab. 2.* Imola *num. 1.* Anton. de Butr. *num. 2. notab. 1.* Bollamer. *num. 15.* Anan. *num. 2.* Abb. *ante num. 1. in figuratione caſus, & num. 1. notab. 2.* Alexand. de Neuo *num. 5. notab. 2.* idem Abb. *in cap. Ex parte, primo, num. 2. de reſcript. & ibi* Ripa *num. 1. & ſeq.* amplians, etiam ſi tale ſit periurium, quod infamiam non irroget. Idque ipſum tradit Decian. *tract. criminal. d. lib. 6. capit. 13.* Multos alios adducit Farinacius *de falſit. d. quæſt. 160. n. 191.*

Quod & in officiis, † & dignitatibus ſecularibus ſimiliter procedit, diſpoſitione *legis* 5
quoties, 17. C. de dignitatib. lib. 12. legis 2. §. Miles, & ibi Gloſſa 1. D. de his qui not. infam. Annorant Corneus *in l. ſi duo patroni, §. fin. num. 4. D. de iureiur.* Bald. *in l. 2. C. de reb. credit. n. 1. verſ. Tertio, quod puniatur pœna remotionis à dignitate, & num. 2. in fine*, Salicet. *num. 6.* Ioan. Sicard. *ad num. 5.* Tiber. Decian. *d. lib. 6. cap. 13.* Vincent. Mancin. *de iuram. p. 5. effectu 8. num. 1. & ſeq.* multos quoque referens Farinac. *d. quæſt. 160. num. 156. & 157.*

Imo in vtriſque ipſo iure † priuatio, & 6
inhabilitas periurio, infamiaque ex eo naſcens contrahitur. In eccleſiaſticis, collatione neque beneficij periuro clerico facta, eam nullam eſſe ipſo iure, obſeruant Alexand. de Neuo *in d. cap. querelam, num. 16. in fine, & 17. verſ. Tertia concluſio*, Villalob. *in commun. opinion. verbo Periurium, num. 75.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 194. n. 9. verſ. quinto quia collatio*, Cardinal. Tuſch. *d. verbo Periurus, concluſ. 289. num. 7. & concluſ. 297. num. 3.* Farinac. *d. quæſt. 160. num. 194.* Flamin. Pariſ. *de reſign. beneficior. d. lib. 1. quæſt. 3. num. 11.* Ioan. Gutier. *canonicar. quæſtion. lib. 2. cap. 5. num. 97.* Probantque plerique ex citatis iam *numero 4.* iuraque ibi adducta, quoad inhabilitatem ad obtinendas, quæ in priuatione quoque ipſo iure ab obtentis, vrgent, vt (ex Diuo Thoma 2. 2. *quæſt. 98. art. 3. ad tertium*) tradit Ioannes Salas *de legib. quæſtion. 96. tractat. 14. diſput. 15. ſect. 2. verſ. Non autem, in fine.*

In

UAB Biblioteca de Ciències Socials

7 In dignitatibus, † muneribusque ſeculatibus, ſemel & iterum aſſeruit Gloſſa *verbo Spolientur, & verbo Priuatos in d.l. quoties, 17. C. de dignitatib. lib. 12.* Alexand. de Neuo *in d. cap. querelam, numero 6. verſ. Plus puto, & numero 17. verſ. Ex prædictis*, Felinus *numer. 3.* fortius in his id procedere dicit, reddenſque rationem, Ripa *in d. capit. Ex parte, num. 18. de reſcript.* Tiber. Decian. *tract. crimin. d. lib. 6. cap. 13. numer. 14.* Farinac. *dict. quæſtio. 160. numero 168.*

Ex quibus deſcendit beneficiis, munetibus, aut dignitatibus ſic *ipſo iure* periu-
8 rio aliove maleficio priuatos, † inhabiliſque redditos, fructus, ſeu prouentus nequaquam ſuos facere, ad eorumque reſtitutionem obligatos conſequenter exiſtere, vt dicunt Ludouic. Gomez *in cap. 1. de reſcript. lib. 6. num. 9.* & Azorius *inſtit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 8. quæſt. 3. verſ. Si tamen quæres.* Confirmantque iura *infra proxime numero 17.* referenda.

9 Idque ſeu prædictæ legis violator † periurus vere ſit, contra iuramentum de non recipiendo munera faciens, ſeu etiam id in ſpecie, aut ita ſtrictè ſecundum formam à lege præſcriptam non iuraſſet; cum lex tunc velit eum pro periuro, iuramentique violatore, quod pro officio præſtiterit, haberi. Quo, etiam ſi verbum *Ipſo facto* non adderet, vt addit (*por el miſmo hecho ſean auidos por que brantadores del Iuramento que tienen hecho por el oficio:*) latam ſententiam diſpoſitio hæc importaret, vt ſignificat verbum *Habeatur pro tali*, veluti *numero 7. præcedentis paragraphi* notauimus, notatque Dominic. *in capit. 2. de confeſ. in fine, lib. 6.* ſententiam tunc, condemnatoriam ſaltem, neceſſariam non eſſe dicens, relatore Felino *in capit. Rodulphus num. 27. de reſcript.* Poſſeque id legem efficere quoad iuris effectus, indu-
10 bium eſt. † In his enim quæ iuris ſunt, & quoad iuris effectus, poteſt legis fictio, quod poteſt veritas, operaturque idem, *l. 1. D. de adoptionib. l. Filio quem pater, 23. D. de liber. & poſthum.* cum ſimilibus citatis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. F. n. 123.* Et per verba etiam fictionis in his quæ ab eius poteſtate dependent, verè facere, & non fictè dicitur, Petr. Rebuff. *in l. Mercis appellatione, col. 3. verſ. ſecundo in his quæ ſunt iuris, D. de verbor. ſignific.* Camil. Gallin. *de verbor. ſignific. lib. 3. cap. 23. à n. 4. cum ſeqq.* Tiraquel. *tract. de morti 2. p. 2. declar. 6. n. 6.* Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 3. numer. 4.* Ioan. Maria Nouar. etiam *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 143. numer. 13. & ſeqq.*

11 At verò † nec infamiam ex periurio ante Iudicis declarationem contrahi, neque ex eo, beneficio, munere, vel dignitate ſtatim periurum priuari, neque illam dimittere omnino ante dictam declarationem eſſe adſtrictum, probatur: Quia licet periurus ſit infamis, non tamen infamem illum *ipſo iure* eſſe, ſed condemnatoriam ſententiam de periuro requiri; dixerunt Bellapert. *in dict. leg. Si quis maior, col. 2. ante med. verſ. Vbi ergo iurat de futuro, C. de tranſactionib.* Alexand. *numer. 13.* Bellamer. *in d. capit. querelam, numer. 10. ante med. verſ. Sed quæro*, Tiber. Decian. *d. lib. 6. cap. 13. numer. 11. in fine, verſ. Et etiam aduertendum*, Cardinal. Tuſch. *d. verbo Periurus, concluſ. 289. numero primo & concluſ. 290. numero 10. & 11.* eiſque relatis Farinac. *de falſit. d. quæſt. 160. numero 162.*

Eſto autem quod ipſo iure periurio † 12
contrahatur infamia (vt in caſu *dictæ legis Si quis maior 41. C. de tranſactionib.* omnes fatentur, apparet ex relatis à Farinacio *vbi proxime numero 164.* nominatimque decernit *lex 4. tit. 6. part. 7.* vt & Nos *de priuileg. pauper. d. 2. p. quæſt. 165. numero 25.* perpendimus) neceſſariaque, per conſequens, ſententia condemnatoria non ſit: at declaratoriam ſaltem criminis vel periurij commiſſi, vt infamia incurratur, & in caſu *dictæ legis ſi quis maior*, & in cæteris omnibus in quibus infamia ipſo iure incurritur; communis, receptaque eſt omnium *in eadem lege ſi quis maior* ſcribentium opinio, Baldi *numero vndecimo, verſ. Sed aduerte*, Pauli Caſtrenſi *num. 6. verſ. Dicit tamen Bald.* Iacobi de Sanct. Georg. *num. 29. & 30.* Alciati *n. 30. in fine*, Franciſci Curtij *nn. 43.* Ripæ *num. 3. poſt med. verſ. Subiungit tamen his* Bald. Thomæ Pampald. *num. 49. notab. 15. & num. 68.* Bologneti *num. 84.* Antoni Gabrielis *commun. opinion. lib. 3. rubric. de tranſactionib. concluſ. 1. num. 31.* Farinac. *d. quæſt. 160. num. 165. & fragmentor. criminal. p. 2. verbo Iuramentum, num. 1170. & de hæreſi, quæſt. 189. paragrapho 4. num. 56.* vbi ad infamiam etiam pro hæreſis crimine incurrendam (quam ipſo iure contrahi, ex verioti opinione numero præcedenti tradiderat) declaratoriam criminis neceſſariam eſſe fatetur, cum Burſato *conſil. decimoquarto, lib. primo numer. 18. & ſeqq. & numer. 23. & ſeqq.* Azorio *inſtit. moral. p. 1. lib. 8. capit. 13. poſt quæſtionem octauam, in ſeptima hæreticorum pœna*, & Thoma Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 2. capit. 16. numer. 1.* Pleniſſime etiam Ægid. Trullench. *in opere moral. lib. 8. capit. primo, dub. 10. à numer. 1.*

Vnde ſequitur, † priuationem benefi- 13
cij, muneris, vel dignitatis ob infamiam ex periurio vero, ac minus ficto, naſcentem (cum nempe *pro periuro* quis à lege habetur, verbum enim *Habeatur pro tali* fictionem denotare, iam alibi diximus) & vbi etiam *Ipſo iure* priuatio inducitur, ante condemnatoriam Iudicis ſententiam, vel ſaltem declaratoriam criminis, non contrahi, vt & plene *proximo paragrapho præcedenti* comprobatum eſt, vbi & pœnam ante Iudicis ſententiam, declaratoriam ſaltem, non deberi, etiam ſi *ipſo iure* impoſita ſit, ſiue in actione, ſiue

in passione, seu priuatione, (vt in infamia) consistat, ex receptissima, peneque indubitata sententia tradidimus. Idque maximè in casu *dictæ legis si quis maior, C. de transactionib.* in quo etsi infamia *ipso iure* ob periurium, & sic declaratoria sequuta, incurratur : cæteras verò eius pœnas † non sic 14
ipso iure contrahi, sed necessariam ad eas sententiam esse ; communis quoque affirmat, vt ex glossa, ibidemque Scribentitibus, & multis aliis tradit Farinacius *d. quæst. 160. numero 164. & d. 2. p. fragmentor. criminal. verbo Iuramentum, numer. 1171.*

Beneficij autem collationem periuro factam, ante declarationem sustineri, cum antiquioribus à se relatis, firmat Gutierrez *Canonicar. quæstion. cap. 5. num. 98.* ita memoratam *supra numero sexto* opinionem limitans.

Periurum ergo, vel pro periuro habitum † interim dum declaratoria non profertur, 15
officium aut beneficium licite retinere, & fructus percipere, ex prædictis deducitur, rationeque proxime tradita, pœnam scilicet priuationis etiam ipso iure impositam, declarationem commissi criminis ad minus desiderare, & ante illam regulariter criminosum ; legisque transgressorem beneficium aut officium dimittere necessitatio non debere, vt *dicto paragrapho præcedenti* sustinuimus, sustinentque Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 416. numer. 62. & duobus seqq.* Cumque Salzedo, Flaminio, Azeuedo, Petro de Ledesma, Enriquez, & aliis ; Sanchez *in præcept. Decalog. d. lib. 2. cap. 26. num. 7.* Molina *de iustit. & iure, tom. 1. tract. 2. disput. 96. num. 5. & seqq.* Huncque fructus suos facere (reprobatis Ludouico Gomez, & Azorio supra relatis contrarium sentientibus) tenet, aduersis argumentis respondens, Thom Sanchez *d. cap. 26. num. 10.* recentiusque Fagundez etiam *in præcept. Decalog. 2. p. lib. 8. cap. 19. num. 23.* & Trullench. cum Filliucio & aliis, *d. lib. 3. cap. 1. dub. 10. num. 2. & 3.* Titulum enim, aut possessionem saltem habet, quæ fructuum perceptionem honestat. Quamuis enim priuatione à lege *ipso iure* facta, titulum perdidisse visus sit : at declaratoriam criminis sententiam ad id quoque necessariam esse, iam dicta suadent, & citati Doctores probant : solaque tunc possessio licitam fructuum perceptionem, vt diximus, faceret : neque mala fides ex delicto, vel legis transgressione videtur insurgere, quæ illorum perceptionem impediat, vel quæ ante declarationem præfatam officium aut beneficium dimittere compellat, & à fructuum perceptione, per consequens, interim abstinere, ex *cap. Cum secundum, de hæretic. lib. 6.* cæterisque latè agitatis *paragrapho proximè elapso.* Etsi in eo qui à principio vitiosè, seu mala fide officium, seu dignitatem occuparet, aliud forsam ratio suaderet, ex *l. 1. C. de his quibus vt indign.* quippe qui nec legitimam tunc haberet possidendi causam. Ita obseruat Didac. Couar. *de matrimon. p. 2. cap. 6. paragrapho 8. numer. 9. vers. His accedit*, sententiæ executionem in primo casu requirens, vt & requirunt Enriquez *de excommunic. lib. 13. capit. 56. numero 3. in fine*, Azorius *institut. moral. tom. 1. d. lib. 5. capit. 8. quæst. 4.* Sanchez *vbi proxime.* Tametsi in verisque idem æque sentiat Trullench. *d. libr. octauo, capit. 1. dub. 10. numer. 1. in fine*, cum Soto, & Sanchez ibi citatis. Nisi Iudicis sententia ad dimissionem officij, vel beneficij pariter obligaret, vt *d. §. præcedenti, num. 30.* aduertimus. Nec ante, cum infamia saltem, hunc, periurium scilicet, neque alium, lege, nulla etiam expectata sententia, officio, aut voce, votove priuatum teneri aut illud dimittere, aut non emittere vocem, seue prodere ; docent Bonacin. *de legib. disput. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 2. num. 10.* Dian. *resolut. moral. p. 1. tract. 10. resolut. 24. vers. Et notandum est*, alij item penès Ioannem de Escobar *de puritat. probanda, quæst. 11. §. 1. n. 21.* & Trullench. *supra.*

Declaratoria autem sententia lata, † & 16
officij priuationem à lege ipso iure impositam cõtrahi, & ad fructuum seu prouentuum restitutionem à tempore transgressionis seu delicti commissi transgressorem teneri ; docent Couar. *vbi proxime, n. 8.* Bernard. Diaz *in practic. Canonic. cap. 131. num. 5. ad finem*, Enriquez *d. lib. 13. c. 56. num. 2. in fine*, Molina *de iustit. & iure, tom. 1. d. tract. 2. disput. 96. num. 7.* Sanchez *d. num. 10.* prædixeratque, plures referens, *eodem lib. cap. 23. num. 194.* & conducunt relati *d. §. præcedenti, num. 42. & 43.*

Fructus verò, † quos inhabilis ad officia 17
seu beneficia à lege seu Canone in pœnam criminis (vt reddit nostra illius transgressorem) ex eis post inhabilitatem percepit, restituere etiam ante sententiam debere videtur, veluti quos nunquam suos efficere mala fides, vitiosus & iniquus ingressus permisere, iuxta *legem si fundum, 17. & legem certum est, 22. C. de re iudic.* cum similibus. Facilius etenim impeditur acquisitio, quam tollatur ius quæsitum, *l. Patre furioso, D. de his qui sunt sui vel alieni iuris*, cum vulgatis citatis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. A. n. 60.*

Tametsi huic assertioni non modicam dubitationem affetat opinio eorum, qui existimant † inhabilitatem à lege pro cri- 18
mine ad officia seu beneficia, suffragiaue impositam, Iudicis declarationem sententiam postulare, & ante eam inhabilitatem non contrahi, neque munerum obtentionem impedire. Quam sustinent Bonacin. Diana, & alij *præcedenti numero 15. in fine* relati, cumque Nauarro *de datis pro iustitia vel gratia, n. 44.* & Molina *d. disput. 96. n. 6.* Sanchez, satis hanc probabilem dicens, *in præcept. Decalog. d. lib. 2. cap. 39. num. 22.* ad Pij V. motum proprium, editum anno 1560. in diffidationes facientes dudum, singulariaue certamina ; ad hæc inuitantes &c. cinsque (inter alia iura) intell ctum descendens (qui præter excommunicationis pœnam

in

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in clericos ob id latam, eos insimul punit vt priuationem omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, inhabilitatem ad ea, & ad alia in posterum obtinenda eo ipso incurrant, vt relatot est idem Sanchez *d. cap. 39. num. 19.*) omnes tamen has pœnas *ipso iure* latas, non solum priuationis & inhabilitatis ad officia iam obtenta (in quibus minor est dubitatio declaratoriæ, ad minus, sententiæ desideratæ, ob ius iam quæsitum, vt supra aduertimus:) sed etiam inhabilitatis ad futura declaratoriam sententiam requirere; idem ipse Sanchez *numero* 32. existimat, excommunicationis, suspensionis, & interdicti pœna ipso iure imposita, dempta, quæ id præcipuum habet, vt ante Iudicis sententiam suum sortiatur effectum, vt & in irregularitate *precedenti paragrapho* notauimus, vsu in hoc vires præstante. Quamuis enim ad inhabilitatem sic à iure impositam incurrendam, nullam Iudicis sententiam desiderari, censentes refetat Sotum *lib. 1. de iustit. & iure, quæst. 6. art. 6. post 4. conclus. vers. Ex hac autem*, Cordubam *in suo quæstionario, lib. 1. quæst. 36. paulò post princip. & in solut. ad 7. vers. Secundum etiam dictum, & vers. Ideo, ad 7.* Mexiam *de taxa panis, conclus. 6. num.* 108. Medinam. 1. 2. *quæst. 76. art. 4. ad 4.* Manuelem *tom. 1. summ. in secunda editione cap.* 195. *num.* 2. Aragonem 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 3. *fol.* 350. *col.* 2. *vers. Ad aliud de statutis*, Salonem 2. 2. *quæst.* 63. *art.* 4. *in fine*; Ipse tamen inquit: *At satis probabile est, exigi sententiam Iudicis declarantis crimen. Quia ea particula* Eo ipso *id tantum importat, vt non exigatur sententia condemnans, vt diximus hoc 2. libro cap.* 22. *num.* 26. *Deinde, quia non omnes sententiæ priuatiuæ nullam Iudicis sententiam petentes incurruntur absque vlla sententia: sed id peculiare est in excommunicatione, suspensione, & interdicto, vt probauit lib. 9. de matrim. disput.* 30. *n.* 2. *Tandē, quia est pœna valde acerba, & ita per epikeiam excipienda est à regula pœnarum priuatiuarum. Et quamuis irregularitas sit rigidior; vsu tamen receptum est vt nullam Iudicis sententiam requirat: quod non ita receptum reperitur in pœna inhabilitatis ad officia & beneficia.* Postque Nauarri, & Molinæ sic tenentium allegationem subdit: *Atque in simili de inhabilitate incursa ob aliquod delictum ab scholasticis ad suffragium præstandum, tradunt Sotus lib. 4. de iustit. q. 6. art. 3. ad finem, Ledesm. 2. p. 4. quæst. 18. art. 2. dub. vlt.* Ita etiam in hoc vltimo Molina *d. tom. 1. disput. 96. num. 9.* & alij *precedenti paragrapho, hocque supra, numer.* 13. laudati.

Inde sic probabili opinione hac existente, probabilem quoque satis esse descen-
19 dit, † ad prouentuum, fructuumque officij aut beneficij restitutionem ante sententiam Iudicis criminis declaratoriam non teneri eum, qui ad illa ob crimen, etiam ipso iure, à lege inhabilis factus est: veluti accessorium naturam sequatur principalis, ex vulgari regula *capitis Accessorium*, 42. *de regul. iur. lib. 6.* & similium congestorum à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. A. numer.* 29. & ab eo tempore quis teneatur restituere prouentus, vel fructus, à quo tenetur restituere rem, non verò antea, vt (ex *l. Si stipulatus, 4. D. de vsur. l. 1. Ex diuerso, alias incipiente. Et ex diuerso, 36. & l. Fructus, 45. D. de rei vendic.*) obseruat Rebuffus *in l. Plus est in restitutione, 12. D. de verbor. signific. col. 4. super verb. Fructusque reddere.* Absurdum esse dicens, ad fructus prouentusque rei, prius quàm ad restitutionem obligari, ex *l. Cum fundus, 31. D. de reb. credit. si cert. pet. & ibi* Decio.

Idque maxime cum officiorum prouentus ob industriam, † laboremque con- 20
tingant, eaque sint ratione constituti: quæ efficit, vt si alias vtiliter laborem impenderit Iudex munus suum exercens sic priuatus vel inhabilis à lege redditus, eos lucri faciat: cum & possessor malæ fidei mercedem laboris in vtilitatem rei impensi percipiat, iureque deducat, iuxta *legem si à domino, 39. §. fin. & l. Plane, 41. D. de petit. hæredit.* Qua quidem etiam Canonicum excommunicatum & suspensum canonis horis assistentem ministerij stipendium percipere, tametsi interessendo adeo grauiter peccet: docent Petrus Nauarra *de restitut. lib. 2. cap. 2. difficult. 4. numer. 243. in noua editione*, Enriquez *de excommunic. lib. 13. capit. 3. numer. 3. cap. 14. numer. 3. in fine, & cap. 23. num. 3. in comment. lit. X.* Quorum satis probabilem sententiam dicit Sanchez *de matrimon. lib. 3. disput. 51. numer.* 12. Bonacin. *de censur. disput. 2. quæst. 2. punct. 4. paragrapho 2. num. 2.* Cumque aliis Trullench. *oper. moral. lib. 1. cap. 8. dub. 11. n. 1.*

Quando itaque prouentus non à re ipsa, 21
† hoc est, à munere, sed à labore, administratione, industriaque proueniunt: communis Theologorum resolutio habet, etiam malæ fidei possessorem fructus seu prouentus suos facere, neque ad eorum restitutionem teneri, etsi rem ipsam debeat restituere. Sic, ex communi, Paluд. *in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 5.* Nauar. *in manual. cap. 17. num. 25.* Molin. *de iust. & iure, tom. 3. tract. 2. disput. 719. num. 4. & disput. 720. n. 2.* Lessius *de iustit. & iure lib. 2. c. 11. dub. 17. num. 111.* Paul. Laym. *Theolog. moral. lib. 3. de iustit. tract. 2. cap. 3. num. 3.*

Multo ergo fortius conclusio hæc astringet in eo, † qui ad officia ipso iure inhabilis 22
redditus, ante sententiam Iudicis declaratoriam, criminis ad minus (secundum præfatam probabilem opinionem) inhabilitatem non contrahit, neque munus post inhabilitatem adeptum, ante dictam sententiam dimittere obligatus est: ad fructuum seu prouentuum, consequenter, restitutionem ante eam non tenebitur: à quo veluti interim non solum mala fides adest (quod ad fructus lucrandos sufficit, sententia Bartholi *in l. Sed si lege, paragrapho Scire, D. de petit. hæred.* Alexandri, & aliorum, cum quibus sic tenet Rebuffus *in l. Bona fidei, 110. D. de verbor. signific. columna secunda, vers. Sed bona*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

fidei emptor) sed etiam bonam adesse, ex prædictis deducitur, vt & iam expendimus supra.

Hæc quidem, suppositione habita, verbum *Ipso facto* in dicta lege adiectum non solum ad clausulam cui adhæret referri (vt nempe eius transgressor pro periuro ipso facto habeatur) sed etiam ad subsequentes alias: *Y pierdan el inzgado, y oficios, y sean y sinquen inhabiles dende adelante para auer inzgado, ni officios publicos: y sean echados de consejo, y Audiencias: y tornen loque assi llebaren, con el doblo.* Quod an verum sit, sequens paragraphus indicabit.

AN VERBVM, IPSO FACTO, in dicta lege 56. cæterisque Regiis pœnas in Iudices munera recipientes imponentibus adiectum, clausula cui opponitur contineatur, vel referatur adsequentes omnes?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars fulcitur*, à numero 1. cum seqq. vsque ad numerum 9. Contraria *exinde*.
Vna determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare. ibi.

2 *Clausula in principio apposita ad se trahit sequentes, eisque suam naturam & qualitatem tribuit.*

3 *Sequentia ex precedentibus declarantur, & quæ dicuntur in precedentibus, tacitè in sequentibus repetita creduntur.*

4 *Precedens clausula fortius in sequentia influit, quàm è contra.*

5 *Dictio* Et *copulatiua est, eandem naturam & qualitatem cum precedentibus tribuens.*

6 *Est repetitiua precedentium qualitatum, non solum cum verba, aut rationes cohærent; sed etiam si sint separata.* & numer. 7.
Limitatur numero 8. *cum de contraria mente disponentis manifestè apparet.*

10 *Oratio diuersa, perfecta, & per se stans (ea enim perfecta dicitur) an ad alias extendatur, referaturve? Et quid si post dictam clausulam copulatiua dictio in cæteris apponatur?* & numero 15.

11 *Humanior, benignior que interpretatio in dispositione qualibet, facienda est.*

12 *Quoties pro sententia ferenda interpretatio fieri potest, canon lata sententia non inducitur.*

13 *Pœna casum proprium non excedunt, vtque pœna enitetur, non fit de capitulo ad capitulum relatio.*

14 *Idem in odiosis & exorbitantibus à iure communi.*
Lex nostra 56. ab antiqui iuris regulis exorbitat. ibi.

16 *Verbum* Perdant *an sententiam latam significet, vel ferendam?* & numero seq.

17 *Intellectus textus* in cap. Inolita, 42. in ord. 11. quæst. 1.
Clericus ad seculare iudicium clericum trahens an ipso iure causam perdat, vel sententia desideretur? ibi.

18 *Verbum* Expellantur *sententiam ferendam denotat, etiam si ei dictio* Omnino, Penitus, *similesve, latam sententiam significantes, inserantur. Quamque tunc dictiones istæ vim habeant?*

19 *Lex verbis futuri temporis vtens (licet easdem simul, dictiones latam sententiam significantes adiiciat) non ipso iure disponere intelliguntur.*

20 *Eandem habent naturam verba* Arceantur, & Excludantur. *Et an eandem retineat verbum* Reddat, *seu* Restituat? *& numero 22.*

21 *Verba futuri temporis ad Iudicem, vel partem relata an latam sententiam inducant.*

22 *In materia relationis clausularum impossibile est certam constituere regulam.*

§. V.

PRo affirmatiua sententia † primo facit vulgare axioma *legis lam hoc iure, 4. & legis Lutius, 45. D. de vulgar. & pupil. substit. legis Si legatarius, 8. paragrapho 1. D. de legat. 3. legis quamuis, 4. C. de impuber. & aliis substitutionib.* Quod nempe vna determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determina .. De quo *in nostris, lit. D. numer. 8. & seqq.* 1

Secundo, † quia clausula in principio apposita ad se trahit sequentes, eisque suam naturam, & qualitatem tribuit, *capit. Secundo requiris, 41. de appellation.* Hyppolit. de Marsil. *consil. 75. numer. 8. cum seqq.* Bernard. Diaz *regula 84.* Ioseph. Mascard. *de probationib. conclus. 301. num. 5.* Marius Alter. *de censur. ecclesiastic. soma. lib. 5. disput. 14. cap. 1. lit. B.* Augustin. Barbos. *de clausul. clausul. 117.* 2

Sequentia enim † ex præcedentibus declarantur, inque sequentium interpretationem & intellectum præcedentia influunt, *l. fin. §. Cui dulcia,* vbi id quoque notat Glossa finalis, *D. de tritic. vino & oleo legat.* Alexand. *consil. 47. num. 18. lib. 1. & consil. 51. num. 2. lib. 3.* vbi plene eius Additio *verbo Sequentia.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glossa 14. num. 25.* Surd. *consil. 139. num. 56.* 3

consil.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

consil.331.num.52.consil.455.num.7.& seqq. consil.456. num. 39. & duobus seqq. Etenim quæ in præcedentibus dicuntur, tacitè in sequentibus repetita creduntur, vt formaliter inquit Baldus *consil. 153. num. 2. libro 5. ex lege Titia, de verbor. obligationib. & l. Item quia, §. Idem Iuliano, D. de pact.*

Potentiusquè præcedens clausula in sequentia influit, quam è contra, *l. Quisquis, 93. D. de legat. 3. l. Filium, 27. D. quando dies legat. cedat*, Bart. *in l. Auia, in princip. vers. Item oppono, D. de condition. & demonstr.* Curt. Iun. *consil. 14. num. 1. consil. 22. n. 23. & consil. 58. num. 8. eo*, multisquè relatis, Quintilian. Mandos. *in regul. Cancel. Apostol. regul. 7. quæst. 3. num. 5.* Iacob. Menoch. *de præsumptionib. lib. 1. quæst. 28. num. 24. & de arbitr. lib. 2. centur. 1. casu 64. num. 19. &* 20. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art. 16. n. 13. & 104.* vbi: *quod naturaliter præcedentia influunt in sequentibus: sequentia autem non refluunt.*

Tertio † sententia hæc probatur dictionis *Et* natura. Quæ in omnibus clausulis post
5 primam, pœnam ipso iure imponentem, sic in dicta lege adiicitur, & repetitur: *So pena que por el mismo hecho sean auidos por quebrantadores del Iuramento que tienen hecho por el officio. Y pierdan el Iuzgado, y officios. Y sean echados del Consejo y Audiencias. Y tornen lo que a sillebaren, con el doblo.* Dictio enim ista copulatiua est, naturam & qualitatem eandem copulatis cum precedentibus tribuens, iuxta Pomponij responsum *in l. Titia textores, 36. §. Nihil, D. de legat. 1.* dicentis: *Nil differt vtrum ita legetur:* Titio & Mæuio, *an ita:* Titio cum Mæuio. *Vtrumque enim coniunctim legatum videtur.* Pauli *in l. Si haredi plures, 5. D. de condit. instit.* inquientis: *Si haredi plures conditiones coniunctim date sint: omnibus parendum est, quia vnius loco habentur.* Pomponij eiusdem *in l. Si mihi & Titio, 110.* Scæuolæ *in l. Si quis ita stipulatus, 129. D. de verbor. obligationib.* Ipsius item *in l. Saia, 20. §. Caio, D. de fund. instruct. vel instrum. legat.* quæstionem è testatoris disponendi formula sic proponens: *Caio Seio alumno meo fundos meos illum & illum, ita vt instructi sunt, & domum superiorem dari volo: Quæsitum est, an etiam domum instructam dari voluerit?* Solutionem sic *Respondi secundum ea quæ proponerentur, ita videri dedisse.* Quam & sic bene Bartholus summat: *Virtus copulatiua qualitatem precedentis legati repetit in sequenti.* Vlpiani *in l. Reos, 11. §. Cum in tabulis*, alias *Cum tabulis, D. de duobus reis.*

6 Nec solum continuatiua, † seu repetitiua præcedentium qualitatum est (vt dictus paragraphus Caio, dictaquè iura habent, & præter Clausulistas, nempe Octauianum Vulpellium, *de præpositiv. & aduerbior. significat. dictione Et, num. 1.* Petrum Cenedo *singul. 97.* & Augustinum Barbosam *dict. 93. num. 12.* plenè tradit Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. d. art. 16. num. 5. & seqq. & num. 29.* vbi ex Baldo *in repet. legis Omnes populi, D. de iustit. & iure, num. 21. & in l. 1. §. Officium, ad finem, D. ne quis eum qui &c.* refert, in illa: *Quod coniunctio est repetitiua qualitatum præcedentium*, in hac: *Quod copula exæquat copulata per omnia, & inducit plenam repetitionem.* Quod & relata iura manifestant) Non solum, inquam, dictio *Et* continuatiua seu repetitiua est in sequentibus præcedentium qualitatum, cum verba aut orationes cohærent, sed etiam † si sint separatæ: cum 7
præcedentibus enim & tunc sequentia jungit, vt bene probat, quinimo monstrat textus *in l. Et quia, 6. iuncta lege precedenti, D. de iurisd. omn. iudic.* & obseruant Mascardus *de probationib. conclus. 1265. num. 32.* Paris. Flamin. *de resign. benefic. tom. 2. lib. 11. quæst. 11. n. 25.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 147. num. 16.* Necessumquè habebit contrarium tentans, † prætendensquè præcedentis clausulæ 8
qualitatem ad cæteras sequentes dictioni *Et* connexas non extendi, de manifesta contraria disponentis voluntate docere, vt *in d. l. Saia, 20. §. Caio*, post iam eius relata verba, instruens hunc) Scæuola nectit: *Nisi is a quo peteretur, aliud testatorem sensisse manifestè deceret.*

Contra præfatam verò assertionem † (qua- 9
litatem scilicet verbi *Ipso iure* in prima clausula, pœnaquè dictæ legis 56. adiectam ad sequentes non extendi, neque in eis repetitam videri, non leuia argumenta suadent, aut leuiter vrgent.

Primo, † quia vnaquæque pœnarum in 10
dicta lege contentarum oratione diuersa, separata; & perfecta continetur: nam (secundùm Aristotelem lib. 1. de interpretatione) *Orationes plures sunt, quæ significant plura, & non vnum:* Oratio autem perfecta, & per se stans (ea enim perfecta dicitur oratio, secundum Bartholum, & Castrensem *in l. fin. D. de reb. dub.* Baldum *in l. 1. num. 12.* eundemquè Castrensem *oppos. vlt. C. de liber. præterit.* & Iasonem *in l. 3. §. Filius, n. 29. D. de liber. & posthum.*) ad alias non extenditur, aut refertur, sed quæque in suo casu operatur, suumquè præcipuum sortitur effectum. Ita Castrensis idem *consil. 10. (incip. Si vera sunt quæ in themate) num. 5. lib. 1.* Aymon Crauet. *consil. 34. num. 7. vers. Quarto respondeo*, Stephan. Gratian. *disceptation. forens. tom. 3. cap. 447. num. 12. &* 13. qui & *numero* 11. prædixerat, id quoque procedere etsi maioritas rationis ad comprehensionem adesset, Stephan. Bertrand. *consil. 72. num. 8. volum. 7.* ex *lege Si quis legata, 53. D. de conditionib. & demonstration. cap. Cum dilecta, 6. de donationib.* Panormitan. *in d. cap. Secundo requiris, de appellationib. vers. Si vero clausula ponitur in principio vel fine,* & Romano *consil. 112.*

Secundo, † quia benignior & humanior 11
in dispositione qualibet interpretatio facienda est, *l. In his, 16. D. de conditionib. & demonstr. l. Semper in dubiis benigniora proferenda sunt, 57. D. de regul. iuris, l. Sanctimus, 34. §. Si quis autem per diuersa. in fine, C. de donationib. cap. 2. de regul. iuris, lib. 5. Decretal.* Quæque minus præiudicet, aut grauet, *l. 4. D. de suspect. tutor.* Crauet. *consil. 35. num. 4.* Ioan. Anton. Mangil. *de imputationib. quæst. 135. num. 10.* Vincent. Fusar. *de substitutionib. quæst. 242. num. 4. &* 5. Idque maxime in pœnis, *l.*

penult. D. de pœnis, l. Factum cuique, 198. *§. fin. D. de regul. iuris, capite In pœnis*, 49. *eodem titulo lib. 6. cap. Ex litteris*, 11. *de constitutionib.*

12 Tertio, † quia quoties interpretatio fieri potest pro sententia ferenda, & ad eam legis intellectus reduci; latæ sententiæ canon non inducitur, vt proxime tradita ratione affirmat *Glossa prima ad finem, vers. Item vbi est tale verbum, in d. cap. In pœnis*, post innumeros penè, Tiraquellus *in l. Si vnquam, verbo Reuertatur, num.* 246. *C. de reuocand. donationib.* & Farinac. *fragmentor. criminal. 2. part. verbo Lex, num.* 59.

13 Quarto, † quia esto in aliis clausula qualitasve præcedens ad sequentia referatur: non tamen in pœnis, quæ casum proprium non excedunt, *cap. Pœna, de pœnit. dist.* 1. *Glossa* 1. *in d. regula in pœnis, ad finem.* Vtque pœna euitetur, non fit de capitulo ad capitulum relatio, Glossa *verbo Sanctioni, in Clement. 2. de vita & honest. clericor. Glossa final. in Clement. fin. de pœnis*, Decius *in d. l. Factum cuique*, 198. *§. fin. num.* 5. & *ibi* eius Addit. Iacob. Mandel. de Alba *consil.* 455. *n.* 10. Idem-

14 que in odiosis, † & exorbitantibus à iure communi, ex *l. Vxori*, 32. *§. Vxori sua, D. de legat.* 3. vbi Bartholus summat: *Verbum præteritum licet alias porrigatur ad futura; non tamen porrigitur ad ea, quæ à iure communi exorbitant.* Docentquè scribentes *in l. Talis scriptura*, 30. *D. de legat.* 1. aduertitquè nominatim *ibi* Bartholus *oppos. it.* 1. Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. d. art.* 16. *num.* 107. Essequè à iure communi exorbitantem legis huius 56. similiumquè dispositionem, constat ex *lege Solent*, 9. *§. Non verò, D. de offic. Proconsul. cap. Statutum.* 11. *§. Insuper, de rescript. lib. 6.* latequè traditis *supra hac ipsa Rubrica Annotatione* 5.

15 Quinto, † quia nec copulatiua dictio in sequenti oratione posita præcedentis qualitatem inducit, si quælibet perfecta est, & absque alterius potest adiutorio existere. Sic Bartholus *in l. Item quod Sabinus, §.* 1. *D. de hæredib. instituend. & in l. Mauio, D. de legat.* 2. quem refert, & sequitur Stephan. Gration. *disceptation. forens. tom.* 3. *cap.* 521. *num.* 7. Batt. item *consil.* 27. (*incip. Visa facti*) *quem* Peregrinus approbat *dicto art.* 16. *num.* 11. dicentemquè refert: *Quod cum per dictionem Item* (quam dictioni *Et* numero sequenti exæquat) *adiicitur præcedenti aliqua oratio omnino perfecta; tunc non repetuntur qualitates alterius præcedentis orationis.* Ita pariter in dictione *Et* obseruant Alexander *consil.* 66. *n.* 6. *lib.* 3. Pett. Paul. Paris. *consil.* 38. *num.* 26. *lib.* 2. Tunc que dictio ea non tam copulat, quam disiungit, sumiturquè pro dictione *Vel*, seu *Aut*, vt (cum Bartholo *in d. l. Saia, §. Caio, D. de fundo instruct.* & aliis) notat Francisc. Molin. *de sacra immunit. cap.* 4. *num.* 27. *& seqq.* vbi idipsum (cum Valla *lib.* 2. *Elegantiar. cap.* 38. probatissimisquè latinitatis Auctoribus) tradit *numero* 30. Et Græcè dictionem *Et* pro *Vel*, seu *Aut* vsurpari, ostendit *numero* 31. necnon in Scriptura Sacra, apudquè illius Professores, & multorum eius locorum relatione confirmat; validos sibi consocios adiungens P. Salmeronem *in prologo ad Euangelia, prolog.* 16. & Emmanuelem Sa *in Annotationib. ad vniuersam Scripturam, tabula idiotismorum, lit. C.* Coniunctiuaquè dictio tunc operatur, qualitatumquè repetitionem inducit, cum vel in eadem oratione adiicitur; vel in diuersis etiam ab aliis dependentibus, à verboquè in præcedentibus apposito rectis. *Nam aliud est plura esse coniuncta & copulata in eadem oratione; aliud verò in diuersis orationibus continuatis, quarum vna sit imperfecta ratione verbi: nam duæ sunt, & non est tanta coniunctio sicut cum vna est oratio. Nec distinguo inter dictionem* Item, *& dictionem Et.* verba sunt Peregrini *dicto proximè loco, num.* 13. contrariis respondens: vt & supra oppositis à prædictis responsio sumitur.

Casui legis nostræ 56. ad amussim conueniunt omnia, priore clausula ipso facto pœnam ita imponentis transgressoribus: *So pena que por el mismo hecho sean auidos por quebrantadores del Iuramento que tienen hecho por el oficio.* pœnas deinde, non illa qualitate repetita, coniunctiua licet interposita, at clausulis, seu orationibus separatis, sic adiicientis: *Y pierdan el iuzgado, y oficios, y sean y sinquen inhabiles dende en adelante para auer Iuzgados, ni oficios publicos. Y sean hechados del Consejo y Audiencias. Y tornen lo que assi llebaren, con el doblo.* Quælibet enim harum per se stat, neque à verbo prioris clausulæ posteriores reguntur, neque, per consequens, ex præfata doctrina, qualitas illa *Por el mismo hecho* repetita in cæteris censebitur, sed vnaquæque secundum litteram, naturamquè suam, qualitate illa dempta, operabitur. Quarum non esse naturam vt ipso facto illarum pœnæ incurrantur; sequentia monstrant.

Nam verbum *Perdant* † in sequenti proxima clausula adiectum: *Y pierdan el iuzgado, y oficios*, non *ipso iure*, sed *per sententiam* priuationem denotat, secundum veriorem, quam profitentur opinionem Ioan. Anan. *consil.* 32. *in princip.* communem dicens, & *ibi* Bolognet. *in apostil.* Geminian. *consil.* 23. *num.* 3. Ias. *in l.* 2. *nu.* 13. *C. de iure emphyt.* Tiraquellus, multis aliis relatis, *in d. l. Si vnquam, verb. Reuertatur, num.* 156. Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. lit. P. verbo Pœna, conclus.* 238. *n.* 6. *& verbo Priuatio, conclus.* 719. *n.* 8. Farinac. *d. lit. L. num.* 128. 16

Vnde † dum textus *in cap. Inolita*, 41. 11. *quæst.* 1. Clericum causam perdere, qui ad secularia iudicia clericum trahit, eo modo decernit: *Causam perdat*; Glossa prima, in fine: *Per sententiam* interpretatur, veriusquè id se credere ait. Cumquè ea sic tenent Roman. *consil.* 369. Roland. à Valle *consil.* 23. *num.* 14. *vol.* 1. Villalob. *commun. opinion. verbo Clericus, num.* 97. Sayr. *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21. Ferdinand. Rebell. *de obligationib. iustit. p.* 1. *lib.* 1. *sect.* 6. *quæst.* 6. *num.* 44. quos refert, & sequetur Augustin. Barbos. in *collectan. ad dict. cap. Inolita, num.* 3. 17

Similiter verbum *Expellantur* † sequenti clausula 18

clausula contentum: *Y sean hechados del Consejo, y Audiencias*, sententiam ferendam indicare, asserit Felinus *in cap. Rodulphus de rescript.* vt ex illius, aliorumque relatione, tradit Tiraquellus *d. verbo Reuertatur, num.* 175. adeo verbum istud ferendam sententiam denotare, exercitium & ministerium hominis requirere dicens; vt etiamsi dictio *Omnino*, aut *Penitus*, aliæve similes (quæ latæ sententiæ sunt) iungantur, vim suam amittant: idque tunc operati, vt executionem accelerent.

19 Quibus auxiliatur communis regula, quæ habet: † *Legum verbo futuri temporis vtentem non ipso iure disponere, sed desiderare sententiam*, vt; cum multis, resoluit Tiraquellus *d. verbo Reuertatur, num.* 39. 40. & 41. neminem huic contradicentem, præter Barbati am (leuis, & inconstantis ingenij) legisse dicens. Ita & Cardin. Tusch. *practicar. conclus. d. verbo Priuatio, conclus.* 719. *num.* 8. & 11. Farinac. *d. lit. L. num.* 63. qui *numero* 60. cum Tiraquello *dicto proximè loco, n.* 23. & 112. ait, id quoque procedere etiamsi prædictis simul tunc dictionibus latam sententiam significantibus vtatur.

20 Quam & verbo *Arceantur* † (parum aut nihil à relato distanti) naturam indictam profitetur Tiraquellus *ibidem, n.* 175. cum Glossa *in cap. Cum infirmitas. verb. Arceatur. de pœnit. & remissionib. ibidemque*, Hostiense Ioanne Andrea, & Panormitano. Similiter item *verbo Excludantur*, per textum *in cap. Apostolica, 9. de donationib.* in verbis illis: *Nisi præscriptione, vel alia exceptione legitima actio huiusmodi excludatur.* Idem in verbis *Expellatur, Prinetur*, similibusque etiam imperatiui præsentis temporis, affirmat Salas *de legib. quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 6. n. 78. vers. Dico tertio.*

21 Ex quibus idem in verbo *Reddat*, † seu *Restituat* (quo dicta nostra lex 56. postmodum vtitur) dicendum, ne impedimento sit, quòd ad partem per huiusmodi verba dispositio dirigatur. Licet & in hoc adeò varij Doctores existant; vt nihil firmum ex eis valeat deprehendi, vt constat ex Tiraquello *dicto loco, num.* 58. *cum tribus seqq.* & Farinacio *vbi supra num.* 67. Veluti & in materia relationis

22 clausularum † certam dari regulam impossibile esse, profitentur Ioannes Andre. & Anton. de Butr. relati à Felino *in cap. Causam quæ*, 18. *de rescript. n.* 4. quibus nec ipse repugnat.

Vsque adhuc discussa, argumenta diluta, & perpensæ rationes non modo satis probabilem posteriorem istam opinionem, sed ptima ptobabiliorem non obscurè reddere videntur. Si quod dubium huic adhuc, cæterisque dictæ legis clausulis inest, postquè præfata supereſt: de declaratoriæ sententiæ necessitate (vt obligatio in conscientia ad pœnam vrgeat, esto clausula *Ipso facto* in omnibus vel reperita censeretur; vel eandem, virtute sua, sequentes continetet) non ambigitur, iuxta tradita *paragrapho præcedenti*, sæpequè repetita.

DE ALIIS HVIC CORRVptionis iudicum materiæ conuenientibus, perfunctoriè & remissiuè peractis.

SVMMARIVM.

1 *De pœnis Iudicem corrumpentis, qui plenè egerint? Deque etiam tentante, nec adimplente corruptionem, remissiuè.*
2 *Proxeneta, complices, participes, & consocij repetundarum tenentur.*
3 *Proxeneta seu mediatores in obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam pretio, vel muneris datione, an vt principales dantes excommunicationem incurrant?*
4 *An & quando qui Iudicem corrupit, corruptionis particeps, conscius, aut proxeneta extitit, corruptionem reuelauit, contra se pœnas sancitas euitet?*
5 *An liberetur reuelans si non probet?*
6 *Qua desideretur, sufficiatve in corruptione, seu barattaria probatio?*

ANNOTATIO XIII.

DE pœnis Iudicem corrumpentis, † iam supra diximus, agunteque (vt breui relatione longam paginam & allegationem compleamus) Bobadilla *in Politica lib. 2. cap. 11. num. 28. & seqq.* Paul. Xamar *de offic. Iudic. & Adnoc. p. 1. quæst. 20. num.* 50. *& sequenti*, vbi de tentante solummodo, tametsi non perfecerit corruptionem. Plenissime Farinacius (integrè materiam complexus, & eruditè explicans) *praxis crimin. 3. p. quæst. 12. à numero 98. vsque ad numerum 137. inclusiuè.* 1

Proxenetas, † comites, seu participes criminis huius, repetundarum quoque teneri, probant textus *in l. In comites, 5. D. ad legem Iuliam repetund.* Quam breuibus his verbis Marcellus præstrinxit: *In comites quoque iudicum ex hac lege iudicium datur. & in leg. prima, paragrapho 1. in fine, D. ad legem Cornel. de falsis*, hisce: *Et qui Iudicem corruperit, corrumpendumve curauerit.* Sentitque ita *Glossa vnica in d. l. 5.* & cum eo Bartholus *ibi*, firmantque Angelus *in l. Si ab eo, in princip. D. de calumniator.* Neuizan. *in Sylua nuptial. lib. 5. rubric. Quomodo iudicandum, ampliat.* 8. Farinac. *quæst. 111. num. 139. & seq.* In quam venit etiam sententiam Quintilianus *Orator. instit. lib. 5. cap. 7.* dum ait: *In causis repetundarum, qui se reo numeraſſe pecunias iurant, litigatorum, non testium habendos loco.* 2

Eosque proxenetas, † comites, seu mediatores in obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam pretio vel muneris datione, vt principales ipsos dantes excommunicationem incurrere, colligitur ex textu *in Extrauag. prima inter communes, de sentent. excommunic.* in verbis illis: *Pro se, aut pro alio.* Dicuntque sic Martin. Nauar. *in constit. Gregorij* 3

Gregorij XIII. de datis & promissis pro gratia vel iustitia obtinenda, notab. 30. num. 20. vers. Tertio dico, & vers. Ex quo infertur, Virgin. Vocat. *in tract. de pactis, p. 1. num. 40. 41. & 79. & cap. 3. num. 94. in fine,* Farinac. *d. quæst. 111. num. 308.*

4 An, & quandoquè Iudicem corrupit, † corruptionisve particeps, conscius, aut proxeneta extitit, corruptionem reuelauit, pœnas euitet in tales sancitas? videndus textus in *auth. Nouo iure, in princip. C. de pœn. indic. qui male indic. & ibi* Glossa *verbo Meretur, & in l. 1. verbo Amittat, C. eodem tit.* Glossa *in l. 1. §. Sed & constitutio, verbo Litem perire, D. de calumniator.* Glossa final. *in fine, vers. Sed hoc in l. Qui explicandi, C. de accusationib.* Scribentes communiter *in d. auth. Nouo iure,* Butr. *in princip. vers. Oppono quod in delictis,* Bellapert. *etiam in princip. vers. Dicit Authentica ista,* Cynus *notab. 1.* Odofred. *in princip. & n. 1.* Bald. *in princip. & num. 1. in figur. casus, & num. 3. in prima oppos.* Paul. Castrens. *in l. 1. §. Ob rem, num. 6. D. de condict. ob turpem caus.* & innumeri propè alij, quos recenset Farinacius *d. quæst. 111. num. 191. & sequentibus vsque ad numerum* 197. Apud quos communis sententia est: *Reuelantem vitare pœnas, imo præmium reuelatione consequi.*

An verò liberetur reuelans si non probet? 5 † videndus etiam textus *in d. auth. Nouo iure, §. Sed si litigatur, C. de pœn. indic. qui male indic.* Cynus *notab. 4.* Bald. *in princip.* Grammatic. Amadæ. Bertazol. & alij à Farinacio laudati, materiam istam simul prosequente *dicto loco, num. 193. & seqq.*

6 De probatione corruptionis, † seu batatariæ, qualisquè desideretur, & sufficiat, actum agere foret disputationem instituere, cum plenissimè id effecerint (præter antiquiores) Bobadilla *in Politica lib. 5. cap. 1. num. 220. & seqq.* Mascard. *de probationib. concluf. 165. & 166.* Farinac. *repetita quæst. 111. à numero 261. vsque ad numerum* 279. Sitquè apud nos *lex 6. tit. 9. lib. 3. nouæ Regiæ collectionis* probationis formam præfiniens, sufficientemquè demonstrans.

INADVLABILEM.

RVBRICA X.

QVATENVS IVDEX FVgere, vitarequè Adulationem debeat, & in sui cognitionem laborare?

SVMMARIVM.

1 *Præmittuntur qui de Adulatione egerint, eiusquè recensserint damna.*
Actum de Republica, cum is qui illi præest, adulatoribus aures præbet. ibi.
Adulatio infatuat, & à propria cognitione auertit. ibid.
Cognitio propria quantum cuique, Iudicibusquè præmaximè necessaria. ibi, & numeris seqq.
Quæ tutissima via consequendi felicitatem? d. num. 1.

2 *Rector aduersus assentatorum ictus propriæ cognitionis clypeo se defendat; sibi plus quam aliis credat.*
Blanditiæ etiam cum reiiciuntur, placent. ibi.

3 *Falso laudatus obligatur ad non credendum id quod de se dicitur, cum scit esse falsum.*

4 *An, & qualiter peccet, qui falso panegyrico assentitur, & gaudet? remissiuè.*

5 *Quæ ad gloriam, & laudes, sine crimine plana & compendiosa via?*

6 *Adulantium, & eorum, qui gratiam, commodumve prætendunt, nullatenus expectandum iudicium est.*

7 *Quos debeat vitare Rector? Quibusquè obsequi?*
Iouis effigies apud Cretenses cum oculis, & sine auriculis pingebatur. Et cur? ibi.
Nulla Principibus pestis adulatoribus pernicioſior. ibid.

8 *Mendacibus laudatoribus non solum credere non debet Index; sed nec sibi ipsi ex integro; cum mens blanditur: quia sæpè sibi de se mens ipsa mentitur.*

9 *Quot pericula & damna adulatoribus imminent? Quibus modis adulatio contingat? Quodquè peccatum sit? remissiuè.*
Longe præstat veris offendere, quam placere adulando. Pro veritate pati, quam de adulatione gratulari. A sapiente corrigi, quam stultorum adulatione decipi. Tamquè triste iudicari debet laudari à turpibus, quam laudari ob turpia. ibid.

ANNOTATIO vnic.

Non hic te carmine longo
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

NOn vulgari materia vulgaribus quoque locis implenda pagina; non id nostrum patitur institutum. Egerunt quippe de ea P. Ribadeneyra *de Principe Christiano.* Mariana *de Rege & Regis institutione lib. 2. cap. 11.* Oroscius item *de Regis instit. lib. 2.* Matthæ. Timp. *in speculo Principum, signo 2.* Iacob. Simanc. *de Republica lib. 3. cap. 13. & 14.* Ioan. à Sancta Maria *in Politic. Christian. cap. 29. §. 4.* Marquez *de Gubern. Christ. lib. 2. cap. 31. §. 3.* & alij passim adulationis damna recensentes, quos perdiderit Principes, quæ Regna vastarit.

Id nunc (turbam fugientes) breuiter ostendemus: Actum de Republica esse, cum is qui illi præest (sui immemor, sibi incognitus) adulatoribus aures præbet: non aliter quam si à fatuo, insipientiquè gubernetur: Namque *Adulatio infatuat,* assertore Seneca *epist. 59.* Huic enim vicio subiecti, se prauos norunt, & probos ab assentatoribus nominari satis esse sibi, insipienter, stolidequè infatuati persuadent. Imò quisque horum (vt

Moralium

*Moralium lib.26.cap.19.*Gregorius plangit) *oblitus sui , in voces se spargit alienas , talemque se credit , qualem , forte audit , non qualem intus decernere deberet* , & naturæ obsequens , & Chilonis præcepto (quod illi Oraculorum societatem dedisse Plinius tradit *naturalis histor. libro 7.capite 37.* Cuius tamen , aut Apollinis Pythij , cui id alij tribuere,negat esse Ambrosius *Hexamer.lib. 6. capite 6.*sed Moysis esse ostendit , *in Deuteronomio* dicentis : *Attende tibi ô homo.* & Salomonis : *Nisi scias te formosa in mulieribus)* monituique Magni Basilij , efficaciter id persuadentis celebratissimo illo sermone: *Attende tibi* , & Zenonis Veronensis , altero eiusdem thesis. *Tutissima enim conuersandi ratio est , seipsum non ignorare* , vt Nyssenus inquit Homil. 2. in Cantica , consequendique fœlicitatem:Quam optanti Crœso,propria assequi cognitione,sic ab Oraculo responsum accepit:

Ipsum te noscens , ô fœlix Crœse , futurus.

Referente Xenophonte *de Pedia Cyri , lib. 7.* Quin supremam illam, & longe multo fœliciorem,de qua *in Meditationibus,seu lib.de Anima,cap.1.* dicit Bernardus:*Quanto in cognitione mei proficio ; tanto ad cognitionem Dei accedo.* Etenim (vt ipse ibi :) *Multi multa sciunt,& se ipsos nesciunt.* & de interiori domo cap.29. in principio : *Multa sunt scientiæ hominum , sed nulla melior est illa , qua cognoscit homo se ipsum.* Plenissime in id discurrit , comprobat , & exornat Marcus Antonius Muretus *Oratione 8.*& Matth. Tymp. *in speculo Princip.signo 33.*Cum Chilone supra:*disciplinam omnium pulcherrimam,& maximam,se ipsum nosse,*dixit Clemens Alexandrinus *Pedagog.lib.3.cap.1.*

Hanc tamen haud quisquam qui non agnouerit ante
Se met,& incertos animi placauerit æstus
Inueniet.

Vt & Claudianus *Panegyr. in 4. consulat. Honorij* agnoscit. *Etsi sapiens sis , deest tibi ad sapientiam , si tibi non fueris. Noueris licet omnia mysteria , noueris lata terræ , alta cœli , profunda maris : si te nescieris , eris similis ædificanti sene fundamento , ruinam , non structuram faciens. Quidquid instruxeris extra te , erit instar congesti pulueris ventis obnoxium. Non ergo sapiens , qui sibi non est. Sapiens sibi sapiens erit , & viuet de fonte putei sui primus ipse.*vt *de Consider.ad Eugenium libro 2. capite 3.* Bernardus inquit. Nosse enim te, consummata *iustitia est : & scire iustitiam,& virtutem tuam, radix est immortalitatis,*sapientiæ ipsius testimonio *cap. 15.v.6.*Quare *relinque cætera,& teipsum discute,per te curre,& in te consiste. A te incipiat cogitatio tua,& in te finiatur,nec frustra in alia distendaris te neglecto. Hæc porta,hæc scala,hic introitus,iste ascensus:hac intratur ad intima, hac leuatur ad summa. Vides quantum valeat homini plena cognitio sui. Ex hac siquidem proficit ad cognitionem omnium cælestium , terrestrium, & infernorum,*assertione Bernardi *de Interiori domo,cap.65.*

Gabr.de Velasc.

Contra,insipientiæ , & *pranitatis est causa , ignoratio sui* , vt Lactantius affirmat *ad finem proœm. Diuinar. instit.* Quam Adulatio follicitat. Omnibus ideo longè , Rectoribus longissime hoc fugiendum vitium , *cauendumque ne assentatoribus patefaciamus aures , nec adulari nos sinamus. In quo falli , facile est : tales enim nos esse putamus , vt iure laudemur.* velut Cicero inquit *libro 1. Officior. pagina mihi 33.* & *dicta epistola 59.* Seneca : *Cito nobis placemus , si inuenimus qui nos bonos viros dicat , agnoscimus : nec sumus modica laudationi contenti. Quidquid in nos Adulatio sine pudore congessit , tanquam debitum prendimus.Optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimur , cum sciamus illos sæpe mentiri. Adeoque indulgemus nobis , vt laudari velimus in id cui contraria cum maxima facimus. Mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit ; in rapinis liberalissimum ; in ebrietatibus , & libidinibus temperatissimum. Sequitur itaque vt ideo mutari nolimus,quia nos optimos esse credimus.Quem enim* (vt S. Bernardus arguit Sermone 42. super Cantica , columna tertia , ad principium) *pœniteat super bono quod putat ?* Quod & ipse *Homil. 4. in illud : Missus est Angelus Gabriel*, sic deplorat: *Si me , miserum hominionem , meis decepta simulationibus , ad aliquam vel mediocrem honorem promouerit Ecclesia (Deo nimirum hoc vel propter mea , vel propter subditorum peccata permittente) nonne statim oblitus qui fuerim , talem me puto , qualis ab hominibus (qui cor non vident) putatus sum ? Credo sane , conscientiam non attendo , & reputans non honorem virtutibus , sed virtutes honori ; eo sanctiorem , quo superiorem me existimo.*

Quid stultius *quam qui oblitus sui , in voces se spargit alienas , talemque se credit , qualem se foris audit, non qualem intus decernere debuit ?* vt & iam supra ex D. Gregorio retulimus, & *Cura Pastoralis parte 2. capite 6.* repetit idem. *Quid absurdius quam nescire qui sis , & affectare quod non sis ? vt lib. de fide resurrectionis , ad principium , sanctus exprobrat Ambrosius. Quæ hæc tanta est lenitas animi , quæ tanta vanitas, vt relicta propria conscientia , alienam opinionem sequi , & quidem fictam , atque simulatam ? Rapi vento falsæ laudationis, gaudere ad circumuentionem suam , & illusionem pro beneficio accipere ?* vt D. Hieronymus *epistolar.lib.2.epist. 20. ad Celantiam.* Quid dementius quam se quærere extra se ? Quod & Persius reprehendit *Satyra 1.* 1

Nec te quæsieris extra

Sic & suas erat Cato *lib.1.apud Erasmum:*

Cum te quis laudat,iudex tuus esse memento,
Plus aliis de te quam tibi credere noli.

Sed *discerne te tuo iudicio , non alieno. Nemo magis scire potest qui sis,sicut tu,qui conscius es tibi.Quid enim prodest dum malus es, si bonus prædiceris ?* vt Bernardus quoque *de interiori domo cap.43.*

Credens ergo tibi,†*Si te lacerauerint peccatores,ne acquiescas eis,noli credere omni spiritui.* 2

Sunt tibi multi necessarij, vnus autem sit tibi consiliarius de mille. Tolle occasiones, respue blandimenta, adulationibus clande aures, te interroga de te, quia tu melius nosti quam alius. Attende cor tuum, discute intentionem, consule veritatem; tua tibi conscientia respondeat. Fidem Bernardo adhibe, hæc sæpè dicenti *epist. 1. ad Robertum nepotem suum.* In te inimicissimos adulatores reputa. *Quia tales ideo adulantur, vt decipiant, & oculum tollant rationis*, vt firmat Incognitus *sup. Psalm. 92. v. 1592. Quoniam ecce inimici tui Domine &c.* Ex Ecclesiastico cap. 21. *In labiis suis adulatur inimicus: & quasi adiuuans, suffodit plantas tuas.* Etenim *abscondunt odium labia mendacia. Prouerbior. 10. v. 18.* &

Astutam tacito seruant sub pectore vulpem.

Tantoque maiores hostes credendi sunt; quanto magis laudibus adulantur, vt Gregorius inquit *epistolar. libro quarto, epistola 38.* Proinde.

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

Et in hoc maxime cautos nos expedit esse, *quia naturali ducimur malo: adulatoribus nostris libenter fauemus; ad laudem suam intrinsecus anima latatur.* Experimur natura: aduertit Hieronymus *epistolar. libro secundo, epistola 17. ad Eustochium.* Cui, *de ieiunio & tentationib. col. 7. ante medium*, conuenit Cyprianus, dum ait: *Cognatum propinquum esse virtutibus malum, Adulationem: nec facile quemquam posse euadere, quin libenter assentatorum canticis porrigat aures, & laudatorum adulationibus delectetur. Et sicut rarus est, aut nullus, qui de se male dici aquanimiter ferat: ita rarus est, qui non bene de se velit sentiri.* Imò *habent hoc naturale blanditiæ* etiam cum reiiciuntur, placent, testimonio Senecæ *in principio libri quarti naturalium quæstionum.* Cornelij Taciti, *Histor. lib. 1. cap. 5.* propinant venenum, probos etiam corrumpens affectus. *Adulatio* (inquit) *blandicia pessimum veri affectus venenum.* Non absimiliter, eodem potius nomine, & similitudine, Cyprianus ad Donatum: *Malorum blandicatium virus occultum est, & arridentis nequitia facies quidem lata; sed calamitatis obstrusa illecebrosa fallacia, instar quodam veneni, vbi in latales succos dulcedine aspersa, caliditate fallendi sapore medicato, poculum videtur esse quod sumitur: vbi epotaueris; pernicies hausta grassatur.* Quasi namque sub quadam specie dulcedinis infunditur virus pestiferæ persuasionis: *Sæpè enim infirma mens cum de bonis actibus aura humani fauoris excipitur, ad gaudia exteriora deriuatur, vt postponat quod intus appetit, & in hoc libenter resoluta iaceat, quod foris audit: itaut beatum non tam fieri, quam dici se gaudeat*, vt Gregorius perpendit *Moralium lib. 10. cap. 15.*

Existimationi ideo suæ suoquè decori, & Reipublicæ saluti intentus, qui illius gubernacula tenet, aduersus assentatores, impostores, & sycophantas, eorumquè penè ineuitabiles ictus tutissimo propriæ cognitionis clypeo se defendat, intus seipsum considerans, non qualis sit aliis credens, à Seneca etiam admonitus *epist. 77.* & à Magno Alexandro, qui adulatores (Deum, Iouisquè filium illum conclamantes, vulnerum dolorem, & hominem se esse sentiens) publicauit fallaces. *Idem nos faciamus* (eiusdem Senecæ hortatu dicta epistola 59.) *cum pro sua quemquè portione adulatio infatuat; dicamus: Vos quidem me dicitis prudentem esse: ego autem video quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem.* Vtque apud Virgilium *Eclog. 9.*

Me quoque dicunt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.

Præueniat periculum cautio. *Superba enim mens etiam cum de se falsa bona dicuntur*, exultat, assertore Gregorio *Moral. libro 22. cap. 4. col. 4. postmedium.* Inter laudantium, seu adulantium ineptas voces recurramus ad mentem, dolentes de falsis, ipsius Gregorij monitu *epistolar. lib. 8. epist. 45.* translati ad *caput Inter verba, 55. in ord. 11. quæst. 3.* In cuius expositione † Martinus Nauarrus *conclus. 3* *1. num. 23. corol. 18.* inquit: *Quod huiusmodi falsò laudatus obligatur ad non credendum id quod de se dicitur, cum sciat esse falsum* (Quæ de re, eruditissime, vt assolet, P. Thom. Sanchez *in præcept. decalog. lib. 1. cap. 3. per totum.*) Rationes designat Nauarrus: Tum propter mala, quæ inde nascuntur. Quæ *libro primo Officior. pagin. mihi 33.* innumerabilia esse verbis hisce Cicero dicit: *Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis versantur erroribus. Grande reuera periculum* (vt epistol. 78. ad Ogerium, col. 4. circa finem Bernardus expendit) *audire quemquam de se supra quam sentit in se.* Inde enim *fit, vt incessanter crescat culpa fauoribus nutrita. Curari vulnus negligitur, quod dignum præmio laudis videtur*, vt subtiliter Gregorius *Moral. lib. 4. cap. 25. longè ante finem.* Grande malum. *Hæc est enim magna ira Dei*, vt desit correctio peccati, & adsit adulatio, vt, ex Magistro, refert Incognitus *Psalm. 9. v. 114. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ.*

Tum (prosequitur Nauarrus) quia contrarium facere, species stultitiæ est, maiorem adhibere fidem de se aliis quam sibi ipsi, & suæ conscientiæ. Vbi pariter docet † an & 4 qualiter peccet, qui falsò panegyrico assentitur & gaudet. Dixeratquè *eadem ipsa conclusione, vers. Peccat autem Princeps*, & Sanchez *vbi supra.*

Glotiæ appetens es? *Sapiens non gloriosus, sed clari nominis, fruetur què laude non adulterata per blandicias; sed stabilita per virtutem*, vt inclytè Philo *super verbis: Euigilauit Noe.* Equidem *Gloriosum virtus facit*, testante Ambrosio *Psalm. 118. Octonar. 10. super illud: Manus tuæ fecerunt me &c. columna secunda, post medium. Nam* (vt Tertullianus de cultu fœminarum, capite tertio,) *& si gloriandum est in spiritu bono, non in carnis placere velle debemus, quia spiritualium sectatores sumus.* Quare *Opus suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum Gloriam habebit, & non*

in

in altero, Pauli doctrina *ad Galat. capite 6. v. 4.* Sapientis item *Prouerbior. 21. v. 21.* dicentis: *Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & Gloriam.*

Laudis amore tumes?

Veluti *epistolar. lib. 1. epist. 1. ad Macenatem* Horatius rogat: *Bonum fac, & habebis Laudem*, eiusdem Pauli *ad Roman. 13. v. 3.* documento. *Bonum est, non laudari, & esse Laudabilem*, Senecæ de Moribus. *Satis prolixa laudatio est, quæ non quæritur, sed tenetur*, Diui Ambrosij *de Virginib. ad Marcellam sororem, post principium.* Non tam ex gratia, quam ex iustitia venit istæc. *Quia merentem laudare, iustitia est*, sententia Senecæ epistola 102. *Tu ergo si verè laudabilis esse cupis, Laudem hominum ne requiras: illiquè prepara conscientiam tuam, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc Laus tibi erit à Deo*, cum Paulo *1. Corint. 4.* expromissore Hieronymo *epistolar. lib. 2. epist. 20. ad Celantiam.*

Gratiam aucuparis? Plana, & compendiaria ad eam patet via. Quam *Prouerbior. cap. 3. v. 3.* tibi Sapiens monstrat: *Misericordia & Veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: & inuenies Gratiam, & disciplinam bonam coram Deo & hominibus.* Ex Gentilitio quoque Socrates, qui (vt Cicero *lib. 2. de Offic.* & Valer. Maximus *lib. 7. cap. 2.* relatores sunt) *expedita & compendiaria via eos ad Gloriam pernenire dicebat, qui id agerent, vt quales videri vellent, tales etiam essent.* Conueniunt textus *in c. Si cupis esse quod diceris, 5. 16. q. 1.*

Si famam seruare cupis dum viuis honestam;
Fac fugias, aio, qua sunt mala gaudia vitæ.

Ex Catone *lib. 1.* apud Erasmum. *Et quod esse debes esse studeas.* consultore quoque Augustino *in Manuali cap. 26.* Aliter

Quod non es, ne videare cave.

Etiam Ouidij cautione *Tristium lib. 5. Eleg. 13.* Bene audire apud homines optas? Audi & Horatium *epistolar. lib. 2. epist. 16. ad Quintium*:

Tu rectè vivis, si cupis esse quod audis.
Iactamus iam pridè omnis te Roma beatum:
Sed vereor ne cuide te plus quam tibi credas.
Nevè putes alium sapiente, bonoquè beatum,
Neu si te populus sanum, rectequè valentem
Dicitet; occultam febrem post tempus edendi
Dissimules donec manibus tremor incidat vnctis.
Stultorũ incurata pudor malus vlcera celat.
Si quis bella tibi terra pugnata marique
Dicat, & his verbis vacuas permulceat aures:

Strenuum te ducem credes, qui nec prælia nosti? Alienove præconio vera indigebunt facinora: Facta tua te modulante buccinabunt, & linguato silentio prodent. *Nam vera bona ex se ipsis naturaliter vocem mittunt etiamsi sileant. Nec Sol nec Luna opus habent interprete, qui nos doceat, ab altero, interdiu ab altera, nocte mundum vniuersum illustrari: sed ipsi suo splendore fidem vel absque teste faciunt oculis*, aptissima Philonis com. Gabr. de Velasc. probatione, *de Sacrificio Abel.* Quam & *ibidem de Sacrificio Abel & Cain, lib. 1. cap. 6.* resumpsit, bellissimequè sic protraxit Ambrosius: *Neque enim Sol & Luna interprete indigent: habent Fulgorem interpretem sui luminis, quo totus repletus orbis est. Illis illuminatio est fides sine indice, quædam, vt ita dicam, intestata testis, qua alieno non indiget testimonio, vt subito se vniuersorum oculis effundat. Non ergo nunciantur opera nostra: sed clamant, & se ipsa nunciant.*

Tua te bona cognita produnt.

Vt etiam Ouidius *Tristium lib. 4. Eleg. 4.* vtque Horatius *Caminum lib. 3.*

Est fideli tuta silentio
Merces.

Quid falsis laudatoribus eges? Quid dicendum, quid audiendum ab eo speras, quem conditionis tuæ agnitio† ad laudes etiam immeritas, ad blandicias prouocat, commodi hortatur spes, gratiæ confidentia allicit? Cum *laudetur peccator in desideriis animæ suæ, & Potentibus omnes adulentur*, vt *Sermone 4. de Ascensione Domini* Bernadus inquit, *Dum omnes subditi si qua bene gesta sunt, laudibus efferunt: male gestis autem nulla auctoritate contradicunt*, vt D. Gregor *Moral. lib. 26. cap. 19.* Cum & *semper augeat assentatio id quod is cuius ad voluntatem dicitur, vult esse Magnum*, vt Cicero *de Amicitia.* Cogita quod *qui te Beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant* assertore Isaia c. 3. v. 12. *Nec animus illis attendendus, qui frustra inflant: qui enim laudant, flagellant*, D. Ignatio Martyre *epistola 5. ad Trallianos.* Proinde 6

Tu seu donaris, seu quid donare voles cui,
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ. Clamabit enim: Pulchre, Bene, Recte,
Pallescet super his: etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem: saliet, tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Crede Horatio *de Arte Poetica*, Iuuenalique *Satyra 3.* experta narrantibus. Is namque,

Rides? maiores cachinno
Concutitur: flet, si lacrymas conspexit amici
Nec dolet. Igniculũ brumæ si tempore poscas,
Accipit endromidẽ: Si dixeris: Æstuo, sudat.

Nec non Terentio, à Cicerone etiam *de Amicitia* memorato, in Gnatonis persona dicenti:

Negat quisquis: Nego: Ait? Aio. Postremo imperani
Egomet mihi
Omnia assentari.

Similia adducit, prosequiturquè eleganter D. Petrus Damianus, cuius *supra Rubrica 1. Annotatione 3. numero 13.* verba retulimus.

Concilient ergo Rectori † Merita laudem, non Adulatio fingat. *Neque adulantem se, neque adulandum cuiquam exhibeat. Alterum enim calliditatis est; vanitatis alterum.* vt *lib. 1. de Officiis c. 47.* D. Ambr. docet. *Assentatio, vitiorum adiutrix, procul amoueatur.* vt Cicero *in Lælio* suadet. *Omnes illos euitet Iudex, qui quæcunque fecerit, aut dixerit, laudant: illis autem aus cultet, atque obtemperet, qui eum monere audent, & errata placidè, ac sine contumelia castigare. Hi enim amici sunt,* 7

illi autem assentatores, atque adulatores, qui mendacij pramium expectant, vt Franciscus Patricius *de Regno lib. 4. tit. 2.* Memor *quoniam omnes in correptione sumus*, teste Ecclesiastico *capite 8. v. 7.* Quòd *nemo est, qui ita vivat, vt aliquatenus non delinquat*, vt ad correptionis amplexum Prælatos Diuus Gregorius hortans inquit *Cura Pastoral. parte 2. capite 8.* Supra quoque diximus *Rubrica 1. Annot. 1. numero 9. & Rubric. 7. Annot. 3. numero 13.* Illiusquè Prouerbior *1. v. 15. Auris qua audit increpationem vitæ, in medio sapientum commorabitur: qui verò abiicit disciplinam, despicit animam suam.* cap. 10. v. 17. *Qui increpationes relinquit, errat.* Cap. 15. v. 10. *Qui increpationes odit, morietur.* Ecclesiastici capite 7. v. 6. *Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi.* Ciceronis *in Lælio*, ex Catone asserentis: *Melius de quibusdam acerbos inimicos, qui dulces videntur. Illos verum sæpè dicere; hos nunquam.* Verissimæquè illius Isocratis sententiæ: *Nullam Principibus pestem adulatores perniciosorum esse*, in libello de Regno ad Nicoclem vbi supra memoratæ. Quam per eadem fere verba, & Ciceto *de Amicitia* protulit: *Nullam pestem esse maiorem quam adulationem, blanditiam, assentationem.*

Corripientem itaque ama, vt habearis sapiens, vt stultitiam vites. Cum Sapiens idem *Prouerbior. 9. v. 8.* dicat: *Argue sapientem, & diliget te.* Vt specimen boni teneas; pessimi vites. Quia *admoneri bonus gaudet: pessimus quisque correctionem asperrime patitur*, vt *de Ira, libro tertio, capite 37.* assertor est Seneca. Secundum quem etiam *de benefic. libro quinto, cap. fin.* ad finem: *Admoneri velle, ac posse, secunda virtus est. Non ergo* (vt deducit Bernardus Sermone 57. super Cantica, col. 3. post principium) *contemnenda increpatio iusti, quæ ruina peccati, cordis sanitas est, nec non & Dei via ad animam. Hinc etenim* (vt Curæ Pastoralis 2. p. cap. 8. Gregorius expendit) *Petrus increpationem Pauli libenter accepit. Hinc Dauid increpationem subditi libenter audivit. Quia Rectores boni dum privato diligere amore se nesciunt, libera veritatis verbum à subditis obsequium humilitatis credunt.* Sic & Nazianzenus *Carmine Iambico vigesimoprimo, aduersus iram*, Petrum quoque extollit.

Petrum ipse miris laudibus sane effero,
Qui mente placida, pectore & magno admodum,
Fortiquè Pauli liberam vocem tulit.
(Atque hoc in vrbe Maxima, & laudantium,
Fidei Magisterquè is erat magno in grege)
Quod vesceretur improbè cum Gentibus,
Fidei quod istud crederet fore commodum.
Nam quod monebat, solum erat motus Dei,
Verbique Sacri fulgor ex præconio.

Hinc, & meritò, Imperatorem Theodosium nostrum Ambrosius, *in eius obitu*, laudat: *qui magis arguentem, quàm adulantem probavit.* Quorum exemplo, qui ad Perfectionem tendit Iudex nequaquam meritam aspernetur, sed placido accipiat animo, expetat imò increpationem: falsis laudibus, blandiciis, fallaciisque obturet aures. Sine quibus (vt id ipsum quod suademus, Cretenses denotarent) Iouem (summum quem fingebant Rectorem) pingebant, veluti Celius Rodiginius prodit *lib. 6. lection. antiquar.*

Nec mendacibus solum laudatoribus non credat; † sed nec sibi metipsi ex integro, 8
cum mens blanditur, adhibeat fidem. Quia *non bene creditur carni*, vt *in exposit. Psalmi 38. v. 1. Dixi: custodiam vias meas &c. in principio* Ambrosius inquit. *Nam sæpè sibi de se mens ipsa mentitur, & fingit se de bono opere amare quod non amat: de mundi autem gloria non amare quod amat*, vt Diuus Gregorius notanter aduertit 1. *parte Curæ Pastoralis capite 9.* Sui quisque pessimus seductor. *Quandoquidem nihil facilius est quàm vt seipsum quis fallat, ac se aliquid esse putet, cum nihil sit, inani videlicet opinione inflatus*, vt cautè *Oratione 27. in principio* introprospicit Nazianzenus, *non est enim quod magis nos aliena iudicis adulatione perire, quam nostra*, ex Seneca *de tranquillit. animi, cap. 1.*

Tibimet igitur prudenter infidus, dequè hominum laudibus prouide suspicioſus, qui ad Perfectionem tendis: *Iustitiam pro sola aterna retributione distribue. Qui enim præsentia dona affectat, futuram gloriam non quærit, vel sperat*, doctrina, pharmacoque Ambrosij *epistolar. lib. 4. epist. 29. Floriano.* Neque enim humana vanitas inter patua dona laudes imputat.

Pauca hæc prælibasse, eisque Rectores admonuisse sufficiat, vt ab hac dulcis saporis, sed venenata esca abstineant, sibi & Reipublicæ consulentes.

Sibi quoque adulatores consulant, & prouideant, † quibus tot pericula & damna 9
imminent, quæ monstrant Summistæ *verbo Adulatio*, D. Thom. 2. 2. *quæst. 115. art. 1. & 2.* Glossa *in cap. Vnum orarium, 3. §. Quæ autem sint minuta, 25. dist. verb. Adulari*, Nauar. *in d. cap. Inter verba, 11. quæst. 3. conclus. 1. per tot.* Petr. à Ledesm. 2. *parte summ. tract. 19. capite 2.* Leonard. Lessius *de iustit. & iure, lib. 2. cap. 4. dub. 7. numero 52.* Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. d. lib. 1. cap. 3.* Ioan. Sanchez *in select. practic. disput. 5. num. 11. & seqq.* Per quos videre licet quibus modis adulatio contingat; quod peccatum sit, cæteraquè huc spectantia. Præter quos multa inadulationis detestationem apud Incognitum *Psalmo 9. v. 114. Psal. 34. v. 806. Psalm. 61. v. 931. Psalm. 87. v. 1491. Psalm. 91. v. 1594.* & aliis sæpè Nobis non omittēda grauissima Gregorij sententia *Moral. lib. 4. c. 25. ad finem*, in adulatoremquè cēsura. *De quo bene dicitur* (ait) *Sine mortuos sepelire mortuos. Mortui enim mortuos sepeliunt, cum*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cum peccatores peccatorem fauoribus premunt. Nam *qui peccantem laudibus prosequuntur, extinctum sub verborum suorum aggere abscondunt.* In quos maledictio irruet. *Prouerbior.* 24. *v.* 24. à Sapiente proposita: *Qui dicunt impio: Iustus es: maledicent ei populi, & detestabuntur eos Tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio.*

Ego quidem (si me mea mens non fallit) *maluerim veris offendere, quam placere adulando*, cum Seneca *de clement. lib.* 2. *cap.* 2. Maluerim pro veritate pati, quam de adulatione gratulari. *Melius enim est, pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione recipere beneficium*, vt textus inquit *in cap. Nemo*, 81. *in ord.* 11. *quæst.* 3. ex D. Ambrosio *in exposit. Psalmi* 118. *Octonar.* 12. *in illud: Nisi quia lex tua meditatio mea est, ad finem.* Maluerim item *à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi*, iuxta Ecclesiasticum *dicto cap.* 7. *v.* 6. Posseque dicere verè: *Mihi durum est bonum quod non habeo, de me æstimari. Tametsi quidem haberem, expediret forsitan ignorare*, cum Bernardo *de charitate, cap.* 1. Vellemque mihi tam triste esse laudari à turpibus, quam si laudaret ob turpia.

Bono probari malo, quam multis malis.

cum Pittaco *apud Erasmum.*

CONTRAQVE IMprobos, nocentesque immisericordem.

RVBRICA XI.

AN, ET QVATENVS IVdex Misericors esse debeat, aut possit, & legum seueritatem lenire?

SVMMARIVM.

1 *Nihil magis Principem quam Misericordia decet.*
Misericordia prima dos est à Principum; Regnum confirmat, Thronum exaltat; superiorem tenet: ei catera virtutes honorabiliter cedere non recusant. ibi. *Multa præterea alia de virtutis huius excellentia.*

2 *Iudices* Principes *appellantur in iure. Dei Ministri sunt, ad eiusque similitudinem exercere iudicium debent, qui non vult mortem peccatoris.*

3 *Misericordia vti, quatenus Iudicibus iura permittant, seu iubeant?* & num. seqq. num. 21. & seqq.

5 *Quod inter supremum Principem & Iudicem, quoad hoc, discrimen sit?* & numer. seqq. & 10.
Iustitia quasi anima Principis est. ibi.

6 *Princeps, siue legislator an præcisè teneatur pœnam imponere lege præfinitam, vel possit remittere, & arbitrari?* & num. seq.

8 *Princeps absque legitima causa pœnam, legem violando, remittens, an, & qualiter peccet? Et ad remissionem legitimæ sint in Principe causæ?* & num. seqq.

11 *Misericors Iudex esse debet, cum per leges licet: contra legem iniustæ Misericordia est.*

12 *Non se debet clementiorem lege ostendere Iudex, nec de legibus iudicare, sed secundum eas, legalis seueritatis executor, fidelis Dei Minister, vindex in iram ei qui male agit; stateram in manu habens; ad dexteram vel sinistram non declinans: nihil ex arbitrio suo faciens, neque propriæ indulgens voluntati.* & numer. seqq. & 36.

14 *Iuramenti religione ad id arctantur Iudices.*

15 *Inscij iurisque ignari Iudices pleraque ad æquitatem referunt. Quam debeant seruare?* & numer. seqq.

16 *Qualiter iura puniunt Iudices, qui vel pœnas legibus designatas remittunt; vel leniores imponunt?* & numer. seqq.

20 *Facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare: nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare: maiorique etiam quam committens facinus pœna dignus.*

22 *Inordinata pietas meretur iram Dei: nutrit impietatem; ad insolentiam effrænat, est confusio plebis. Nimia Iustitia nutrit peccatum: temperata facit perfectos. Summum ius, summa iniquitas.*

23 *Delictum eiusque pœna ex quibus causis minui, temperarique possit?*

24 *Iudex curare debet vt minus quantum fieri potest de lege pereat: etsi in aliquam partem inclinandum est; in benigniorem inclinatio fiat. Quia iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam: & melius est, propter Misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem,* & numer. 33. & 39.

25 *Ita cum Misericordia Iustitia temperanda est, vt nunquam à Misericordia Iustitia absit: à Iustitia Misericordia nunquam. Æquitas sine bonitate sæuitia est; Iustitia sine pietate, Crudelitas. Qualiterque Rector ad punitionem habeat deuenire? Iudicium diligat, & Misericordiam.* & num. 37.

26 *In dubiis benigniora proferenda sunt: debetque promptior esse Iudex ad absoluendum, quam ad condemnandum.*

27 *Cum pœna ex legis præfinitione imponenda est dolenter eam Iudex imponat, qua parte potest misericordiam exercens,*

exosa habens maleficia, non hominem: non tam pœna, quam emendationis cupidus, paternam ostendens pietatem.

Titi Vespasiani clementis Principis, in pœnarum inflictione pientissima consuetudo:

Domitiani, atrox & fraudulenta. ibi.

28 *Qui iustè secundum leges iudicat & punit; gaudet tamen ex odio, culpa non vacat. Quamque contrahat?* & numer. 30.

An vindicta animo licitè pœnas à delinquentibus sumat? ibi, & numero 31.

29 *An possit odisse malefactorem, pœnam solum volendo?*

30 *Qua ad iustum rectumque iudicium desiderentur? Quemque ad iustitiam debeat affectum habere Iudex?*

32 *Maleficia secundum leges, iustitiaque affectu Iudex vindicans, Clementiam & Misericordiam exercet; eo potiorem in paucorum coercitione; quo in plures, & bonos existeret nocius remissio.* & tribus numeris seqq.

34 *Tormenta paucorum sunt omnium exemplum. Non quia peccatum est (quia delictum commissum, infectum esse non potest) sed ne peccetur, iura puniunt.*

36 *Omnes qui leges violant, correctione digni; sed Magistratus maximè.*

39 *Crudelitas est inclinatio animi ad asperiora.*

ANNOTATIO I.

1 MISERICORDES Iudices esse debere,† legumque seueritatem lenire, prope innumera comptobant testimonia & auctoritates ad Misericordiam eos, Principes & superiores hortantes, hancque, præ cæteris, in eis maximè collaudantes virtutem: quæ veluti *prima dos est Imperatorum ac Principum*, vt Vopiscus *in Aureliano* inquit. *Principatus enim proprium est, Misereri*, vt Chrysostomus *Homil. 4. in epist. ad Philippens.* ideo Reges oleo (quod Misericordiæ symbolum est) vngi solitos, aduertens. Qua sine virtute (Leo Papa *in sermone de Apparit.* affirmat) *cætera etsi sint; prodesse non possunt.* Eique (secundum Cassiodorū *in epist.*) *omnes virtutes honorabiliter cedere non recusant.* Secundumque Chrysostomum super Matthæum: *Hæc est salutis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. Hæc est, quæ iustos probat, sanctos roborat, Dei cultores ostentat.* Hæc Regnum confirmat, Thronum exaltat. Quia *Misericordia & Veritas custodiunt Regem: & roboratur Clementia Thronus eius. Prouerbior. cap.* 20. v. 28. Imperium tenet, vt fatentur Imperatores Gratianus, Valent. & Theodosius *in l. 1. C. de summa Trinit. & fide catholic.* Qua propter *in explic. Psalmi 37. vers. 1. Domine ne in ira tua arguas me, ad finem*, sic Principes hortatur Ambrosius: *Imitamini ergo Imperatores exemplum Diuinum, vt sitis in statuendis legibus, seueriores: in exigendis suppliciis, misericordes. Seueritas legum insolentem restringat audaciam: Misericordia Principum reos subtrahat pœna.* Iratum Præsidem, *Oratione decima septima*, D. Gregorius Nazianzenus: *Dei Humanitatem & Misericordiam amulare. Nihil tam Diuinum homo habet quam Benignitatem, & Beneficientiam. Licet tibi, nullo labore, Deum fieri: noli Diuinitatis consequendæ occasionem abiicere.* Simili ratione etiam Claudianus Honorium, *Panegyri in eius quarto Consulatu:*

Sis pius in primis: nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat Clementia nobis.

Super omniaque, Misericordiam in Principe excellere; & illud *Psalmi 144. v. 9.* ostendit: *Miserationes eius super omnia opera eius.* Etenim *Omnipotens Deus etsi æquitate iustus est; abundantior tamen creditur Miseratione Pius.* vt D. Gregorius inquit 1. *Regum lib. 2. cap. 3.* in illud: *Et ille respondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat ad finem.* Vnde *cum ad Misericordiam, promptior quam ad seueritatem sit Spiritus Dei* (vt Ambrosius docet *lib. 1. de pœnitentia, cap. 2. longe ante medium, & Oratione* 32. Nazianzenus dicens: *Maior est mensura Benignitatis, quam mensura correptionis!*) sic Principum, eius in terris vices gerentium, esse debet. De quo merito Cæsarem laudauit Ouidius *Tristium lib. 5. Eleg. 2.*

Sed tua peccato leuior ira meo est.

Misericordes ergo omnino adstringuntur 2
Iudices esse, & seueritatem legum temperare. Principibus enim dicta, † Iudicibus dicta iudicanda sunt, cum & leges eos Principes appellent, *l. Sciant Principes, 3. C. de offic. diuersor. iudic. l. Spadonem, 15. §. si ciuitatis, D. de excusationib. tutor. l. Scire oportet, 21. §. Si Præfectorum, D. de tutor. & curator. datis ab his*, vt iam *de priuileg. pauper. p. 1. quæst. 6. num. 19.* notauimus. *Princeps enim est qui regit*, vt affirmat Ambrosius *de Iacob & vita beata, lib. 2. cap. 3. post medium.* Duces, & Imperatores Iudicij nominet Baldus *in Rubric. C. si à non compet. indic.* ex eoque Vantius *de nullitatib. sententiar. tit. de nullit. ex defect. iurisdiction. num. 2.* Deique Ministri sint, ad cuius debent similitudinem iudicare, iuxta latè supra deducta *Rubrica 7. Annot. 1. & 2.* Deus autem pœnitentibus pœnam relaxat, nec vult mortem impij, *sed vt conuertatur à via sua, & viuat*, Ezechielis 18. *v.* 32. & *cap.* 33. *v.* 11. vt & D. Thom. pro hac sententia arguit 2. 2. *quæst. 67. art. 4.* Quod & arguendi genus (Cæsaris clementiam exorans) sumpsit Ouidius *Tristium libr. 2. Eleg. 1.*

Tu quoque cum patriæ Rector dicare, Paterque 3
Vtere more Dei, nomen habentis idem.

Denique Misericordes Iudices, † legalis seueritatis moderatores, & lenitatis amantes humana iura desiderant, Sancti Patres requirunt, Sacra eloquia confirmant. Prodeat in primis

primis è Gentilitio Marcelli Conſulti placitum *in l. Reſpiciendum*, 11. §. 1. *D. de pœnis*, Iudices ita adſtruentis: *Planè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem Iudices eſſe debent: in grauioribus pœnis, ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* A Pontificio culmine, Leonis Papæ teſtimonium *epiſtola* 82. *ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, cap.* 1. relatum *in cap. Licet nonnunquam*, 6. *diſt.* 45. Sic errata corrigendi modum Superioribus præfinientis: *Plus erga corrigendos agat Beneuolentia, quam ſeueritas.* Diui Gregorij *Moralium lib.* 27. *cap.* 6. tranſlatum ad *caput. Diſciplina*, 9. *eadem* 45. *diſt.* ſic: *Circa ſubditos ſuos ineſſe Rectoribus debet & inſtè conſolans Miſericordia; & piè ſaniens Diſciplina. Hinc eſt quod ſeminui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulo ductus eſt, & vinum adhibetur, & oleum: vt per vinum mordeantur vulnera: per oleum, foueantur: quatenus vnuſquiſque qui ſanandis vulneribus præeſt, in vino morſum diſtrictionis adhibeat; in oleo, molliciem Pietatis: per vinum, mundentur putrida: per oleum, ſananda foueantur. Miſcenda eſt ergo lenitas cum ſeueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi: neque nimia benignitate ſoluantur.* Aliis deinde pulcherrimis Sacræ Scripturæ locis id probantis, cuius iam *Rubrica* 8. *Annot. vnic. num.* 3. mentionem fecinus. Repetit ſententiam eandem, etſi non verbis iiſdem, Gregorius idem *lib.* 19. *Moralium, cap.* 23. relatus *in cap. Sunt namque*, 14. *ipſa* 45. *diſt. & in cap. ſequenti*, vbi *Vera Iuſtitia* (inquit) *compaſſionem habet.* Ambroſius *in lib. de Paradiſo, c.* 4. tractus ad *caput Serpens*, 47. *de pœnit. diſt.* 1. poſt verba illa Salamonis relata: *Noli eſſe nimis iuſtus*: ſubdit: *Debet enim Iuſtitiam temperare Moderatio.*

4 In contrarium nihilominus † ſe veritas habet, firma, receptiſſimaque à Theologis & Iuriſtis concluſio: *Non poſſe Iudicem à legis determinatione, ſeueraque illiuſque diſciplina diſcedere, aut eius rigorem pro arbitrio temperare.* Sic, ex Theologis, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 4. ibidem Arag. Salon, & Summiſtæ, Sotus *de iuſtit. & iure, lib.* 5. *quæſt.* 4. *art.* 4. Clauis Regia *lib.* 12. *cap.* 12. *num.* 2. pleniſſimè Caſtro *de poteſtat. legis pœnal. lib.* 2. *cap.* 12. Martin. Bonacin. *in octau. Decalog. præcept. diſput.* 10. *quæſt.* 2. *puncto* 9. *num.* 1. Tolet. *in ſumm. lib.* 5. *cap.* 56. *num.* 11. Molin. *de iuſtit. & iure, lib.* 5. *tract.* 3. *diſput.* 48. Sanchez *conſilior. moral. lib.* 6. *cap.* 1. Salas *de legib. queſt.* 96. *tract.* 14. *diſput.* 15. *ſect.* 8. *num.* 106. Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 2. Dominic. Bañez 2. 2. *queſt.* 60. *art.* 5. in ſuprâmis etiam Senatoribus idem dicens. In quod videnda alia ſubiicienda inferius *Rubrica* 14. *Annot.* 3. *num.* 3. *cum quatuor ſeqq.* Caſtro Palao *in opere morali, d. tract.* 3. *de lege pœnali & irritante, diſput.* 2. *puncto* 5. *num.* 2. Villalob. *in ſumm.* 2. *p. tract.* 14. *difficult.* 17. *per tot.* Petr. à Ledeſm. *in ſumm.* 2. *p. tract.* 8. *cap.* 22. *col.* 7. *verſ. quinta concluſion. pag.* 459. Valer. Reginald. 2. *p. praxis fori pœnitential. lib.* 25. *cap.* 54. *ſect.* 4. *num.* 654. nouiſſimè Thomæ del Bene *de Parlamentis, dubit.* 4. *ſect.* 5. *per tot.* Et Cardin. Lugo *de iuſtit. & iure* 2. *p. diſput.* 37. *ſect.* 8. *num.* 89. Ex Iuriſtis (poſt antiquiores, quos, ſuo more, plenè congeſſit) Titaquellus *de pœnis temperand. in præfation. num.* 1. *cum ſeqq. & de nobilit. cap.* 10. *num.* 10. *cum ſeqq.* Albert. de Gandin. *in tract. de maleſic. rubric. Virum pœna poſſit augeri? pagin. mihi* 243. Franciſc. Viui. *commun. opinion. lib.* 1. *verbo Index vbicunque &c. num.* 1. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 96. *num.* 10. *& ſeqq.* Farinac. *praxis crimin. quæſt.* 17. *num.* 6. Sarmient. *ſelectiar. interpet. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. Paul. Fuſc. *in ſingular. ib. ſuis, lib.* 1. *num.* 62. Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 55. *& ſeqq.* Ludouic. Peguer. *deciſ.* 7. *num.* 14. Anguia. *de legib. lib.* 2. *controuerſ.* 10. *per tot. & lib.* 4. *controuerſ.* 5. *num.* 3. *&* 4. Sigiſmund. Scacc. *de re indic. gloſſa* 14. *quæſt.* 8. *num.* 21. Peregrin. *de iure fiſci, lib.* 4. *cap.* 8. *numer.* 22. *&* 23. Ioan. Hieronym. Epiſcop. Campanil. *in Diuerſor. iuris Canonic. rubric.* 3. *à numero* 8. *cum ſeqq.* Simanc. *de Republic. lib.* 9. *capit.* 7. *&* 8. Philoſophorum quoque dictis, exempliſque confirmans.

Alia enim cauſa eſt Supremi Principis † 5
(in quo relatæ auctoritates numero primo loquuntur) inferioris Iudicis alia. Namque *eſt quod Principes deceat; aliis non conceſſeris*, vt quintilianus diſcriminat *orator. inſtit. lib.* 12. *cap.* 1. Legum enim famulus executorque inferior Iudex exiſtit, cui *non licet in plurimis à gladio temperare, quia legibus ſernit*, vt Ambroſius inquit *in expoſit. Pſalmi* 37. *verſ. quoniam in te Domine ſperaui &c. col.* 2. *circa princip.* Princeps ſupremus, c. 6 ditor, ſancitor, & Diſpenſator, *l. fin. C. de legib.* Legibus quidem Princeps viuit (*cap. inſtitum eſt* 2. *in ord. diſt.* 9. eiuſque tanquam anima Iuſtitia eſt: *Caſi como iaze el alma en el corazon del ome, e por ella viue el cuerpo, e ſe mantiene: aſi en el Rey iaze la Iuſticia*, Sapientiſſimi Alphonſi diſcurſu *in l.* 5. *tit.* 1. *part.* 2.) legibus tamen ſolutus eſt, *l. Princeps legibus*, 30. *D. de legib.* cum adductis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. P. num.* 153. iuxta modum ſaltem ſuperius præfinitum *Rubric.* 1. *Annot.* 5. §. 3. *num.* 5. *& ſeqq.*

Vnde ſupremum Principem, † ſeu Le- 6
giſlatorem non præcisè teneri pœnam imponere à lege præfinitam, ſed quandoque poſſe remittere, & arbitrati, cenſet D. Thom. *d. quæſt.* 67. *art.* 4. præfato in id diſcrimine inter ſupremum Principem, cui plenaria publica poteſtas commiſſa eſt, & inferiorem Iudicem legum miniſtrum & executorem, conſtituto. Quod communiter receptum dicit Caſtro Palao *in opere morali, tract.* 3. *de lege pœnali & irritante, diſput.* 2. *puncto* 5. *num.* 1. & conſentire Iuriſtas *in l. Nulla iuris ratio, D. de legib.* Plurimos huius ſententiæ referens, abſolutum teſtatur Marcus Antonius Peregrinus *de iure fiſci lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 15.
Dum tamen † aut pars, aut Reſpublica 7
non lædatur, vt temperant D. Thom. *ſupra*, Stephan. Fagundez *in octano Decalogi præcepto, lib.* 8. *cap.* 25. *num.* 3. *verſ. Dixi*, Ni cauſa remiſſionem

remissionem suadeat: absque nec Principi quidem tunc licere, dicunt Sylvester, *verbo Iudex, num.* 16. Emman. Sa *eodem verbo num.* 8. Peregrin. *vbi proximè num.* 16. *& seqq.* Sarmient. *selectar. interpret. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. *vers. quoniam Princeps*, Ludouic. Rodolphin. *de suprema, seu absoluta Principis potestate, cap.* 4. *num.* 6. Valer. Reginald. 2 *p. summ. lib.* 25. *cap.* 54. *sect.* 4. *num.* 655. Fagundez, *supra, num.* 11. Nec in præiudicium alicuius alterius fauore, legem tollere, vel iuris dispositionem mutare, nisi existat causa. Quamuis enim *lex ciuilis per aliam legem generalem tolli, & mutari possit Principis voluntate, vel in fauorem alicuius sine præiudicio alterius, vt l.* 1. *D. de constit. Princip. & §. sed quod Principi placuit, instit. de iure natur. gent. & ciuili: sed specialiter in præiudicium alicuius, sine causa id Princeps facere non potest*, vt formaliter scribit Sarmiento *d. num.* 15. *in principio.* Et absque legitima causa † legem violando peccare, dicunt Abbas *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 17. *vers. Circa tertium, de constitutionib.* Angel. de Mattheac. *de legat. & fideicommiss. num.* 12. *& 23. lib.* 3. Rodolphin. *supra.* Et sic rigorem legis temperando, ad minus venialiter peccare, inquit Castro Palao *dicto proximè loco.* Legitimas in Principe causas ad remissionem † seu temperamentum, has designat: Benignitatis, & liberalitatis ostensio: Intercessio alicuius Magnatis: Gratificatio & remuneratio obsequiorum delinquentis, vel eius progenitorum, & similes. Iisdem gressibus Fagundez *dicto lib.* 8. *cap.* 25. *num.* 12. Easdem, aliasque remissionis enumerat causas elegans quidem *lex prima, sit.* 31. *part.* 7. cuius nullam hac de re Doctores agentes huc vsque adducti mentionem faciunt. *Aliqua enim ex his causis interueniente, cedit remissio in commune bonum, ac proinde licita est*, ait Palao, sicque dicentes adducit Salas *de legib. quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 8. *num.* 109. & Suarez *eodem tract. lib.* 5. *c.* 12. *num.* 9. quod nominatim dicta lex partitæ declarat.

Hæc autem in inferiore Iudice † locum non habent, vt Palao, cæterique relati prænotant. *Alia est enim* (vt diximus) *conditio Magistratuum, quorum corruptæ videntur esse sententiæ, si sint legibus mitiores: alia Dominorum Principum potestas*, vt ait Simacus (iuris ipse consultus, & Iudex, *lib.* 10. *epist.* 63. Vt *de Clementia* Seneca *lib.* 1. *cap.* 7. Princeps *liberum arbitrium habet; non sub formula, sed ex æquo & bono iudicat. Et absoluere licet, & quanti vult æstimare licet.* Hancque æquitatis interpretationem sibi soli Imperator reseruat *in l.* 1. *C. de legibus*, inquiens: *Inter æquitatem, inrisque interpositam interpretationem, Nobis solis & oportet, & licet inspicere.* Inferioris autem Iudicis *officium est, vt reos puniat, & ex eorum manibus eripiat innocentes; vt vigorem rectitudinis & iustitiæ teneat, & zelo sanctionum legalium non repescat; vt ab æquitatis linea non declinet; vt legitimi vigoris genium non eneruet*, veluti D. Petrus Damianus inquit *epistolar. lib.* 7. *epist.* 11. Iudex enim (qui *non fert iudicij sententiam quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate* vt D. Thom. ait 2. 2. *d. quæst.* 67. *art.* 4.) sibi concessam, legum sanctioni, seueritatique inhærentem atque alligatam seruare omnino debet, nec transgredi valet.

Esse sed iniustum fateor quodcunque negatur
Iustitiæ

cum Claudiano *Panegyri in Manlij Theodosij consulatu.*

Misericors quidem Iudex esse debet: sed Iustitia † seueritatemque legum salua. *Ille quippe benignè agit quæ pia sunt, qui scit prius seruare quæ iusta: vt collatus in proximis rius Misericordia, de Iustitia fonte ducatur*, vt perbellè *Moralium lib.* 19. *cap.* 14. Gregorius ducit. *Lege ergo miseretur, qui cum Iustitia, sapientiaque miseretur, vt ea dimittat, quæ scit iure posse dimitti: ne cum alterius miseretur: se ipsum legi faciat obnoxium*, vt Ambrosius ait *in exposit. Psalm.* 118. *Octonar.* 4. *in illud: Viam iniquitatis amoue à me, & lege tua miserere mei.* Sic *qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur; sed nunquam plusquam deceat ignoscens, ab arce Rectitudinis inclinatur*, Diui Gregorij *Pastor. p.* 1. *c.* 10. sententia. *Deus enim salua veritate miseretur: qui sic dat peccatis veniam, vt Iustitiam in ipsa Miseratione, rationeque custodiat*, vt D. Petrus Chrysolog. inquit *sermone* 7. *in fine super Psalm.* 99. Pietatem exerceat Iudex; sed cum per leges licet. Tunc enim *Misericordia ipsa Iustitia est*, vt D. Ambrosius *Concione in obitu Theodosij Imperatoris, col.* 5. *ante medium.* Contra legem autem, iniustam Misericordiam profitetur Ambrosius idem *sermone* 8. *in Psalm.* 118. *v.* 2. reductus ad *Canonem est iniusta Misericordia*, 33. *in ord.* 23. *quæst.* 4. Ex eo id confirmans: quòd *in lege scriptum est de quòdam*: Non miserebere illius. *Et in libris Regnorum legis, quia Saul postea* (vel vt alij legunt) *propterea contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium Regi, quem probiberat sententia Diuina seruari.* Vindictam ideò secundùm legem sine misericordia à malefactoribus sumere, scriptamque pœnam, miseratione procul imponere, sæpè Iudices Sacris in litteris iubentur, *Deuteronom.* 13. *v.* 8. *in eos, qui Diis alienis alios seruire suadent: Non acquiescas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus vt misereatis, & occultes eum, sed statim interficies.* In homicidam, cap. 19. *v.* 18. *Morietur, non miserebitur eius.*

De ciuili quoque iure intempestiuam Misericordiam, & dolo proximam, sic elegans textus *in l. Si hominem*, 7. *D. depositi*, dixit: *Si hominem apud se depositum vt quæstio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansionem extensum sequester soluerit, Misericordia ductus: dolo proximum esse quod factum est, arbitror: quia cum sciret cui rei pararetur intempestiuam Misericordiam exercuit.* Similiter textus *in l. Et eleganter*, 7. §. *Idem Labeo, D. de dolo malo, & in §. fin. instit. de lege Aquil.* Excellens Misericordiæ virtus; *virtus verò indiscreta pro vitio habetur*, Dini Ambrosij

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ambrosij testimonio *epistolar. lib. 4. epistola 29. Eloriano.* Grauiterque ineptam sic contra leges Misericordiam ostentantes, & remissiores pœnas quam à legibus designatæ sunt, imponentes puniunt ipsæ Iudices, vt *inferius à numero 16.* prosequemur.

Non enim aut superioris legem inferior
11 tollere † (vt alibi iam diximus) potest: aut lege benigniorem, clementioremve se præbere, aut effingere Iudex debet, vt prudenter Imperator Iustinianus *in auth. de Iudicib. §. oportet autem, col. 6.* Quod summopere exaltat, verbumque mirabile dicit Accursius *ibi, verbo Neque videri. Nam semper lex* (inquit) *mitior est quam Iudex possit esse.* textum pariter in id allegans *legem Celsus, 28. D. de recept. arbitr.* vbi pœnam compromissi non euanescere, licet post diem designatum, quod in termino præstandum erat, offeratur, nec eam remittere Iudicem posse; sic Vlpianus (ex sententia Celsi, quem probat) constituit: *Si arbiter intra Kalendas Septembris dare iusserit, nec datum erit; licet postea offeratur: attamen semel commissam pœnam compromissi non euanescere: quoniam semper verum est, intra Kalendas datum non esse.* Ad cuius pœnæ remissionem, iure tertio quæsito, nulla contra legem est Iudicis facultas. Nam *facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est: pœna verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur,* vt Papiniatus, relatus à Marcello, inquit *in l. 1. §. sed non vtique, in fine, D. ad S. C. Turpil.* & repetit Paulus *in l. ordine, 15. D. ad municip. & de incol.* Etenim (vt *de vera Religione cap. 13.* Augustinus docet) *non licebit Iudici de legibus iudicare: sed secundum ipsas.* translatus ad *cap. In istis, 4. dist. princip. institut. de offic. iudic.* Velut qui *seruus herilis imperij, non censor est, sed Minister,* vt est apud Marcum Senecam *controuersiar. lib. 3. controuers. fin. in fine.* Exornat Paul. Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. 1. p. quæst. 1. num. 37. & seqq.* Alter (vt bene, *lib. 4. de legibus,* Plato:) *Paratum exitium illi ciuitati video, in qua non lex Magistratibus; sed legibus Magistratus præsunt.* Illustrat (cum Borello, de Magistratibus *lib. 3. cap. 4. num. 2.* Petro Gregorio, & aliis) Martius Giurba *consil. 1. num. 23.* Conscientia namque legis conscientiam hominis vincit, vt cum multis, multaque adducens, notat Osuvaldus Helliger. *in Donel. ennel. lib. 16. cap. 2. lit. D.* Quod & districtè *in d. auth. de Iudicib. §. omnis autem, col. 6.* sic præcipit Iustinianus: *omnis autem Iudex (sine cingulum habens, sive aliter iudicans) custodiat leges, & secundum eas proferat sententiam. Sæpe enim* (quod meritò Diuus Gregorius increpat Homil. 26. in Euangel. ante medium) *in soluendis, ac ligandis subditis constitutus, sua voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur.* Rei-
13 publicæ euersor, Iustitiæ destructor. † *Bonus enim Iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domestica proposito voluntatis; sed iuxta leges & iura pronunciat: statutis iuris obtemperat: non indulget propria voluntati: nihil paratum & meditatum domo defert: sed sicut audit, ita iudicat, & sicut habet natura negotij decernit: obsequitur legibus, non aduertatur.* Diui Ambrosij sententia *Psalm. 118. Beati immaculati, super vers. 156. Miserationes tuæ multæ,* tractus ad *caput Iudices, 4. in ord. 3. quæst. 7.*

Quem obsequendi, fortius exacti præstitique iuramenti † obligatio adstringit. *Cui* 14
enim non est cognitum, antiquos Iudices non aliter iudicij lem calculum accipere; nisi prius sacramentum præstitissent, omnimodo se cum veritate, & legum obseruatione iudicium esse disposituros? Iustinianus profert *in l. Rem non nouam, 12. in princip. C. de iudic. & in auth. iusiurand. quod præstatur ab iis qui administr. accip. col. 1.* inter alia, in officij susceptione ita Iudici iurare præcipiens: *Noxiis autem imponam supplicium secundum legem & omnem iustitiam.* Similiter *in d. authent. de Iudicib. §. omnis autem, col. 6.* Prouisumque *in l. 6. tit. 4 part. 6. in l. 4. tit. 15. lib. 2. ordinam. & in l. 6. tit. 5 lib. 2. nouæ Regiæ collection.*

Nemo igitur) vt Diui Gregorij Nazianzeni oratione vigesima sexta verba vsurpem) *sapientior sit quam conueniat; nec lege exactior; nec luce splendidior; nec Norma rectior; nec præcepto Diuino sublimior.* Ergo *Iudices, qui ex lege iurati iudicatis, legibus obtemperare debetis. Obtemperare autem legibus non potestis, nisi quod scriptum est in lege sequamini. Quod enim certius legis scriptor testimonium voluntatis suæ relinquere potuit, quam quod ipse, magna cum cura atque diligentia, scripsit?* vt & Ciceronis verbis vtar, *lib. 1. de inuentione pag. mihi 170.* Minutij Felicis: *Libram teneat æquissimi Iudicis, nec in alteram partem propensus incumbat.* Diui Petri Damiani epistolar. lib. 7. epist. 12. *Tene staterам æqui libraminis, examen in trutinam cohibe, pariles legalium sanctionum lances præ oculis semper appende,* liberandum absoluens; damnandum condemnans: Misericordia, vbi facultas est, vtens; seueritate, vbi lex præcipit. *Ne dum culpas incautè remittimus, non iam per charitatem compati; sed per negligentiam concidisse videamur,* iuxta Diui Gregorij cautelam *Homil. 32. in euangelia, col. 3. ad medium,* textumque *in cap. omnis, 10. dist. 45. & in cap. Si quem pœnituerit, 8. in ord. 2. quæst. 3.* Iudex enim *Dei Minister est, vindex in ira ei, qui malum agit,* vt Paulus inquit *ad Roman. 13. v. 4.* Et ita violat leges absoluendo reos; sicut condemnando innocentes, vt (ex Diuo Hieronymo *in epistola Pauli ad Philippenses*) tradit Farinacius *quæst. 17. num. 3.* vbi & Diuum Gregorium *in exposit. Psalmi 57. in illud: Lætabitur iustus cum viderit vindictam,* adducit dicentem: *Iudicem esse pestem Reipublicæ, qui reos cum rigore non corripit.* Quia *acerbitas plerunque vlciscendi maleficij, plene & caute viuendi disciplina est,* Aulo Gellio teste, *noct. Attic. lib. 20. cap. 1. ad finem.* & Cicerone epistola ad Brutum: *salutaris seueritas vincit inanem speciem clementiæ.* Quare

Nec fas est sontem absolnere, ne dum
Criminis exortem dedere supplicio.

Salutatem itaque seueritatem legibus præscriptam, vtilemque rigorem à iure præfinitum, & à pientissimis quoque tantopere commendatum, nullatenus remittere valet Iudex, qui, legum fidelis minister, eis tenetur adhærere, & obsequi, non de illis (vt diximus) iudicare. Vtque *de Republica lib. 4. cap. 18. num. 389.* Simancas: *Iudices leges custodire debent tanquam pupillam oculi sui: ab eis se auelli non patiantur, tametsi cœlum ruat.*

15 Cœcutiunt, errantque in luce, † qui aduersus necessariam istam legum seueritatem, vtilemque rigorem, iusta pariter misericordia à Legislatore conditum, iuramentumque de legibus & omni iustitia seruanda præstitum, inanis compassionis, aut iniustæ miserationis prætextu (quo inscientiam sæpe suam regi putant, & detegunt) pleraque ad Æquitatem referunt. *Conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*, iuxta Paulum *ad Timot. 1. v. 6.* Quamuis enim æquitatem attendere Iudices debeant, etiamque tigori præferre (ex *l. fin. D. de offic. Præsid. l. quod si Ephesi, 5. §. fin. D. de eo quod certo loco*, & aliis de quibus *in Axiomatib. nostris lit. A. num. 181.*) debet tamen esse scripta: quæ Iustitia tunc exacta Æquitas est, *& Iustitia* nomine continetur, vt *infra Rubrica 14. Annotatione 1.* prosequemur. *Scimus autem quia bona est Lex, si quis ea legitime vtatur*, iuxta eundem Apostolum *supra proxime v. 8.* Frustra verò aliter scriptæ forent leges, si ab illis suo cuique arbitrio recedere, & pro voluntate Æquitatem proponere (ne dicam effingere) liceret, vt (contra cerebrinam Æquitatem inuehentes) annotant Panormitanus *in cap. Ex parte, 13. de offic. & potest. iudic. deleg. num. 3. Illa enim* (inquiens) *non potest dici Æquitas, sed Iniquitas.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 35. glos. 1. num. 31.* Anton. Monach. *decis. Bononien. 19. 65. & 66. & Florent. 70. num. 33.* Azeued. *consil. 30. num. 8.* Osuvald. *in Donel. Enu. lib. 18. cap. 2. lit. F.* Acerrime, sed iure optimo, Ioan. Garzia, *de expensis & meliorationib. cap. 18. num. 12.* & alij congesti à Nobis *d. lit. A. num. 182.* Vtque *in epistola Sabaudiæ Duci dicata lib. error. pragmatic.* Antonius Faber: *Quid ad inducendos errores accommodatius quam si in reddendo iure propriam cuique animi sententiam pro ratione sequi; & nescio quo Æquitatis commentitiæ obtentu legibus illudere passim concedatur? Mos enim solennis ille est istiusmodi hominum, vt, sine delirent, sine recta sentiant,) quod nonnunquam, sed casu euenire necesse est) omnia referunt ad Æquitatem; quam pro arbitrio sibi fingunt, vt magni, non iuris tantum; sed (quod etiam in iure præcipuum est) Æquitatis arbiteri existimentur.* Longius horum, qui ponunt scandalum in æquitate sua (iuxta Ecclesiasticum *cap. 7. v. 6.* inscitiam, & errorem damnans. Quem † (siue nequitiam, seu inscitiam appelles, clementiores benigniores que se legibus ostendere volentium, vel remittentium pœnas, vel mitiores quam per leges statutæ sunt imponentium; paria enim hæc in proposito esse, probant textus *in l. fin. in fine, C. ne sacrum baptism. iteretur, in l. Seruos, 8. in fine, C. de vi public.* & notat Farinacius *d. quæst. 17. num. 6.*) multiplici iuta castigant, dedecore damnant. 16

Graui infamiæ nota † sic iudicantem, legalemque pœnam remittentem, seu temperantem, Valentiniani & Theodosij (clementissimorum quoque Principum) *in d. l. Seruos 8.* per hæc verba sanctio afficit: *Iudicem verò nosse oportet, quod graui infamia sit notandus, si violentia crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunitate donauerit, aut molliorem quam præstitimus, pœnam protulerit.* 17

Graui huic infamiæ notæ † patrimonij pariter damnum accedit, Iustiniani Imperatoris constitutione *in l. 1. in fine, C. de desertorib. & occultator. eor.* dicentis: *Sin autem Rector prouincia propositam seueritatem vel gratia, vel dissimulatione distulerit: patrimonij, atque existimationis damno subiiciatur.* 18

Eisdem prætetea pœnis, quibus punitetur delinquens † Iudicem dissimulantem, vel aliquatenus designatam pœnam remittentem subiicit *lex tertia C. ne sanctum baptism. iteretur.* Vbi sic Religiosissimus Imperator Theodosius: *quæ omnia ita custodire decernimus, vt nulli Iudicum liceat delatum ad se crimen minori, aut nulli coërtioni mandare: nisi ipse id pati velit, quod aliis dissimulando concessit.* Constantinus *in l. 1. C. de paganis*, in sacrificantes idolis statuens: *Quod si aliqui forte huiusmodi perpetrauerint; gladio vltore sternantur: facultates etiam peremptis Fisco decernimus vindicari.* In Iudices hæc non exequentes, continuò: *Et similiter puniri Rectores prouinciarum, si facinora vindicare neglexerint.* Honorius & Theodosius idem *in l. Christianis, 6. C. eodem tit.* pariliter: *Rectores etiam prominciarum & officia, & Principales recognoscant, se (si non ipsi talia vindicent, sed fieri hæc à popularibus permiserint) vt eos qui fecerint, puniendos.* Innocentius III. Pontifex Maximus *in cap. vt clericorum, 13. de vita & honest. clericor.* (postquam incontinentiæ vitium iuxta canonicas sanctiones in clericis puniendum decreuit; ad Prælatos deueniens) sancit: *Prælatos verò qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis; pari subiiciantur vltioni.* 19

Per quæ, & similia iura assertionem hanc sustinent Hippolyt. Riminald. *consil. 145. num. 22. & 23. lib. 3.* Tiraquel. *de pen. temperand. in præfation. num. 9. & seq.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 96. num. 11.* Farinac. *d. quæst. decimoseptimo, numer. 6.* vbi Regem Carolum Primum quendam Iudicem suspendi fecisse refert, quod mortis reum

ad

ad manus tantum amputationem condemnasset. Cuius etiam facti meminit Peregrinus *de iure fisci lib. 4. tit. 8. num. 23.* Sanctum quoque Regem Ludouicum quibusdam pro reo intercessoribus asserentibus: *Clementiam rigori præferendam*, Franciscus Belfores *lib. 4. Annal. Franc. cap. 16.* & Anton. Dauroult. *in Catechism. historial. cap. 7. tit. 39. §. 3.* respondisse tradunt: *Reum plectere, & merita pœna afficere, rigorem non esse iustitiæ; sed verè beneficium Clementiæ: atque adeo, vt cui licet criminum auctores castigare, nec castigat perinde esse, ac si reum se ac auctorem ac scelerum protectorem & patronum constituat.*

20 Conclusionis istius ratio, † sancitæque à prædictis iuribus pœnæ, & ex superioribus deducitur, & ex textu apparet *in cap. 3. dist. 86.* Quòd *facientis culpam, proculdubio, habet, qui quod potest corrigere, negligis emendare. Scriptum quippe est: Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus participes iudicantur. Et negligere, cum possis deturbare pernersos; nihil aliud est quam facere, Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & probat odisse se vitia, qui condemnat errantes.* Tandem concludente: *Nil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato.* Nam *qui obtemperat in malo similis est ei, qui facit malum.* Ideo *facientem & consentientem par pœna constringit*, vt Ambrosius inquit *epistolar. lib. 4. epist. 29. Floriano.* vtque *epistol. lib. 7. epist. 119 Siagrio Episcopo Augustodunensi*, Gregor. *consentire videtur erranti, qui corrigenda vt resarciri debeant, non corrigit. Ea enim concedere* (veluti Cyprianus epist. 11. ad Martyres) *quæ in perniciem vertant, decipere est: nec erigitur sic lapsus; sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinam.* Quæ sæpe aliis in locis, & Canonibus verba, rationesque referuntur, *in cap. Error, 3. dist. 83. in cap. Sicut, 46. & in cap. Negligere, 55. 2. quæst. 7. in cap. 1. de offic. & potest. iudic. deleg. in l. 2. C. de commerc. & mercator. in fine.* Vbi Gratianus Imperator: *Etsi id Iudex repertum non vindicat; tegere, vt conscius, criminosa festinat.* Propterea *in eum proculdubio, tota subditorum culpa redundat, qui eos ne præcipitanter excederent, sub disciplina loco cohibere debuerat.* vt D. Petrus Damian. *opusc. 57. de Principis officio in coercitione impiorum, cap. 1. & epistolar. lib. 1. epist. 6.* ad Nicolaum Secundum Romanum Pontificem: *Sicut benedictione digni sunt, qui culpas corrigunt: ita nihilominus benedictioni obnoxij sunt, qui peccantibus blandiuntur: sicut per Prophetam dicitur:* Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. *A sanguine quippe gladium suum prohibet* (explicans subdit) *qui se ab inferenda reprobis dignæ sententiæ animaduersione coercet. Facti siquidem culpam habet, qui quod potest, negligit emendare.* Similiter D. Antoninus 2. *p. summ. tit. 9. cap. 5. §. 3. col. 4. vers. Tertio debet*, hunc eundem Ieremiæ locum *cap. 48.* expendit. Diuus item Ambrosius *in sermonibus de sanctis per annum, Sermone in festo Sanctæ Luciæ* Virginis & Martyris: *Quisquis fratrem non corrigit peccantem, quodammodo hortatur vt peccet.* Quod & Seneca agnouit *Troas actu 2.*

Qui non vetat peccare cum possit, iubet.

Grauius imo delinquere impunitum dimittentem facinus, cui emendandi ius, & necessitas est, quam illud committentem, grauiorique dignum pœna: sic Apuleius *de Philosophia* ostendit & probat: *Cum nocere alteri malorum omnium maximum sit: multo grauius est, si qui nocet, abeat impunè, grauiusque & acerbius est omni supplicio, si noxio impunitas deferatur, nec hominum interim animaduersione plectatur. Siquidem grauius est acerbissimorum morborum cauere medicina, medentes fallere, nec uri, aut secari eas partes, quarum doloro incolumitati residuarum partium consulatur.*

Generaliter, an, & quando obuiare delicto quis teneatur? tradunt Abbas, Felinus, & cæteri communiter Scribentes *in d. cap. 1. de offic. & potest. iudic. delegat.* & longam instituit, prosequiturque disputationem Farinacius *quæst. 51. per totam.* In Iudicibus, & Prælatis, *à numero 47.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 625. num. 12. & seq.* & multi penès ipsos.

Num quòd supetiora ad seueram legum obseruantiam prouocent, ad exactam districtamque Iustitiæ disciplinam incitent; Misericordiam relegant? † Clementiam 21
abigunt? Ira ne *Immisericordem* proposita Iustitiæ effigies Iudicem desiderat, vt trucem velit? ferocem conquirat? Miserationem aborrentem probet? Absit. Esset enim Iustitiæ officia depellere: quæ sunt *Humanitas, Æquitas, Misericordia, vt Diuinar. institutionum. lib. 1. cap. 6.* Lactantius docet. Impietatem Iustitiæ velamine introduceret. Namque *Impia iustitia est, humanæ fragilitati non parcere*, vt (ad Misericordiam Rectores excitans *epistolar. lib. 4. epist. 29. Floriano*) testatur Ambrosius. *Decet* ergo *Iudices Clementiæ esse cultores, detestatores sæuitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad Misericordiam festinos*, vt Augustinus *Sermone 35. fol. 452. tom. 10.* Iniustam solum (vt diximus) & contra legum sancita, propria efficta voluntate, muliebri & inepta compassione formatam misericordiam excludit; Iuri conformem expetit; certis in casibus non tantum permittit, sed optat. In leuioribus nempe; in extraordinariis criminibus, quæ præfinitam pœnam non habent, quorumque vindicta & castigatio ex circunstantiis, iudicantium arbitrio, moderamini adhærente committitur. Namque *hodiè licet, ei qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel leuiorem: ita tamen vt in vtraque moderationem non excludat.* veluti Vlpianus inquit *in l. Hodie, decimaseptima, D. de pœnis.* Non enim profusa, † indiscreta, seu 22
fatua esse remissib debet aut miseratio, sed pro cuiusque operibus, Ecclesiastici

UAB Biblioteca de Ciències Socials

regula mensurata *cap.16.v.15.*dicentis : *Omnis Misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum.*Non ad eam per amplam voluntatis viam, sed Sapientiæ gradiendum, deueniendum ad illam per semitas Æquitatis.Per quas *Prouerbior. c. 4.v. 11.*Sapiens ducit : *Viam sapientiæ monstrabo tibi : ducam te per semitas Æquitatis.* Quæ ponderans verba Diuus Antoninus 4. *p. summ.tit.5.cap. 19.§.1.*ait: *Per semitas dicit, quæ sunt via strictæ:quia non ad beneplacitum, sed ex necessitate, vel manifesta ratione debet recedi à verbis legis.* Quibus etiam verbis *in cap.quærenti,26.de offic.& potest.iudic. deleg.*vsus est Innocentius Tertius, inquiens: *Nos tamen per Æquitatis semitas incedentes &c. Semitas enim angustior solet esse quam via,*vt etiam dictum,& illud Iobi cap.13.v. 27.*Posuisti in nervo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas*, premens Gregorius *Moralium lib.11.cap. 25.*notat.Aliter *incomposita Pietas proculdubio meretur iram Dei, dum non promulgat in reos sub districti iurit æquitate censuram,* Diuo Petro Damiano assertore *epistolar.lib.1.d.epist. 6. ad Nicolaum Secundum.*Ex ea prouenientia mala *epistolar. lib.7 epistola 11.* sic belle depingit, & efficacitee probat : *Inordinata sane Pietas nutrit impietatem ; & timida manus medici vulnus auget ægroti.Facit enim exuberare putredinem, dum non secando, sed palpando, quoties superducit vulnusculo cicatricem.Farmacopola, qui mollibus vnguentis non permisceat acredinem, tumoribus exsiccandis nullam potest adhibere virtutem.* Post similia alia, illud Pauli *ad Romanos 13.v. 4. Dei enim minister est tibi in bonum:Si autem malum feceris, time : non enim sine causa gladium portat.*explicans ait : *Non ad hoc (præcingeris gladio, vt violentorum mala debeas palpare, vel vngere, sed vt ea studeas vibrati mucronis ictibus obtruncare. Hinc est quod sequitur:*Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui male agit.*Si ergo Dei minister est, qui male facientes in iram vindicat:diaboli, proculdubio, minister est, qui criminosos ac reprobos suauitate palpat. Et sicut Deo præbet obsequium, qui peruersos vlciscitur:sic minister est aduersarij, qui perpetrantibus iniqua blanditur.* Et paulo inferius: *Multi falsa Pietatis errore decepti vnde se Deo placere insipienter autumant,inde aduersus eum crudeliter pugnant ; & ex eo merentur iram, vnde se adepturos opinati sunt gratiam : & dum aliis veniam falsæ Pietatis impertiunt : ipsi motum Diuinæ indignationis incurrunt.* Quod deinceps Sactæ Paginæ auctoritatibus & exemplis confirmat, subiungens : *Inordinata Pietas Principis quid aliud est quam confusio plebis ?* Etenim *Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas, & peierantes viuere non sinere*, vt, ex Cypriano, textus inquit *in capit. Rex, 40. 23. quæstion.5.*

Quare summopere attendendum ne furua, profusa, aut indiscreta Pietas seu Miseratio sit. *Respiciendumque est Iudicanti ne quid aut durius, aut remissius constituat quam causa deposcit. Nec enim aut Seueritatis, aut Clementiæ gloriæ affectanda est ; sed perpenso iudicio, provt quæque res exposcat statuendum. Plane in leuioribus causis promiores ad lenitatem Iudices esse debent : in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi,* Marcelli admonitione *in l. Respiciendum, 11. D. de pœnis legis 15.tit. 2.part. 1.*dicentis : *E agrauamiento fazen otrosi quando son fuertes ecrueles ; omny flacos endar Iuyzios. Mas para fazerlo como deben, deben tomar entre estas cosas vna manera de templamiento, an si que en fazer Iusticia no sean muy fuertes ; nin la dejen otrosi de fazer del todo.*

Propterea *Esto circa delinquentes quadam libraminis arte discreta, vt neque ad vindictam precipitanter inferueat;nec ad parcendum sis omnino remissa : quatenus nec ad vlciscendum immoderatius zelus accendat : nec nimia Pietas ab exercendo te disciplinæ vigore cohibeat.* vt Ducissæ & Marchionissæ Alpium comitiarum scribens *epistolar. lib. 7. epist. 16.* Diuus Petrus Damianus consulit. vtque *epistolar.lib.4. epist. 55.*Ioanni Episcopo Corinthotum Diuus Gregorius Magnus. *Exibeatur cum Mansuetudine disciplina : sit cum discretione correptio. Iram Benignitas mitiget : Benignitatem zelus exacuat : & ita alterum condiatur ex altero, vt nec immoderata Vltio plusquam opoteat affligat : nec iterum frangat rectitudinem disciplinæ Remissio.* Etenim *nimia Iustitia incurrit peccatum ; temperata Iustitia facit Perfectos*, vt Augustinus *de vera Religione* inquit. Summumque ius, summa iniquitas, iuxta illud Ecclesiastes cap.7. v. 16. & 17. *Iustus perit in iustitia sua. Noli esse Iustus multum.* Meminit pariter & consuluit textus *in capit. Plerunque, 27.§.Noli esse nimis iustus, 2. quæst. 7. in cap. Non potest, 32. §. Sicut enim, 23. quæst. 4.* cum adductis per Nos *in Axiomatib. iuris, lit. I. numer. 181.* Vt namque *lib. 4. Ethicor. pag.mihi 103.* affirmat Aristoteles : *Omne nimium graue, & odiosum est,* vt *oratoriar. instit. lib. 8. cap. 3.* Quintilianus:*Vitium est vbique quod Nimium est.* Similiter Glossa *in auth. de immens. donationib. col. 7. in princip. verbo Placet nobis,* per textum ibi, multaque alia iura, quæ recensens dixit : *Omne quod est Nimium vertitur in vitium.*vtque *Annalium lib. 15. pag.mihi 453.* Cornelius Tacitus:*quadam virtutes odio sunt: Seueritas obstinata, inuitus aduersus gratiam animus.*Aristoteles (vt Tusculanar. quæstionum lib. 5. Cicero prodit) *ob eam causam expulsus est patria, quod prater modum iustus esset.* Quia *prope est vt iniquè puniat ; qui Nimis*, Seneca Iudice, *de Clementia lib. 1. capit. 14.* Enimverò

Omne quod est Nimium, contra cadit: vnum operantur
Et calor & frigus, sic hoc, sic illud adurit.

Sic

Sic tenebræ visum, sic sol contrarius aufert:
Et pariter lædunt gelidum feruensque lauacrum.
Esca alitur corpus; corpus corrumpitur esca:
Vimque suam minuit, si quid protenditur vltra.
Denique si sedeas, requies est magna laboris.
Si multum sedeas, labor est. Maro namque Poeta
Pro pœna posuit: Sedet, æternumque sedebit
Infœlix Theseus. Semper nocet vtile longum.
Prandia longa nocent; ieiunia longa fatigant.
Sic nimium sapere, stultum facit improba secta.

Vt modulatus est Tertullianus *in Carmine ad Senatorem ex Christiana Religione ad idolorum seruitutem conuersum, cap.* 2. Merito ideo *celeberrimus ac potentissimus ille Alphonsus Aragonum Rex dicebat: Eos denique magnificandos Principes, qui Pietatem atque Iustitiam probe excolerent*, vt (ex Panormitano *de rebus eius gestis*, tradit Antonius Dauaultius *in Catechism. Historial. 2.p.cap. 3.tit.91.§.5.* Legum nempe temperamento in vtraque adhibito. Namque *Si illud Salomonis obiicias:* Noli esse nimium iustus: *Et ego tibi è contra respondeo:* Noli esse nimium Pius. *Sicut enim sub immoderata Iustitia pusillanimitas frangitur: ita sub Pietate nimium malè liber animus ad insolentiam procaciter effranatur*, cum Diuo Petro Damiano, cuius hæc sunt, *epistolar. d. lib. 7. epist. 12.*

Iuxta legum itaque sancita in casibus proximè designatis, ex concurrentibus circunstantiis, non tam pro voluntate, quam pro ratione, pœnam valebit, imo debebit temperare Iudex. In quod Theologorum & Iuristarum frequens concurrit assensus. D. Thom. 2. 2. d. quæst. 67. art. 4. ad primum argumentum. D. Antonin. d. 2. p. summ. tit. 9. cap. 5. §. 3. col. 4. in fine, & col. seqq. Alfons. è Castro *de lege pœnali, lib. 2. cap. 13. conclus.* 2. Clauis Regia *lib. 2. cap. 12. num. 3.* Thom. Sanchez *consilior. moral. d. lib. 6. cap. 1. dub. 21. cap. 10.* Iuristis quoque relatis, Molina *de iustit. & iure tom. 4. tract. 3. disput. 48. num. 3. & disput. 49. num. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitential. lib. 25. cap. 54. sect. 4. num. 656.* Martin. Bonacin. (post cæteros à se laudatos) *super octau. Decalog. præcept. disput. 10. quæst. 2. puncto 7. num. 4.* Farinac. (ad satutitatem Iuristis relatis) *quæst. 17. num. 7. & seqq.* Bartholom. Cæpola *de pœna furum, lib. 5. suorum tractatuum, cap. 144. num. 39. & duobus seqq.* Optimè Paulus Grilland. *de relaxation. carcerator. §. 6. per tot.* Plaza *de delict. cap. 33. numer. 5. & seq.*

23 Circunstantias autem † ex quibus minui, tenuarivè delictum potest, pœnaquè temperari; longum esset recensere, & penè impossibile omnes, cum sint accidentibus, casibusquè subiectæ. *Neque leges, neque senatus consulta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoquè inciderint, comprehendantur*, Iulianus ait *in l. Neque leges, 9. D. de legib.* Plurimas retulere præcipuè copiosissimi duo, Tiraquellus, & Farinacius, quæ tractatus integros de pœnis temperandis edidere. Ille, separatum; hic, *praxis criminalis quæst. 87. & seqq.* Prædixerat etiam, & temperandarum pœnarum causas recensuerat *quæst. 17. num. 9. & 10.* capitalis textus *in l. Aut facta, 16. D. de pœnis*, suntquè mille ad id in iure sparsæ leges: sed est vna pro mille de iure nostro Regio, cæteras complexa, *lex 8. tit. 31. part. 7.* Cuius longa series, & facilis copia translationis defectum excusat, & optimæ Glossæ *in l. Quid ergo, 13. §. Pœna grauior, verbo Oneraſſet, D. de iis qui not. infam.* transitum ad Senecam relinquens, hæc eadem indicantem *de Ira lib. 1. cap. 16.* Iudicemquè sic instruentem: *Dimittet sæpè eum cuius peccatum deprehendit, si pœnitentia facti spem boni pollicetur; si intelligit non ex alto venire nequitiam, sed summo (quod aiunt) animo inhærere. Dabit immunitatem nec accipientibus nocituram, nec dantibus. Nonnunquam magna scelera leuius quam minora compescet, si illa lapsu, non crudelitate commissa sunt: his inest latens, & operta, & inueterata calliditas. Idem delictum in duobus non eodem modo afficiet, si alter per negligentiam admisit; alter curauit vt nocens esset. Hoc semper in omni aduersione seruabit, vt sciat, alteram adhiberi vt emendet malos; alteram vt tollat.* Nam *& semel peccâsse, & per errorem, & leuius quam obiiciatur; absolutioni nonnunquam sufficit*, Quintiliani iudicio *Oratoriar. institut. lib. 7. cap. 5.* Diuis item Gregorij, sæpè hæc discriminantis, & *Curæ Pastoralis p. 2. cap. 10.* dicentis: *Nonnulla sunt leuiter arguenda. Nam cum non malitia, sed sola ignorantia, vel infirmitate delinquitur, profecto necesse est vt magno moderamine ipsa delicti correptio moderetur.* Et iterum p. 3. ibidem, cap. 23. *Qui mala ex iudicio faciunt, districtius contra se iudicium accendunt, vt tanto eos durior sententia feriat; quanto illos in culpa arctius vincula deliberationis ligant. Quia ergo* (inferius subdit) *à peccatis aliis differunt peccata; quæ per consilium perpetrantur, non tam prana facta Dominus, quam studia prauitatis insequitur. In factis enim sæpè negligentia; in studiis verò malitiosa semper interpretatione peccatur. Tribus namque modis* (ipsius doctrina, in expositione tertij Psalmi pœnitentialis, in illud: Et qui inquirebant mala mihi &c.) *peccatum committitur: aut ignorantiâ incurritur; aut infirmitate committitur; aut studio perpetratur. Sed sicut grauius est, ex infirmitate quam ignorantia delinquere; ita pœnius est, studio quam infirmitate peccare.* Quæ peccati diuersitas diuersitatem, pœnæ exigit. Inde Isidorus Pelusiota *lib. 2. epistola 86.* Eudæmon quærenti: *Quidnam sit quamobrem multi persæpè iisdem flagitiis admissis, non iisdem pœnis affecti fuerint?* multa nectit similia dictis, quæsitoquè respondet: *Id hinc fieri, quòd magna sit Iudicis integritas, & sinceritas. Etenim in peccatis non ipsa tantum peccati species quæritur; verum etiam tum qui peccauit animi sententia, & dignitas, & tempus, & locus, & sexus; & post admissum scelus, an ex scelere vo-*

Iuptatem acceperit, an omnis doloris ſenſu caruerit; an in ſcelere perſtiterit; an pœnitentia ductus ſit; an caſu aliquo peccauit; an ex amore; an de induſtria. Ac multa itē alia ſunt, per quæ hoc examen graſſatur. Nam & temporis diſcrimen expenditur, & vitæ degendæ ſtatus. Non enim is qui ante legem, & poſt gratiam idem peccatum admiſit, eadem pœna multabitur, verum ille mitiore; alter graviore: poſtremus acerbiſſima. Nihil enim tam inæquale, quam ſine diſcrimine ſexus, ætatis, conditionis, caſuumquè, æqualitas ipſa, vt *Annotatione ſequenti, num.* 8. confirmabimus.

24 Omnia contemplari Iudicem oportet, † cuius arbitrio, ex occurrentibus circunſtantiis, pœnam lex reliquit, vt vel aggrauet, vel temperet eam. Non enim *quidquid Iudicis poteſtati permittitur, id ſubiicitur iuris neceſſitati*, vt Papinianus ait *in l. Non quidquid*, 40. *D. de iudic.* Multaquè dicunt ſimilia iura congeſta à Paulo Grillando *de relaxatione carcerator. §. Sexto, num.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 17. *num.* 7. *& ſeqq.* & Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 3. *Ordinam verbo Seays bien guardados, ad finem, pag.* 385. Hacquè de re, *infra ſub iſta Rubrica, Annotatione* 3. *num.* 22. At non exiſtimans quidquam ideo eius abſolutæ, & omnino liberæ (vt diximus) voluntati relictum; ſed rationi, ſed legis diſpoſitioni, cui debet adhærere, *l.* 1. *ff. de vſur. cap. Iudicet*, 3. *quæſt.* 7. cum plurimis Farinacius *quæſt.* 37. *num.* 194. Et curare, tum vt quantum minus fieri poteſt, ex lege pereat (à Quintiliano *declamatione* 276. ſic admonitus: *Illud Iudices, ante omnia intueri oportet, ſi quid ex lege inclinandum ſit, ſpectare vt quam minimum ex eadem pereat:*) tum vt ſi in aliquam partem inclinandum ſit; in benigniorem inclinatio fiat, iuxta *dictam legem Reſpiciendum, cap. Veniam*, 5. 35. *quæſt.* 9. *& Gloſſam finalem ibi*, concordantia iura afferentem, multoſquè relatos à Farinacio *d. quæſt.* 37. *num.* 195. Equidem *modum tenere debemus: ſed quia difficile eſt temperamentum; quidquid æquo plus futurum eſt, in partem humaniorem præponderet*, Humanitate ipſa & Seneca *de Clementia lib.* 1. *cap.* 2. ſuaſore. *Iudicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem Miſericordia iudicium*, vt *epiſt. Cathol. cap.* 2. *v.* 13. D. Iacobus ait. *Quoniam iudicium Dei ſicut immitibus vehemens: ita erit Miſericordibus clemens*, vt S. Leo *epiſtola* 7. *in fine, de quadrageſima.* Propterea *benefacit anima ſuæ Miſericors. Prouerbior.* 11. *v.* 7. Melius enim eſt, de Miſericordia, quam de crudelitate rationem reddere, vt *in huiuſce Annotationis finali numero* comprobamus. *Vbi enim Paterfamilias largus eſt; diſpenſator non debet eſſe tenax*, vt textus adſtruit *in cap. Alligant*, 12. 26. *quæſt.* 8. Stenuequè ſe geret,

Multa meth pœna, pœna qui pauca coërcet,
Et iacit inuita fulmina rara manu.

Iuxta Ouidium *lib.* 2. *de Ponto Eleg.* 3. *ad Maximum.*

25 Ita autem cum Miſericordia † Iuſtitia temperanda eſt, vt nunquam à Miſericordia Iuſtitia abſit; à Iuſtitia Miſericordia nunquam. *Diſciplina enim vel Miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur*, Diuo Gregorio teſte *Moralium lib.* 20. *cap.* 8. Vtrumquè *diligit Miſericordiam & Iudicium* Deus. *Pſalm.* 32. *v.* 5. Vere quidem *Miſericordiarum plenus eſt; & Miſericordia eius cum Iudicio, & Iudicium cum Miſericordia. Neque enim ſine Iudicio Miſeretur; neque ſine Miſericordia iudicat*, vt Ambroſius inquit *Pſalmo* 118. *Octonar.* 20. *in illud: Miſerationes tuæ multæ nimis, Domine, ſecundum iudicium tuum viuifica me, col.* 3. *ad med.* pulchris ſacræ Paginæ auctoritatibus deinceps comprobans. Sicque *Miſericordiam & Iudicium* ipſe quoque Pſalmiſta Domino cecinit *Pſalmo* 100. In quem Rupertus *lib.* 6. *in Geneſ. cap.* 5. ait: *Cantabilem Miſericordiam decet illum facere, talem ſcilicet, qua non diſcrepet à Iuſtitia veritate.* Quia *Miſericordia & Veritas, pulchra coniunctio. Neque enim ſine Iudicio Miſericordia eſt: neque Veritas ſine Miſericordia*, Diuo Gregorio Nyſſeno *tract.* 2. *in Pſalm.* teſte. *Oportet quippe vt omnia quæ agit moderatrix Ratio diſponat, & ſic ſuis locis aptet Miſericordiam & Iudicium; vt cum iudicet, Seueritas non excludat Clementiam: & cum miſeretur; Iuſtitiam Pietas non reliquat*, vt Arnoldus Abbas docet *in tract. de ſeptem verbis Domini* vtque *ſermone* 145. *de Veneratione Chriſti*, D. Petrus Chryſologus: *Penes Deum neque Pietas ſine Iuſtitia eſt: neque ſine Pietate Iuſtitia. Cœleſti ſenſu ſine Bonitate Æquitas; ſine Æquitate Bonitas non habetur. Virtutes ſi ſeparatæ fuerint, dilabuntur. Æquitas ſine Bonitate Sæuitia eſt: & Iuſtitia ſine Bonitate Crudelitas.* Dominus enim *ponderat Miſericordiam, ponderat vltionem: in vtroque certum pondus, habiliſquè menſura eſt*, vt D. Ambroſius inquit *in expoſit. dicti Pſalmi* 188. *Octonar.* 20. *in illud: Miſerationes tuæ &c. col.* 3. *poſtmedium.* Itaque *Miſericordem te Miſericordia; Iuſtum vult eſſe Iuſtitia*, vt S. Leo *Homil. ſuper illud: Videns Ieſus turbas &c.* & *epiſt.* 92. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum: *Conſtanter tenenda eſt Iuſtitia; & benigne præſtanda Clementia. Vt nec Diſciplina nimia* (veluti D. Gregorius aduertit libro 2. Homil. 21. in Ezechielem col. mihi 10.) *nec ipſa quoque Miſericordia ſic remiſſa: ne ſi inordinate culpa remittitur, is qui eſt culpabilis, in reatu grauius adſtringatur: & rurſus ſi culpa immoderate retinetur, tanto qui corrigitur deterior fiat, quanto erga ſe nihil ex benignitatis gratia agi conſiderat. Exhibenda itaque prauis eſt Aſperitas in oſtenſione; Charitas in mente: vt & dura oſtenſio delinquentem coërceat; & Charitatis cuſtodia mercedem Manſuetudinis non amittat.* Quod, latius proſequutus, acutè & elegantèr comprobat. Conducentia ſimilia adducimus *de priuileg. pauper. & miſerab. perſonar. p.* 1. *quæſt.* 55. *num.* 8. adducitquè Ioan. Velazquez *in expoſit. dicti Pſalmi* 100. *v.* 1. *expoſit. litter. lectur. 6. per tot.* Nos itidem *ſupra Rubrica* 8. *Annotatione vnica, ante finem.* Sic etiam *in cap. A nobis*, 28. *§. Vt autem, de ſentent. excommunic.* ab Innocentio III. Pontifice Maximo inſtruimur: *Vt in vno pariter & eodem negotio & ſeruemus Rigorem,*

Rigorem, & Manſuetudinem oſtendamus. A Regia vere *lege 46. ſummarij Iudici, libr. 2. c. 14.* præcipiente: *Que las Audiencias (particularmente en vacante de Virey) procedan con mayor blandura, ſin faltar a la ſeueridad dela Iuſtitia.* Vno verbo in prologo tertiæ partitæ: *Con Piedad, e con Rezedumbre.* Quia (vt *de Ira lib. 1. cap. 5.* Seneca:) *Legum Præſidem, ciuitatiſque Rectorem decet, quandiu poteſt, verbis, & his mollioribus, ingenia curare, vt facienda ſuadeat, cupiditatemque honeſti & æqui conciliet animis, faciatque vitiorum odium, pretium virtutum: tranſeat deinde ad triſtiorem orationem, qua moueat adhuc & exprobret: nouiſſimè ad pœnas, & has adhuc lenes, & reuocabiles recurrat. Vltima ſupplicia ſceleribus vltimis ponat; vt nemo pereat, niſi quem perire etiam peremptus interſit.* Patrie prorſus documentum, pharmacumque ſalubre *ſermone 44. ſuper Cantica* componit Bernardus: *Quòd ſi viderit illum, qui vulneratus eſt, adeſſe, qui peccauit, blandis & lenibus hortamentis, quæ in eum prærogata ſunt, minime emendatum, magis autem forte etiam abutentem ſua Manſuetudine, & patientia negligentiorem fieri, & in peccato ſuo ſecurius obdormire, fruſtratoque tam ſuaui oleo monitorum, oportebit ſane mordacioribus vti medicamentis, & vinum compunctionis infundere, duris videlicet cum eo increpationibus atque inuectionibus agere; & ſi cauſa requirit, & duritia tanta eſt, etiam cenſura Eccleſiaſtica baculo percellere contemptorem.* Vt quemadmodum *optimi medici conclamatis, deſperatiſque corporibus non adhibent medentis manus ne nihil profutura curatio doloribus ſpacia prolongetur: ita eos quorum anima vitiis imbuta ſunt, nec curari queunt medicina Sapientiæ: eos mori præſtat. Namque cum cui neque ex natura, neque ex induſtria recte viuendi ſtudium conciliari poteſt; vita exiſtimat Plato eſſe pellendum*, & cum eo Apuleius *de Philoſophia.* Quibus per omnia conueniunt textus *in cap. Ecce, 18. an ord. 24. quæſt. 3. in cap. Qualiter & quando 24. de accuſationib.* Sactum tandem Concilium Tridentinum *ſeſſione 13. de reformat. cap. 1.* hæc omnia mirabiliter complectens, monendos cenſes Rectores, *vt ſe Paſtores, non percuſſores eſſe meminerint, atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, vt non in eis dominentur; ſed illos tanquam filios & fratres diligant, elaborentque vt hortando & monendo, abillicitis deterreant; ne, vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen, ſi quid per humanam fragilitatem, peccare contigerit; illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, increpent in omni bonitate & patientia: cum ſæpe plus erga corrigendos agat Benevolentia, quam Auſteritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus Charitas, quam Poteſtas. Sin autem ob delicti grauitatem Virga opus fuerit: tunc cum Manſuetudine Rigor, cum Miſericordia Iudicium, cum Lenitate Seueritas adhibenda eſt, vt ſine Aſperitate Diſciplina populis ſalutaris ac neceſſaria ſeruetur, & qui correcti fuerint, emendentur; aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri, ſalubri in eos animaduerſionis exemplo, a vitiis deterreantur. Cum ſit diligentis & pij ſimul Paſtoris officium, morbis eiusmodi lenia primum adhibere fomenta; poſt, vbi morbi grauitas ita poſtulet, ad acriora & grauiora remedia deſcendere: ſin autem nec ea quidem proficiant; illis ſubmouendis cæteras ſaltem oues à contagionis periculo liberare.* Hunc optima regendi ratio, hunc temperata exigit Iuſtitia modum. *Sunt namque nonnulli ita diſtricti, vt omnem etiam manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis Rectoribus vtraque ſummopere ſunt tenenda, vt nec in diſciplina vigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſum Manſuetudine Diſtrictionem deſerant diſciplinæ: quatenus nec à Compaſſione Pietatis obdureſcant, cum contumaces corrigunt; nec Diſciplina vigorem molliant, cum infirmorum animos conſolantur. Regat ergo Diſciplina vigor Manſuetudinem; & Manſuetudo ornet vigorem, & ſic alterum commendetur ex altero; vt nec vigor ſit rigidus; nec Manſuetudo diſſoluta*, Diui Gregorij documento *Moralium lib. 19. cap. 12.* tranſlati ad *caput Sunt namque, 14. diſt. 45.* Pietas & Poteſtas æquo libramento penſandæ: *Sed gratius eſt nomen Pietatis, quam poteſtatis*, arbitro Tertulliano *in Apolog. aduerſus Gentes c. 34.* Cum per (leges vt diximus) licet.

Tunc verò per eas, maxime Benignitati † 26
& Clementiæ patet aditus, cum in iure, aut facto dubium extat. Namque *Dubium Æquitatis regula examinandum eſt*, vt eam præſtat Quintilianus *Oratoriar. inſtit. lib. 12. cap. 3.* Et in eo Benigniora proferenda eſſe, inque meliorem atque mitiorem partem interpretationem faciendam iura proclamant *in cap. In obſcuris, 30. cap. In pœnis 49.* (vbi multipliciter explicat Gloſſa prima) *de regul. iuris, lib. 6. cap. Eſtote miſericordes, eodem tit. lib. 5.* aliaque relata à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. D. num. 221.* Debeteque Iudicem in dubio eſſe ad abſoluendum quàm ad condemnandum promptiorem *in l. Arianus, 47. D. de obligation. & actionib. in l. Semper in obſcuris, 9. D. de regul. iuris*, & aliis citatis *dictis Axiomatibus, lit. A. num. 18.* Eſſeque melius nocentem impunitum relinquere, quam innocentem punire, *in l. Abſentem, 5. D. de pœnis. Semper enim quidquid dubium eſt, Humanitas inclinat in melius.* Cum item caſus non eſt à lege prouiſus, aut pœna ſpecifice conſtituta. *In his enim ſuper quibus ius non innenitur expreſſum, procedas Æquitate ſeruata, ſemper in humaniorem partem declinando, ſecundum quod perſonas, & cauſas, loca, & tempora videris poſtulare*, vt textus iubet *in cap. fin. ad finem, de tranſactionib.*

Cum dubietas abeſt, † & ad ſeueritatem 27
lege conſtitutam deueniendum neceſſario eſt, ſuppliciumque à delinquentibus ſumendum: pœnas dolenter Iudex imponat. *Et ſi verberandus eſt pro peccato, non vlciſcendi libido prauulens, ſed Æquitas Chriſtiana potius illi clementer conſulat quem flagellat: ac ſi & quando Iuſtitia proſequitur culpam, non deſeruat Miſericordiam qua modeſte nouit temnere vindictam*, vt S. Fulgentius *de conjugali debito ad Gallam, epiſt. 1. cap. 10.* admonet. *Et ſi*

quando

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quando zelus rectitudinis exigit vt erga ſubiectos ſæuiat; furor ipſe de amore ſit, non de crudelitate: quatenus & tunc disciplina foris exhibeat; & intus paterna charitate diligat, quæ foris quaſi inſequendo caſtigat, vt *Homil. 17. in Euangel.* Diuus Gregorius. *Bonum eſt cum puniuntur peccantes: quis hoc niſi nocens negabit? Et tamen innocens de ſupplicio alterius lætari non poteſt: cum magis competat innocentiæ dolere, cum homo par eius tam nocens factus eſt, vt tam crudeliter impendatur.* quemadmodum expendit Tertullianus *lib. de ſpectaculis, c. 19.* Puniat cum opus eſt, Iudex (*ne dum culpas incaute remittimus, non iam per charitatem compati; ſed per negligentiam concidiſſe videamur,* iuxta D. Gregorium *Homil. 32. in Euangelia:*)

Sed doleat quoties cogitur eſſe ferox.

Ex Ouidio etiam *de Ponto lib. 1. Eleg. 3. ad Maximum.* Et

Cum triſte aliquid ſtatuit, ſit triſtis & ipſe.

Ex ipſo paritet *ibid. lib. 2. Eleg. 2. ad Theſſalinum.* Nam (vt bellè Claudianus *in Panegyri Manlij Theodoſij*:)

Qui frenatur pœna ferus eſt: legumque videtur
Vindictam præſtare ſibi, quem viſcera felle
Canduerunt, ardet ſtimulis, feriturque nocendi
Prodigus.

Etenim bonorum cordibus *in odium non venit perſona, ſed culpa,* ex D. Gregorio *Moral. lib. 9. cap. 1.* Et *vera Iuſtitia compaſſionem habet,* vt textus inquit *in cap. Vera Iuſtitia, 15. diſt. 45.* A quo eadem ſumpſit verba *lex 41. tit. 5. part. 1.* inquiens: *Que la verdadera Iuſticia con duelo ſe debe hazer.* Quaque parte Iudex poteſt, Miſericordiam exerceat, iuxta Tobiæ conſilium cap. 4. v. 8. *Quomodo potueris eſto Miſericors.* Saltem *odio habeantur peccata, non homines,* textus *in cap. Odio, 86. diſt.* Vt enim *de Ira lib. 1. cap. 14.* Seneca bene: *Non eſt prudentis errantes odiſſe. Neque eſt* (vt idem ipſe epiſt. 19.) *quare cuique, quem dignum pœna putaueris, optes vt infeſtos Deos habeat.* Vt *Oratoriar. inſtitution. lib. 12. cap. 7.* Quintilianus: *Non pœna nocentium cupidus: ſed emendandi vitia, corrigendique mores.* Vt textus *in cap. Duo iſta, 35. in ord. 23. quæſt. 4.* ex Diuo Auguſtino: *Quia peccator eſt, corripe; quia homo eſt, miſerere.* Quemadmodum enim *ſummus locus bene regitur, cum is qui præeſt, vitiis potius quam fratribus dominatur,* Diuo Gregorio teſte *Moralium lib. 26. cap. 19. poſt medium*: ſic cum vitia potius quam perſonas perſequitur. Tuncque cum *Iuſti ſeuerè corrigunt, interna dulcedinis gratiam non amittunt. Nam ſæpè pro inquietudine refrenanda prauorum duritiam ſtricti rigoris aſſumunt; ſed intus charitatis igne liquefiunt, atque eorum amore ardent, in quos aſpera correptione ſæuiunt,* eodem ipſo Gregorio aſſertore *ibidem, lib. 24. cap. 10. in principio.* Diximuſque iam ex eo *ſupra, num. 25.* In id ipſum Incognitus illud *Pſalmi 44. v. 8. Dilexiſti Iuſtitiam, & odiſti iniquitatem* explicans, ait: *Non Homines, ſed Iniquitatem. Aliter non perfectè diligitur Iuſtitia, niſi odiatur Iniquitas. Si ergo homo iniquitatem in ſe odit; cum Deo facit. Odit Deus iniquitatem, oderis & tu, vt vnam rem ambo oderitis. Eris enim Deo amicus, ſi diſpliceat in te ipſo iniquitas tua, & placeat creatura ipſius. Opus quippe Dei* (Gregorius inquit libr. 4. epiſtolar. epiſt. 36. Eulogio Epiſcopo Alexandrino, & Anaſtaſio Epiſcopo Antiocheno) *homo eſt; ſed opus hominis vitium. Nos ergo diſcernamus quid Deus, quid item homo fecerit: & neque propter errorem odio habeamus hominem; neque propter hominem diligamus errorem. Sed* (vt ipſe lib. 9. epiſt. 8. Bononi Abbati Monaſterij Lirinenſis) *perſonas diligas, & vitia perſequaris. Compaſſio quippe* (vt ipſemet Homil. 32. in Euangelia, col. 3. ad medium) *homini, & rectitudo vitiis debetur, vt in vno eodemque homine & diligamus bonum quod factus eſt; & perſequamur mala quæ fecit. Namque aliud eſt crimen amare, aliud hominem diligere: qui homines, creaturam Dei diligit; qui crimina diligit; diaboli ſectatur inuenta. Qui ergo perfecti ſunt, hoc ipſum quo oderunt crimina, homines amant, & odio habentes in eis illud quod peccant; illud quod Deus creauit, amare non deſinant,* vt appoſite Sedulius *cap. 12. in epiſt. ad Roman.* Enimvero (vt *lib. 2. in Ionam Prophetam, cap. 4.* verbaquè illa: *Et dixit Dominus ad Ionam: Putas ne bene iraſceris tu?* Rupertus Abbas: *Quod ad vnum Ionam dicit Dominus hoc ad omnes dicit, qui pro officio ſuo de hominibus curantes, iraſcuntur. In ipſa namque ira ſua reuocandi ſunt intus, vt cauſam ſiue intentionem ſuam reſpiciant, & attenta diſcretione perpendant vtrum bene iraſcuntur an non. Nam ſi non hominibus, ſed hominum peccatis iraſcuntur, ſi non homines, ſed hominum vitia oderunt, & proſequuntur: benè iraſcuntur, & bonus eſt in eis zelus. Si autem non peccatis, ſed hominibus iraſcuntur ſi non vitia, ſed homines oderunt, & proſequuntur: male iraſcuntur: & malus eſt in eis zelus.* Similia textus *in cap. Non poteſt, 32. §. In hoc, in cap. Nimium, 39. in cap. Qui peccat, 40. in cap. Si eccleſia, 42. & in cap. Ea vindicta, 51. eadem 23. quæſt. 4.* vbi hæc ex Auguſtino: *Non ergo quæritur niſi vt ille vindicet, cui rerum ordine poteſtas data eſt; & ea voluntate vindicet, qua pater parvulum filium flagellat; quem per ætatem odiſſe nondum poteſt. Hinc enim aptiſſimum exemplar datur, quo ſatis appareat, poſſe peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinqui, vt illum in quem vindicat, non pœna miſerum; ſed correctione beatum velit. Quia* (ex Diuo Gregorio Homil. 31. in Euangelia, col. 2. poſt principium) *diſtrictionem debemus vitiis; compaſſionem naturæ.* Eâdem in id Paſtoris, Patris, Fratriſque comparatione Sacrum Concilium Tridentinum vtitur *ſeſſione 31. cap. 1. de reformatione,* proſequiturque eleganter Aloyſius Nouarinus *in Adagiis Sanctorum Patrum, excuſu 164. & 167.* Conuenit Seneca *de Clementia lib. 1. cap. 14.* Rectorum officium eſſe dicens, *quod bonorum Parentum, qui obiurgare liberos nonnunquam blandè, nonnunquam minaciter ſolent: aliquando admonent etiam verberibus.* poſt alia, ſimilitudinem comprobantia belle: *Tarde pater membra ſua abſcindat: etiam cum abſciderit,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

abſciderit, reponere cupiat, & in abſcindendo gemat. Et de Ita lib. 1. cap. 15. *Tollantur è cætu mortalium facturi peiora, quæ contingunt, & quo vno modo poſſunt, deſinant mali eſſe. Sed hoc ſine odio.* Quia (eiuſdem teſtimonio ibi, cap. 16.) *Bonus Iudex damnat improbanda, non odit.* Vtrumque Auguſtinus, cuius *in cap. 1. 23. quæſt. 5.* refertur auctoritas: *Imple, Chriſtiane Iudex, Pij Patris Officium. Sic ſuccenſe iniquitati, vt conſulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinem; ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.* Et in cap. Prodeſt, eâdem cauſa & quæſtione: *Sine ſeueritate, ſine lenitate, non niſi officium dilectionis impleatur.* Denique, *ſanguinem nec ſine cauſa, nec libenter effundas. Dole quoties illum etiam effuderis, quem lex iudicat effundendum,* Hildeberti Cœnoman. Epiſcopi *epiſtola 59.* Sanctiquè Leonis, & ex eo textus *in cap. Odio, 86. diſt.* auctoritate edoctus, dicentis: *Quod in peccatis ſeuerius caſtigari neceſſe eſt, non ſauientis plectatur animo, ſed medentis.*

In quo meritò Veſpaſianum *in eius vita, cap. 15. in fine,* Suetonius laudat, quod *neque cæde cuiuſquam vnquam lætatus; iuſtis ſuppliciis illacrymauit, etiam & ingemuit.* Non affectate quidem (vt de Læuo, fraudulentoquè ſimulatore Domitiano *in eius quoque vita capite 11.* ipſe Suetonius prodit) *Qui nunquam triſtiorem ſententiam ſine prefatione Clementiæ pronunciauit: vt non aliud iam certius atrocis exitus ſignum eſſet, quam principij Lenitas.*

Dolcat ergo & cum iuſte punit, ex animo Iudex, nihil odio, aut crudelitati, vt diximus, relinquens. Aliter enim etiam ſi iuſte ſecundum leges puniat: gaudeat tamen ex odio:
28 † Operabitur *Rectum,* ſed non *Rectè*, ſecundum Gregorium Moralium *lib. 12. cap. 16.* Sicquè culpa non vacabit omnino, ſed contrahet eam: talem quidem qualis affectus, quo mouetur, ſententia Dominici Soti *de iuſtitia & iure lib. 3. quæſt. 4. art. 2. col. 3. verſ. Tertium denique ſenſus.* Quam probat Sigiſmund. Scacc. *de ſentent. & re iudic. capite 1. gloſſa 4. quæſt. 1. num. 29. & ſeqq.* & ad litteram penè transferentes, Valerius Reginald. *2. part. praxis fori pœnitential. lib. 25. tract. vlt. capit. 54. ſect. 5. numero 657. verſ. Quintum;* & Sayrus *libro 12. capite 12. numero 1.* eſſe apud omnes in confeſſo, addens. Etenim *ad inquirendum, & puniendum exceſſus non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur affectu,* Innocentij Tertij decreto *in capit. Qualiter & quando, 24. verſ. Sed cum ſuper, de accuſationib. Nec* (ſecundum Ambroſium lib. 1. de Officiis, cap. 30. ad caput Non ſatis, 14. diſt. 86. tranſlatum) *ſatis eſt bene facere; niſi ex bona fonte, hoc eſt, ex bona voluntate prficiſcatur. Oportet enim* (vt & S. Baſilius ait Pſalmo 14. in illud: Qui ambulat ſine macula, & operatur iuſtitiam) *non ſolum facere iuſtam operationem; ſed etiam ex affecta iuſto operari.* Quia *iuſtitia Domini, Recte,* vt Pſ. liſta decantat *Pſalmo 18. v. 9.* Sicquè ſententiam etiam iuſtè ſecundùm leges latam, iniuſtam dicit *ex animo* textus *in capit. Epiſcopus, 65. §. Si ergo, poſt medium, 11. quæſtio. 3.* verbis hiſce: *Ex animo eſt iniuſta, cum aliquis ſeruata integritate iudiciary ordinis in adulterum, vel in quemlibet criminoſum, non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel pretio, aut fauore aduerſariorum inductus, ſententiam profert.* Propterea *Pſalmo quadrageſimoquarto,* Iuſtitiæ amor, & iniquitatis odium, & vtriuſquè ſimul laus iungitur, vt ſupra diximus & *Pſalmo 118. v. 137.* Iuſti, & Recti Dominum Pſalmiſta collaudat: *Iuſtus es Domine, & Rectum iudicium tuum.* Quia non ſufficit ad Perfectionem Iuſtum eſſe (leges nempe, iudiciariumque ordinem ſeruare:) ſed & *Rectum,* id eſt, virtutem directò ſequentem, vitiorum non tangentem confinia. Idcirco *Pſalm. 7. v. 10. Conſumetur iniquitas peccatorum, & diriges iuſtum,* Pſalmiſta *precatur, vt is qui iam Rectitudinem habet, Dirigatur. Neque enim quis dixerit eſſe quid in Iuſto obliquum, aut diſtortum, aut tortuoſum,* vt inibit expendit Baſilius Magnus. Sic & proximo verſu: *Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit Rectos corde.* Rectum demonſtrans: *Rectus corde eſt,* inquit, *qui non habet cognitionem vergentem ad exceſſum, aut defectum; ſed qui ad medium virtutis dirigitur.* Id enim *Rectum eſt, quod cum virtute, & officio fit,* vt definit Cicero *libro tertio, Rethoric. pagina mihi 90.* Id eſt: *Officium perfectum, omnes virtutis numeros complens,* vt verbum *Rectum* Ambroſius Calepinus deſcribit. Seu *Conformitas cum ratione & lege æterna,* vt *Rectitudinem* definit Fagundez *in præcept. Decalog. 2. parte libro nono, cap. nono, numero ſecundo,* Inde ſapiens non ſimpliciter Iuſta cuſtodientes iuſtificari dixit *Sapient. 6. verſu vndecimo,* Sed: *Qui cuſtodierint iuſta iuſtè, iuſtificabuntur.* Et *Deuteronom. decimoſexto, verſu vigeſimo.* Dominus in id ipſum præcipit: *Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris, vt viuas.* Nempe *ex Iuſtitiæ amore, ex interno habitu virtutis, propoſito fine honeſto, iuris ordine ſeruato, abſque perſonarum reſpectu; non prece, non pretio, non odio, vel amore inordinato, non metu,* vt locum iſtum explicat Ioannes Lotinus *in Comment. lib. Sapientiæ, capite ſexto, verſu quinto, ſuper verb. Non Rectè iudicaſtis.* Multa eruditè Gabriel Paleotus *de Sacri Conſiſtor. conſult. in concluſionibus poſt tractatum, membro 1.* & Guillelm. le Rouille *de iuſtitia & iniuſtitia, libro primo capite 12.* Vnde Auguſtinus *in quæſtionib. Exodi, quæſt. 39. ad capit. 11.* (cuius *in cap. Cum miniſter, 14. in ord. 23. quæſt. 5.* refertur auctoritas) iure aduertit: *Cum miniſter Iudicis occidit eum, quem Iudex iuſſit occidi; profectò ſi id ſponte facit, homicida eſt, etiam ſi eum occidat, quem ſcit à Iudice debuiſſe occidi.* Ex neceſſitate namque, affectu Iuſtitiæ, & Rectitudine (cui peccatum opponitur, iuxta prædicta, & docet Fagundez *ſupra, dict. capite 9. numero 6.*) non alio id facere debet.

29 Si autem Iustitiæ affectu ductus, † peccatori malum velit, id est, Pœnam: *potest profectò & Iudex imperando, & carnifex exequendo, & priuata persona desiderando, odisse malefactorem, cum ei vult pœnam, Et sic Deus odit peccatores, volendo eis pœnam.* Ita Petrus Nauarra *de restit. lib. 2. cap. 3. num. 221. vers. De odio.* Et D. Thom. *lib. 1. contra Gentiles, cap. 97.* prædixerat, quòd *in quantum Deus vult bonum iustitiæ, vel ordinis vniuersi, quod esse non potest sine punitione; vel corruptione aliquorum: dicitur illa odire, quorum punitionem vult, vel correptionem secundum illud Malachiæ primo: Esau odio habui, & illud Psalmi: Odisti omnes qui operantur iniquitatem; perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. Si verò* (prosequitur Nauarra supra) *Odium sumatur propriè, & vti dici solet, Formaliter; id est, velle alicui malum, prout malum illius est, ibi sistendo: tunc nec priuato, nec Iudici liceret vel facere, vel desiderare.* Rationem reddit *num. 223.* Quia esset actus crudelitatis, & inimicitiæ veræ charitatis. *Vnde* (subdit) *nec Deus ipse, qui est Dominus omnium, sic odit etiam maximum peccatorem, vt illi velit malum, vt malum illius est; sed ob maius bonum, vel ipsorum, vt resipiscant; vel Reipublicæ, vt tranquille viuatur; vel honoris, & iustitiæ Diuinæ.* Quod & D. Thom. (de quo mentionem non facit) *citato loco* manifestat.

30 Quod autem peccatum † contineat iudicium, quod licet iniustitiam non contineat, non tamen omnino ex affectu, amore, seu inclinatione iustitiæ fluxerit, sed particularis amoris, vel odij aliquid habeat admixtum? Dominicus Bañez *in 2. 2. Diui Thomæ, quæst. 60. art. 2.* (cum prædixisset hæc in Iudice desiderari: *Primo, quòd non iudicet contra iustitiam: Secundo, quod iudicet ex amore Iustitiæ: Tertiò, quod non iudicet ex aliqua affectione priuata, ex ira, odio, auaritia, aut alia passione*; multa de affectu Iudicis ad Iustitiam, præfatus: nec qualemcumquè esse debere, sed auidissimum, qualem cibi, vel potus in eo, qui fame, vel siti laborat) addit: *Notandum, quod ista prima conditio ex suo genere obligat sub culpa mortali, quoniam, vt diximus, sumitur ex fine: Caterum in particulari, non semper erit peccatum mortale iudicium non procedens ex inclinatione Iustitiæ: satis fuerit ad euitandum peccatum mortale, quod iudicium secundum substantiam procedat quasi ex affectu Iustitiæ. V. G. quod Iudex reddat vnicuique quod suum est, & hoc intendat, quamuis admisceatur ibi aliquis amoris affectus, vel odij: in quo casu tantum erit culpa venialis, ob lenitatem passionis, quæ non tanta fuit, vt perturbaret rationē Iudicis & Iustitiæ.* Insequamur Perfectionē, quam Iustitiæ sibi vindicat amor. Namque *parum est Iustitiam tenere, nisi & diligas*, D. Bernardi sententia, de Consideratione ad Eugenium, *lib. 3. cap. 2.* illud in id expendens: *Diligite Iustitiam, qui iudicatis terram.* Quæ prima in Iudice qualitas in prologo tertiæ Partitæ requiritur: *La primera, que ayan voluntad de querer la, e de amarla de corazon.*

Quo fit, † vt amore Iustitiæ, inclinatione 31
ad eam, illiusquè vindicatæ affectu, licitè à delinquentibus sumat pœnas meritas Iudex. Siquidem *qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum. Prouerbior. 28. v. 4.* Sic tenent D. Thom. *2. 2. quæst. 108. art. 1. & ibi* Caiet. Petr. Nauar. *de restitut. libro 2. capit. 3. à num. 217. cum seqq.* conclusionem assignans: *Esse licitum Iudici animo vindictæ reo mortem infligere.* Iudex enim Dei minister est, ad vindictam malorum. *ad Roman. 13. v. 4.* Inque Sanctorum manibus gladios ancipites esse *ad faciendam vindictam*, cecinit Psalmista *psalmo 149.* Pauloquè *ad Romanos 12. v. 19.* referente: *Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.* Consultus quoque Paulus *in l. Quod Reipublica, 33. D. de iniuriis*, in id ipsum: *Quod Reipublicæ vindicandæ causa secundum bonos mores fit: etiamsi ad contumeliam alicuius pertinet: quia tamen non ea mente Magistratus facit vt iniuriam faciat, sed ad vindictam Maiestatis publicæ respiciat: actione iniuriarum non tenetur.* Vindictamquè tunc propriè & directè virtutis actum importare, & *ad Iustitiam spectare legalem, vtentem commutatiua, dum æquale debitum alicui secundum quantitatem reddit, propter commune bonum*; asserunt Caietanus *dicto art. 1.* Nauarra *supra num. 221.* idem sæpè repetens, Dominic. Bañez *in 2. 2. quæst. 61. art. 1.* vbi quod *secundum quod est in Iudice, est actus Iustitiæ commutatiuæ, non tantum qua ratione ordinatur Vindicatio ad bonum Reipublicæ: verum etiam qua ratione ordinatur ad bonum particulare, cui illata est iniuria, ad seruandam scilicet illius immunitatem.*

Cum autem iuxta præscriptum à legibus 32
modum † Iudex crimina vindicat; non tam *Seuerus*, quam *Misericors* dici debet, Clementiæquè Pietatis, & Misericordiæ officium exercere. *Magna est enim Pietas prodere latebras impiorum*, vt S. Leo inquit *Sermone 4. de Collectis, & Eleemosynis, pag. mihi 14.* Et *quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum Pietas exercetur*, vt D. Ambrosius *serm. 84.* & ex eo textus *in cap. Non osculatur, 3. q. 5.* Ideo *ea Vindicta, qua valet ad correctionem, non prohibetur. Quæ etiam ad Misericordiam pertinet*, vt textus ait *in cap. Ea vindicta, 51. in ord. 23. quæst. 4.* vt textus *in cap. Et qui emendat, 11. dist. 45.* ex Augustino in Enchiridio, cap. 72. *Et qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina; tamen peccatum eius, qui ab illo læsus, aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur? non solum in eo quod dimittit, atque orat; verum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam das, quia Misericordiam præstat.* Etenim *Disciplina Custos spei, Retinaculum fidei, Fomes, ac Nutrimentum bonæ indolis, Magistra virtutis*, vt eam Cyprianus describit *de Disciplina & habitu virginis*, in principio. *Magistra est Religionis, Magistra vera Pietatis: qua nec ideo increpat vt lædat, nec ideo castigat, vt noceat*, vt Diuus docet Aurelianus *Homil. 1. de bono Disciplinæ.* Et tunc *non parcens*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

parcens parcit, & in eo quod correxit peper-cit, vt Diuus Gregorius *Moral. libr. 13. capite 3.*

Ex oppositò verò, *Impunitas Incuriæ soboles, Insolentiæ Mater, Radix Impudentiæ, Transgressionum nutrix*, vt eam Bernardus appellat *de Consider. ad Eugenium, lib. 3. cap. 5. lib. 4. cap. 6. Impunitas Ausum parit; Ausu excessum* & lib. de Conscient. capite 3. in fine: *Impunitas securitatis, & Negligentia Mater; Neuerca virtutum; Religionis virus; Tinea Sanctitatis.* Namque *Vsu, atque exercitatione improbitas augetur, & Impunitate nutritur Audacia*, vt *libro de Noe & Arca, capite* 10. Diuus Ambrosius inquit. Enimvero *Tria sunt genera Eleemosynarum: vna corporalis, egenti dare quidquid poteris: altera Spiritualis; dimittere à quo læsus fueris: Tertia, delinquentes corrigere*, vt textus *in capite Tria sunt, 12. eadem dist. 45.* definit. Et cum ita Iustitia in correctione Misericordiam exercet:

Impietate Pia est.

Vt etiam profitetur Ouidius, *Metamorphos. lib. 8. Fab. 4. Et punies, misericorditer sanis*, Diui Augustini *lib. 2. Confessionum cap. 2.* loquela. Quia *omnibus, re vera, benefit, qui dant pœnas. Iuuantur enim dum eis punitis, melior euadit anima*, vt ex Platone, prodit Clemens Alexandrinus *Pedagog. lib. 1. cap. 8.* Quo & Senecam *de Ira lib. 1. cap. 16.* respexisse oportet, cum dixit: *Optimum genus Misericordiæ est, Occidere.* Alterumquè, *Troas actu 2.*

Mortem Misericors sæpè pro vita dabit.

Vt ob belli calamitates *sæuisse quosdam in coniuges ac liberos, tanquam Misereuentur*, Cornelius Tacitus tradit *in vita Agricolæ.*

Quapropter *circa subditos suos inesse Rectoribus debet & iustè consolans Misericordia, & piè sæuiens disciplina*, ex Diuo Gregorio *Moral. lib. 20. cap. 8.* Quid pluta? *Dei est Miserentis, quod operatur finem peccantis*, vt (ex Augustino *lib. de pœnitent. cap. 17.*) textus inquit *in cap. Nullus expectet, 6. ad finem, de pœnit. dist. 7.* Et vt Clementiam in supplicio esse, concessit etiam Apuleius, *lib. 4. Metamorphos.* (inquiens: *Pugnis mala eius clementer obtundens &c.*) sic in indebita remissione in clementiam existere: Diuus Augustinus *lib. de bono perseuerantiæ capite 14.* ex eoque textus *in capite Ipsa pietas, 24. 34. quæst. 4.* ostendit similitudine ista: *Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, ista potius mansuetudo Crudelitas est.* Et id ipsum D. Petrus Damianus *epistolar. lib. 7. epist. 7.* hac narratione professus est: *Heli Sacerdotij dignitate detruditur, dum non intentat filiis verbera, sed blanditur: vtcumque tamen corripuit illos; sed Lenitate Patris, non auctoritate Pontificis. Atque idcirco cernicibus effractis occubuit, quia peccantibus, Inclementer indulsit.* Ita prorsus Diuus Antonius *dict. 2. part. summ. tit. 9. cap. 5. §. 3. col. 4. post medium.* Nec dissentiunt ciuilia iura *in l. Portiones, 11. D. de his quibus vt indign.* verbis illis:

Qui debitum officium pietatis scienter omiserint. & Imperatores Valent. & Theodosius *in l. 3. C. de offic. Præfecti prætor. Orient.* (cum Mansuetudinis & Clementiæ titulo Maiestatem suam induant, & decorent:) adeo criminum vindictam instanter exigunt; vt dicant: *Ad nostræ Mansuetudinis sententiam non crimina, sed Vindicta referatur.* Neque enim *semper Benignius illud habendum, quod extrinsecus Lenius, aut Mitius esse videatur: sed quod in communi sit vtilius, & per se magis Iustum*, vt contrario argumento de inclinatione ad partem benigniorem respondens, ait Cardinalis Gabriel Palcotus *de Sacri Consistorij consultationib. part. quinta, quæstione 18. in fine*, naturali, & Ciceronis id ratione comprobans. Tunc imo Misericordiam exerceri, *reumquè plectere, & merita pœna afficere, Rigorem non esse Iustitiæ, sed beneficium Clementiæ*; & sancti Regis Ludouici responsum *supra numero 19.* memoratum, & relatæ auctoritates manifestant. *Et cum nocere alteri malorum omnium maximum sit; multo grauius est, si qui nocet abeat impunè*, vt iam supra ex Apuleio diximus. Nec tunc Clementia; sed insignis crudelitas erit appellanda remissio Cardinalis Pauli sententia *de Romano Pontifice, capite 26.* Adeoquè necessarium seueræ istius Clementiæ beneficium: vt *de Abel & Cain lib. 2. capite quarto*, Ambrosius dicat: *Cum interficitur impius, Christus infunditur; & vbi abominatio aboletur, sanctificatio cumulatur.*

Eo autem potior in paucorum coërcitione Misericordia; † quod in plures, & bonos existeret nociua remissio. *Nonne innocentius tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem?* vt, ex Diuo Ambrosio, quærit textus *in cap. Et iniusta, 33. in ord. 23. quæstio. 4.* Aut *qua ista Benitas? qua ista Misericordia, vni parcere, & omnes in discrimen adducere?* vt textus *in capite fin. ad finem, dict. 45.* Siquidem (vt Seneca *in Prouerbiis* inquit:) *Bonis nocet, qui malis parcit.* Cum *malorum condemnatio, laus bonorum sit.* veluti *epistolar. lib. 2. epist. ad Nepotianum*, de vita Clericorum affirmat Hieronymus. Et *qui publicis sceleratis parcunt; bonos omnes perditos eunt*, vt Salustius in Catilina. Deumquè *insurgere ad vltionem sceleratorum, & pestiferos nocentesquè delere, vt bonis omnibus consulat*; Lactantius dixit *de Ira Dei, capite 16.* & repetit eo tractatu sæpè, Chrysostomus Homil. 6. de passione, tomo tertio: *Irrita videtur bonorum promissio, quæ à Deo, velut ex pacto, bonis facta est, si qua ab ipso malis constituta sunt pœna euanescant.* Vt Diuus Pacianus in Paræneſi ad pœnitentiam: *Facinoris viam monstrat innoxiis, qui nocentibus posit scelera blanditur.* Vt *libro primo, Officior.* Ambrosius idem: *Si quis filiis deprecantibus motus, & lachrymis coniugis eius inflexus latronem absoluendum duxerit: innocentes tradit exitio.* Quæ reassumit verba textus *in dict. capit. Est iniusta*, insimul prosequens: *Nonne cum vni indulges indigno, plurimos*

plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas enim venia incentiuum tribuit delinquendi. Quæ & repetit *in exposit. Psalmi* 118. *Octonar.* 8. in illud: *Deprecabor vultum tuum, Domine in toto corde meo, col.* 3. *ad finem.* Vtque *Oratoriar. institut. lib.* 12. *cap.* 7. Quintilianus: *Si pœnas scelerum expetere fas non est; prope est vt scelera ipsa permissa sint: & licentiam malis dare certe contra bonos mores est.* Præterea *consideremus etiam ne & ipsum deteriorem faciamus cuius miseremur iniustè. Plerumque enim non coercere delinquentes, maioris austeritatis est, quam si vlciscaris. Traduntur enim in passiones ignominia, qui cum aliquid inhonestum commiserint, nullum culpæ pretium ferunt,* vt D. Ambrosius expendit *in exposit. dicti Psalmi* 118. *Octonar.* 4. in illud: *Viam iniquitatis amoue à me, & lege tua miserere mei.* Inde *Isaiæ* 26. *v.* 10. dicitur: *Misereamur impio, & non discet Iustitiam.*

Ex aduerso autem, non modo delinquenti ipsi proficua, vtilisque correptio iusta; sed & cæteris. † Namque Vindicta vnius multorum 34
compescit audaciam, vt dicunt textus *in l. Bona fides* 31. *in princip. D. depositi. in l. Aut facta,* 26. *in fine, D. de pœn. in l.* 1. *C. ad legem Iuliam repetund. in l. Quoniam,* 6. *C. ad legem Flauiam, de plagiar. in c. Quapropter,* 47. *in ord.* 2. *q.* 7. *& in cap. Relegentes,* 45. 23. *q.* 5. Eaque ratione *Deuteronom. c.* 13. post mortis pœnam seductori impositam, versiculo vndecimo additur: *Vt omnis Israel audiens, timeat, & nequaquam vltra faciat quippiam huius rei simile.* Imperatores Arcadius & Honorius *in l. Prouinciam,* 9. *C. de feriis,* nullos festos dies in Dei honorem à sceleratorum punitione exceptos esse volentes, hanc præstitere rationem: *Quia facillime in hoc Summi Numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur.* Concors Regia *lex* 35. *tit.* 2. *part.* 3. *vers. Otrosi dezimos.* Quæ etsi aliam exprimat: *(Porque, segun dixeron los sabios Antiguos: Amigo de Dios es quien enemigo de Dios mata en quaquier tiempo,* iuxta & illud Iuuenalis *Satyra* 13.

Qua tam festa dies vt cesset prodere furem?

At concordantis rationem continet ipsam. *Ea enim de causa facta sunt leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio, refrenetur nocendi facultas,* vt inquit textus *in cap.* 1. *dist.* 4.

Pœnamque luat formidine pœnæ,

Vt est apud Claudianum *in Ruffinum lib.* 2. aut saltem auertatur supplicio. *Nam qua ratione traduci ad meliora non possunt; solo metu coërcentur,* vt Quintilianus *Oratoriar. instit. lib.* 12. *cap.* 7. Etenim

Quid tristes querimoniæ
Si non supplicio culpa reciditur?

Vt *Carmin. lib.* 3. Horatius rogat. *Quid adultero castum? Quid furi esset tutum? Quid latroni non prauium? Quis non expauescèret concaua littorum, secreta Sylnarum? Quid non præsumptio possideret, nisi furorem animorum sub metu pœnæ disciplina compescèret?* vt D. Aurelianus expendit *Homil.* 1. *de bono disciplinæ.* Pœnaquè legis (vt ipse ibidem:) *non solum præsentibus, sed etiam futuris mentem porrigit.* Quia *pestilente flagellato, stultus sapientior erit.* Ac ideo (vt *sermone* 5. *de lapsis,* Cyprianus: *plectuntur quidam, quo cæteri corrigantur. Exempla sunt omnium tormenta paucorum.* Veluti *fulmina paucorum periculo cadunt; omnium metu,* vt Seneca *de Clementia lib.* 1. *cap.* 8. Nam.

Cum feriant vnum, non vnũ fulmina terrent;
Iunctaquè percusso turba pauere solet.

Vt Ouidius de Ponto lib. 3. Eleg. 2. ad Cottam. Propterea non facilè remitti pœnam, publicè interesse, *ne ad maleficia quisquam prosiliat,* consulto dixere Imperatores Dioclet. & Maxim. *in l. Si operis,* 14. *C. de pœnis.* Et ne *per impunitatis audaciam fiant qui nequam fuerant, nequiores,* prouidentia textus *in cap. Vt fama,* 35. *vers. Respondetur, de sentent. excommunic.* Namque *Impunitate nutritur audacia,* assertore Ambrosio *de Noe & Arca cap.* 6. *parum ante medium,* iamquè supra ex Bernardo, aliisquè notamus. *Omniaquè sub metu disciplinæ vitia iacent,* Diuo item, Aureliano *Homil.* 1. *de bono disciplinæ.* Ob cuius defectum, suorum temporum calamitatem *lib.* 2. *de Officiis* sic Cicero plorat: *Nisi multorum impunita scelera tulissemus; nunquam ad vnum tanta peruenirent licentia.*

Infectum delictum reddere pœna non potest: cohibere nequitiam audaciamquè deinceps, exemplo & timore potest. *Sequitur vltio extinctum: sed magis prosunt ista victuris. Nam quoties homicida punitur, non est remedium, sed solatium vindicari,* vt Sidonius Apollinarius inquit *lib.* 8. *epist.* 12. *ad Lupum.* Proinde *Magni & sancti viri quamquam optime scirent mortem istam, quæ animam dissoluit à corpore, formidandam non esse: secundum eorum tamen animum, qui illam timerent; nonnulla peccata morte punierunt. Quo & viuentibus metus incuteretur: & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum quod augeri posset si viueret, diminueretur,* vt ex Augustino, textus *in d. cap. Ea vindicta,* 51. *vers. Magni autem,* 23. *quæst.* 4. prodit. *In Anania autem Petrus auaritiam si potuisset corrigere, non punisset: sed dum illum punit, alios corrigit. Voluit enim vt pœna ad vnum; metus autem ad plurimos peruenirent* vt *sermone* 13. *in festo sancti Alexij* pandit Ambrosius. Eandemquè istius punitionis causam, *vt pœna duorum hominum sit doctrina multorum, lib.* 2. *epistolar. epist.* 18. *ad Demetriadem, de seruanda Virginitate,* Hieronymus reddit. *Ideo enim (vt* Clemens Alexandrinus Pedagog. lib. 3. c. 8.) *sunt mina ac supplicia, vt timentes pœnas, à peccatis abstineamus. Vt vnde alius ad tormenta ducitur; à tormento inde alius liberetur,* vt D. Gregorius Moral. lib. 18. cap. 16. *Sicque fit* (post pauca subdens) *vt qui iniquus viuens multos ad culpam traxerat delectatione peccati: quosdam moriens à culpa reuocet terrore tormenti.* Præfataquè ratione, *nemo prudens punit quia peccatum est; sed ne peccetur,* Seneca profitetur *de Ira lib.* 1. *cap.* 16. *& lib.* 2. *capite* 31. *in fine* repetit: *Ne homini quidem nocebimus quia peccauit; sed ne peccet. Neque vnquam ad præteritum, sed*

ſed ad futurum pœna refertur. Non enim irascitur, ſed cauet. Et ſic *pœna conſtituitur in emendationem hominum*, vt conſultus Paulus ait *in l. Si pœna*, 20. *D. de pœnis.* vt Quintilianus declamat. 174. *Omnis pœna non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum*, futurorumque medelam, & remedij loco, vt Seneca *proxime* inquit: *Omne pœna genus remedij loco admouco.* Fuitque *in Ethicis* Ariſtotelis ſententia: *Supplicia eſſe medicamenta malorum.* Pœnam, *medicinam quandam improbitatis*; Platonis, cuius mentionem facit Solorzanus *de crimine parricidij cap. 1. col. 3.*

35 Qua † & mali reſipiſcant, & tuta bonorum innocentia ſit, ad meliora excitetur, habeatque in punitione ſolatium, iuxta illud *Pſalmi 57. v. 11. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.* Quippe *in peccatorum morientium ſanguine Iuſti lauantur manus: quia dum eorum pœna conſpicitur, conſpiciendis vita mundatur*, vt *Moral. lib. 18. cap. 13.* D. Gregorius explicat. Illud item: *Vindica ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt*, ex Pſalmo 78. *In quo nimirum & nocentibus præſtatur, & patientibus. Illis ſcilicet vt violentia piaculum non incurrant: iſtis autem vt diſcrimen ingerendæ calamitatis euadant. Illis, vt contenti propriis, aliena non rapiant: iſtis, vt defenſi pia tuitionis vmbraculo, propria non amittant. Illis, ne ladendo proximo Diuini fauoris in ſe gloriam pronocent: iſtis, vt nefandorum nequitia liberati ſemper gratias agentes, in inuicem Diuina laudis exultent.* vt D. Petrus Damianus *epiſtolar. lib. 1. epiſt. 12.* eleganter ponderat. Vt pacata ſimul Reſpublica exiſtat, ſpinis tribuliſque purgata vireſcat. *Nam punire nocentes, auxilium ferre oppreſſis, optimam ad prohibenda mala facinora viam*; prudenter etiam *rerum Antiquarum lib. 2. c. 3.* Diodorus Siculus dixit. *Eo enim ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.* Diuo Ambroſio cenſore *de Abel & Cain. lib. 2. c. 4.*

Igitur *Diuina & humana lex reuoluatur, & ſecundum quod ibi definitum eſt, feratur ſententia*, vt textus præcipit *in cap. Summopere, 11. quæſt. 3.* Delinquens *pœnam accipiat legibus conſtitutam*, vt textus in cap. Si quem pœnituerit, 8. in ord. 2. quæſt. 3. *Iniquitatis vltionem inter ſplendidiores triumphos enumeret* Iudex, ex Hildeberto Cœnoman. Epiſcopo, *d. epiſtola 59.* Iuramenti forma ſeruata: *eos quidem qui innoxij ſunt, vndique innoxios illeſoſque conſeruet: noxis autem imponat ſupplicium ſecundum legem, & omnem iuſtitiam*, iuris executor fidelis, *in auth. inſiurandum quod præſtatur ab iis, §. Iuro quoque, coll. 2.* Conſcius *omnes qui legum ſancita violant coërceri debere: ſed graniſſimè illos, qui publico Magiſtratu in Republica funguntur*, decreto Demoſtenis *Orat. 2. contra Ariſt.* Cæteris namque paribus, grauiora ſuperiorum peccata eſſe (ex eo Ieremiæ 5. v. 5. *Eccehi ſimul confregerunt iugum*, cum Diuo Bonauentura) probat Martinus del Rio, cuius latior *Rubric. 15. Annot. fin. n. 10.* faciendi mentio. Miſeri-

36 cordiam † & iudicij cuſtodiat, Oſee monitioni obtemperans *cap. 12. v. 6.* Bonum operans, quod Dominus requirit, & ſuper victimas extollit: *vtique facere Iudicium, & diligere Miſericordiam Mich. 6. v. 7. & 8.* vtriuſque ſectator indeficiens. Quoniam *qui ſequitur Iuſtitiam & Miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam & gloriam.* Quam pollicetur Sapiens *Prouerbior. 21. v. 21.* Miſericordiæ maximè attentus. *Potes & officio iuriſdictionis tuæ fungi, & Humanitatis meminiſſe*, iuxta Tertullianum *ad Scapulam cap. 3.* in cam, quoties per ius licet, inclinans. *Melius* enim *eſt propter Miſericordiam rationem reddere; quam propter Crudelitatem*, vt textus inquit *in cap. Alligant, 12. 26. quæſt. 7.* & D. Ioan. Chryſoſtomus *Homil. 41. in cap. 23. Matthæi.* Quod cueniet nisi in Miſericordiam inclinatio fiat. *Iuſtitia namque dum ſuum modum excedit, crudelitatis vitium gignit*, Diui Bernardi ſententia, *Meditationum cap. 11.* Atque plerunque *Iuſtitia ſi modum non habet, in Crudelitatem cadit*, Diui quoque Gregorij aſſertione *lib. 1. in Ezechielem, Homil. 3. col. 2. ad finem.* Quæ videlicet *eſt inclinatio ad aſperiora*, Senecæ definitione, *de Clementia lib. 2. c. 4.* Ob quam ab officio remoueri Iudicem poſſe, eoque priuari (cum Putteo de ſyndic. *verb. Crudelitas officialis, cap. 1.*) obſeruat Didac. de Mario *in additionib. ad deciſ. Thom. Grammat. deciſ. 28. ad num. 26. dict. deciſionis ex numeris ipſius additionis*, 28. Diximulque *ſupra, Rubrica 6. num. 3.* nimiam id quoque ſeueritatem mereri, quæ iuxta prædicta, crudelitati accedit.

Modus itaque deſignatus tenendus: *ne ſi aliter agere fortaſſe volueris, tranſeat in crudelitatem correctio, & perdas quos emendare deſideras. Sic enim vulnus debes abſcindere, vt non poſſis vlcerare, quod ſanum eſt: ne ſi plus quam res exigit, ferrum impreſſeris, nocens cum prodeſſe feſtinas. Ipſa enim in te dulcedo cauta, non remiſſa ſit: correctio verò diligens ſit, non ſeuera. Sed ſic alterum condiatur ab altero; vt & boni habeant amando, quod caueant; & praui metuendo, quod diligant.* Gregorij inſtructione *epiſtolar. lib. 9. epiſt. 8.* Bononi Abbati monaſterij Lirinenſis. *Ipſa ergo Iuſtitia verè Iuſtitia eſt, quæ ſe temperantiæ fræno moderatur, vt in zelo quo quiſque feruet, ſit etiam temperans, ne ſi plus feruendo, perdat Iuſtitiam, cuius ſeruare moderamina ignorat*, ipſiuſmet documento, *lib. 1. in Ezechielem, d. Homil. 3. col. 1.* in fine. *Hinc inde* (ex ipſo pariter, Moral. lib. 24. cap. 15.) *ſe qui præſunt, circunſpiciant, vt quædam leuiter correptæ tolerent, nec tamen diſciplinæ vincula eadem lenitate diſſoluant: vt quædam tolerando diſſimulent, nec tamen ea creſcere diſſimulando permittant. Laborioſa ſunt iſta, & niſi Diuina Gratia fulciat, ad cuſtodiendum difficilia.*

Hanc ad Pietatem inclinationem (etiam dum *Immiſericordem* Iuſtitiæ effigies Iudicem repreſentat) nullatenus excludit, ſed expetit, omne ius deſiderat: indiſcretam iniuſtamvè Miſericordiam (vt Sacri Canones vocant) excludit, damnat, vt late comprobatum eſt, contrariiſque ſatis argumentis factum.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

VTRVM AMICITIÆ SALtem ratione pœnam minuere Iudicibus liceat ?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua sententia proponitur.* & numero 2. 3. & 4. *Contraria* ex numero 5. vsque ad numerum 14. exclusiuè. *Temperatur, & intelligitur exinde.*

2 *Amicorum rogatus an mitigandarum pœnarum causa præstet ? Et an ad id sæpe Sancti interposuerint preces ?*

3 *Propter consanguinitatem à rigore iuris quandoque recedere licet.*

4 *Amicitia vinculum præualidum, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius, imo sæpe potentius.*

5 *Nec odio pœnas exasperare, nec gratia temperare licet.*

6 *Per gratiam vel amorem iudicans, vt pretio corruptus, per sordes dicitur iudicare.*

Quot sint munerum acceptiones? ibi.

7 *In iudicio non ad personam, sed ad causam respiciendum est. Gratia ab esse, causa merita discerni debent.*

8 *Eadem res, idemvè delictum amore, vel gratia diuerso iure censeri non debet.*

Multa quibusdam prosunt, quæ aliis nocent. ibi.

Vbi ius discriminat, summa æqualitas æquitasvè, summa iniquitas. ibidem.

Areopagitæ quare nocte iudicarint ? ibid.

9 *Amicitiam & frequentem cum subditis familiaritatem, cur iura prohibeant, quem quamvè eorum inuisere ?*

10 *Nullus in ea prouincia cuius existit prouincialis, vel oriundus est, aut in qua larem, seu domicilium habet, vxoremvè duxerit, Magistratum gerere valet. Et quare ? Quid apud Chinenses ?* & num. 12.

11 *Ab officio fiscali originarij arcendi. Et quare ?*

13 *Ex familiaritate veniens affectio, veritatem impedire solet.*

14 *Intellectus textus* in cap. 3. de offic. legat. In cap. clerico, dist. 50. in cap. Miror, 17. quæst. 4. In cap. veniam, 35. quæst. 9. *& numeris seqq. vsque ad numerum* 20.

Princeps an pœnas pro arbitrio, vel qualiter temperare, & remittere possit? ibidem & num. 15.

16 *Amicitia ex virtute, meritisque prouenies an pœna remissioni locum faciat ?*

17 *Prælatorum excessus, & mors casualis extra ordinem, proque Iudicantis arbitrio puniuntur.*

18 *In arbitrariis licet Iudici iuxta rationabilem animi sui motum pœnas temperare.*

Importunitas sæpe rogantis ad extorquendum quod postulat, vicem tenet meriti. ibi.

19 *In criminalibus arbitrariis aliquid gratificationi ob amicitiam intra iustitiæ limites locus est; & intra eos, amicorum rogatibus licet Iudici se inclinare : in non arbitrariis periculosum est preces interponere. Quid in ciuilibus arbitrariis?* ibidem *remissiuè.*

Sententiam ex falsis actis, falsisque allegationibus latam non solum supremus Princeps, sed etiam inferior ordinarius Iudex reuocare valet. ibid.

20 *Vt gratificationi locus sit, desideratur ne reus sit solitus delinquere, aut incorrigibilis videatur: quia tunc augeri pœna potius debet.*

21 *Ne sit delictum atrox, cuius vindicta ad partis, vel Reipublicæ instantiam facienda sit.*

22 *Ne remissio aut extenuatio pœnæ pecuniariæ parti vel fisco applicandæ fiat; arbitrium licet amplum habeat Iudex.*

23 *Ne in arbitrio à solito Iudex recedat; seu recedat quantum minus fieri potest.*

24 *Pœnam temperaturus de maioribus Magistratibus esse debet.* & numer. 25. & 26.

27 *Quæ ad id inter maiores minoresque Magistratus differentia extet ?*

28 *Post sententiam pœnam non valet temperare Iudex. An & quando Princeps ?*

29 *Indicta ab ordinario Iudice multa poterit ex causa remitti.*

30 *Præfinitam à lege pœnam an mutare, vel minuere Iudici liceat? remissiue.*

Charondæ & Zaleuci memorabilia facta ne legum pœnæ aliqua etiam ex parte decidant. ibi.

ANNOTATIO II.

RESTRICTIONEM proximè dictis † Amicitiam præstare, & in quæstionis huius affirmatiuam partem trahere; primo probat textus *in cap. 3. de officio legati,* vbi pœnam excessus à delegato commissi, condignamque pro eo imponendam, ob illius Pontifex dilectionem remisit; remissionis causam his verbis exprimere non dedignatus: *Nisi specialis illa dilectio quam ad personam tuam habemus, & habemus, iustum motum animi nostri temperaret; pœna docente, cognosceres quantum excesseris.* Ex quo simpliciter *Glossa prima* deducit : *Amicitiæ ratione pœnam remittere Iudicem posse.* Quam sequuntur, singulatim & notabilem prædicantes, Innocentius, Baldus, & Antonius de Butrio *ibi,* Ioannes Faber, Iaso, Romanus, & alij, quos refert Tiraquellus *de pœnis temperand. causa 16. num. 1. & 2.* Iulius Clar. *sententiar. lib. 5. §. fin. quæst. 6. num. 35. vers.* 1

Legitur

Legitur etiam, Petr. Rebuff. *de priuileg. scholastic. priuilegio* 104. *numer.* 23. & Matienzius *in Dialogo Relator. 3. part. cap.* 19. *num.* 1.

2 Secundo † probat textus *in cap. Clerico*, 37. *diff.* 50. Vbi sic Vrbanus Secundus: *Clerico iaciente lapidem, puer dicitur interemptus: Nos pro Amore tuo in suo ordine eum permanere permittimus.* Similes textus *in cap. Miror*, 8. *in ord.* 17. *quæst.* 4. sumptus ex Diuo Augustino *epistola* 187. *ad Bonifacium*, dicente: *Quo instigante facere ausus es? Hominem de ecclesia rapuisti? tunc si de tuo amico furte præsumeret fugitiuum, posset præcaldubio intercessoris causa veniam promereri.* & textus *in cap. Veniamus*, 5. *in ord.* 35. *quæst.* 9. Ex quibus apparet, non modo amicitiam delinquentis cum Iudice id operari; sed & cum aliis, qui pro delinquentibus intercedunt. Hancque vnam minuendarum pœnarū causam: amicorum rogatus præstare, tradit Tiraquellus *de pœnis temperandis, causa* 17. Ad idque sæpe eos interposuisse Sanctos, Ambrosium, Augustinum, Antonium &c. produnt Salas *de legib. quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 8. *in principio*, & Suarez *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 11. *in princip.* & pulchris adductis auctoritatibus, *de Religione tom.* 4. *lib.* 9. *cap.* 9. *de cura inuandi proximos in articulo mortis, num.* 10. & 11. Quibus non possum non addere Sancti Ambrosij ab ipsis non tractam; *epistolar. lib.* 8. *epistola* 62. Eusebio Episcopo in id sic factum recensentis: *Apparitor præfecturæ, qui propter operas portuenses offensam contraxerat, iam in portum nauigat; opportunè autem aduenit. Nam simul vt accepi litteras tuas, vidi Præfectum, rogaui pro eo, ignouit illico, iussit retrahi epistolam, quam de facultatibus eius publicandis dictauerat.* Quod quidem non facerent (dicunt, arguuntque citati) si Iudices temperate rigorem ad eorum intercessiones iure non valerent.

3 Tertio, † quia propter consanguinitatem à rigore iuris licet quandoque recedere, eiusque pœnam temperare, ex *lege* 1. & 2. *D. de receptatorib. l. qui cum vno*, 4. §. *fin. D. de re milit.* cum similibus adductis à Nobis *in repetit. legis Miles ad sororem*, 77. *D. de legat.* 2. *verbo Miles ad sororem, num.* 63. *cum sequentibus.* & sic pariter propter amicitiam:

4 † *cuius est vinculum potens & præualidum*; *nec vlla ex parte sanguinis viribus inferius*, vt Valerius Maximus inquit *lib.* 4. *cap.* 7. *in principio.* Imo sæpe potentius: De vnoque ad aliud procedit argumentum, & vtrumque iisdem regulis meritur, vt est frequens Doctorum assertio, multis iuribus comprobata, ornataque à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. A. num.* 246. & *seqq. dictaque repetitione; & verbo Miles ad sororem, num.* 32. 33. & 74. Quo quidem argumento, Amicitiam locum pœnæ facere temperamento, Ausilesius dixit *in cap. primo Pratorum, num.* 10. *vers. quid ergo, pag.* 41. *col.* 2. *in princip.* Et suadent alia, quæ dicenda supersunt *Rubrica* 14. *Annot.* 8.

Contraria verior sententia est, & ex late deductis Annotatione præcedenti, & exsequentibus.

Primo, † quia vt odio pœnas exasperare vel augere non licet: ita nec propter amicitiam à legum seueritate discedere, præscriptasque ab eis pœnas temperare, *cap.* 1. 15. *quæst.* 7. *cap. De Ecclesiasticis*, 8. *in ord.* 25. *quæst.* 2. *cap. quatuor*, 78. 11. *quæst.* 3. *cap.* 1. *de re iudic. lib.* 6. Prosequuntur latè Simancas *de Republica lib.* 6. *cap.* 7. Cabteros *de metu lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 25. & 26. Mastril. *de Magistratib. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 100. & *seqq.* aliique penès ipsos. Mihi pro multis Ambrosius *de officiis lib.* 3. *cap.* 16. isto in casu hanc Amicitiæ præfiniens legem: *Amicus neque noxio gratificare debet, neque innocenti insidiari.* Sic 5

Iustique tenorem
Flectere non odium cogit, non gratia suadet.

vt est apud Claudianum *Panegyri in Manlij Theodosij Consulatu.*

Pari inde modo † per gratiam, vel amorem 6
iudicans, vt pretio corruptus, per Sordes dicitur iudicare. *Tres enim sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. Munus namque à corde est, captata gratia à cogitatione: Munus ab ore est, gloria per fauorem: Munus ex Manu est, pramium per dationem.* Vt illud Isaiæ 33. *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere*, Diuus Gregorius explicat *Moralium lib.* 9. *cap.* 17. continuo iungens: *Sed Iustus quisque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod recte agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu recipere donationem quarit.* Prædictaque assertio Diocletiani & Maximiani Imperatorum responso comprobatur *in l.* 3. *C. de recep. arbitr.* dicentium: *Arbitrorum ex compromisso sententia non obtemperans, si Sordes, vel euidens Gratia eorum, qui arbitrati sunt, intercessit: aduersus filium tuum agentem ex stipulatu, exceptione doli mali vti poteris.* Probamusque latius *infra Rubrica* 12. *Annot. vnic. num.* 5. & *Rubrica* 14. *Annot.* 8. *num.* 10. Nam *& Pecunia persuadet, & Gratia*, vt ait Quintilianus *oratoriar. instit. lib.* 2. *cap.* 16. Etsi malitiam addat pecuniæ receptio, vt *dicta Rubrica* 12. *num.* 11. & 12. aduertimus. *Non enim ad personam,* † 7
sed ad causam respiciendum Iudici est, cap. fin. de offic. legat. Recta enim ratio exigit vt *in iudicio Gratia absit, causæ merita discernantur*, Diuusque Ambrosius exigit *libro primo officiorum.* Et sic *an diues, an pauper sit, causam respice, non personam*, eiusdem monitu *epistolar. lib.* 4. *epistola* 29. *Floriano*, Etenim *vnusquisque non hominum, sed rerum pondere iudicandus est*, vt Diuus Hieronymus inquit *epistolar. lib.* 3. *epist. ad Saluinam.* Ne Amicitia vel Gratia eadem res, idemve delictum † diuerso iure censeatur, contra vul- 8
garia iura relata à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. F. numer.* 44. & *lit. I, n.* 159. Ne (vt *officior. lib.* 1. inconueniens Cicero repræsentat) *iisdem de causis alij plectantur; alij nec appellentur quidem.* Et vt apud Senecam de Ira lib. 1. cap. 15. *Non paria patiuntur, qui*

qui paria commiserant. Vt apud Iuuenalem *Satyra 13.*

Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema.

apud Terentium *in Adelph.*

Huic licet impune facere: illi non licet.

Non quòd dissimilis res sit; sed quod qui facit.

Cum eiusdem noxiæ eadem tractatio deberet interuenire, vt *in Apologet. aduersus Gentes, cap. 2. in princip.* Tertullianus arguit. Et iterum *lib. de Patientia c. 10. Par factum par habet meritum.*

An commota crimine mentis
Absolues hominem, & sceleris damnabis eundem.

vt percontatur Horatius *sermonum lib. 2. Satyr. 3.* Etsi enim dissimilis personarum conditio dissimilitudinem pœnæ sæpè inducat (*l. Aut facta, 16. §. Persona, D. de pœnis, l. 8. tit. 31. part. 7. Sæpe namque,* vt in prologo tertiæ partis cuiæ Pastoralis Diuus Gregorius exordiatur; *alia sit officiunt, quæ aliis prosunt. Quia & plerumque herbæ quæ hæc animalia enutriunt, alia occidunt; & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat: & medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit: & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat.*) Summaque inde æqualitas summa inæqualitas, seu iniquitas sit, non seruato discrimine; tuncque *nihil sit tam inæquale quam æqualitas ipsa,* Plinij problemate *lib. 2. epist. 12. Ariano suo*: & inæqualitas æqualitatis genus esse solet, eiusque tenet vices, vt *elapsa Annotatione* prædiximus *num. 123.* & ex eo *Canticorum 2. v. 4. Ordinauit in me charitatem*, comprobat Celada *in Iudith cap. 15. §. 29. num. 136.* At non pro voluntate, sed pro iure, proque ratione: quæ non discrimen priuato tribuit amori, vel gratiæ, sed causæ. Æquum enim seruari & constitui vult, nisi inæqualitatis causa à iure approbata existat. Quæ & ratio quondam C. Claudio exstitit salutaris. Eodem enim crimine C. Claudio & Ti. Graccho impetitis; alium damnare, alium absoluere in votis fuerat, & obtineret, nisi Gracchus idem egregia & libera voce, cumque iuramento professus esset: *Collegæ suo damnato, eandem ipsum fore pœnam subiturum.* Successum ita *lib. 6. c. 5. §. 3.* Valerius Maximus prodit: *Cum Ti. Gracchus & C. Claudius ob nimis seuerè gestam censuram cum C. Claudio, maiorem ciuitatis partem exasperassent: dicm his P. Rutilius Tribunus plebis perduellionis ad populum dixit, præter communem consternationem, priuata etiam ira accensus, quia necessarium eius ex publico loco parietem demoliri iusserant. Quo in iudicio prima classis Centuria Claudium apertè damnabant: de Gracchi absolutione vniuersa consentire videbantur. Qui clara voce iurauit:* Si de collega suo grauius esset iudicatum in factis paribus, se eandem cum illo pœnam subiturum. *Ea quæ Iustitia tota illa tempestas ab vtriusque fortunis & capite depulsa est.*

Dictaque ratione, vt causis potius quam personis intenderent; Areopagitas noctu, inque tenebris iudicare solitos; & iam *de priuilegiis pauper. 1. p. quæst. 55. numero tertio* notasse recordamur; & Iustitiæ effigies *oculis subclausis* depicta ostendit. Ab Alciato *Emblemate 144.* solis auribus absque oculis formata, ea significatione:

Cæcus at est Princeps, quod solis auribus absque
Affectu, constans iussa Senatus agit.

Ægyptij quoque eadem causa cum Iustitiam pingebant, illius abscondebant in cælo faciem. Thebani eam oculis in cœlum eleuatis referebant, vt Plutarchus auctor est *Moral. lib. 1.* Id ipsum insequens, ex eo *Geneseos 19. v. 1 Venerunt duo Angeli Sodomam vespere*, nouiter sic *ibidem* comprobat Ioannes de la Haye: *Ecce dum it perditum Sodomitas, sub noctem venit: cum benefacturus Abraha, veniat sub meridiem: apparuit enim ei sedenti in ostio Tabernaculi sub ipso feruore dici. Cur circa nocturnum tempus ingreditur Deus in Angelis Sodomam? Nonne vt Iudex ad puniendos sontes accesserat? Bene ergo dicitur, quod tempore vespertino venit. Quia oportet, qui punit, aspectum cohibere, ne misericordia nocentium specie moueatur, vt affectu hominum, qui puniendi sunt, non videat, nec mouearur eorum miseria, & à supplicio ferendo desistat.* Confirmatque hoc idem ipsemet iterum *Exodi 3. v. 6. Ego sum Deus patris tui &c. Abscondit Moyses faciem suam. Conceptu 138.* Iudici enim expedit, nescire reum, scire reatum. Nam *qui cognoscit* in iudicio faciem, non bene facit: iste & pro bucella panis deserit veritatem, assertione Sapientis *Prouerbior. c. 28. v. 21.*

Ea quoque de causa † amicitiam & frequentem familiaritatem Iudicibus cum subditis vetat *lex obseruandum, 19. D. de offic. Præsid. & lex 58. lib. 2. tit. 15. in summario collectionis Indiarum*, præcipiens: *Que los Oydores en el gouierno de sus personas guarden la moderacion que son obligados, atendiendo a lo que deben a rectos y buenos Iuezes y Ministros: escusando amistades, conuersaciones, y correspondencias.* Quo & prohibitio respicit inuisendi quemquam, Auditoribus imposita à *lege 38. tit. 15. eiusdem Summarij Indica collectionis.* 9

Prohibitio paritet communis & Regij iuris, † ne quis in ea prouincia cuius exstitit prouincialis, vel oriundus est, Magistratum gerat, contenta *in lege Si cui, 38. D. ex quib. caus. maiores, in l. fin. D. de crimin. sacrileg. in l. 11. tit. 18. part. 1. in l. 4. tit. 6. lib. 3. nouæ Reg. collection.* eam ad Iudicum vicarios, satellites, seu Alguacellos extendens. Apudque Chinenses idipsum, eademque ratione *secunda parte historiæ orientalis* his verbis Ioann. Hugen. sancitum prodit: *Lege cautum est apud illos, ne quis in patria sua officium procuret, neue eam Regis nomine gubernet, aut Magistratum ibi obeat. Quod Rex hanc ob causam* 10

ſam fieri voluit, ne ſcilicet amicorum affectibus indulgentes, vel à Iuſtitia deflectant, aut Regi rebelles fiant.

11 Ipſa quoque de cauſa † ab officio Fiſcali originarium arcendum: *Ne aut gratioſus, aut calamitoſus apud ſuos eſſe appareat*, Paulus reſpondit, cuius meminimus *tertia parte de priuileg. miſerabil. perſonar. quæſt. 15. num. 54.* latius hypotheſis huius diſcurſu protenſo.

12 Neque ex prouincia ſolum oriundi à dictorum munerum adminiſtratione inibi gerenda arcentur: ſed etiam ſi larem ſolum † in ea conſtituerint, ea ſimul ratione, Imperatoris Conſtantini decreto *in l. 3. C. de diuerſ. offici. & apparitor. iudic. lib. 12.* Vel ſi vxorem inde oriundam, vel ibi domicilium habentem matrimonio copularint: quod dum in prouincia adminiſtrant, facere prohibentur, & præſumptam concuſſionem, ſeu metum principaliter tollendi ratione; & hæc, quam proſequimur, ex *lege ſi quis officium, 38. l. Præfectus, 63. D. de ritu nuptiar. l. Etſi contra, 6. C. de nuptiis, l. vnica C. ſi Rector prouinciæ, l. 6. tit. 7. part. 3. l. 2. tit. 14. part. 4. verſ. Eſtos ſon, l. 25. tit. 4. lib. 2. noua Reg. collection. l. 66. tit. 15. lib. 2. ſummarij Indici.* Quæ filios quoque matrimonio locare cum ſubditis, Senatores vetant, vt & de iure communi prohibitio extabat *in l. qui in prouincia, 57. D. de ritu nuptiar.* Ex duplici proxime deſignata cauſa, quam paritet cum multis à ſe relatis deſignat Solorzanus *de Indiarum gubernatione tomo 2. lib. 4. cap. 4. numer. 57. & ſequentibus*, alios etiam enumerans Cabretos *de metu lib. 2. cap. 29. numero 87. & 88.*

Adeo Iudicum cum ſubditis familiaritatem lex auertit, † amicitiæ potentes veretur affectus; viciſſitudinis nexu liberos; ſanguinis vinculis deſiderat expeditos; ex familiaritate fluentem affectionem veritatem impedire ſolere cognoſcens, vt profert textus *in cap. Accuſatores, 3. in ord. 12. 3. quæſt. 5.* cum cæteris iam relatis, aliiſque reponendis *Rubrica 14. Annotatione 8.* ſententiam iſtam reddentibus firmiorem: cum temperamento tamen, quod ex contrariorum ſolutione conſtabit. 13

14 Non itaque aduerſus eam obſtant primum & ſecundum argumentum † ex *cap. 3. de officio legati, cap. Clerico, 50. diſt. cap. Miror, 17. quæſt. 4. & c. Veniam, 35. quæſt. 9.* formatum. Quæ iura multi in Principe intelligi voluerunt, cui veluti legis condendæ, & abrogandæ ius eſt, cuiuſque arbitrio pœnæ relictæ ſunt, *l. 1. C. de Summa Trinit.* vt (ex Andræa Barbatia *in c. Riminaldus, de teſtament.*) obſeruat Tiraquellus *de pœnis temperandis, d. cauſa 16. num. 3.* & Iulius Clarus *ſententiar. d. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. num. 35. verſ. Legitur etiam.*

Cui tamen ſolutioni & intellectui neque Iuriſtæ omnino, neque Theologi aſſentiunt. De Iuriſtis conſtat apud Tiraquellum eundem *dicto loco, num. 4.* de Theologis, apud Ioannem de Salas *de legibus, 2. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 15. ſect. 8. num. 108.* Vbi cum de diſcrimine iſto inter Supremum Principem, & inferiorem Iudicem hac in ſpecie mentionem feciſſet; adiecit: *At in foro conſcientiæ videtur difficilis illa differentia. Et ita Sotus ſuprà indifferenter de vtroque loquitur. Quia vel eſt ſermo de ſola voluntate ſine cauſa, vel ex cauſa iuſta: Prior etiam Principi non licet, quia lege iuſta obligatur quoad vim directiuam: poſteriori autem modo etiam inferior Iudex poterit interdum remittere pœnam.* Hæc à Suarez, vt videtur, mutuatus, *eodem tractatu, lib. 5. c. 11. n. 8.*

Quamuis autem neque Princeps pro arbitrio ſeu libito *legum pœnas remittere, aut temperare, regulariter, ſalua conſcientia poſſit: facilius tamen † poteſt facere Princeps quam Iudex inferior. Nam hic ſolum poteſt in caſibus expreſſis, vel conſuetudine receptis, aut per modum epicheiæ, quando non eſt facilis recurſus ad ſuperiorem: Princeps verò habet ſupremam poteſtatem & ad interpretandum legem, & ad diſpenſandum ex cauſa rationabili. Vnde inferior vix poteſt minuere pœnam, niſi quando tenetur: Princeps autem poteſt diſpenſare etiam ſi non teneatur. Vnde aliquando poteſt iuſte id facere in gratiam ſubditorum, vt ſe illis oſtendat benignum, & liberalem* &c. Hæc paritet Salas *vbi proxime, num. 109.* ex eodemmet Suarez *eodem ipſo loco, num. 9.* Cum quibus conuenit Martinus Bonacin. *in octauo Decalogi præcepto, diſput. 10. quæſt. 2. punct. 7. num. 3.* aliis quoque relatis. Similiter (Diui Thomæ auctoritate, *2. 2. quæſt. 67. art. 4.*) Ioan. Azorius *inſtitution. moral. 3. p. lib. 13. cap. 23. dub. 3.* Petr. à Ledeſm. *2. p. ſumm. tit. 8. Iuſtitia commutatiua, cap. 22. col. 7. concluſ. 6. pag. mihi 459.* Diximuſque latius *Annotatione præcedenti, num. 5. & ſeqq.* Quod elegans comprobat textus (à nemine, quem viderim, memoratus) *in capit. fin. §. fin. 22. quæſt. 2.* Saulis mortis pœnam deſtinatam in filium ob edicti iurati in tranſgreſſorem comminantis mortem; ad populi preces condonatam enarrans. Qui nec periuri; nec iniuſti reprehenditur: quia pœnam *non carnali affectu, ſed populi ſupplicatione reuocauit.* Conuenit etiam Diui Gregorij proxime referenda Auctoritas. 15

Alij indiſtinctè † non modo in Principe, ſed etiam in Iudicibus quoque inferioribus prædicta iura intelligunt. Quia textus *in d. capit. Miror*, non in Supremo Principe loquitur: temperateque inferiores iſtos pœnam ob amicitiam aliquatenus poſſe dicunt, ſi non tam ex particulari affectione, quam ex virtute, meritiſque amicitia prouenerit: tuncque nec perſonarum acceptionem committi, cum id ſibi merita poſcant, id illis ius concedat *in l. Non omnis, 5. D. de re milit.* Tradit plene Tiraquellus *de pœnis temperandis d. cauſa 16. num. 5. cauſa 49. & 51.* Maximeque huic aſſertioni conducit, & auxiliatur Diui Gregorij ſententia *Moral. lib. 5. cap. 10.* dicentis: *Nonnunquam etiam qui bene præeſt, dum ſubiectorum populorum confuſione concutitur, ad* 16

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dispensationis condescensionem ex sola dilectione promouetur. Quodque *Prouerbior. capit.* 25. *v.* 10. Sapiens dixit: *Gratia & Amicitia liberant: quas tibi serua, ne exprobrabilis sias.*

Alia autem ratio (à nemine pariter quem viderim, tacta) in hanc sententiam trahit, & oppositis iuribus præbet intellectum. Quia
17 † in eorum specie non pœna aliqua determinata existit, sed arbitraria. Prælatorum enim excessus, de quibus *in cap. 3. de officio legati*, hanc naturâ induunt, extra ordinemque puniri dicunt textus *in cap. 1. & ibi Glossa verbo Puniemus, de excessib. Prælator. in auth. de sanctiss. Episcop. §. omnibus autem, coll. 9.* Ita & in casu *dicti capitis Clerico*, cuius delicti pœnam arbitrariam esse, ostendit textus *in c. significasti, 16. de homicid. voluntar. vel casuali, & ibi Glossa verbo competentem.* Quem similiter textus *in d. c. Miror*, recipit intellectum.

18 In arbitrariis autem † licet Iudicibus iuxta animi sui rationabilem motum pœnas temperare. Nam *quibus nulla specialis pœna rescriptis Principalibus imposita est; idcirco, causa cognita, liberum erit arbitrium statuendi ei qui cognoscit*, vt textus ait *in l. 1. §. Expilatores, D. de effractorib. & expilatorib.* Similiter *in l. 1. §. Ait Prætor, De de iure deliber. & in l. Si quis reum, D. de custod. & exhibit. reor.* Egimusque latius *Annotatione præcedenti.* Quamuis enim iniustum nihil amicitiæ intuitu faciendum sit: *sunt quæ necessario à nobis rogantium aut extorquentium importunitas aut necessitas meretur.* Diui Bernardi iudicio *de consideratione, ad Eugenium lib. 4. cap. 4.* In istis quidem sine discrimine Iustitiæ.
19 Aliquali enim gratificationi † intra eius limites Amicitiam locum in criminalibus arbitrariis facere, posseque Iudices eo modo, seu moderamine, aliquatenus mitius cum amico tunc agere, seu amicorum rogatibus inclinari; & amicos licitè in id interponere preces (iuxta honestum licitumque rogandi modum, quem à Maioribus seruatum Cicero refert *de officiis lib. 3. pag. mihi* 103. nempe: *quæ salua fide facere possit:*) Iuristarum, & Theologorum assertio est. Sic Iulius Clar. *sententiar. d. lib. 5. quæst. 60. num. 35.* Sebastian. de Medic. *in repetit. cap. Erit autem, 4. dist. num. 113.* Carol. de Graf. *in tract. de effectib. amicit. num. 238.* Ioan. de Salas *d. quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 8. in fine*, verba hæc proferens: *Generatim peti potest, vt tantundem de pœna remittat, quantum intra Latitudinem Iustitiæ fieri potuerit, sine in modo, aut tempore, eis, vel aliis circunstantiis, quæ frequenter ex Iudicis voluntate pendent* formaliter, pro more, à Suarez desumpta, *dicto lib. 5. cap. 11. num. 10. in fine.* Recentius Cardinalis à Lugo *de iustit. & iure, 2. p. disput. 37. sect. 8. num. 96.* Bonacin. *circa octau. Decalog. præceptum, d. disput. 10. quæst. 2. puncto 7. num. 7.* Qui (cum Valentia *to. 3. disput. 5. quæst. 11. ad finem*, Soto *de iustit. & iure, q. 4. art. 4. ad primum*, Claui Regia *lib. 2. c. 12. n. 3.* Salone *2. 2. q. 67. art. 4. conclus. 2.* Reginaldo, & aliis) periculosum esse aduertit apud Iudices intercedere in his quæ ab eorum arbitrio non dependent, vt & Lugo *supra.* Quia

Vincuntur molli pectora dura prece.

vt Tibullus inquit *lib. 3. Eleg. 4.* In his quæ dependent, & peti, & fieri aliquam gratificationem amicitiæ respectu posse, intra limites, vt diximus iustitiæ. Ita pariliter Dominicus Bañez *in 2. 2. Diui Thomæ, quæst. 67. art. 4. in princip. vers. Tertio nota, ad finem*, vbi sic: *Et in huiusmodi pœnis habent locum preces proborum virorum, vt Iudex minuat pœnam, quæ in eius arbitrio ponitur. Hoc enim conforme est legi quid ergo, §. Pœna, D. de his qui not. infamia, & cap. At si clerici, de iudic.* Sic in effectu Thom. Sanchez *consilior. moral. 6. cap. 1. dub. 22. per totum*, nemine alio præter Castrum *de lege pœnali* (pleniſſime hac de re agentem, latequeeam disputantem *lib. 2. cap. 13. per totum*) relato. De qua etiam apud Ioannem Paulum Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 18 num. 82.* (nullo quoque alio præter Morlam *in empor. iuris p. 1. quæst. 10. num. 20. adducto*) Mattinum Nauarrum *de datis & promissis pro iustitia vel gratia, notabili 12. num. 27. vers. A quo vitio, & sequenti*, Petrum à Ledesma *2. p. summ. tract. 8. Iustitia commutatiua, cap. 22. col. 7. conclus. 6. pag. mihi* 459. aduertentem: *Que quando no es licito al Inez remitir la pena del Derecho: tambien es pecado que otro qualquiera lepida que la relaje.* in arbitrariis consequenter excusat. Estque pro assertione præfata textus *in cap. Prodest, 4. in ord. 23. quæst. 5.* ex D. Augustino deductus *epist. 54. ad Macedonium*, dicente: *Prodest & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiunatur & nostra: prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur & vestra.* Et sic *vbicunque iuris clementia est, habet locum precatio*, vt optimè Quintilianus *Oratoriarum institution. lib. 7. c. 5.* Claudianus etiam *Panegyri in Manlij Theodosij Consulatu* vult vt sit Rector

Perdurus iniquas
Accepisse preces: rursus qua digna petitu,
Largitor facilis.
Iniustaque nunquam
Largiri sociis,

prædicat iustum, *in laudes Stiliconis Panegyri 2.* Quamque periculosum sit aut preces pro litigantibus aliter interponere; aut Iudicibus eas recipere, & exequi, iam diximus, & maxime in Ecclesiasticis ordinibus, aut beneficiis, dicemus *Annotatione sequenti.* Quidque in ciuilibus etiam arbitrariis *Rubrica 14. Annotatione 8.*

Nunc pro relato in criminalibus placito non possum non Sancti Annonis Archiepiscopi Coloniæ Agrippinensis, & seuerum iudicium, & ob amorem, in eo gratificationem & temperamentum referre, quod *in Cathechismo historiali p. 2. cap. 3. tit. 115. §. 3.* Antonius Dauroult. sic litteris mandauit. *Contigit Iudices Alti Iudicij Colonensis, pauperculæ cuidam mulieri iniquam ferre sententiam. Mulier questum Archiepiscopo de iniuria sibi à Scabinis illata Sigebergium venit: Præsul mox illos ad se cum suis iudiciariis libellis venire iubet: rogat cur sic tam iniustè viduam iudicassent.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

iudicassent. Non habentibus quo se excusarent; mandat omnium oculos effodi. Vni interim cuius filium è fonte Præsul susceperat, sic parcens: quod huic vnus tantum oculus erueretur, vt esset qui alios sex reduceret domum.

Ex dictis apertior remanet dictorum capitum intellectus. Superest adhuc ex diuersa eius ratione diuersa quoque alia *dicto capiti Veniam* solutio. In cuius veluti casu id amori rogantium tribuit Pontifex, quod etiam non rogatus, veritate cognita, rectiusque instructus tribuisset, falsi rumoris errore detecto, perque obreptionem obtentum, ac prouisum reuocans, & in melius commutans, iuxta textum *in cap. Sententiam, ipsa* 35. *quæst.* 9. eidem capiti Veniam inhærentem. Quod non solum supremum Principem facere posse; sed etiam inferiorem ordinarium Iudicem (cuius officium sententia lata expirauit, *l. Iudex postea quàm*, 55. *D. de re iudic.*) aduertit *Glossa prima in fine, in eodem cap. Veniam*, ex textu *in l. si Prætor*, 75. §. 1. *D. de iudic.* & notat Abbas *in cap. Cum Bartholdus, num.* 33. *de sentent. & re iudic.* Esto quod ex falsis allegationibus, seu actis sententia lata teneat, vt aliqui firmarunt, relati à Nobis *de priuileg. miserabil. personar.* 3. *p. quæst.* 3. *num.* 121. seu nulla sit, vt voluere plures, quos recenset, & sequitur Sebastianus Vantius *de nullit. sententiar. tit. de nullit. ex defect. proces. num.* 129. *pag. mihi* 696. Probatis viris falso rumore damnatum affirmantibus; & intercedentibus ibi Pontifex credidit, in pristinum statum, attenta veritate, reposuit, longas iudicij resecauit ambages; gratiam sine iniuria fecit, quam iustè simpliciter faceret emendato.

Vt autem aliquali gratificationi locus sit, qualitates & circunstantiæ quædam de-
20 siderantur. Primo, † ei quam nunc præmisimus, coniuncta, vt reus non sit solitus delinquere, incorrigibilisque videatur: tunc enim augenda potius pœna quam temperanda est, iuxta tradita à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. D. n.* 51. *& lit. P. n.* 42. Idque etiam in arbitrariis, vt in specie aduertunt Suarez Ioan. à Salas, & alij supra citati.

21 Secundo, † ne sit delictum atrox, cuius vindicta ad partis, vel Reipublicæ instantiam facienda sit, cui veluti interest ne delicta maneant impunita, vel minus quàm ratio postulat, punita. Cuius indebita remissio iniuriam iniustitiamque contineret, contraque ius partis, & bonum commune peccaret, pœnam molliendo Iudex, moralemque multiplicationi delictorum occasionem, præbendo. Ita Salas *d. disput.* 15. *sect.* 8. *num.* 107. *vers. Circa diminutionem*, & Suarez *d. capit.* 11. *num.* 6. huiusmodi enim delictorum conditio gratiam auertit, amotis vestigia delet; lenitatem fugit, expetit severitatem, in Miseratione facit periclitari Bonitatem, penitus vices eneruat precum. *Exorari in pernicem rogantium, sana Bonitas est. Quemadmodum pulcherrimum opus est, etiam inuitos nolentesque seruare: ita rogantibus pactifera largiri; blandum & affabile odium est*, vt de *benefic. lib.* 2. *cap.* 14. prudentissime & eleganter Seneca. *Heli in se bonus* (textus ait *in cap. licèt Heli*, 31. *de simonia*, à libro primo Regum, cap. 2. v. 23. deductus) *de excessibus filios & quidem redarguit, & quidem corripuit: sed lenitate & mansuetudine patris, non seueritate, vel authoritate Pontificis*, (vt in eum locum Diuus Petrus Damianus aduertit *epistolar. lib.* 1. *epist.* 6. *ad Nicolaum Pontificem Romanum.*) Et quia *quos ferire hostili gladio debuit; paterna blanditia lenitate palpauit* (vt subiungit) *in se pariter & in ipsis animaduersionis Diuinæ vindictam excepit*, vt *in dicto capit. Licet Heli* textus prosequitur.

Tertio, † ne remissio aut extenuatio pe- 22
cuniariæ pœnæ parti vel Fisco applicandæ fiat, licet arbitrium, amplum quoque habeat Iudex, ex *lege* 2. *& ibi Glossa finali*, & communiter Scribentibus, *C. de in ius vocando, vbi* Decius notat *num.* 9. *& consil.* 529. *num.* 2. Ruin. *consil.* 167. *num.* 20. *lib.* 1. *consil.* 13. *num.* 2. *consil.* 66. *num.* 7. *& consil.* 153. *num.* 2. *lib.* 5. Grammat. *consil.* 34. *num.* 1. & 2. Menoch. (aliis relatis) *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 96. *numero* 1. Quos resumpsit Farinacius *quæst.* 17. *num.* 71. Salas & Suarez *vbi proxime*, idem dicentes siue ipso iure imposita pœna sit; siue imponenda veniat, Martin. Bonacina *circa octauum Decalogi præceptum d. disput.* 10. *quæst.* 2. *puncto* 7. *numer.* 2.

Quarto, † ne in arbitrio à solito recedat 23
Iudex, seu quantum minus fieri potest recedat, iuxta *legem si quis reum*, 4. *D. de custod. & exhibit. reor. auth. Iubemus, C. de indic. princip. institut. de offic. Iudic.* cum citatis à Farinacio *dicta quæstione* 17. *num.* 54.

Quinto, † vt pœnam temperaturus de 24
Maioribus sit Magistratibus, vt post Baldum; Romanum, Iasonem, Decium Hippolytum, Riminaldum, Marsilum, & alios, annotat Farinacius *eadem ipsa quæst.* 17. *num.* 67. In quam quidem assertionem etsi Doctores consentiant; non ita pariter in Maioribus Magistratibus designandis, discriminandisque minoribus. Maiores etenim in
propositio Magistratus, † Senatores existi- 25
mant Roland. à Valle *consil.* 7. *à num.* 17. *cum seqq. lib.* 1. Minores Assessores arbitratur Iaso *in l.* 1. *num.* 8. *C. de precib. Imperatori offerend.* eiusque relatione, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 96. *num.* 18.

Neutri verò harum ego opinionum assentior, Maiores enim olim Magistratus dicebantur Consul, Prætor, Censor, Ædilis, Quæstor, Tribunus militum, Tribunus plebis, Dictator, Magister equitum: reliquis pro minoribus habitis, vt tradit Marcus Varro *de lingua Latina, lib.* 5. eiusdemque mentione facta, Petrus Gregorius *in prælud. optimi iurisconsult. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 26. Quæ designatio non à iuris designatione, seu determinatione deuiat: in quo Maiores Magistratus dicentur

quibus publici iudicij administratio data est, vtque nostri loquuntur, merum mixtumque Imperium concessum, *l. 1. D. de offic. Prefecti prætor. & l. 1. D. de offic. eius cui mandata est iurisdictio*: Minores, quibus minus imperium datum est, quale *in l. fin. C. de pedane. iudicib.* vt & notant Petrus Gregor. *d. loco num. 5.* Paulus Montan. *de tutore & curatore, cap. 35. num. 101. & 102.* confusè licet & inuolutè, ne dicam ineptè. Quosque minores Magistratus *dicto numero 67.* Farinacius vocat: Pedaneos *in Indice summariove* appellat. Conuenit, licèt non ita distinctè discriminet, Petrus Barbos. *in l. Cum Prætor, 12. §. 1. D. de indic. numer. 247. & seqq.*

26 Vnde † à Iasone, Rolando, & sequacibus merito dissentimus, neque Senatores, vel Auditores solum Maiores reputantes Magistratus: neque Assessores minores (de nostri saltem temporis Assessoribus loquentes) siue enim in vniuersum ordinariorum merum mixtumque Imperium habentium locum tenent (hi namque Assessores dicuntur, Iaso *in rubric. D. de assessorib. num. 1.*) ordinariique per consequens & ipsi sunt, merum mixtumque imperium habentes (vt plusquam notum est, & vsu & iure comprobatum *in cap. 2. de offic. vicar. lib. 6.* notant Iaso *vbi proxime, num. 2.* Paz *in praxi, tom. 1. cap. 1. num. 8. & 9.* lateque prosequitur Bobadilla *in Politic. lib. 1. cap. 12. à num. 1. cum seqq. præcipuè num. 6. cap. 16. num. 44. & lib. 5. cap. 1. num. 141.*) & inter Maiores Magistratus computandos, ex prædicta iuris determinatione descendit. Siue ad aliquam peculiarem causam ab huiusmodi ordinariis assumpti sunt: & tunc non tam iurisdictionem aliquam hos exercere, quam ordinarios ipsos, qui de eorum consilio iudicant, apparet, neque Magistratus nomen Assessores istos mereri ex ratione *legis Item eorum, 6. paragrapho Decuriones, D. quod cuiusque vniuersitatis nomine, legis Vnum ex familia, 69. paragrapho Si de falcidia, D. de legat. 2. legis Appertissimi, 14. ad finem, & ibidem Glossa finalis, C. de iudiciis, legis Pater ex prouincia 22. D. de manumiss. vindicta*: posse autem (eadem ipsa ratione, quod de eorum consilio sententia lata, ordinariorum censenda sit, eisque, non Assessoribus tribuatur, vt lex *lege Metum, §. sed quod Prætor, D. quod metus causa*, Iasone *in rubric. D. de offic. assessor.* & Motla *in empor. iuris, tit. 2. de iurisdict. quæst. 6. num. 18.* tradit Giurba *consil. 31. num. 1. & sequentibus*, id exornans, præcipuè *à numero 3.*) pœnam temperare, cum inter Maiores Magistratus ordinarij habeantur, merum scilicet & mixtum imperium habentes. Sic in effectu Iustinet Menochius *dicta quæstione 96. num. 10. 14. & sequentibus.*

27 Hanc vnam inter Maiores † minoresque Magistratus (Senatores videlicet & alios quoslibet ordinarios (ad hos enim quod sequitur referendum esse superiora suadent) differentiam constituit Iulius Clarus *sententiar. lib. 5. §. fin. quæst. 85. num. 10. vers. sed hæc quidem concluso*, eximente Baldi, Decij, Blanc. & aliorum, quem Farinacius probat *dict. quæst. 17. num. 67.*) vt illi ex causa, etiam extrinseca, pœnam valeant temperare: hi ex causa solum delicto cohærenti. Quod tamen iudicium, Senatoribus etiam facultatem præfatam adesse existimantium, ex dicendis *Rubrica 14. Annot. 3. num. 6.* dubitationem recipit.

Sexto, † requiritur vt ante sententiam, 28
vel sententiæ tempore pœnam Iudex temperet: post eam namque functus officio suo est. Obseruant, cum multis, Farinacius *d. quæst. 17. n. 61.* Couar. *variar. lib. 2. c. 9. n. 8.* Suarez *de legib. d. lib. 5. cap. 11. n. 9.* Qui id interdum Principi licere dicit, *dummodo non redundet contra ius alteri quæsitum, seu in damnum tertij. Nam hoc non potest iuste Princeps inferre, nisi tantum interfit bono communi, vt propter illud priuari possit particularis persona iure suo.*

Mulctam † à Iudice quoque ordinario 29
indictam, rationabili causa excipias, Vlpiani platito *in l. Illicitas, 6. §. fin. D. de offic. Præsid.* dicentis: *Præses prouincia si mulctam quam irrogauit, ex præsentibus facultatibus eorum, quibus eam indixit, redigi non posse deprehenderit: necessitatem solutionis moderetur, reprehensa exactorum illicita auaritia.* Addentis insuper: *Remissa propter inopiam mulcta, à prouincias regentibus exigi non debet.* Similiter *lex fin. in fine, C. de modo mulctar. & l. 4. tit. 22. part. 3.* Sumusque id latius prosequuti *de priuileg. pauper. 2. p. quæst. 65. num. 54. & duobus seqq.* prosequiturque etiam, aliis quoque relatis, Mastrill. *in comment. ad indult. general. cap. 18. num. 13.* Quod Regiæ partitæ *lex 4. tit. 2. part. 3.* ad pœnam etiam Fisco applicatam, paupertatis condemnati ratione, extendit, contra communis iuris prouisionem, vt ibidem aduertit Gregorius Lopez *glossa 4. verbo Pœna*, mentique ob id tenendum admonet.

Vltimo requiritur, † ne specifice præfi- 30
nitam à lege pœnam Iudex immutet, vel gratificatione temperet, quam mutari, aut temperari vetant *lex fin. C. ne sanct. baptism. reiteretur*, similesque recensitæ ad longum *proxima Annotatione elapsa*, legitima non existente causa, vt & ibi diximus, & notat Farinacius *d. quæst. 17. num. 68.* Quod & Antiquorum exempla efficaciter persuadent. Charondæ præcipuè, & Zaleuci. Quorum alter in se ipso legis rigorem (tametsi lenimen casus occasioque præberet) & ad mortem vsque exequutus est: alter in se, filioque simul; ne leges aliqua ex parte labarent. Charodas *ad vim & cruorem vsque seditiosas conciones ciuium pacauerat, lege cauendo: vt si quis eas cum ferro intrasset, continuò interficeretur. Interiecto deinde tempore, ex longinquorum gladio cinctus repetens, subito indicta concione sicus erat, in eam prodijsse: ab eoque qui proximè constiterat, soluta à se legis suæ monitus*: Illam ego, inquit, sanciam.

Ac

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ac protinus ferro, quod habebat, distrixo incubuit. Cumque liceret culpam vel dissimulare, vel errore defendere: pœnam tamen repræsentare maluit, ne qua fraus Iustitiæ fieret. vt Valerius Maximus auctor est *lib. 6. cap. 5. §. 4.* de externis. *Zeleucus* (eodem ipso *ibi* §. 3. referente) *vrbe Locrensium salubernimis atque vtilissimis legibus munita, cum filius eius adultery crimine damnatus, secundum ius ab ipso constitutum, vtroque oculo carere deberet; ac tota ciuitas, in honorem patris, pœnæ necessitatem adolescentulo remitteret; aliquandiu repugnauit. Ad vltimum precibus populi victus; suo prius, deinde filij oculo eruto, vsum videndi vtrique reliquit. Ita debiti supplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, se inter misericordem patrem & iustum Legislatorem partitus.* Aliorum exemplis, hanc ipsam thesim prosequens, eam comprobat & exornat Matthæus Tympius *in priore parte speculi Principum, signo 95.* Similiter & Guillielm. Benedictus *in repetit. cap. Raynutius, de testament. verb. In eodem testamento, primo, num. 71. & 72.*

VTRVM IVDEX VEL POEnam non imponens, vel mitiorem aut rigidiorem quam Lex præfinit infligens, ad restitutionem teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionis huius difficultas, pondus, & varietas opinionum proponitur.*
2 *Qui affirmatiuam partem sustinuerint?*
3 *Princeps supremus an ad restitutionem omissa condemnationis parti læsæ applicandæ teneatur?*
4 *Iudex qui ad partis victricis petitionem victum in expensis non condemnat, an & quando ad restitutionem teneatur?*
5 *Qui negatiuam partem defendunt, & quæ eius sint rationes?* & numeris seqq.
6 *Pœna non debetur Fisco, aut alteri antequam reus condemnetur.* & num. seq.
8 *Iudex non tenetur ex iustitia commutatiua contra delinquentem procedere, sed ex iustitia legali.*
Iustitia legalis an obliget ad restitutionem? Et an restitutionis obligatio solummodo ex iustitia commutatiua violatione nascatur? ibi & num. 11. 13. & 19.
9 *Impugnat Vazquez sententia negatiua rationes.* & num. 10. & 11.
12 *Impugnatur ipse.* & num. 13. & 14.
15 *An damnum sit non condemnare reum in pœna pecuniaria applicanda Fisco?* & n. 16. & 17.
18 *Præfectus custodiæ vrbis, qui iurauit se accusaturum quos post campanæ sonum inuenerit; an non accusando ad restitutionem teneatur?*
Quid si damnum facere videat, neque ei cui damnum illatum est denunciat? Quidque de Præfectis confinium Regnorum, prominciarum, aut ciuitatum, qui permittunt exportari res vetitas? ibi.
19 *Qua ratio sit cur semper ex iustitia commutatiua restitutionis, seu compensationis damni illati obligatio oriatur?*
20 *Fur criminaliter pro furto damnatus & punitus ad rei ablatæ nihilominus restitutionem, satisfactionemve erit condemnandus: nec ante eam à carcere aliquatenus relaxandus. Et an cedendo bonis, ex Regia tunc constitutione satisfaciat?*
21 *Iudex qui plus iusto, rigidioremque pœnam, quam lex infligit, imponit, ad restitutionem pro excessu tenetur.*
22 *Nisi ex circunstantiis, aut criminis immanitate, ob quam leges transgredi licet, id acciderit.*
23 *An Iustitia punitiua sit species distincta à commutatiua, & distributiua? remissiue?*

ANNOTATIO III.

QVÆSTIO hæc† maximè Theologos totsit, & in oppositas sententias traxit. Alij namque affirmant; negant alij; obscuritate aliorum difficilior reddita est, vt de Diuo Thoma, quoad obscuritatem, 2. 2. *quæst. 67. art. 4. ad 3.* & Dominico Soto *de iustit. & iure, libr. 5. quæst. 4.* notat Azorius *institut. moral. 3. part. lib. 13. cap. 23. dubio 4.* 1

Affirmant † itaque Angelus *in summ. verbo Pœna, num. 18.* Syluestet *verbo Iudex 1. quæst. 11. dicto 5.* Armilla *eodem verbo, num. 34.* Petr. à Ledesma *in summ. p. 2. tract. 8. de Iustitia commutatiua, cap. 22. post sextam conclusionem, vers. Digo lo segundo.* Quoad pœnam saltem pecuniariam parti vel Fisco applicandam, Salon 2. 2. *quæst. 62. art. 4. & 7. & quæst. 70. art. 1. in fine,* Ioan. de la Cruz *in summ. super eltan. Decalogi præcept. de Iustitia Iudicis, dubio 6.* Rebell. *de obligat. iustit. 1. p. lib. 1. de præludiis Iustitiæ, q. 3. per tot.* Marcellus Megalius *institut. confessor. 2. 2. lib. 2. cap. 2. q. 8. num. 61.* Dominic. Bañez 2. 2. *d. q. 67. artic. 4. conclus. 1.* Sentit etiam id ipsum ex Iuristis (aliis quoque relatis, & ad Supremum Principem, † illiusque restitutionis obligationem pœnæ parti læsæ applicandæ extendens) Iacobus Menochius *de arbitrar. lib. 1. quæst. 96. numer. 1. & sequentibus.* Quibus conducunt & dicta *Annotatione præcedenti, numero 22.* 2 3

Paritet & huic numero insunt litis expensæ, † in quibus victus victori ad eius petitionem condemnandus est, iuxta dicta à Nobis *de priuileg. pauper. & miserabil. personar. p. 1. quæst. 39. num. 65. & 66. & in Axiomatib. iuris, lit. R. num. 123. & seqq.* ad quarum restitutionem, earum condemnatione à parte, vt dictum est, petita, non facta, *lex Sancimus, 13. C. de iudic.* his verbis Iudicem damnat: *Sciturus Iudicibus nostris, & executoribus, quòd si hoc prætermiserint; ex sua substantia huiusmodi detrimentum lasis resarcire compellentur.* Damnauerat què textus *in l. Properandum, 1. §. Sanè autem, C. eodem tit.* verbis hisce: *Omnes Iudices, qui sub Imperio nostro constituti sunt, sciant victum in expensarum* 4

causa victori esse condemnandum quantum pro soluto expensis litium iuraverit: non ignorantes quod si hoc prætermiserint, ipsi de proprio huiusmodi pœnæ subiacebunt, & reddere eam parti læsæ coarctabuntur. Et sic tenet, si à parte petantur (cum Glossa *in cap. fin. verb. Expensis, de rescriptis?* Sylvestro *verbo Iudex*, 1. *quæst. 12. vers. Tertium*, & Navarro *in Manual. cap. 23. num. 14.*) Sayrus *lib. 12. cap. 12. num.* 8. Eman. Sa, *verbo De Iudice, num.* 9. In casibus saltem non exceptis à *lege octava, tit. 22. part. 3.* à Nobis *dictis proximis locis*, & à Rodriguez *de execution. cap. 7. ex num. 1. cum seqq.* materiam quoque plene discutiente.

Quorum præcipuus ille est, quem dicta lex 8. excipit (pœnitus ferè condemnationem expensarum excludens) vbi scilicet de calumnia iuratum est. Quod semper itidem ferè accidit. Cum enim temeritas, vel malitia victi condemnationem exigat istam; illa cessante, introductaque per iuramentum bonæ mentis præsumptione; condemnatio cessabit: ni cuidens temeritas malitiave adsit, facti cuidentia præsumptionibus & coniecturis aditum præcludente, iuxta *legem Licet Imperator, 77. D. de legat. 1.* In Cathaloniæque Senatibus fere nunquam regulariter hanc in prima instantia fieri condemnationem asserit Ioannes Petrus Fontanella *decis. 95. num. 2. & 9.* Rationem reddit: quod Senatus *in primis instantiis semper considerat, victum habuisse ius tum litigandi causam. Quia non esset pars tam temeraria. Aduocatusque tam parum Deum timens, vt sine vllo colore vel causam institueret vt actor; vel institutam contra se prosequeretur vt reus.*

Sed ad principale iam quæstionis institutum. In qua † negant (pœnam scilicet remittentem vel temperantem, ad restitutionem teneri) Salas *de legib. quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 7. à numero 98. præcipuè num. 101.* cum Emanuele Sa *in summa, verbo Restitutio, numero 46.* pariterque Azorius, Leonardus Lessius, Tannerus, & Diana infra referendi. 5

Opinionis huius rationes præcipuæ sunt: 6
† Prima, quod pœna legis Fisco aut alteri cui est applicanda, non debeatur antequam condemnetur reus. Ergo restituere non tenebitur Iudex si non condemnat.

Secunda † quia si aliquo iure ad restitutionem teneretur Iudex, maxime vt causa principalis: sed vt causa minus principalis restituere non debet, nisi cum principalis debet: at principalis reus ante condemnationem non debet (vt suo diximus loco) Ergo neque Iudex. 7

Tertia † quia Iudex non tenetur ex iustitia commutativa contra delinquentem procedere, & eum condemnare, sed ex iustitia legali: at hæc non obligat ad restitutionem: Ergo. 8

Hanc que iustitiam legalem non obligare ad restitutionem, probant: quia ad Rempublicam pertinet ipsa, & erga Rempublicam attenditur, auctore Diuo Thoma 2. 2. *quæst. 85. art. 6.* non erga aliquam priuatam personam. *Et ideo* (concludit Salas citata disput. 15. sect. 7. num. 98. vers. De Ministris in fine,) *Non tenetur restituere pœnam. Obligatio enim restituendi, solum nascitur ex violatione iustitiæ commutativæ.*

Quas quidem omnes rationes † impugnat Vazquez 1. 2. *quæst. 96. art. 5. disput. 175. cap. 1. à numero* 3. tametsi hanc eandem negativam partem fundamento alio, cumque temperamento quodam sustineat ipse. 9

Primam expuit rationem; quia Iudex non vt reus istam patitur pœnam, sed quia ex iustitia, muneris que necessitate eam debet imponere, ob cuius omissionem restitutionis obligatio succedit.

Secundam; † quia Iudices, seu Ministri, qui deferre crimina, & condemnare nocentes debent, non causæ minus principales videantur. *Quia ipsi* (numero sexto ait) *sunt præcipua causa, quæ conuenerunt ex pacto cum Republica: Iudex autem vt secundum leges iudicaret. Quare licet alij non debeant restituere pœnam: ipsi videntur obligati in primo loco.* 10

Tertiam † *numero septimo* impugnat ex eo, quòd ex peculiari iustitia ad criminis punitionem procedere debeat Iudex; quod si non faciat, contra publicam vtilitatem peccet, ac proinde ad restitutionem iure teneatur. Et quia quoties Fisco rei publicæ aliqua pœna foret applicanda, si non applicetur; fieret iniustitia illi: omnis autem iustitia postulat ad æqualitatem per restitutionem reduci. 11

Quare oppositam sententiam (Iudicem scilicet non condemnantem; eosve Ministros qui deferre crimina debent non deferentes, à restitutionis obligatione liberantem) tunc intelligi solum *numero nono* contendit, † *quando Ministri non detulerunt crimen, quod ex officio deferre debebant, & Iudex non processit ex officio cum deberet. Nam si ab aliquo delatum esset crimen, & petita in iudicio pœna, Iudex nollet procedere; tunc deberet restituere.* Rationem præstat: *Quia quamuis Custodes & Ministri debeant ex iustitia crimina deferre, & Iudex ex iustitia etiam debeat procedere contra delinquentem, eo quod ex pacto cum Republica conuenerunt: hac tamen obligatio ex pacto illo non oritur erga priuatam personam cui pœna applicari debet, nec erga Fiscum cui aliquando etiam emolumentum pœnæ defertur; sed erga Rempublicam ad hoc tantum vt puniantur delicta, & pax publica hoc modo conseruetur. & ad hoc tantum intelligitur præstare fidem sub iuramento, vt Respublica à peccatis purgetur. Quare nisi procedat Iudex, & Ministri deferant crimina, debebunt restituere damna, quæ ipsorum negligentia in Republica sequuta sunt; emolumentum verò pœnæ infligendæ, non item. Quod si crimen delatum sit ad iudicium* (addit numero decimo) *& pœna pecuniaria petita ab eo cui applicari debet, vel ab alio nomine ipsius; & Iudex negligat sententiam ferre, aut pœnam applicare; restituere illam debebit. Huius verò ratio est, quia Iudex ex officio & ex iustitia debet reddere vnicuique id quod iustè petit in iudicio; sed quoties pœna est assignata per legem, pars cuius interest iustè petit pœnam illam sibi applicari: Ergo* 12

Iudex

Iudex ex officio & ex iustitia debet illam applicare petenti. Diuo Thomæ, oppositum insinuanti, respondens. Cui adhærent Valerius Reginaldus *tom. 1. praxis lib. 13. num. 294.* & Martinus Becanus *in summ. Theolog. scholast. 2. p. tract. 3. de legibus, cap. 7. quæst. 9. num. 4. & 5.*

Isdem ferè verbis eadem argumenta rationes solutionesquè transfert Salas *d. quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 7. ex numero 99.*

13 Discrimini tamen huic† à Gabriele Vazquez designato inter iudicem ex officio vel ad petitionem partis procedentem, nullatenus assentiens. *Nam in vtroque casu (* ait *) eodem modo videtur teneri ad imponendam pœnam lege præscriptam. Ergo si vno casu tenetur restituere pœnam, etiam in alio: & si in vno non tenetur, nec in alio tenebitur. Et hoc videtur verisimilius (* addit *) quia etiam si pars in iudicio pœnam petat lege sibi applicandam, non magis debitam eam facit, donec sententia pro illo proferatur, quam antea: Ergo si antea non debebatur ex iustitia, & ideo Iudex illam ipsi non applicans non tenetur restituere: idem erit in secundo eventu. Nec est verum quod quidquid iuste petit sibi quis in iudicio, sit reddendum à Iudice ex iustitia commutatiua, si illud ei non tribuat.*

Itaque explosa discrimine isto, † absque

14 limitatione dictam sententiam à restitutione simpliciter Iudicem in proposito casu excusantem, amplectitur cum Emanuele Sa *dicto verbo Restitutio, num. 46.* dicente: *Nec testis falsus tenetur de pœna, que alicui obuenisset si verum dixisset: non enim debetur ante condemnationem: nec Iudex qui non condemnauit.* Petri Ledesmæ contrariam in principio relatam opinionem improbabilem non esse dicens. Concludens tandem *numero 103.* ex dictis à se, sine scrupulo posse non obligare Iudices negligentes ad restitutionem pœnarum. Idem repetens *numero 107.* etiamsi pœnæ huiusmodi impositæ sint *Ipso iure.* Consentitquè in id oppositæ quoque partis assertor Marcellus Megal. *instruct. confessor. d. lib. 2. cap. 1. quæst. 8. num. 62. vers. Hæc dicta sint*, cum Salone à se relato. Sic & Bartholomæus à S. Fausto in specul. confessarier. disput. 4. quæst. 120. num. 5. Et hanc satis probabilem dicit Cardinalis à Lugo de iustit. & iure, 2. p. disput. 37. sect. 8. num. 97.

Alia ratione † à restitutione in casu hoc

15 genetaliter & indistincte Iudicem excusat Leonardus Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 13. dubitat. 10. num. 73.* vbi custodes prædictos non deferentes crimina, quæ deferre debebant, & Iudices non condemnantes ex eo ad restitutionem non teneri dicit: *Quia custodes huiusmodi non tenentur ex iustitia accusare, vt Dominus, vel Respublica ditentur mulctis; sed solum vt damna impediantur, & vectigalia soluantur: officium enim illorum non est mulctas procurare; sed vectigalia recipere, & res suæ custodiæ creditas indemnes præstare.* Ad Iudices, casumque nostrum deueniendo, continuò addens: *Leges quoque pœnales & commissoriæ non sunt factæ vt Respublica ex pœnis locupletetur; sed vt leges seruentur, & subditi officium præstent. Vnde neque procurator fiscalis non accusans, neque Iudex non condemnans in tali casu, tenetur ad pœnæ illius compensationem.* Quam indistinctè sententiam (contra Sylvestrum, Salonem, Layman, & cæteros aduersæ partis defensores) probat Diana *p. 1. resolut. moral. tract. 10. de legib. resolut. 23. vers. Ideo quæro, pag. mihi 253. & p. 3. tract. 5. miscellan. resolut. 52. vers. Notandum est etiam*, cum Azorio *institution. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 8. quæst. 5.* Tannero *2. 2. disput. 4. quæst. 6. dub. 2. num. 81.* Granado, & aliis iam supra relatis. Quorum opinio, rationes & argumenta vt in Iudice non condemnante vbi lex condemnationem assignat, pœnamquè præfinit, vrgent: sic, & fortius, in Iudice destinatam à lege pœnam temperante, vel remittente.

Quidam alij aduersanti opinioni adhærentes, † ratione damni ad restitutionem Iudicem obligant, & damnum ex pœnæ pecuniariæ remissione insinuant. Sotus *de iustit. & iure, lib. 5. quæst. 4. art. 4. col. 1. vers. Quocirca*, Azorius *institut. moral. 3. p. lib. 13. cap. 13. dub. 4. vers. Item si pœna sit pecuniaria*, Martin. Bonacin. *circa oct. an. Decalog. præcept. disput. 10. quæst. 2. punct. 7. num. 2.* Emanuel Rodriguez *in summ. Hispan. cap. 86.* per hæc verba: *El Iuez que no condena en la sentencia con las penas deuidas al Fisco, esta obligado à restituyr las.* Quod damnum esse sic exponit: *Y esto no en castigo del delito (porque este no se debe sino es dada la sentencia:) sino por el daño que hazen al fisco aquellos que por razon de su oficio estan obligados a procurar que este daño no suceda.* Inter pœnæ deinde corporalis & pecuniariæ remissionem *numero septimo* discrimen ad restitutionem constituens: quòd illa ad restitutionem non obliget; hæc obliget. Discriminis rationem constituit: *Porque ay gran diferencia de la pena pecuniaria a la corporal. Porque de la pecuniaria resulta daño al fisco: mas de la corporal, solamente hazo agrauio a la Republica no se poniendo.* 16

At vero *Damni* sic explicati ratio † non 17 multum ad restitutionis obligationem astringit. Etenim ex pœnæ pecuniariæ tunc omissione vel remissione non tam damnum Fiscus sentit; quam lucrum non acquirit. Quod longe diuersum in iure est (licet sub quæstione apud Quintilianum declamat. 13. *Queritur*, inquit, *an damnum sit perdere, quod lucrum est habere*) Damnum namque dicitur, quod de patrimonio perditur, minuiturvè, non quod non accrescit eidem, iuxta *legem tertiam, & ibi Glossam verbo Diminutionem, D. de damno infecto.* In pœnisquè his de lucro captando fiscus agens, non Damni regulis metiendus est, cui iura potius quam aduentitio lucro succurrunt, *in l. At si quis, 14. §. Sed etsi, D. de religios. & sumptib. funer. in l. fin. §. Licentia, C. de iure deliber.* Damnorum differentia omissa, casui nostro non conueniente. Quam prosequuntur Stephanus Gratian. *disceptation. forens. capite 883. numero 8.* Antonin. Thesaur. *decis. 67. numero 4. & 5.* cumque multis aliis, Ioannes Pet.

Fontanel.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Fontanel. *decis. Catalon.* 97. *num.* 8. & *seqq.*

Quare meritò in præsenti differentiam hanc inter Damnum & Lucrum, ad restitutionis obligationem, excusationemvè, constituere Vazquez *supra numero* 12. translatus Lessius *num.* 5. Martin. Nauarrus *in Manual. cap.* 25. *num.* 34. Qui agens de Præfecto custodiæ
18 vrbis,† qui iurauit se accusaturum quos post sonum campanæ inuenerit, nec tamen accusauit: eum quidem peccare ait, quia iustum iuramentum frangit: sed ad restitutionem non teneri pœnarum, quas accusati incurrissent, neque eius, quod ne accusaret recepit: secus si videt aliquem damnum facientem, neque ei, qui damnum accepit (contra id quod iurauit, aut promisit) indicat: quia non solum mortaliter peccat; sed & ad damnum resarciendum tenetur. Idem videri dici posse, addens, de Custodibus, & Præfectis confinium Regnorum, prouinciarum, aut ciuitatum, qui permittunt exportari res vetitas, vt periuri quidem sint, mortaliterque peccent, nec absolui possint sine firmo proposito nunquam id amplius permittendi: non tamen teneantur ad restituendum pœnas, quas soluissent transgressores si denunciati fuissent: ad restitutionem autem vectigalium, quæ exportatores vel importatores debent teneantur, quia hoc non est pœna, sed interesse. Ita etiam, discrimini huic insistens, opinionem præfatam manifestè sustinet Azorius *institution. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæst.* 5. *vers. Altera opinio.* Quantumuis eum in contrarium inclinantem retulerimus.

19 Damnum verò, aut interesse † ad iustitiam distributiuam pertinet, quæ semper damni illati satisfactionem exigit, ad interesseque & eius restitutionem obligat. *Quia tali casu semper detrahitur alicui, quod iam suum, eique appropriatum erat, seu (quod idem est) laeditur alterius ius in re, seu ius ad rem, ipsi iuri, in re saltem, secundum quandam proportionem aquinalens,* vt communi Theologorum assensu, tradit Adamus Tannerus *Theolog. Scholast.* 2. 2. *disput.* 4. *de Iustitia, quæst.* 6. *dub.* 1. *num.* 14. notauimusque *proxima Annotatione elapsa num.* 12. & pertingimus *infra Rubric.* 14. *Annot.* 8. *num.* 19. Eâdem è conuerso ratione prædixerat Tannerus idem *num.* 12. & 13. ex violatione iustitiæ legalis obligationem non oriri, nisi quandoque per accidens, & ob violatam iustitiam commutatiuam, seu distributiuam. *Quia restitutionis obligatio locum habere non potest vbi nullum suum (quod nimirum ipsi iam aliquo modo appropriatum erat) adimitur,* vt nectit *ibidem.* Cum autem adimitur, non sufficit reum criminaliter damnari; sed & restitutionem, satisfactionemvè damni, seu rei ablatæ fieri.

20 Si enim pro furto † sit reus criminaliter condemnatus & punitus, ad rei ablatæ restitutionem, satisfactionemvè erit nihilominus condemnandus, nec ante eam à carcere aliquatenus relaxandus, vt notant Bartholus *in l. Interdum fur,* 58 *num.* 4. & *seq. D. de furtis,* Alberic. *ibi, num.* 4. Angel. *num.* 3. Aretin. *in* §. *Ex maleficiis, num.* 9. *vers. Ac etiam dixi, institut. de actionib.* & *ibi* etiam Iaso *num.* 76. & *seqq.* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris vniuers. lib.* 37. *cap.* 1. *rubric. de furtis, num.* 36. Baiard. ad Iulium Clarum *in* §. *Furtum, num.* 31. & *seqq.* cumque multis aliis, Fatinac. *de furtis, quæst.* 165. *num.* 29. & 30. Tametsi apud nos cedendo bonis, post executionem in persona, rem carcere relaxandum, ex Regia pragmatica ab eo memorata Auilesius dicat *in cap.* 1. *Prator verbo Fiel, num.* 31.

Eâdem quoque damni ratio efficit, † vt 21
cum plus iusto rigidiorem pœnam Iudex infligit, ad restitutionem excessus teneatur, circa quod iustitia commutatiua versatur; secundum quam à nemine extorquendum est plus quam debeat: positaque lege pœnam taxante, non fit reus debitor maioris: ideo quidquid vltra infertur malì, non est pœna, sed iniuria, tenebiturque Iudex ad damni vel nocumenti excessus restitutionem, ad quam iustitia commutatiua obligat, vt dicunt in specie Salas *de legib. d. quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 8. *num.* 106. Suarez *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 4. Stephan. Fagundez *in octau. Decalog. præcept. lib.* 8. *cap.* 25. *num.* 7. Nisi ex circunstantiis,
† aut criminis immanitate, ob quam leges 22
transgredi licet, id accideret, *l. Famosi,* 7. *in fine, D. ad legem Iul. Maiestat. l. Ant facta,* 16. §. *fin. D. de pœn. vbi* & alias citat Glossa *verbo Supplicia, & in l. Quid ergo,* 13. §. *Pœna grauior, D. de his qui not. infam. verbo Oneraſſet, l.* 8. *tit.* 31. *p.* 7. *verb. Otrosi deben catar los juzgadores,* pleniſſime (vt alios omittam) Farinacius *quæst.* 17. *numer.* 7. *cum sequentibus,* & Cenedo *in collect. ad Decretal. collect.* 84. *num.* 3.

An verò Iustitia punitiua sit species di- 23
stincta à commutatiua, & distributiua? videre licet (præter alios supra relatos) plenè discutientes Adamum Tannerum *Theolog. Scholastic. d. disput.* 4. *quæst.* 2. *dub.* 5. *per totum,* Rebellum *de obligationib. iustit. d. lib.* 1. *de prælud. iustit. quæst.* 4. & Cardinalem à Lugo *de iustit. & iure,* 1. *p. disput.* 1. *sect.* 4. *num.* 69.

INEXORABILEM, Erectum & Arduum.

RVBRICA XII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vultum legis induere debet, quæ res surda & Inexorabilis est.*

2 *M. Cato ad Censuram obtinendam,* Inexorabilis nomine, *titulòque se præmunisit. Quo ante omnes Censor creatus est.*

3 *Theophilus Imperator* Inexorabilis *in delinquentes, laudem assequutus.*

4 *Precibus calamitosorum lachymari, aut moueri Iudices non oportet. Frandes enim hypocritarum multos à recto, veroque iudicio auertunt.*

5 *An ita precibus, vt muneribus Iudex corrumpi dicatur, per Sordes iudicare, pretiq-*

que

UAB Biblioteca de Ciències Socials

què loco succedant preces? Et an vtrumquè eandem vel dissimilem malitiæ speciem contineat? & num. 8. & 11.

6 *Simoniæ vitium an & quando in Ordinum, aut beneficij Ecclesiastici postulatione, seu concessione ita precibus vt pretio contrahatur?*

7 *Nil per gratiam, aut odium facturos Iudices, iurare præcipit Iustinianus.*

9 *Qui Principes neque postulati, ad Iudices, etiam* vt iustitiam facerent, *epistolas concedere noluerunt?*

10 *Quibus Regiæ leges tales conscribere epistolas prohibeant? Quidquè de eis efficere iubeant? Et an eadem communi iure prohibitio extiterit?*

11 *Sententia Iudicis pretio corrupti nulla est ipso iure.*

12 *Ob preces lata rescindenda venit.*

13 *Inuectiua Innocentij Tertij Pontificis Maximi contra eos, qui prece, vel pretio corrupti iudicant.*

14 *Iudex quatenus* Exorabilis *esse debeat, aut possit? An arbitrium habeat? Quandoque habeat?* & num. 15.

ANNOTATIO vnic.

INEXORABILEM, Erectum, & Arduum Iudicem esse debere, fat vsque adhuc *tribus proximis Annotationibus* dicta manifestant. Quibus pauca ad propositi verbi ornatum maioremquè comprobationem adiicienda.

1 Illud in primis, † quod cum omnino similem se legibus præstare debeat Iudex, eius vultum induere, gestarequè Iustitiæ formam: *Inexorabilis* consequenter esse debet. Namquè *Legem rem Surdam, & Inexorabilem esse*, dixit Titus Liuius *lib.* 2. Iustitiamquè *Inexorabilem*. Demostenes *contra Aristogetonem*, cuius facit mentionem Simancas *de Republica lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 442.

2 Quo se *Inexorabilis* nomine † ad Censuram obtinendam M. Cato præmuniuit, eamque petens, *cum cæteros competitores videret supplices populoquè blandientes: ipse clamabat populo*: Opus esse Medico Austero, validisquè remediis: proin eligendum non qui iucundissimus esset, sed qui Inexorabilis. *Atque hæc dicens, ante omnes Censor creatus est*, vt Plutarchus refert *in Roman. Apophtegmat.* Ioan. Zonar. *tom.* 3. *Annal. in Theophil.* sic de hoc †

3 ipsum collaudat: *Theophilus Imperator quia iustitiæ cultor erat, Grauem se, & Inexorabilem delinquentibus præbebat.* Cuius meminit Antoni. Daukoult. *in Catechism. historial. cap.* 7. *tit.*

4 39. §. 4. Enim verò † *neque precibus calamitosorum illacrymari Iudicem oportet*, aut moueri, vt eum Callistratus monet *in l. Obseruandum*, 19. §. 1. *D. de offic. Præsid.* sed constantem præbere ad iustitiam animum, vt constans eadem ipsa est. *Anus, & muliercula sunt, quæ lacrymis nocentissimorum mouentur, quæ, si liceret, carcerem effringerent*, ait Seneca *de Clementia lib.* 2. *capit.* 5. Iudex vtili, necessariæquè legum seueritati defuit, fallaces nocentium, & intercedentium preces animosè contemnens, prudenter despiciens: aduersus quas, ex Ambrosio Iudicem textus armat *in cap. Est iniusta*, 33. *in ord.* 23. *quæst.* 4. & Diodorus Siculus *rerum antiquar. lib.* 2. *cap.* 3. aduertens, quòd *hypocritarum fraudes lacrymæ periclitantium, multos à vero rectoquè iudicio auertunt.*

Gabr. de Velasc.

Non decet flecti precibus, non cedere fletu.

Qua ratione, † ita pretio, amore, vel gratia 5
vt muneribus corrumpi Iudex dicitur, perque *Sordes* pariter iudicare, vt ex Vlpiano deducitur *in l. Si filius familias*, 15. *D. de iudic. in fine*, dum ait: *Dolo autem malo hoc facere videtur, si euidens argumentum eius vel Gratia, vel Inimicitia, vel etiam Sordes, vt veram æstimationem litis præstare cogatur.* Ex Iuliano *in l. Qui repertorium*, 8. §. *Competit, D. de administr. tutor.* dicente: *Competit aduersus tutores tutelæ actio, si male contraxerunt; hoc est, si prædia non idonea comparauerunt per Sordes, aut Gratiam.* Ex Innocentio IV. *in capite* i. *de sentent. & re iudic. libro sexto*, sic Iudices adstruente: *Caueant Ecclesiastici Iudices, & prudenter attendant, vt in causarum processibus nihil vindicet Odium, vel Fauor vsurpet.* vbi notat Glossa *verbo Odium, & verbo Non euertat*, & (cum Hostiense *ibi, numero* 7. & 23. Francisco Marco *decis.* 686. *numero* 2. Deciano *tract. criminal. lib.* 8. *capit.* 33. *numero* 3. & *seqq.* Virginio Voccacio *tract. de pactis*, p. 5. *n.* 80. *cum seqq.* & aliis) Farinacius *quæst.* 111. *num.* 361. Adduco in id prætetea textum (ab omnibus, quos viderim, prætermissum) *in cap. Episcopus*, 65. §. *Si ergo iniustè, proximè post medium*, 11. *quæst.* 3. Odium, Pretium, Gratiamquè ad iniustitiam exæquantem.

Et non solum pretio, sed precibus quoque † simoniæ vitium in Ordinum aut be- 6
neficij Ecclesiastici postulatione, seu concessione, vbi saltem pro indigno fit postulatio; est sententia Glossæ *in cap. Tuam*, 10. *de ætate & qualit.* quam approbat *lex tertia tit.* 17. *part.* 1. *vers. La tercera manera que se faze por palabra, es quando ruegan a los Prelados los omes que ordenen o den beneficios algunos: Ca en tal ruego como este acaese muchas vegadas simonia. E de parte se assi: que a quel porquien ruegan que le den beneficio, o que le ordenen, quier el ruego sea por si mismo, o otro por el, podria ser que seria tal que le merecia: e si lo merece, e es digno para auerlo, no ay simonia en tal ruego: mas si no lo mereciese, ni era digno para recibir el beneficio, nin para las ordenes: si gelo diesen, ganarloya en pecado, e seria simonia, porque el ruego non era derecho, nin guisado.*

Vt Iudices ideo à Sordibus † alienos, af- 7
fectu personatum vacuos, & Inexorabiles Iustinianus redderet *in auth. ius iurandum quod præstatur ab iis &c.* §. *Iuro quoque, coll.* 2. eorum quemlibet cum ad muneris functionem recipitur, iurare præcipit: Nequaquam subinclinatus, neque ob hoc, lucrum ipsum considerans, aut per gratiam, vel odium exigens aliquem citra quam competit, aut concedat alicui.

8 Pretij enim loco † succedunt Preces, vt dictis iuribus deducitur, & aduertit in specie *Glossa prima ante finem, in d. cap. Tuam*, 10. *de etate & qualit.* vbi pariter notant Doctores. Martin. Nauar. *de dotis, & promissis pro iustitia, vel gratia, notab.* 12. *num.* 17. *vers. A quo vitio*: in Superiorum exemplum, & iustorum Principum laudem † referens Carolum Quintum Imperatorem, Philippum secundum eius filium, & Ioannem Tertium Lusitaniæ Regem, epistolas commendatitias ad Iudices dirigendas, solummodo *vt iustitiam facerent*, à familiaribus suis petitas denegasse. Simile de Agesilao Lacedæmoniorum Rege prodit Erasmus *lib.* 1. *Apophtegmat. pag.* 34. *num.* 53. Prouidentissimequè *Regia lex* 25. *tit.* 4. *lib.* 2. *noue Reg. collection.* in id

9 fanciens: † *Mandamos a los del nuestro Consejo, y a los Presidentes y Oydores de las nuestras Audiencias, y a los Alcaldes dellas que no escriuan cartas a los Iuezes sobre pleytos que ante los tales Iuezes pendan, en fauor de ninguna persona de qualquier calidad que sea la tal persona, o el pleyto sobre que se escriue.* Item *l.* 17. *tit.* 6. *libro* 3. *eiusdem noue Regiæ collectionis*: *Mandamos y defendemos que los dichos nuestros Assistentes, o Gouernadores, o Corregidores, ni algunos dellos no accepten ruego, ni carta que le sea escrita en los casos de Iusticia por persona de nuestra Corte, ni de fuera della: antes sin embargo della hagan y administren la Iusticia realmente y con efecto: y qualquiera carta de ruego que se les escriuiere de nuestra Corte en caso de Iustitia, nos la imbien.* De communi quoque iure adduci in id textus solet *in l.* 1. *C. ne liceat potentioribus*, vt eam allegat Bobadilla *in Politica libro* 3. *cap.* 10. *numero* 3. Quam tamen non in eo, sed in rubricæ suæ casu loqui, consideranti constabit attentè.

11 Non quidem eandem malitiæ speciem † precibus vt pretio à Iudicibus gesta, tametsi vtraque improbata, supplicio subiecta; inutilia vtraque: eo licet discrimine, vt à Iudice pretio corrupti sententia lata sit ipso iure nulla, ex *lege Venales*, 7. *C. quando prouoc. non est necesse*, concordequè *lege* 24. *in fine, tit.* 22. *part.* 3. *Glossa in l. Iubemus, verb. Sententiam, C. ad legem Iuliam repetundar. in l.* 1. *verbo Amittat, in princip. vers. Dic secundum B. & in fine, vers. Posset etiam dici, C. de pœna iudic. qui male iudic.* multisquè congestis à Farinacio *quæst.* 111. *num.* 197. Anton. Capic. *decis.* 155. *num.* 13. & Antonio Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 38.

12 Ob preces verò lata † non est ipso iure nulla, sed rescindenda venit secundum eandem Glossam *verbo amittat, in fine, & ibi* Bartholum *num.* 5. Baldum *num.* 9. Glossam *in l. fin. verb. Aut gratia, de pœna iudic. qui male iudic. & ibi* quoque Bartholum *num.* 1. & multos alios à Farinacio relatos *dicto loco, num.* 206. Estquè optimus pro hac sententia textus *in l. Seruo inuito*, 65. §. *Cum Prætor, in fin. Glossa ibi, verbo Ambitiosè, D. ad S. C. Trebellian.* In quam etiam textum allegat Capicius supra, *in l. Non distinguimus*, 37. §. *Cum quidam, D. de recept. arbitr.* qui non nihil facit.

Liceat ergo mihi † (cum Innocentio Tertio Pontifice Maximo *de contemptu mundi, seu de miseria conditionis humanæ lib.* 2. *cap.* 4.) exclamare: *Væ vobis, qui corrupit, Prece, vel pretio, qui fracti Amore, vel Odio, dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, mortificantes animas, quæ non moriuntur, & viuificantes animas, quæ non viuunt. Vos enim non attenditis merita causarum, sed merita personarum, non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet; non quod lex sentiat, sed quod mens cupiat. Non inclinatis animum ad iustitiam, sed iustitiam inclinatis ad animum: non vt quod liceat, hoc libeat, sed vt liceat hoc quod libet. Nunquam in vobis ita simplex est oculus, vt totum corpus sit lucidum, sed aliquid semper admiscetis fermenti, quo totam massam corrumpitis.* 13

Rectè itaque † *Inexorabilem* Iudicem Iustitiæ requirit effigies, vt non lacrymis nocentium, aut calamitosorum, ineptavè compassione moueatur, vt non fauori, amori, aut precibus, sed meritis causarum attentus secundum illa iudicet, iustitiam tribuat: quæ non iuri conformem, sed dissonam repugnantemvè & ineptam miserationem excludit, vt *præcedenti Rubrica Annotatione prima* sat ostensum: neque honestas funditus preces, intraquè ipsius Iustitiæ limites, vt *eadem ipsa Rubrica, Annotatione* 2. intra quos se debet continere Iudex, nullatenus vltra sibi concessum arbitrium existimans: nullum enim nec in arbitrariis habet, quod non iuris præfinitionibus, & causæ accidentibus sit alligatum, vt nominatim affirmat Tiraquellus *de nobilitate, cap.* 10. *n.* 10. *& sequentibus.* Estquè bonus textus *in l.* 1. §. *fin. C. de dilationibus*: tantummodoquè concessum vbi lex deficit, cum Follerio & Menochio à se relatis, tradit Franciscus Bursatus *consil.* 346. *n.* 36. *lib.* 4. Tametsi in hoc, immerito, sinequè efficaci ratione, laxiores Bobadilla concedat habenas, *in Politic. lib.* 3. *d. cap.* 10. *præsertim à numero* 8. *& sequentibus.* Cum *bonus Iudex* † *nihil ex arbitrio suo faciat, & domestica* 14 *proposito voluntatis: sed iuxta leges & iura pronunciat: statutis iuris obtemperat; non indulget propriæ voluntatis, nihil paratum & meditatum de domo defert: sed sicut audit, ita iudicat. & sicut habet negotij natura decernit. Qui iudicat, non voluntati sua obtemperare debet, sed tenere quod legum est. In iudicando magis cordi sit veritatis custodia, quam obedientia voluntatis*, vt Ambrosius monet *super illud: Beati immaculati in via, Sermone* 20. & ex eo, textus *in capit. Iudicet ille*, 3. *quæstione* 7. 15

* * *

POTEN

UAB Biblioteca de Ciències Socials

POTENTES VI, ET Maiestate.

RVBRICA XIII.

QVAM POTENTIAM VI, & Maiestate munitam præ se ferre debeat Iudex?

SVMMARIVM.

1 *Iustitia vnde, & quare dicta? Vnde, & quare Iustum?*
Sola præsentia Iudicis, seu locus in quo Iustitia ministratur, metum excludit. ibi.
2 *Iudices non gloria vana inflata elatione, austeritate, seu ferocia Potentes, sed virtute, ingenio, fortitudine, legumquè obseruantia se ostendere debent.*
Nihil ex arbitrio Virium faciendum. Tyrannicum enim est, respicere quantum possis, non quantum liceat. ibi.
Lex est Virtus Armata, sufficitquè per omnia ad perfectam Fortitudinem, ibi.
Fortitudo quæ cum Iustitia & Prudentia non est (quæ Fortitudinis Mater existit) laudem non meretur. ibid. & num. 4.
3 *Iudex pusillus leuamen præstet; superbis incutiat timorem. Quod Magnanimi viri, imò Regium est.*
4 *Sine Fortitudine labaret Iustitia. Fortitudo sine Iustitia & Prudentia, iniquitatem & temeritatem contineret.* & num. 6. & 14.
5 *Impotentem ad resistendum Potentioribus se agnoscens, & iudicandi muneri se ingerens, mortaliter peccat: præstatquè illi aliis obedire quam imperare.*
6 *Pro Gloria is Contemptum; pro Amore reportabit Odium.*
7 *Qualiter Imperator Iustinianus pusillorum tutelam iuramento Iudicum roborarit?*
8 *Bonus Iudex metu vacet, potentiores non timeat: quia Iustitia Rectorum liberabit eos: Iustos exaltabit Dominus: & insidiis suis capientur iniqui.*
9 *Qui Potentiorum metu, temporaliavè perdendi, à Iustitia recedit, corruet, cumquè temporalibus spiritualium iacturam faciet.*
Iudices, qui hominum metu in iniustitiam operantur, contumelia Deum afficiunt, infirmiorem Deum quam homines habentes. ibi.
Dei Potentia Iustitia est. ibid.
10 *Humanus timor nunquam à misera trepidatione vacat. Dominus Fortitudinem comitem habet: custos est virtutum: initium & plenitudo sapientiæ.* & num. 12.
11 *Stultitia est impronidi timoris mater; ad omnia pauet; imparata est, & ipsis terretur auxiliis.*
12 *Sapientia timorem humanorum casuum expellit: aduersus quos Sapiens munitus est.*
14 *Metus actus omnes vitiat. Et an sententia metu prolata nulla sit, aut exceptione egeat vt elidatur?*
An excusetur Iudex, qui ad Tyranni minantis mortem iussum, iniustam protulit sententiam ibi.
15 *Naturale est homini timere homines. Quique hominum timor Iudices deceat, dedeceatvè?*
16 *Iudices & defendere tenuiores manifestè debent; & non fraudare occultè.*
17 *Iustitia, aliis potius quam sibi nata, communem quærit vtilitatem, propriam negligit. Vt distant sydera terra, vt aqua igne, sic distat Vtile Recto.*
18 *Status ratio, Iustitiæ contraria, Iudicibus fugienda.*

ANNOTATIO vnic.

IVSTITIAM dictam esse † 1
quòd vim sistat, neque progredi patiatur (cum Alciato *Parergon. lib.* 1.) tradit Frater Hermogenes Thorus *ad principium instit. de actionib. num.* 21. *Iustumquè* inde apud Antiquos significare *id à quo omnis vis summota erat.* Solam ideo *Iusti Animati*, Iudicis nempe, præsentiam metum excludere, monstrat textus *in l. fin. D. de eo quod met. causa.* Quod etiam tribuit actui in Curia Principis, aut Republica gesto, vbi administratur Iustitia, intrepidequè exhibetur, & *ibidem* notat Bartholus *num.* 2. Iaso *in l. Pacta nouissima, num.* 5. *& sequentibus, C. de pactis*, multos præsentiæ Iudicis effectus enumerans, præcipuè *numero* 10. *& consil.* 164. *num.* 16. Aym. crauet. *consil.* 114. *num.* 11. *volum.* 1. *& consil.* 253. *num.* 4. Ioseph. Mascard. *de probationib. conclus.* 1146. *num.* 8. *& conclus.* 1055. *num.* 5. Paul. Xamar. *de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 1. *quæst.* 1. *num.* 88. Stephan. Gratian. *discept. ation. forens. tom.* 3. *cap.* 421. *num.* 18. Anton. Cabrer. *de metu lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. Carol. de Graf. *excep.* 11. *num.* 69. *&* 77. *& excep.* 21. *num.* 18. vbi idem in dolo dixit ex lege eadem, Polydor. Ripa *de nocturno tempore, cap.* 16. *num.* 86.

Per se quidem Iustitiæ vultus ad fugandum metum sufficiens, ad Maiestatem, Potentiam, Fortitudinemquè inducendam, quam Effigiei, descriptionisque Iustitiæ verba desiderant telata; nullatenus Ferocem, † sed Decoram (qualem *Psalmo* 92. *in principio* Psalmistes Domino canit: *Dominus regnauit, Decorem indutus est, induitus est Dominus Fortitudinem*) non Gloriosam, & Potentus ostendendi desiderio effœminem (quia æquus *non Gloria indicat*; *Principemquè se esse mauult, quam videri*, vt Cicero ait *Officior. lib.* 1. *pag. mihi* 24.) sed Temperatam, à Legibus expetitam, ab Æquitate optatam, ab Impetio Iudicibus præstitam: ita vt 2

Iustitia vires temperet ille suas,

Vt Ouidius inquit de Ponto lib. 3. Eleg. 6. Nihil pro earum arbitrio faciens, sed rationis, iuxta documentum Caronis, seu libelli

UAB Biblioteca de Ciències Socials

qui inſcribitur Cato, habentis: *Nihil ex arbitrio Virinm feceris. Tyrannicum enim eſt* (vt in eius elucidatione Eraſmus) *reſpicere quantum poſſit, non quantum liceat.* Qua de re *Rubrica ſequenti*, *Annotatione octaua* longior nos ſermo expectat. Non Auſteritate & Potentia elata, grauiter à Domino improbata Ezechielem cap. 34. v. 4. *Cum Auſteritate imperabatis eis, & cum Potentia.* In quem Diuus Gregorius *Moral. libro 23. capite 7.* locum: *Cum Auſteritate & Potentia imperat, qui ſubditos ſuos non tranquillè ratiocinando corrigere, ſed aſperè inflectere Dominando feſtinat,* Nec ea vera Fortitudo eſt, ſed à vera abeſt. *Nec enim fortitudinem, quæ non eſt cum Iuſtitia laudamus: & ad Fortitudinem Decentem reducere iudicamus oportere*, cum Iuſtiniano Imperatore *in auth. Vt omnes obed. Iudicib. proinciar. in princip. coll. 5.* Namque *Vir Sapiens Fortis eſt; & Vir Doctus Robuſtus & Validus*, Sapientis teſtimonio Prouerbior. 24. v. 5. *Nec omnibus qui fuerint manu prompti, Viri Fortis nomen conceſſerim: quia ſine Virtute intelligi non poteſt Fortitudo.* cum Quintiliano *Oratoriar. inſtitution. lib. 2. cap. 1.* Quin *Fortitudo ſine Iuſtitia, iniquitatis materia eſt*, Diui Ambroſij ſententia *lib. 1. de Officiis, c. 35.* Et ſine Prudentia: quam Fortitudinis matrem eſſe, de Conſideratione ad Eugenium, lib. 1. cap. 8. D. Bernardus dicit: *Nec Fortitudinem, ſed temeritatem eſſe quemlibet auſum, quem non parturit Prudentia.*

A Prudentia igitur venientem Iudices Fortitudinem oſtentent, quæ pro Æquitate pugnet, vt *probè definitur ab Stoicis, cum eam virtutem dicunt eſſe propugnantem pro Æquitate*, Cicerone *de Offic. lib. 1. pag. mihi 23.* aſſertore. *Sufficitque eis per omnia ad perfectam Fortitudinem, & Lex, & Imperij fauor*, Iuſtiniano pariter in auth. de mandat. Princip. §. Patrocinia quoque, col. 3. Legem enim *Virtutem eſſe armatam*, & Seneca dixit; & Iuſtinianus ipſe profeſſus eſt *in principio proœmij inſtitutionum* & Sapiens Rex noſter Alfonſus *con la eſpada de la Iuſticia* trucidandos iniquos, improboſque eradicandos, *in proœmio tertiæ Partite.* Nec enim aliam, quam Iuſtitiæ *Maieſtatem, Vim, & Potentiam* oſtentare Iudices debent: Gaudium Iuſto; Pauorem parturientem iniquis, iuxta Sapientem *Prouerbiorum 21. v. 15.* dicentem: *Gaudium Iuſto eſt facere Iudicium: & Pauor operantibus iniquitatem.* Comprobat, exornatque Giurba *conſil. 1. à numero 14. eum ſeqq. præcipuè num. 16.* Ingenio ſuo muneris Auctoritatem ſuſtineant, ſecundum *legem Obſeruandum, 19. D. de offic. Præſid. & legem 49. tit. 5. part. 1. in fine:* verè Dei Miniſtri *Potentes Virtute*, Pſalm. 102. v. 20. Vt *ſit Fortitudo noſtra Lex Iuſtitia*, Sapient. 2. v. 11.

3 Hac † Iudex leuamen præſtet miſeris; exiguo concedat miſericordiam, Sapientiæ quoque doctrina *cap. 6. v. 7.* Potentibus, ſuperbiſque incutiat timorem, & omnes in officio contineat; ne Potentiſſimi indignationem incurrat per Ezechielem *cap. 13. v. 5.* minantis: *Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael* &c. *Ex aduerſo* quippe aſcendere eſt, *pro defenſione gregis voce libera huius mundi Poteſtatibus contraire*, vt D. Gregorius explicat *2. p. Curæ Paſtoralis, cap. 4.* Præcipuum enim Iudicantis munus eſt, tenuiores à Potentioribus defendere, iniuriisque vindicare. Ideo *in l. Illicitas, 6. §. Ne Potentiores, D. de offic. Præſidis*, non ſatis Vlpiano viſum ſemel dixiſſe: *ne Potentiores viri humiliores iniuriis afficiant, nevè defenſores eorum calumnioſis criminibus inſectentur innocentes*, ad prouinciæ Præſidem pertinere: iterum repetit: *Ne tenuis vitæ homines ſub prætextu aduentus officiorum, vel militum, lumine vno, vel breui ſuppelectili ad aliorum vſus tranſlatis, iniuriis vexentur.* Multis id Sacræ Scripturæ locis D. Petrus Damianus confirmat *epiſtolar. lib. 1. epiſtola. 6. ad Nicolaum Secundum Pontificem Romanum*, hæc interſerens: *Hinc eſt, quod & ipſe Dominus cum omnis Iſraelitica plebs non diſpari crimine teneretur obnoxia: de Populo quidem tacuit: aduerſus autem ſolos Principes in furorem ſe digna animaduerſionis erexit. Iratus enim ait Moyſi: Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in paribulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael.* In Principes Potentioresque iraſcitur Dominus; plebi ac tenuioribus parcit. Quare *hi qui Rempublicam tuebuntur, in primis operam dabunt, vt iuris, & iudiciorum æquitate ſuum quiſque teneat; vt neque tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur.* vt & *Officior. lib. 2.* ſuadet Cicero. Idque Magnanimi, & eximium, *in eos qui aliqua dignitate præditi ſunt, quorumque res valdè ſunt ſecundæ, magnum eſſe, atque excellentem in eos, quorum mediocris fortuna eſt, modeſtum ac moderatum præbere*, Ariſtoteles inquit *Ethicor. lib. 4. pag. mihi 94. ex Dionyſij Lambini tranſlatione.* Regium dixit Ouidius *de Ponto lib. 2. Eleg. 9.*

Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis.

Diis ipſis dignum, Plautus *in Trinummo, actu 4. Scena 1.*

Atque hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam,
Et nobiles apud homines;
Pauperibus te parcere ſolitum: diuites damnare, atque domare.
Abi, laudo: ſcis ordine, vt æquum eſt,
Tractare homines. Hoc Diis dignum eſt.

Quia verò Omnipotens Deus & Terribilis eſt peccatoribus, & Blandus eſt Iuſtis: rectè teſtis reſurrectionis eius Angelus, & in fulgure vultus, & in candore habitus demonſtratur: vt de ipſa ſua ſpecie & terreret reprobos, & mulceret pios. Vnde rectè quoque populum per deſertam gradientem, columna ignis in nocte, & columna ignis præibat in die. In igne enim Terror eſt; in nube autem viſionis lene Blandimentum: dies verò, vita Iuſti; & nox, accipitur vita peccatoris. Vnde & conuerſis peccatoribus Paulus dicit: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. *In die ergo per nubem columna monſtrata eſt, & in nocte per ignem: Quia Omnipotens Deus & Blandus Iuſtis, & Terribilis apparebit Iniuſtis. Iuſtos in iudicio veniens per lenitatis manſuetudinem demulcet: illos verò per iuſtitiæ diſtrictionem terret*, vt ſublimiter Gregorius *Homil. 31. in Euangelia*,

ſuper

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſuper illud Matthæi 28. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimenta eius ſicut nix.

Tu regere Imperio populos, Romane, memento.

Hæ tibi erunt artes, paciſque imponere morem:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Nec aliter aut animi Magnitudo, aut Virtus Regentis elucet. Namque

Subruere eſt Arces, & ſtantia Mania virtus,

Quamlibet ignaui præcipitata premunt.

vt eſt apud Ouidium *Triſt. lib. 3. Eleg. 11.* Ageſilaus perinde *erga rebellantes audacia; erga ſubiectos benevolencia vti* ſuadebat, vt *in Lacon.* ſcribit Plato. Paulus *ad Timot. 1. cap. 6. v. 17.* ſic inſtruit illum: *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſuperbè ſapere.* cuius verba, inſtructionemque Diuus Gregorius expendens *Cura Paſtoralis 3. p. cap. 3.* merito dicit *notandum valde, quod humilitatis Doctor memoriam Diuitum faciens, non ait:* Roga, *ſed:* Præcipe. *Quia etſi impendenda eſt Pietas Infirmitati: Honor tamen non debetur Elationi.* Ac paucis interiectis, concludit: *Offerenda eſt ergo eis, conſolatio, quos caminus paupertatis excoquit: atque illis inferendus eſt timor, quos conſolatio gloriæ temporalis extollit.* Sic Iuſtitiæ adimplentur officia. Quæ ſunt: *Cunctis prodeſſe; nocere nulli; pericula aliena ſuſcipere; opem ferre miſeris.* Diui Bernardi collectione, *libr. de ordine vitæ, col. 10. poſt medium.* Hancque Iuſtitia naturam: *Amicam bonis, pernerſis contrariam* eſſe dixit Gregorius Magnus *epiſtolar. lib. 7. epiſtola 131. Maximo Epiſcopo Salonitano*

Scilicet eiuſdem eſſe, quamuis pugnare videtur.

Supplicibus facilem, ſontibus eſſe trucem.

vt optimè Ouidius quoque *de Ponto libro 4. Eleg. 6. ad Brutum.*

4 Ad quod, † *ne Iuſtitia aliqua ex parte labefactetur, adiungenda illi Fortitudo eſt, omnium virtutum robur, & vallum. Vt enim Fortitudo ſine Iuſtitia, iniquitatis materia eſt: ita Iuſtitia ſine Fortitudine, terga nonnunquam vertit, atque eos deſerit, quos tueri deberet,* vt inquit Platina *lib. 8. de vit. Pontific.* Cuius & meminit Ludouic. Miranda *in Director. Prælator. tom. 1. quæſt. 5. art. 4.* Vtque *epiſtola 28.* Nicolaus Sancti Bernardi Notarius: *Fortitudo in Prælatorum mentibus Summum obtinet Principatum. Qua cedente, omnium virtutum fabrica per diſcrimina, imo per præcipicia labitur.* Summopere ideo ab Eccleſiaſtico *cap. 48. v. 13.* laudatur Elias: *quòd in diebus ſuis non pertimuit Principem, & Potentia nemo vicit illum, nec ſuperauit illum verbum aliquod.* Prudenterque Moyſi *Exodi 18. v. 11.* conſuluit Ietro: *Prouide de omni plebe viros Potentes.* Prouideque *proœmio tertiæ partitæ* in Iudicibus requirit Alphonſus: *que ayan es fuerzo, e poder para cumplir la Iuſticia contra los quela quieren toller o embargar.* In quod multos congeſſit Maſtrillus *de Magiſtratib. lib. 2. cap. 2. num. 90. & ſeqq.* Etenim à Iudicibus ſæpè *pro communibus commodis adeunda inimicitiæ, ſubeunda ſæpe pro Republica tempeſtates, cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam Potentibus dimicandum,* vt *in oratione pro Seſtio* Cicero ait. Pro Iuſtitia, pro Virtute *calcatis vtilitatibus ad illam eundum eſt quocunque vocauit, quocunque miſit: ſine reſpectu rei familiaris, interdum etiam ſine vlla ſanguinis ſui parſimonia vadendum, nec vnquam Imperium eius detrectandum,* ſpeculatore Seneca, Spiculatorem Iudicem Iuſtitiæ mouſtrans, *de benefic. lib. 4. cap. 1.* Eiſdem fere verbis, eodemque conceptu (ex Bernardo *lib. de gradibus Humilit.*) Miranda ſupra: *Optimi Iudicis atque Prælati eſt, pro Religione, pro Patria, pro Iuſtitia, & pro veritate tuenda, & pro ſubditorum ſuorum ſalute interdum, ſi opus fuerit, vitam exponere, & omne diſcrimen, mortemque ipſam ſubire, atque damna, & pericula quæcunque contemnere.* Propterea *ea prima fuit antiquiſſimis temporibus cauſa congregandarum ciuitatum, vt eſſent qui vim coërcerent, tenuiores à Potentiorum iniuriis defenderent, ſuum cuique tribuerent, iuris æquabilitatem inter omnes proportione tuerentur,* vt Muretus infra. Ob id *facta ſunt leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia; & in ipſis improbis formidato ſupplicio, refrænetur nocendi facultas,* vt texetus inquit *in cap. 1. diſt. 4.* Hanc originem cæſandorum Regum fuiſſe (ex Herodoto & Cicerone, prodit M. Anton. Muretus *Oratione 12. pag. mihi 165.* multiſque aliis Giurba *conſil. 1. n. 14.* Præter quos idipſum *Faſtor. lib. 3.* teſtatur Ouidius:

Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet.

Inque Sanctorum, ac D. Miniſtrorum manibus *pſalmo 149.* gladios ancipites dicit eſſe Pſalmiſtes: *ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium conſcriptum.* Hoc Præſidentium Rebus publicis munus, Deique Miniſtrorum fidelium, vt & ſubditos tueantur, & habeant miſeri ad quos concurrant, *ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate,* Iſaiæ *32. in principio.* De quo *capit. 25. v. 3. & 4.* laudem ſic Domino decantarat: *Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robuſtarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua: ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu.*

Sin aliter † impotentem ſe ad reſiſtendum Potentiorum bus agnoſcens, & iudicandi muneri ſe ingerens; præterquam quòd iniuſtus, inſciuſque haberi vult (quia *ſeruari Iuſtitia niſi à Forti viro, niſi à Sapiente non poteſt,* Ciceronis ſententia *lib. 6. de finibus:*) mortaliter peccat, vt plenè confirmat Nauarrus *in relectione cap. Inter verba, 11. quæſt. 3. concluſ. 1. corol. 14. & in Manual. cap. 25. num. 12.* rationes ad longum reddens, latiuſque ſuo Nos inferius loco. Præcipuam nunc

UAB Biblioteca de Ciències Socials

elegantemque adducimus illam, à Iureconſulto *in l. Idem iuris* 8. §. 1. *D. ad legem Aquiliam*, ſic prolatam: *Mulionem quoque ſi per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, & hæ alienum hominem obtriuerint: vulgò dicitur, culpæ nomine teneri. Idem dicetur etſi propter infirmitatem ſuſtinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum ſi infirmitas culpæ annumeretur: cum affectare quis non debeat in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram.* Tunc enim (vt *de Philoſophia* Apuleius) *eſt ſane melius talem regi, nec ipſum regendi alios habere poteſtatem; nec dominari, ſed ſubire ſeruicium; impotem ipſum aliorum addici poteſtati, parendi potius quam iubendi officia ſortitum.* At vicem mutans

6 iſtam, † pro Gloria aſſequitur contemptum, miſeramque timore ſeruitutem, vt eleganter circa Iudices Cicero comprobat *in Paradox. pag. mihi* 206. proque Amore reportabit Odium. Nam *qui Poteſtatem ſibi ſumit iniuſtè, odietur.* aſſertore Eccleſiaſtico *cap.* 30. *v.* 8. De tenuioribus, de miſeris, de Republica pariter actum. Siquidem *quoties priuati, egeni, obſcuri præmuntur à Potentioribus, nulla præſidij ſpes eſt niſi in Iudice.* vt Philo *in lib. de Creatione Principis* ait. *Quocirca Iudicem opus eſt & ſagacem & integrum eſſe, pudoreque, blandiciis, & metu ſuperiorem. Nam cuius horum affectuum ſuccumbat, totam iudicij Religionem obteret*, vt D. Iſidorus Peluſiota affirmat *lib.* 3. *epiſtol.* 175. Quia *facile deuiat à Iuſtitia, qui in cauſis non Deum, ſed homines pertimeſcit*, vt D. Ioannes Chryſoſtomus *Sermone de Ioanne Baptiſta.*

7 Præuenit hoc, tenuiorumque tutelam † Iudicum Sacramento Iuſtinianus *in auth. vt omnes obed. iudicib. prouinciar. §. Nec lateat nos, coll.* 5. ita & infirmitatem detegens & medelã: *Nec lateat nos, quia forſam neque ſufficiat hoc ad perfectiſſimam curæ medelam; cum Iudicantes Potentioribus magis quam iuſtitiam volentibus, & ad prouincias venientibus præſtent: ſed tamen nouimus plurima iniuſtitiarum curata ab hac legiſlatione. Magis autem, quantum ad Nos eſt, totum erit ſanatum. Namque non aliter tradimus cingula, niſi prius iuſiurandum ſubierint hæc accipientes, iuſte omnibus iudicare.*

8 Exulet à Iudicibus timor, † ſic præcipiente textu *in cap.* 1. *de ſentent. & re iudic. lib.* 6. iudicium non tangat, licet timoris cauſa extet: in quo vera Fortitudo conſiſtit. *Eſt enim* (vt multis placet, referente Cicerone Tuſculanarum quæſtionum libro 4.) *conſeruatio ſtabilis iudicij in eis rebus, quæ formidoloſa videntur, ſubeundis, & repellendis.* Protentiorum iniqua volentium odia, inimicitias, inſidiaſque Rectus contemnat Iudex, *eripiens inopem de manu Fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum*, vt *pſalmo* 34. *v.* 11. Domino cecinit Pſalmiſtes. Ad cuius typum Iudex Perfectus *iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem*, vt filio Regis Rex ipſe Propheta precabatur *pſalmo* 71. *v.* 4. Ita vt *boni dulcem; praui ſentiant correctorem*, Magni Gregorij admonitione, *epiſtolar. lib.* 9. *epiſtola* 8. Bononi Abbati Monaſterij Lirinenſis. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gẽtes ſeruient ei: quia liberabit pauperem à Potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſaluas faciet. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.* Vel ſecundum aliam litteram, vt hic notat Incognitus: *Et honorabile nomen eius coram ipſis*, Prophetica ex promiſſione *dicto Pſalmo* 71. Aliiſque etiam eiuſdem Pſalmi benedictionibus cumulabitur quas inibi filio ſuo Salomoni (ſecundum plurium Doctorum intellectum, vt in illius initio aduertit Incognitus) Dauid à Domino poſtulabat ex ipſius principio, quod eſt: *Deus iudicium tuum Regi da, & Iuſtitiam tuam filio Regis.* Impauidus ſectetur Iuſtitiam. Siquidem vt beliſſime Horatius *Carmin. ad Ariſtum:*

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauris iaculis, neque arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis.
Fuſce, faretra.
Siue per Syrteis iter æſtuoſas
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus.
Lambit Hydaſpes.

Internæ tranquillitatis ſtabilitate conſcientiæ teſtimonio ſuffultus. *Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem & ſtabilitatem. Perfectorum eſt enim non facilè mundanis moueri, non turbari metu, non exagitari ſuſpitione, non terrore concuti, non dolore vexari; ſed quaſi in littore tutiſſimo aduerſus inſurgentes fluctus ſæcularium procellarum mentem immobilem fida ſtatione placidare.* vt Perfectorum naturam deſcribit Ambroſius *de Iacob. & vita beata lib.* 1. *cap.* 6. Iuſtorum, Horatius idem. Cui neque id latuit, *Carmin. lib.* 3. inquiens:

Iuſtum & tenacem propoſiti virum.
Non ciuium ardor prauа iubentium.
Non vultus inſtantis Tyranni
Mente quatiet ſolida: neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis.
Impauidum ferient ruinæ.
Nam fortem, rerum nulla procella mouet.

vt *in Carmine de Contemptu mundi* Diuus firmat Anſelmus. *Nec intereſt vnde* Rectori *aut terror aut periculum veniat, qui periculis & terroribus viuit obnoxius; & tamen ſit de ipſis terroribus ac periculis glorioſus*, vt aptiſſimè Cyprian. *epiſtola* 55. *ad Cornelium*, iuxta ordinem Iacobi Pamelij, alias *lib.* 1. *epiſtola* 3. Sui committat Domino tuitionem. Quia *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.* Sap. 3. *v.* 1. *& Iuſtitia Rectorum liberabit eos: & in inſidiis ſuis capientur iniqui.* Prouerbior. 11. *v.* 6. *Propter veritatem & Manſuetudinem & Iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.* Pſalm. 44. *v.* 5. milleque aliis locis Prouerbior.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

blor.11.v.12.& 34.cap.18.v. 10. Eccles.cap. 20.v.30.Psalm.36.v.5.& 6.91.y.13.& similes occurrentes passim.

Igitur *pro Iustitia agonizare pro anima tua,& vsque ad mortem certa pro Iustitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Ecclesiastico promissore cap 4.v.23. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Matth.10.v.28. *Nec plaga, nec mors te terrebit, si bene & pie vixeris.* Ambrosij testimonio *lib. 4. epistolar. epist. 29.* Floriano. *Viriliter agite, & confortamini,* Apostolica exortatione Corint.1.v.15. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.* Ioan. 14. v.1.& 28. *Timete eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.* Matth.10. v. 28. Iam ob huiuscemodi persecutiones Beati, & Regni cœlorum domini effecti. *Beati qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam: quoniam ipsorum est Regnum cælorum.* Matth. 5.v.10. Præterquam quòd: *Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis?* Interrogando negat D. Petrus Apostolus *epist. 1. cap.3.v.13.* quoniam Deus *non aufert à Iusto oculos suos,& Reges in Solio collocat in perpetuum.* Quem & Seneca (naturali tantummodo lumine ductus) *de benefic. lib.4.cap.31.* sic confiderat dicentem: *sint hi Reges, quia pro Summo Imperio habuerunt Iustitiam.*

9 Timete ergo† cum à Iustitia caditis, cum Potentū,metu,aliquidve temporale perdendi ab illa receditis: locum namque Potestatem & existimationem perdetis. Malorum enim debile,fluidumque Imperium est. *Mihi autem nimis honorati sunt Amici tui, Deus nimis confortatus est Principatus eorum*, cum Psalmista psalmo 138.v.17. *Virtus nec lucro inuitatur,nec abterretur damno*, etiam *supra proxime,cap.* 1. attestante Seneca, *Pontifices Iudæorum timentes ne forte venirent Romani, & tollerent eorum locum & gentem* (Ioan. 11.) *Concilio decreuerunt Christum occidi: sed timentes amittere temporalia, & propter hoc iniustitiam committentes: amiserunt temporalia & spiritualia.* Verba sunt Diui Antonini *in summ.p. 4.tit. 14.cap. 2.* aliis idipsum: factæ scripturæ exemplis confirmantis. *Timuerunt ne locum non occiso Domino perderent; & tamen occiso, perdiderunt,* vt in eum paritet locum *Moral.lib.19. cap.14.col.2. post medium*, Gregorius. *Malum enim est custos diuturnitatis metus,* vt Cicero *lib. 2. de offic.* aduertit. *Prouerbior. cap. 29. v.25.* Sapiens minatur simul & pollicetur: *Qui timet hominem,cito corruet: qui sperat in Domino sublenabitur.* Ecclesiasticus cap.10.v.8. *Regnum à gente in gentem transferetur propter iniustitias & contumelias,* Ex oppositio: *Aufer impietatem de vultu Regis,& firmabitur Iustitia Thronus eius.* Sin autem.

Vbi non est pudor
Nec cura Iuris, Sanctitas, Pietas, Fides,
Instabile Regnum est.

vt & Seneca agnouit *in Thieste,actu 2.* Quare confidenter dicamus: *Dominus illuminatio mea,& salus mea,quem timebo? Dominus protector vitæ meæ,à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum*, cum Psalmista psalmo 26.& psalm.117.v.6. & duobus sequentibus: *Dominus mihi adiutor,non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in Domino, quàm sperare in Principibus.* Etenim *maledictus homo,qui confidit in homine* (Domini verbo per Ieremiam cap.17.v.5. Ex aduerso: *Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum,quod plantatum est super aquas,quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.* ibidem v.7.& 8. Humana præsidia quærant,infidis fidant,qui ista non norunt: *Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam*, cum Rege Prophetæ *psalm. 72. v. 28.* cumque Isaia cap.12.v.2. *Fiducialiter agam,& non timebo: quia fortitudo mea,& laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Iterumque cap. 50.à v. 7. iterumque cum ipso repetam: *Dominus meus Auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me,quis contradicet mihi? Stemus simul: Qui est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce Domine Deus Auxiliator meus: Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur,tineat comedet eos.*

Ab iniuria ergo & contumelia (quam hominum metu,quantum in illis est, Iudices Deo inferunt) se vindicent. *Hæc enim iniuria in Dei contumeliam recidit: quasi is infirmior sit habendus quam illi, quorum Potentiæ metu præterius fertur calculus. Nam Dei Potentia est Iustitia. Ergo qui Magnatum gratia præuaricatur, Potentiores illos quam Deum facit.* vt (ex Moysis legibus à Iosepho recensitis *lib.4. Antiquitatum Iudaicar.cap.vltimo*) colligit Simancas *de Republica lib.5.cap.6.n.* 444. Similiter textus *in c. Quisquis, 8.in ord. 11.quæst.3.* ex Diuo Augustino *ad Casulanum* deductus,inquiens: *Quisquis metu cuiuslibet Potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum.*

Quocirca virtute fortes
Fortiaque aduersis opponite pectora rebus.

etiam hortatore Horatio *Sermon.lib.2.Satyra 2.in fine.*

Quæ dementia ista,† humanum timorem 10
induere (qui nunquam à misera trepidatione vacat: *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Psalm. 13.v.5.*) Diuinum exuere (qui *timor excludit timorem,* vt Ambrosius ait *Plasmo 118. Octonar.21.* in illud: *Exulto ego in verbis tuis,sicut qui inuenit spolia multa, in principio. Si enim ingressus quis balneas,solis deponit æstus,& calor excludit calorem,* vt ipse prosequitur ibi; *quanto magis Diuini iudicij terror hunc terrorem excludit humanum; feruorem gratiæ sæcularis, gratiæ feruor æternæ?* qui Fortitudinem comitem habet: In timore Domini Fiducia Fortitudinis, Prouerbior.

bior. 14.v.26.qui *Custos est, virtutum*, vt cum Hieronymo Antonius eum appellat 4.*p.*
11 *summ.tit.*14.*cap.*1.Quæ ſtultitia?†(improuidi timoris matet) *Nihil ſtultitia pacatum habet. Tam ſuperne illi metus eſt, quam infra. Vtrumque trepidat latus. Sequuntur pericula, & occurrunt. Ad omnia pauet, imparata eſt, & ipſis terretur auxiliis.* Seneca teſte *epiſtola*
12 59.Timor Domini†& initium,& plenitudo Sapientiæ eſt, Prouerbiot. 1.v. 7. & Eccleſiaſt.1.v.16. *Initium ſapientiæ timor Domini.* & v.20.*Plenitudo ſapientiæ eſt, timere Deum.* Ipſa imò quidem Sapientia,Iobo *cap.* 28.v. 28.dicente : *Ecce timor Domini ipſa eſt ſa-*
13 *pientia.* Quæ itidem † Fortitudinem intromittit;expellit timorẽ.*Sapiens enim ad omnem incurſum munitus & intentus: non ſi paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus & contra illa ibit, & inter illa*, vt de Sapientia quoque humana Seneca profeſſus eſt *dicta epiſtola* 59. Peræque *pſalmo* 104. Ambroſius : *Sapiens non metu frangitur, non Poteſtate mutatur, non attollitur proſperis, non triſtibus mergitur. Vbi enim Sapientia, ibi virtus animi, ibi Conſtantia & Fortitudo. Sapiens ergo idem eſt, animo non minuitur, non augetur rerum mutationibus.* Quid ni ? *Sapiens defectus rerum ignorat, & varium animum neſcit.* vt nectit ibidem. Multa ſimilia de Timore Domini Bernardus *de modo bene viuendi ſerm.*4.

14 Quam Maieſtatem, † quam Potentiam in Iudice deſideratam Timori ſeruiens præſtabit?Siquidem

Res eſt imperioſa Timor.

iuxta Martialem *lib.* 11. *Epigr.* 59. *in Teleſphor.* Et

Degeneres animos Timor arguit.

Virgilij quoque argumento *Æneid. lib.* 4. Quod miſeris à Potentioribus tutamen, qui miſerè ipſe Præſtantes timet, Potentes reformidat ? Quem actum validum operabitur,timore infectum ? Quos omnes vitiat metus,*toto titulo Digeſtis & Codice quod metus cauſa &c.* Plenè Farinacius *fragmentor. criminal.*2.*p.verbo Metus, num.*6.*& ſeqq.*ſententiam maximè,iudicialium actuum finem. Quam Potentium metu iniuſtè prolatam, eſſe nullam textus indicat *in cap. Iniuſtam*, 90*in ord.*11.*quæſt.*3.Vbi ſic Calixtus Papa : *Iniuſtum iudicium, & definitio iniuſta Regio Metu, aut iuſſu, aut cuiuſcunque Epiſcopi, aut Potentis à Iudicibus ordinata, vel acta non valeat.*Eadem aut tranſcripſit, aut protulit verba Marcellinus Papa *in cap. Omne*, 8. *in ord.* 25.*quæſt.*1.Conueniuntque in idem Barbat.*conſil.*60.*num.*5.*lib.*1.Deci.*conſil.*42.*num.* 7.*volum.*1.Camil.Borrel. *in ſumm. deciſ. tom.* 2. *tit.*30. *num.*167. Farinac. *fragmentor. crimin.d.*2.*p. verbo Metus, num.*44.aliiſque relatis,Cabret. *de Metu lib.*2.*cap.*15. *num.* 35. Etſi valere quidem ſententiam, exceptione verò elidi, velint Gloſſa *in d. cap. Iniuſtum*, *verbo Non valeat*,& multi alij,quos recenſet Cabretos idem *loco proximo, num.* 33.*&* 34. lateque materiam proſequutus Vincentius Carot. *de remed. contra præiudicial. ſentent. vel damnoſ. execut. except.* 31. *per totam.* Neque exçuſati Iudicem, qui ad Tyranni minantis mortem iuſſum iniuſtam protulit ſententiam, vbi ſaltem eius conditionis adepti officij tempore notitiam Iudex habuit;obſeruat,cum Patiſ.de Puteo, & aliis, Anton. Capit.*deciſ.*132.*n.* 3.

Equidem *homini naturale eſt* † *Timere ho-* 15
mines, & iacturam fauoris atque gratiæ ipſorum : itemque timere læſionem corporis, & mortem: ac demum timere amiſſionem & iacturam bonorum, vt inquit Valerius Reginaldus *in* 2. *p. praxis fori pœnitential. lib.* 17.*cap.*23. *ſect.* 3. *num.* 222. Timor enim etiam iſte humanus actionum noſtrarum *eſt emendator aſperrimus*, vt teſtatur Plinius Iuniot *epiſtolar. lib.*7. *epiſtola ad celerem ſuum*, decetque Iudicem,iuxta illud *Luc.* 18.vbi de eo reprehenſus Iudex,quod *Deum non timebat, & homines non reuerebatur:* dedecet verò & improbatur nimius,inordinatus, Diuinæ, aut humanæ legi contraueniens, vt idem Valerius Reginaldus concludit *proximo loco.* Verè quidem

In audaces non eſt audacia tuta,

vt Ouidius inquit *Metamorphoſ. lib.* 10. *Fab.*10.Sed inter priuatos,& qui audacia pugnant; non qui Iuſtitia, Imperio,& Maieſtate,vt Rubricæ verbis præſentibus illius effigies optat.

Non autem Iudicibus ſatis erit † huma- 16
no poſtpoſito metu,muneris Poteſtate, Iuſtitiæque Vi & Maieſtate tenuiores apparenter defendere : ſi offendant occulte : ſi eos à Potentiorum præda liberent, vt deprædentur ipſi. *Quomodo enim poteſt Iuſtus eſſe, qui ſtudet eripere alteri, quod ſibi quærat? Quomodo poteſt pro aliis interuenire, qui alios ſibi ſubiicere conatur ? Et infirmo aduerſus Potentes opem ferre, qui ipſe grauem libertati affectat Potentiam?* eum Diuo Ambroſio rogo *de offic. lib.* 1. *cap.* 28. *in fine.* Iſti quidem *per imaginem bonorum operum, finum mentis ad auaritiam extendunt.* Quos ſic notos facit Gregorius *Moral. lib.* 14. *cap.* 11. *ad finem.* Tanto tunc deteriores,quãto fœdius Iuſtitiæ & Pietatis velamine committunt facinus. *Commendandi, ſi quod ſe dicunt humiles defenſare, Humanitati tribuerent, non Cupiditati. Illud graue, ac peracerbum eſt, quod hac lege tueri pauperes videntur vt ſpolient; hac lege defendunt miſeros, vt miſeriores faciant defendendo.* veluti,ex Saluiano, tranſcribit Iacobus Dutant.*lib.*1. *cap.*1.de his concludens ex eodem: *Nihil ſuſceptis tribuunt, ſed ſibi.* Etenim *quem dabis mihi ex numero Prepoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum vacuandis marſupiis, quam vitiis extirpandis?* vt *Sermone* 77.*ſuper Cantic.* D.Bernardus rogat. Contra Iuſtitiæ quidem naturam,† quæ *aliis* 17
eſt potius nata quam ſibi. Commune commodum, non ſuum expectat, & alienum bonum pro ſuo ducit emulamento, vt *Pſalmo* 36. *verſ.* 1. *Dixit iniuſtus vt delinquat ſibi*, eam deſcribit Ambroſius. *Libro* item *de Noë & Arca, cap.*1.repetit: *Iuſtitiam ſolam eſſe, quæ aliis potius nata quam ſibi; non quod vtile ſibi eſt, quærit, ſed quod omnibus*,& de Virginib.lib.3.

col.2.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

col.2.post medium : *Iustitia in alto quodam suggestu locata, videt, exploratque omnia. Quæ aliis potius nata quam sibi; non tam suas vtilitates quam publica emolumenta rimatur.* Vt enim *in Euangel. Lucæ cap.*1.in illud : *Et peperit filium &c.* ipse idem: *Iustitia communis est virtus. Et in expos. Psalmi* 118. *Octonar.* 16. *in illud: Feci iudicium & Iustitiam, ne tradas me nocentibus me, ad finem,* per alias virtutes discurrens, earumque priuatam vtilitatem: *Sola iustitia est* (ait) *quæ omnibus temporibus aliis potius nata quam sibi quotidiano vsu & fructu publico, suo damno alienas custodit vtilitates.* Ac tandem in idem sæpe recidens, sed (ingenio, & elegantia sua, post tot fœliciter dicta) aliquid semper addens, *de obitu satyri fratris sui col.*11. *ad medium,* hæc in simul: *Eam enim sibi fortis partior tota est; & quidquid habet, quadam inclementia sui, dū partitur amore communi, transfundit in proximos.* Bene inde lib.5.Ethicor. (ex Antonij Mureti translatione p.mihi 395.) *Iustitiam alienum bonum esse* dixit, *Alienæ vtilitatis speculatricem* Apuleius *de Philosophia, pag.mihi* 42. Hocque in primis seruare debere eos qui Reipublicæ præsunt, ex Platone, *lib.*1.*de officiis* Cicero tradit: *Vt quidquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum.* Inde *Imperium esse curam salutis alienæ,* rectè definit Marcellinus *lib.*2. Quia

Iustitia vtilibus Rectum proponere suadet.

vt Claudianus quoque *in Laudes Stiliconis Panegyri* 2. Huncque sibi finē Iudices & Rectores proponere debere, assent Mirand. *in Director. Prælator. tom.*2.*q.*5.*art.*5. *conclus.* 1. Exemplum Rectoribus Iosuë præstitit. Qui *cum aliis terram dispertiret, sibi non distribuit aliquam portionem. Imitatus est in eo modestiā Domini. Docuit autem eos, qui in aliquo Magistratu sunt constituti, non suis commodis, sed vtilitati subditorum inseruire debere.* vt Theodoretus notauit *super Ioan.*10.*q.*17. Hæc vera Iustitia, hæc vera illius ratio : quæ propriam vtilitatem, iure vel iniuria respicit, Iustitia non est, contraria Iustitiæ est.

Sydera terra
Vt distant, & flamma mari, sic Vtile Recto.

assertore Lucano *de bello ciuili, lib.*8. & Horatio *Carmin. lib.*4. *ad Lollium.*

Bonus atque fidus.
Iudex Honestum prætulit Vtili, &
Reiecit alto dona nocentium.
Vultu & per obstantes catervas.
Explicuit sua victor arma.

18 *Rationem* † (qui vtile sectantur) *Status* vocant, cum à recta Ratione, à Iustitia sit prorsus aliena. Hæc aliis, illa sibi, aliorum quoque iniuria, vtilitatem quærit. Hæc virtutum omnium (vt iam diximus mater & altrix: dura illa nouerca, Prudentiæ maximè, cuius se æmulatricem contendit, vt late, recenter è nostris, prosequitur Matius Giurba *consilio primo per totum.* Quam toto conamine pellant, fugiantque Rectores: veram sine fuco Iustitiam sectantes, communibus vtilitatibus intenti, cuius constituti sunt procuratores, vt etiam (ex *lege Miles.*9.*D.de re milit.* & *lege Ab administratione,*8.*C.de legat.*) obseruat Alciatus *in l. Principalibus,*33. *D. si cert. pet. n.*3. Iustitiæ *Vi* & *Maiestate* deterreant improbos, coerceant Potentes: probos, pusillosque defendant, vt illius propositæ Imagini respondeant.

ÆQVITATIS VERItatisque Terrificum.

RVBRICA XIV.

AN ÆQVITAS A IVSTItia differat? quibus, qualiterque Terrorem incutere, quos increpare, quomodo, quorumque impatiens Iudex esse debeat?

SVMMARIVM.

1 *Æquitas & Veritas an ad timorem incutiendum aptæ?* & numeris seqq.
Veritas quid sit? ibidem.
2 *Æquitas quid sit?* & n.5.9. & seqq.
3 *Æquitas an rigori, strictoque iuri contraria sit. Quidque inter vtrumque distet?* & numeris seqq. & 12.
4 *Quomodo, quemque* Terrorem *incutere debeat Iudex?* & numeris seqq.
Veritas omnibus rebus fortior est, ibi.
5 *Æquitas cerebrina, ad voluntatemque formata non est Æquitas, sed Iniquitas, & Simia Æquitatis.*
Æquitas est comes Iustitiæ, & illius maximè propria. Est Iustitia obiectum: correspondet Iustitiæ legali, & quodammodo continetur sub ea, & quodammodo excedit eam. ibi.
6 *Si commissum alicui sit vt procedat* secundum Æquitatem *vel* de Æquitate, *an secundum æquitatem iuris, vel secundum Æquitatem à iure naturali formatam procedere debeat?*
7 *Æquitas quibus soleat nominibus appellari?*
8 *Ius* Bonum & Æquum est. *Idem est* Ius *quod* Æquum. *Index* Boni & Æqui *custos.*
9 Æqualitas *est Iustitia exacta.* & numeris seqq.
10 *Iustitia, aut Lex vel scriptam continet Æquitatem, vel non scriptam, Iudicis nempe arbitrio commissam, secundum tamen regulas iuris, quas transgredi nullatenus Iudici licet.* & num.seq.
11 *Nulla lex est, vel saltem esse debet, quæ non præseferat Æquitatem; sine cuius erubescit consortio: quæ veluti obiectum Iustitiæ est,* & num.seq.
Christophorus Anguianus notatur. Declarantur textus in l. Placuit, 8. D. de iudic. in l. Prospexit, 12. D. qui & a quibus &c. & in cap. fin. de transactionib. *ibi, & num.seq.*

12 *Æquitas est, quæ seueras delinquentibus pœnas imponit.*

13 *Deus* Terribilis *sæpe in Sacris litteris appellatur. Et cur?*

Dictio Et *quandoque pro causatiua* Quia *sumitur.* ibi.

14 *Quatenus, quibusque* Terrificus *Iudex esse debeat? Quibus affabilis, mansuetus, & quatenus?* & numeris seqq. & 21.

16 *Increpare, reprehendere, & irasci quandoque Iudicem decet, necessariumque est: sine iniuria tamen.* & numeris seqq. præcipuè num. 29.

17 *Cum Potentia Iudex mansuetudinem seruet.* Terrificum *se, cum opus est, animo se ostendat.* & num. seq.

19 *Magna solum vox quandoque efficere Magna solet.*

20 *Christus saluator noster, qui se mansuetudinis exemplum præbuit; erat increpatione* Terribilis.

21 *Iudex nec sit admodum nimiumve* Terribilis, *nec benignitate dissoluta.*

22 *Terror, indignatio, aut correptio moderata, sine iniuria, aut probrosis verbis, recusationi causam non præbet: aliter præbet, præter actionem, emendationemque, quam lex pollicetur, & iniuriam possis tribuit.* & num. seq.

24 *Rationi committenda subditorum emendatio, non ira: restringenda sub Ratione Potestas, & illa indignatio temperanda: nec quidquam agendum priusquam concitata ad tranquillitatem, mens redeat.* & numeris seqq. *præcipuè* num. 28. *Ordo tribuit modum, decorem, & perpetuitatem.* d. numer. 24.

Discretio est quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrix affectuum, & morum Doctrix, eaque sublata, virtus vitium erit, ibid.

25 *Qui iratus accedit ad pœnam nunquam mediocritatem tenebit, qua est inter Nimium & Parum: nil sani operabitur, & iustum putabit quod fecerit.* & num. seq. & 31.

26 *Sententia per iracundiam lata an vtilis sit, & executionem mereatur?*

27 *Et an alius actus, contractusve per iracundiam gestus?*

29 *Mansuetus & Fortis dicitur, qui irascitur vbi & quomodo debet: & qui non irascitur pro quibus oportet, & vt oportet, fatuus & stupidus est. Rationabilis ira ad Iustitiam delictaque punienda prodest.*

30 *Ira ratione moueatur, charitate, amore Iustitiæ, iustaque vindictæ; non odio, non indiscreto, immoderato, apparentivè zelo,* & numeris seqq.

31 *Iratus non facilè propriè voluntati, aut passioni credere debet. Sub obtentu enim Iustitiæ mentem ira immanitas vastat.*

32 *Deus non subiacet passioni, non ira irrogat supplicium: sed ira Dei est, delinquentium pœna; furor Dei est, supplicium peccatorum.*

33 *Ira omnibus in rebus repudianda est, maxime ab iis, qui Reipublicæ præsunt: qui vultum legis induere debent, nil irati facientes, etsi videantur irati.*

34 *Facilis credulitatis vitium à Iudice relegandum: quod facit vt antequam iudicemus irascamur. Nec facile audiendum, aut inquirendum, quod in iram trahere possit; sed curiositas omnino ad tranquillitatem vitanda.* & num seq.

ANNOTATIO I.

INEPTE *Æquitate,* † *& Veritate Terrificum* formari, seu describi Iudicem videtur. Quid enim metus incutio cum *Veritate?* Quid cum *Æquitate Terror?* Namque secundum Tullium veter. Rhetor. lib. 2. cap. 9. *Veritas est, per quam immutata ea qua sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur.* Secundùm Aristotelem Metaphysicorum 2. *est adæquatio rei ad intellectum.* & in 4. Ethicorum, *ad Veritatem pertinere* (ait) *quod aliquis constetur existentia circa se ipsum: & neque maiora, neque minora,* vt ex eo, tradit D. Thom. 2. 2. *quæst.* 109. *art.* 1. Quid commune *Veritatis* descripta conditio & natura cum *Terrore?* 1

Æquitas verò † tantum ab incutiendo *Terrore* abest: vt depellat *Terrorem*, præbeat se benignam, exhibeat mitem, rigorem temperet, Est enim *Mitior quædam sententia, quam naturalis ratio persuadet viro prudenti,* vt eam Franciscus Patricius describit *de Regno & Regis institut. lib. 6. tit. septimo.* Vt Syluester *in summa verbo Ius, num.* 2. Reginald. *in praxi fori pœnitential. lib. 13. capit. 12. sect. priori, num.* 116. & alij Summistæ: *Æquitas est Iustitia, dulcore Misericordiæ temperata.* Inde Beatus Iob. cap. 23. v. 4. *Ponam coram eo iudicium; & os meum implebitur increpationibus.* Et v. 6. & 7. *Nolo multa fortitudine cõtendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat. Proponat Æquitatem contra me: & perueniat ad victoriam iudicium meum.* 2

Contrariam ideo Æquitatem Rigoti, † 3
strictoque iuri, & probant textus *in l. Placuit,* 8. *C. de iudic. in l. fin. D. de public. in rem action. in l.* 3. §. *Miles, D. de re milit. & in l.* 2. §. *Quamquam, D. de aqua pluu. arcend. in l. Si res tuas,* 8. *in fin. C. ad exhibend. in cap. Consuluit,* 24. *de offic. & potest. iudic. deleg.* & mille alij, quos enumerant, hanc assertionem prosequentes, Tiraquellus *de vtroque retractu,* §. 35. *glossa* 1. *n.* 4. 7. 15. & 30. Petr. Rebuff. *in l. Bonorum appellatio,* 49. *col.* 8. *vers. Æquitas Canonica, in princip.* Andr. Fachin. *controuers. iuris, l.* 3. *c.* 3. vt & alios ab ipsis relatos omittam, & nominatim aduertit Glos. *in principio casus positionis dictæ legis Placuit.* Hinc Donatus. Terentianus interpres *in Adelph. actu* 1. *Scena* 1. ait: *Inter Ius & Æquitatẽ hoc interest:* Ius *est, quod omnia recta & inflexibilia exigit:* Æquitas *est, quæ de iure multum remittit.*

Aptissimè nihilominus † *Veritate & Æquitate Terrificum* (hoc est, *timorem incutientem*) Iudicem effigies optat. Non enim fraudem, dolosam 4

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dolosam calliditatem, aut mendacium requirit, desideratve, sed simplicitatem. Quia *fortitudo simplicis, via Domini : & Pavor his, qui operantur malum. Proverbior.* 10. *v.* 29. Non ferocitatem, nimiumve rigorem iudicialis exigit *Terror*, sed auersatur : Iustam expetit *Æquitatem*, *Veritatem* amat. Qua quidem nil fortius, Terribilius nihil. *Veritas Magna & Fortis pra omnibus. Omnia opera monentur. & Tremunt eam. Veritas manet, & inualescit in aternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam accipere personas, neque differentias : sed qua iusta sunt, facit omnibus iustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius : & non est in iudicio eius iniquum : sed Fortitudo, & Regnum, & Maiestas omnium auorum.* Esdræ *lib.* 3. *c.* 4. *ex v.* 36. Sic qui in cælo sedebat equo albo, & habebat in vestimento, & in fæmore eius scriptum : *Rex Regum, & Dominus Dominantium*; cuius oculis sicut flamma ignis : & in capite eius diademata multa : cuius erat aspersa sanguine vestis : & de cuius ore procedebat gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes : *vocabatur Fidelis & Verax*, Ioannis testimonio *Apocalyps. c.* 19. *v.* 11. *& seqq.* Prolixiorque de *Veritate Annotationibus seqq.* protrahendus sermo.

5 Æquitas scripta† (ad quam proposita respiciunt verba, cerebrina enim & pro voluntate, non ad iuris normam, regulamque formatam, non *Æquitas*, sed *Iniquitas* est, vt *Rubrica* 11. *Annotatione* 1. *num.* 15. prædiximus : nec rudis & informis *Æquitas*, dicitur, sed *Simia Æquitatis*, vt ex Bartholo, licet non omnino veridice allegato, tradit Bonacosa, *tract. de Æquitate Canonica*, *pag.* 2. *in fine*, Probat textus *in cap. Ex parte*, 13. *de offic. & post. indic. deleg.* & *ibi* notat Abbas *num.* 3.) ad iudicialem istum Terrorem, plectandos iniquos, continendosque in officio subditos, aptissima. Quæ veluti *est Severitas Iustitia, dulcore Misericordia temperata.* vt 2. *p. summ. tit.* 1. *cap.* 12. §. 2. *tit.* 9. *cap.* 1. *col.* 3. *ad medium, & p.* 4. *tit.* 5. *cap.* 19. §. 1. Diuus Antoninus definit. *Rectitudo iudicij naturalem sequens rationem.* vt (ex *lege prima*, §. *Quod quis, D. si quis testam. liber. esse iussus fuerit*, quem debuit allegare *primum*, nullus enim incipit *Quod quis*, & ex *lege Bona fides*, 31. *D. depositi*) bene deducit Bonacosa *dicto tract. in princip.* cum Stephano de Federic. *in tract. de interpret. iuris, p.* 1. *num.* 77. Tiraquellus *Tacitam quandam legem Æquitatem* appellat, *de vtroque retract. d.* §. *glos.* 1. *num.* 29. *in fine*, ex §. *Conductor, instit. de locat. & conduct.* aliisque iuribus & auctoritatibus. Quod & ex Cicerone *in orat. pro Planco* adstruitur, dum ait : *Fugisti sententiam legis : Æquitatem omnem reseciisti.* Idemque *officior. lib.* 1. pag. mihi 24. *Iustitia maxime propriam Æquitatem* dixit. *Comitem* Stoici faciunt, vt de Regno & Regis instit. Franciscus Patritius prodit *dicto l.* 6. *tit.* 17. Ammianus Marcellinus *lib.* 30. *Recta iudicia Æquitatis Delubra* nominauit. Pro thorace Iustitiam; pro galea iudicium certum, Sapientia sumpsit, *Scutum inexpugnabile Æquitatum*,

cap. 5. *v.* 19. obiectum Iustitiæ *Æquitatem*, Theologi profitentur, vt inferius notamus. Correspondere Iustitiæ legali, & quodammodo contineri sub ea, & quodammodo excedere eam; dixit D. Thom. 2. 2. *quæst.* 120. *artic.* 1. *ad primum.*

Inde, † si commissum alicui sit, vt procedat 6
secundum Æquitatem, vel *de Æquitate*; debet procedere secundum Æquitatem iuris, non secundum Æquitatem à iure naturali formatam, vt (ex textu *in d. c. ex parte, el* 2. 13. *in ordine*, deducit, notatque Felinus *ibi, num.* 1. *notab.* 1. Octauian. Osasc. *dec. Pedement.* 1. *n.* 43. Ne pro voluntate, aut desiderio formetur. Scripta vero deficiente, recte à naturali iure, à ciuili quidem non deuio, petetur.

Istamque *Æquitatem* † nunc *Bonum* & 7
Æquum, nunc *Bonum Æquum*, sine copula, nunc *Æquum* simpliciter, nunc quoque simpliciter *Bonum* appellari; multis comprobari Budæum *post principium priorum Annotationum* Tiraquellus memorat *dicto* §. 35. *glossa* 1. *num.* 36.

Ius ipsum † *Bonum* & *Æquum*, Iudicem 8
Custodem iuris, & consequitur, *Æquitatis*, sæpè Aristoteles dixit *Ethicor. lib.* 5. ex Dionysij Lambini translatione, pagin. mihi 135. *Est autem* (ait) *iuris custos. Quòd si Iuris, ergo & Æquitatis.* Et post longam confirmationem, pag. 134. *Idem ergo est Ius, & Æquum Bonum*, ex Marci Antonij Mureti traductione, pagin. mihi 406. *Nam* & Æquum Bonum *ita quodam iure melius est, vt ipsum quoque* Ius *sit*, Et continuo fere : *Idem igitur & Ius est, & Æquum.* A quo nec dissentit textus *in l.* 1. *D. de iustitia & iure.*

Exactamque Iustitiam † Æquitatem esse, 9
probat tunc *dicta lex Placuit*, 8. *C. de iudic.* cum Glossa *ibi*, *verbo Æquitatisque*, eius verba *Iustitia Æquitatisque* non diuersa, ac minus Iustitiam, Æquitatemque oppositæ, sed naturæ eiusdem, & Æquitatem ad Iustitiam pertinere, imo Iustitiam ipsam esse, sic declarante : *Æquitatisque*, id est, *Iustitia Æquitatis*, dictione *que* dempta, quæ diuersitatem inducere videbatur : tum illud Pauli ad Hebræos 1. v. 8. *Virga Æquitatis, virga Regni tui.* Cui illa *Psalmi* 44. *v.* 7. respondent verba : *Virga Directionis, virga Regni tui.* Super quæ Incognitus : *Est virga Directionis vnicuique tribuens secundum merita, scilicet bonis præmia, & tormenta malis. Nam quoad bonos est virga consolationis : Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt : sed quoad malos est virga Punitionis : Reges eos in virga ferrea.* Quod exactæ strictæque Iustitiæ est. Eamque *Virgam Æquitatis* nominauit Apostolus. Conueniens simul vtrique, & Iustitiæ & Æquitati : Tum *Æquitatis* ipsius definitio, quæ (secundum Policratum *lib.* 4. *cap.* 2. cuius meminit Gulielm. le Rouill. *de iustitia & iniustit. lib.* 1. *cap.* 17.) *Est rerum conuenientia, qua cuncta æquiparat ratione, & in paribus rebus paria iura desiderat : in omnes æqualis, vnicuique tribuens quod suum est.* Quam & constituit, Glossa

in d.l.Placuit,8.C.de indic. verbo Quam stricti iuris. Tandem secundum Ciceronem *Rhetor.ad Heren.lib.3.* pag.mihi 51. *Iustitia est* Æquitas *ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque.* Comprobantque textus *in l. Diem proferre,32,§.Stari,D.de recept. arbitr. & in l.Item quaritur,14.§. Si quis mensuras, D. locat.*

Id ipsum Iuramenti formula ab Imperatore Iustiniano Iudicibus præstita *in auth. iusiurandum quod præstatur ab iis qui administr. accip.§. Iuro quoque, vers. Et Æquum, coll.* 2. non dubiè confirmat. Quæ sic se habet: *Æquus in causis vtrique parti ero: nulliquæ parti citra quam iustum est præstabo; sed exequar vniuersa delicta, & omnem Æquitatem seruabo.* Commutatiuam, distributiuam, punitiuam, seu vindicatiuam, & legalem Iustitiam respiciens. Quam triplicem Æquitatem format, distinguitque Diuus Antonius *4.p.summ. tit. 5. cap. 19. paragrapho 1.* Prior, Commutatiua nempe, verbis illis continetur: *Æquus in causis vtrique parti ero.* Secunda, scilicet Distributiua, in illis: *Nulliquæ parti citra quam iustum est, præstabo.* Id est, *Pro meritis munera, officiaque Reipublicæ, quorum mihi distributio incumbat, præstabo; nulli citra merita impendam.* Tertia in illis: *Sed exequar vniuersa delicta.* Sequentia verò verba: *Et omnem Æquitatem seruabo*, vel hunc, non incongruè sensum recipere possunt: *Et his peractis, omnem Æquitatem seruabo*: nulla enim alia, quæ adimpleatur remanet: vel hunc, si cum præcedentibus iungantur: *Exequar vniuersa delicta, & omnem Æquitatem seruabo*, id est: *Seueritate legali delicta puniam, adhibito vbi per ius licuerit, ex occurrentibus circunstantiis, temperamento; ita vt nihil iusto præfinito rigori, nil desit Æquitati legali.* Sicque *Iudicem legitimum definimus eum, qui Æquitatis patronus & defensor est*, cum Heliodoro *Æthiopiorum lib.10.c.28.* Quia ea tunc Æquitas exacta Iustitia est. Quæ veluti constitutos terminos à iure habet, quos nullatenus transgredi licet, nec pro voluntate contrahendo, nec laxando Æquitatem, sed secundùm iuris regulas.

10 Iustitia enim † vel scriptam continet Æquitatem (vt iuribus in principio citatis multisque similibus occurrentibus passim:) vel non scriptum in specie (quia non omnes casus à legibus nominatim possunt comprehendi, circunstantiis casus eorumque decisiones mutantibus *l. Neque leges, l. Non possunt, D.de legibus.*) in genere tamen scriptam, Iudicis nempe arbitrio, regulis iuris, eiusque præfinitionibus ita circumcepto commissam; vt nihil illi pene relictum (vt iam quoque notauimus) videatur, Epicheiæ, seu Æquitati (idem enim *Æquitas* Latinè, quod Græcè *Epicheia* significat, vt *d.4.p.tit. 5.cap. 19. in principio* Diuus Antoninus notauit, & dixerat S. Thom. 2. 2. *quæst. 120. art. 1.*) non quidem cerebrinæ, aut pro libito, sed legali adhærenti.

Nulla etenim lex est, † vel saltem esse 11
debet, quæ non præ se ferat Æquitatem, quæ illam non quærat. *Nihil enim tam consociabile, quam cum Æquitate Iustitia.* Sic *de officiis lib.1.cap.33.* attestante Ambrosio. *Cum in Regni regimine Virtus, Iustitia, & Potestas egeat Æquitate; nec ad hoc alterum sine altero possit sufficere.* Diuo Gregorio pariter *epistolar.lib. 7. epist. 123. Brunihildæ Reginæ Francorum.* Proinde Iustitia sine Æquitatis obsolecit consortio, sine illius societate erubescit, vt & professus est Imperator Iustinianus *in l.Si quis in suo,24.§.Legis autem,C.de inofficios.testam.& in l.fin.§.Cum autem, C. de furt.& seruo corrupt.* Quippe quæ obiectum Iustitiæ est, vt docet Dominicus Soto *de iustit.& iure ad finem proœmij,& lib.3.quæst. 1. art.1.in principio.*

Fallitur ideo Christophorus Anguian. qui *libro primo de legibus, controuers. 1.n. 4.* ait: Multæ sunt leges ab Æquitate deuiantes. Idque ex textu *in d.l.Placuit,8.C. de indic. in l. Prospexit,12. D. qui & à quibus manumiss. liber.non fiant,& in c.fin.de transactionib.* Qui quidem textus contrarium omnino mihi probant, Æquitatem exquirunt, & in omnibus præcipuam esse volunt: scriptam tamen, non effictam pro libito. *Placuit in omnibus rebus præcipuam esse Iustitiæ Æquitatisque scriptæ* (& vt Glossa vertit, & prænotauimus) *Iustitia Æquitatis scriptæ quam stricti iuris rationem.d.lex Placuit inquit.*

Nec argumentum vrget, †si deducatur ex 12
eo: *Aliam Æquitatis, aliam esse stricti iuris rationem.* Id concedamus: non Lex ab Æquitate deuiat, eam potius insequitur. Quamuis enim ex se, & simpliciter Æquitas à Rigore distet: vtrumque cum ratio postulat lex consiliat, *cap. Disciplina,9.dist. 45.* Aut temperamento, aut vtitur scueritate. *Occidatur occisor* Ius præcipit. (Quia

Mors morte pianda est.

vt fert quoque Ouidius legem *Metamorphos. lib.8.fabul.4.*) Æquitas iubet, vt superiora monstrant, & *Rubrica 11. Annotatione prima*, latè comprobauimus. *Hostem ferire, victoria est: reum, Æquitas.* Petrus Damianus, ex Ambrosio, inquit *epistolar.lib.7.epistola 12.* Cum pœnam itaque Lex præfinit: præfinit quoque Æquitas, à qua nunquam vera lex deuiat, à qua verecundatur abesse. Cum rigorem ex causa temperat Æquitas: Lex temperat. Quæ aliam causam vult esse eius qui ex animo, aut data opera; quam qui casu: eius qui ad defensionem, qui prouocatus cedit, vel occidit, & similium occurrentium. Quæ quia in vniuersum comprehendere lex nequiuit; Iudicis arbitrio, eidem alligato, commisit Æquitatem. Id (præter alios) textus *in dicto cap. finali de transactionibus* (in contrarium allegatus) sic effecit, sic iubet: *In his verò super quibus non inuenitur expressum, procedat Æquitate seruata, semper in humaniorem partem inclinando, secundum quod personas, & causas, loca, & tempora, videris postulare.* Vbi causas memoratas humanioris sententiæ explicat, notatque Glossa, *& in Rubrica 11.* Annotatione prima notauimus.

A vindi

A viudicatiua Æquitate *dicta legis Prospexit* dispositio nullatenus distat (tametsi in cortice dura visa fuerit Vlpiano) publici iuris fauorem continet, Æquam exigit vindictam, non quidem cum graui seruorum, de quibus quæstio habenda est, damno: qui intra sexaginta solummodo dies manumitti vetantur; concessa postmodum manumissionis facultate. Id ea Æquitatis ratione: quòd publicus fauor particulari præualeat, iuxta vulgatia iura, de quibus Nos *in Axiomatib. & locis communib. iuris, lit. F. num. 216. & lit. V. num. 198.* Aut enim vera, aut falsa, fraudulentavè manumissio est: Si fraudulenta: æquè impeditur: Si vera; æquè, modici temporis dilatione, conceditur: quæ in consideratione non est, ex iuribus quoque citatis *in nostris Axiomatib. iuris, lit. D. num. 100.* Quo & stricto iuri, & Æquitati subuenitur: vtrumque pariter coniungitur: & exactam Iustitiam Æquitatem esse conuincitur, vt & comprobat Suarez *de legib. lib. 5. cap. 11. num. 3. & 4.* superiora monstrant, textus item *in cap. Omnis, 10. dist. 45.* & Iustitiam pro Æquitate; & Æquitatem pro Iustitia sumens. Verba insuper Gregorij relata à Diuo Antonio *3. p. summ. tit. 9. cap. 1. col. 3. ad finem*, sic Iudicem adstruentis: *Quadam per Æquitatem corrigat: quadam per Miserationem indulgeat.* Correctio enim (quam ad Æquitatem retulit) exactam respicit Iustitiam, *cap. Vt famæ, 35. vers. Respondemus*, & ibi Glossa verbo *Corrigere, de sent. excommunic. cap. Ad petitionem, 22. de accusationibus.* Ex quibus oppositum in principio argumentum, cæteraquè aduersantia cessant.

Quid igitur ad incutiendum iniquis Terrorem, † Iustitia aptius? Quid æquius, quam *Veritate, & Æquitate Terribilem* Iudicem apparere, ad similitudinem eius cuius Minister est? Quo sæpè nomine Sacra Dominum Scriptura exaltat. Exodi 15. v. 11. *Quis similis Tui in Fortibus, Domine? Quis similis Tui, Magnificus in sanctitate,* Terribilis *atque laudabilis?* Psalmo 65. v. 3. *Dicite Deo: quam* Terribilia *sunt opera tua Domine.* & v. 5. *Venite & videte opera Dei:* Terribilis *in consiliis super filios hominum.* Psalm. 75. v. 8. *Tu* Terribilis *es, & quis resistet Tibi?* v. 11. & 13. *Vouete, & reddite Domine Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera,* Terribili, *& ei quia aufert spiritum Principum:* Terribili *apud Reges terræ.* Psalm. 88. v. 8. *Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: Magnus* & Terribilis *super omnes, qui in circuitu eius sunt.* Iob. 25. v. 2. *Potestas* & Terror *apud eum est.* Idquè ex Iustitiæ Æquitate, seu Æquabilitate: quia omnes æquè iudicat, nec personam accipit. *Deus Magnus, Fortis, & Terribilis, qui personam non accipit.* Deuteron. 10. v. 17. Psalm. 110. v. 10. *Sanctum*, & Terribile *nomen eius.* Vbi Incognitus: *Quod est istud nomen* (quærens) *quod sic bonis est Sanctum; & Terribile malis:* Respondet: *Hoc est nomen* Iudicis. Et in verba Psalmi 98. *Confitentur Nomini tuo Magno: quoniam* Terribile, *& Sanctum est: & honor Regis iudicium diligit:* in causatiuam dictionem copulatiuam. Et sic vertit: *Meritò* Terribilis *est malis, & Sanctis bonus quia honor Regis iudicium diligit.* Namque *Fastigia dignitatis non respicit Æquitas.* veluti *Æthiopicorum libro 10. cap. 28.* inquit Heliodorus.

Sic Terrificum oportet esse Iudicem. Non quidem ad ferocis, effræniscque Potentiæ ostentationem, † pusillorumquè metum: Tunc enim *Terribilem* esse, maximum vitium est, legibus improbatum, meritoquè punitum *in l. vnic. C. si Rector prouinc. & in l. 2. C. ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur, lib. 11. vbi Glossa prima* concordantes refert. Nec pro voluntate, aut vana elatione, sed pro necessitate incutiendus à Iudice terror: vt *Geneseos 6. in principio* docemur. Vbi *cum Noë Dominus filiisquè eius benediceret, dicens:* Crescite, & multiplicamini, & implete terrã: protinus adiunxit: Et *Terror* vester, ac *Tremor* sit super cuncta animalia terræ. *Quorum videlicet Terror, ac Tremor quia esse super animalia terra præcipitur: profecto esse super homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus, non autem hominibus cæteris natura prælatus est: & idcirco ei dicitur vt ab animalibus, & non ab hominibus timeatur. Quia contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri. Et tamen necesse est vt Rectores à subditis timeãtur, quando ab eis Deum minime timeri deprehenditur, vt humana saltem formidine, peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant. Nequaquam namque Præpositi ex hoc quæsito timore superbiunt, in quo non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quærunt. In eo enim quod metu sibi à pernersè viuentibus exigunt; quasi non hominibus, sed animalibus dominantur: quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini subiacere substracti.* Ita in eum locum Diuo Gregorio docente *Cura Pastoralis p. 2. cap. 6.* Quorum pietaquè ex Diuo Hieronymo decerpsisse verba videtur, *in Lament. Ieremiæ cap. 4. super illa: Recedite polluti, clamauerunt eis.*

Si Iustitiæ Effigies nostra *Æquitate & Veritate Terrificum* Iudicem expetit. Qua conuenienter malignis Terrificum se præbet Iudex: bonis refugium, mansuetum, affabilem, mitem. Namque *debet Rector esse bene agentibus per humilitatem socius; contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus:* vt ex bonis in nullo se præferat; & cum peruersorum culpa exigit, potestatem protinus sui Prioratus agnoscant: quatenus & honore suppresso æqualem se subditis bene viuentibus deputet; & erga pernersos iura rectitudinis non exercere formidet. eiusdem Hieronymi *proximo* sententia *loco.*

Hinc sæcula discant,
Indomitum nihil esse pio; tutumvè nocenti.

Iuxta Claudianum *Panegyr. in 4. Consulat. Honorij*, & *Panegyr in Manlij Theodasij Consulatu:*

Peragat tranquilla Potestas,
Quod violenta nequit: mandataquè fortius vrget
Imperiosa quies.

Mens enim Præsidentis, plerumque sit obediens Potestati, qui est saluti ingratus, vt necessitatem sobrietatis agnoscat, qui noluit, ac nequiuit gratiam Pietatis agnoscere. vt pulchrè Ambrosius *de fuga sæculi, cap. 2. col. 3. ad medium.* Itaque *Æquitate & Veritate*, Iustitia, & Rectitudine, simplicitate & Mansuetudine comitata. Quæ in Beato Iobo Sacra scriptura commendat *in illius capitis primi initio* inquiens: *Erat vir ille Simplex & Rectus*: Qua quidem laudatione, *in Rectitudine Iustitia: in Simplicitate autem Mansuetudo significatur.* Diui Gregorij expositione *Moral. lib. 1. cap. 5.* Ita *lex 3. tit. 4. part. 3.* optat Iudices: *Que sean mansos e de buena palabra a los que vinieren antellos a Juyzio.* Lex 8. eiusdem tituli & partitæ: *Mansa mente deben los Iuezes recibir, e oyr a las partes que vinieren antellos a pleyto para alcanzar derecho.* Lex 18. tit. 9. part. 1. vers. *Otrosi deben ser sofridos.* & *Lex 1. tit. 15. lib. 2. Ordinam.* dictæ legis tertiæ relata verba transferens.

De quo *in l. 3. D. de his qua in testamento delentur*, exemplum præbuit Imperator, *Respondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo; vt ibi actio ambarum partium illuminata sit pleniter* (Quia *nec Imperiale est, libertatem dicendi denegare*, vt Theodosium Augustum *epistolarum lib. 2. epistola 17.* affatur Ambrosius.) *Nec litigantibus Iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando ipsi, iam peractis omnibus, nihil habeant in quæstione quod proponant.* vt textus præcipit *in cap. Iudicantem, 11. & finalis, 30. quæst. 5.*

Inde Superiores Iudices in Hispania, Italiaque recte *Auditores* vocari, aduertit Ioannes Lotinus *Commeto in lib. Sapient. cap. 6. v. 2. Audite ergo Reges.* in id & *Regum 3. cap. 3. v. 2.* memoratam petitionem adducens: *Dabis ergo seruo tuo cor docile.* ex aliaque versione: *Cor Audiens.* Etenim *temerarium existimo diuinare quam speciosa sit causa inaudita, tempusque negotio finire, cuius modum ignores: præsertim cum primum religioni sua Iudex Patientiam debeat: qua pars magna Iustitia est. At quedam supernacuè dicuntur: etiam, sed satius est & hac dici, quam non dici necessaria. Præterea an sint supernacua, nisi cum audieris, scire non poteris.* Plinio *epistolar. lib. 6. epistola 2. Ariano suo* assentientes, censemus. *Non enim tam obest audire supernacua, quam ignorare necessaria*, vt *Orator. instit. lib. 12. cap. 8.* similiter Quintilianus. *Nec potest plenè instrui, nisi qui ordine sui cuncta cognouerit, vnde non solum factum deprehenditur; sed etiam facti pondus, & facientis affectus*, veluti in id ipsum *exposit. Psalmi 118. Oct. 4. super illud: Viam iustitiarum tuarum instrua mihi, & exercebor in mirabilibus tuis*, maturè expendit, rectequè Ambrosius ponderat. Eo respicit quod *Prouerbior. cap. 1. v. 5.* Sapiens dixit: *Audiens sapiens, sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* Et quod *cap. 7. v. 9.* dixit Ecclesiastes: *Melior est finis orationis quam principium. Melior est patiens arrogante.* Etenim *non potest iudicare de toto, qui totum non audit*, vt congruè Bernardus *epistola 42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum, col. mihi 8. ad finem.* Nam *quod alij humili, alij admirabili subiiciunt*, vt Quintilianus item *Oratoriar. institution. lib. 4. cap. 1.* aduertit. & cap. 5. *Alius alio moueri solet.* 15

Equidem *Mansamente deben los Iuezes recibir, & oyr las partes*, vt *dicta lex octaua, tit. 4. part. 3.* iubet: *Pero † de manera de ben fazer esto* (ipsa addit) *que no les nasca ende despreciamiento.* desumpta ex *lege Nec quidquam, 9. §. Vbi decretum, vers. circa Aduocatos, D. de offic. Proconsulis.* Quæ *Patientem esse Proconsulem oportet* (ait) *sed cum ingenio; ne contemptibiles esse videantur.* Vt de Claudio Cæsare Suetonius Tranquillus *cap. 15.* enarrat: *adeo Causidicos patientia eius solitos abuti; vt descententem è Tribunali non solum voce reuocarent; sed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenso retinerent.* Quod me- 16
ritò reprehendit, & damnat.

Dirigere, † refellere, & increpare quandoque grauiter Causidicos Iudicem decet, eorum occurrere fallaciis, audaciam Litigantium etiam viriliter cohibere, vt (*ex lege Si duo patroni, 13. §. fin. D. de iureiurand.* cum Puteo à se relato) aduertit Gregorius Lopez *in l. 16. tit. 9. part. 7. glossa finali.* Estquè bonus ad id textus *in cap. Solita, 6. vers. Nos autem, de maiorit. & obedient.* Quodque de *Consideratione ad Eugenium, lib. 1. cap. 10.* Diuus Bernardus; ad quemlibet Nos Iudicem: *Miror quemadmodum religiosa aures tua audire sustinent huiusmodi disputationes Aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem, quam ad inuentionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & lybia dolosa claude.* Ad quod *obiurgationes nonnunquam incidunt necessaria: in quibus vtendum est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore*, vt & Iudices Cicero monet *lib. 1. de Offic. pag. mihi 48.* Quibus reuerendum se præbet Iudex; suæ quosque obligationis admonitos reddit, & in officio continet; quasque iurgantium procacia verba (vt eorum conditio est) implacabiles forsan rixas excitarent: asperior, seu elatior grauiter à Præside missa vox præuenit, sedat. Imo faciet *obiurgationem laudatione grauiorem*, Gregorij Nazianzeni documēto *Oratione de Pace.* Iustis asperitatibus mulcebit: obiurgationibus populum promerebitur: *Qua summa laus Gubernatoris est*, vt (ex Oseæ *cap. 11. v. 4. Ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum*, & ex Septuaginta Interpretum visione: *Ero illis quasi dans alapas*, multisquè aliis) elegantet comprobat Celada *in Iudith, cap. 1. v. 1. §. 6.* assertionem adstruens: *Obiurgationibus, & asperitatibus muliere bonum Præsulem.* Enimverò *& leges ipsa nil valent, nisi Auctoris idonea voce munita*, vt Quintilianus affirmat *Oratoriar. institution. lib. 12. cap. 7.* Et *Disciplina mores hominum irata corrigit, inflammata custodit*, vt D. Aurelianus 17
Homil. 1. de bono Disciplinæ, in principio.

Cum Potentia † itaque Iudex Mansuetudinem seruet, vt (Philonis sententia) Matienzius consulit *3. p. Dialog. Relator. cap. 38. num. 9.* comptum id in sermonem protrahens

hens capite toto: *Terrificum* se, cum opus est, animosè ostendat. Hanc enim qualitatem omnino in Iudice necessariam, sic 3. *p. summ. tit. 9. cap. 1. col. 3. in principio*, ex multis Sacræ paginæ locis, Diuus Antoninus præfinit: *Debet esse Iudex rigidus in minas inferendo.* Aliis id ipsum comprobat, ostenditquè Didacus Nyssenus *in vita Abrahæ lib. 4. cap. 6.* ex eo præcipuè tertio Regum cap. 17. *Viuit Dominus Deus Israël, in cuius conspectu sto, si fuerit annis his ros, & pluuia.* Quam primam Eliæ actionè, cum populo exhibuisset, dicit ex Diuo Gregorio Nysseno *in Oratione Sancti Basilij Magni*, & ex eo *Marci 11. v. 14.* de ficu sterili facta, non quòd culpabilis ipsa foret; sed vt Discipuli, & cæteri qui Beneficum semper in homines Christum Dominum viderant; in arboris saltem punitione *Terrificum* nosceret, Theophilacti iudicio. Consentit Marquez *de Gubernatore Christiano, lib. 1. cap. 6. §. 3.* Cui titulum dedit: *Los hombres impacientes de sin razones son buenos para gobernar.* Quod præcipuè Moysis, & Diui Petri Apostoli exemplis confirmat. Deducitquè tandem: *No ay duda en que el fundamento de la buena administracion, es vn corazon aborrecedor de agrauios, que al primer barrunto de la injuria no se puede contener, y quisiera salir luego a la defensa.*

Equidem *magna virtus Patientia: sed non hanc tibi ad ista optauerim. Interdum Impatientem esse, probabilius.* cum Diuo Bernardo *de Consideratione ad Eugenium lib. 1. cap. 3.* Hac itidem rogatione, respondeoquè insimul vltrius confirmante id ipsum: *Tu ne approbes illorum Patientiam, quibus Paulus dicebat*: Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes? *Ni fallor, ironia erat, & non laus, sed flagellatio quorundam Mansuetudinis, qui quasi datis manibus Pseudo-Apostolis, à quibus seducti erant; ad quæque peregrina, & prava dogmata trahi se patientissimè ferrent.*

18 Quare † errant, qui placidum semper, & in omnem casum blandientem Iudicem desiderant, qui non modestè concitatum, non temperatè, cum opus est, *Terrificum* optant: grauius, qui damnant: mollis ipse grauissimè Iudex, qui (auræ popularis, vanæque Mansuetudinis affectator, in munetis dedecus, perniciem Reipublicæ) facilius eam turbari patiatur, periclitati ciues; quam ne vulgi gratiam perdat, se præbere *Terrificum*, ostendere Minacem, aut asperiorem etiam emittere
19 vocem. Cum Magna quandoque † Magna solum Vox efficere soleat. Vt ex illo Matthæi 27. *Iesus autem iterum clamans Voce Magna, emisit Spiritum. Et ecce velum Templi scissum est &c.* Origenes comprobat inquiens: *Magna facta sunt ex eo quod Magna Voce clamauit Iesus.* vt citato *lib. 4. cap. 6. in vita Abrahæ*, Didacus Nyssenus aduertit: Sic Ioannis 11. v. 43. *Voce Magna clamauit*: Lazare veni foras. *Et statim prodiit, qui fuerat mortuus.* Sic & Lucæ 8. v. 44. *Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuò.* Itemquè *Apocalips. 1. v. 15. & 18.* Vox illius, qui claues mortis habebat, erat *tanquam Vox aquarum multarum.* De Ioue fabulatur Ouidius *Metamorphos. lib. 1. Fabul. 6.*

Qui postquam Voce, manuque
Murmura compressit; tenuere silentia cuncti,
Substitit & clamor, pressus Grauitate Regentis.

Auctoritate, Grauisquè Vocis virtute, necessitate exigente, subditorum Iudex temperet ausus, Potentiorum maxime compescat audaciam, conatu frangat, vt Dominicæ Vocis vice fungatur & ipse. *Vox Domini in virtute: Vox Domini in Magnificentia: Vox Domini confringentis Cedros. Psalm. 28. v. 4. & 5.* Si vt par est, illius vice fungeris: *Ab increpatione tua fugient: à Voce tonitrui tui formidabunt. Psalm. 103. v. 7.*

Quid denique *Terrificum*, † cum casus 20
exigit, veretur se prudenter exhibere Iudex? Cum Perfectissimus, qui apud *Matthæum 9. v. 29.* dixit: *Discite à me, quia Mitis sum*; fuerit *increpatione Terribilis*, Lentuli testimonio *epistola ad Imperatorem Tiberium*, cuius meminere Diuus Antoninus, & alij, quos *Rubricæ 1. Annot. 4. num. 4.* retulimus. Mite sit cor; non in dura Voce peccatur, Gregorij Magni sententia *Moralium lib. 14. cap. 14.* illud Iobi explicans: *Saltem nunc intelligere, quia Deus non æquo iudicio afflixit me*, huiusquè vocis duticiem exponens, ait: *Iob quia mite cor habuit, nec in dura voce peccauit.*

Terrorem temperatum, † Prudentia, & 21
Benignitate permixtum sæpè expetimus, vt insolentem, potentia tumidum, imprudentem, nimiumquè telegemus: pariter atque indiscretam dissolutamquè benignitatem: *sed vt Vigoris retinens Clementiaquè temperiem: seruet in correptione Modestiam; & in remissione Censuram.* vt S. Fulgentius consulit *de coniugali debito ad Gallam epistola 1. capite 10.* Appendicisquè loco: *Si cum Discretione correptio iram Benignitas mitiget.* ex Gregorio *lib. 4. epistolar. epist. 55. Ioanni Episcopo Corinthiorum.* Nam

Diis proximus ille est,
Quem Ratio, non Ira mouet. Qui facta rependens,
Consilio punire potest.

Vt optimè Claudianus *Panegyri in Manlij Theodori Consulatu.* Cum itidem *Pedagogus noster Iesus vitam nobis veram describat, & qui in Christo est, hominem erudiat, & instruat. Est autem eius descriptio & informatio: Neque admodum* Terribilis, *neque Benignitate vsque adeo Dissoluta.* Clementis Alexandrini narratione *Pedagogi libro primo. capit. 11.*

Tunc autem † necessarius, vtilisquè *Ter-* 22
ror iste neque querelæ subditis, neque recusationis litigantibus caussa esse potest, vt notat Glossa *verbo Comminando, in cap. Cum cessante, 60. de appellationibus.* Dummodo sine iniuria, aut probrosis verbis æstimationem lædentibus, famamvè lacerantibus incutiatur. Quod longissime à Perfecto Iudice dictat; ab eo, qui iniurias vindicat, inferre. Quapropter ne iracundiæ incidat in baratrum:

Seruet

Seruet inoffensam Diuina Modestia Vocem,
Temperiem seruent oculi, nec lumina feruor
Asperet, aut rabidas diffundat sanguine venas,
Nullaquè mutati tempestas prodeat oris.

Prouida Claudiani *Panegyri Manlij Theodori*, tempestaque cautione. *Omnis enim animaduersio & castigatio contumelia vacare debet*, vt Cicero monet *de Offic. lib. 1. pag. mihi* 32. Et in Lælio: *Monitio acerbitate, obiurgatio contumelia careat.* Consultus *in l. Neque Magistratibus*, 32. *D. de iure iurand.* Lex 16. tit. 9. part. 7. *Los Iuezes mayor ayan poder segun derecho, de fazer las cosas sobredichas: con todo eso mucho se deben guardar de responder mal, o de fazer deshonra a los que viniteren antellos para alcancar derecho. E si contra esto fiziessen, deshonrando los querellosos de palabra, o de fecho, sin razon: tenudos serian en todas guizas de fazer mayor emienda por ello, que si otro ome lo fiziese.* Incongruum enim est (veluti iam tetigimus) vt inde nascantur, prodeantquè iniuriæ, vnde iura prodeunt, l. *Meminerimt, C. vnde vi*, cum citatis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. I. num.* 83. adductisquè à Paulo Xamar *de Officio Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 1. num.* 64. Quocirca priusquam ira depopuletur artus, tenenda Ratio, suiquè Rector *manum ad se ferat, ne impetu indignationis impulsus, cum repellere debeat iniuriam, ipse alteri ictum notabilis cædis illidat.* etiam monitore Ambrosio *in exposit. Psalmi* 118. *Octonar.* 8. in illud: *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua ad finem.*

Quis tantus vt vbique semperquè Ratione præueniat iram? At si *irascimur (quia affectus natura est, non potestatis:) malum sermonem non proferamus de ore nostro, ne in culpam ruamus: sed ingum sit verbis tuis & statera, hoc est, Humilitas atque Mensura, vt lingua menti subdita sit. Restringatur habena vinculis, frenos habeat suos, quibus reuocari possit. Ad mensuram sermones proferat, libra examinatos Iustitiæ: vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus* instructore Ambrosio ipso *lib. 1. de Officiis, cap. 3. in fine*, iuxta illud *Psalmi 4. v. 5. Irascimini, & nolite peccare.* Quintiliano item *Oratoriarum institution. lib. 2. cap. 2.* sit Iudex *in emendando, qua corrigenda erunt, non acerbus, minimeque contumelioſus.* Et *sic in vocis libertatem prodeat, vt tamen libertas in superbiam non erumpat.* Diuo Gregorio *Cura Pastoralis, 2. p. cap. 8.* Potestatis contrahat lora. *Amica etenim Potestati penè semper Impatientia est, eique etiam male subiecta imperat: quia quod ipsa sentit, Potestas exequitur.* eodem Gregorio monstrante periculum, medelam vulneri applicante *Moralium lib. 20. cap. 28. post medium.* Ferientem contineat linguam, modum temperiemquè, vt diximus, in correptione teneat. Quia *Moderatio propè omnium pulcherrima est, qua ne ipsos quidem quos damnat, offendit; & quos damnauerit, dignos solet facere absolutione*, vt perbellè Ambrosius *de pœnitentia lib. 1. cap. 1. in principio.* Sit deniquè correptio, *quam ferre possint aures hominum, mentes non refugere, non pauere animi*, ipsius *ibi* doctrina salutari. Aliter namque *plerumque contingit vt dum culpa subditorum cum magna inuectione corripitur, Magistri lingua vsque ad excessus verba pertrahatur. Cumquè increpatio immoderatè accenditur, corda delinquentium in desperatione deprimuntur*, Gregorij *supra proximè, cap. 10.* Quod tanto magis Iudicibus cauendū, quanto in maiori hi quam alij discrimine existunt: quia *cum auctoritati vocis à nullo resistitur, lingua licentius per abrupta defrænatur: cumque facere quodlibet, licet: iustè sibi omne æstimat licere quodlibet.* Inde *sæpè qui in Potestate sunt, ad subiectorum passim contumelias erumpunt, & hoc quod vigilantes reprimi seruiunt, per lingua procacitatem perdunt.* eiusdem quoque animaduersione *Moralium lib. 5. cap. 8.* Quare (cum eo itidem *epistolar. lib. 5. epistola 33.* Castorio Notario:) *Actio districta sit, & lingua mitis.* Et (cum Ambrosio libro 1. de Officiis, cap. 22.) *Sit monitio sine asperitate; hortatio sine offensione.* & libro 3. capite 16. *Neque monitio aspera sit; neque obiurgatio contumelioſa.*

Sin verò † (præter supplicium virulentæ aut iniutiæ linguæ, actionem, emendationemquè iniuriam passis à citata supra lege politicam:) legitima tunc recusationis causa existit, vt (Ripa *in cap. Si quando, de rescriptis, num. 4.*) Matienzius notat *d. 3. p. Dialog. Relator. cap. 38. num. 10.* Non isthæc iactura maior cæterarum comparatione. 23

Rationi † ideo committenda subditorum emendatio, non iræ. *Illa est enim Præpositorum solicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum Ratio agit; & Furor nihil sibi vendicat.* vt Diuus Gregorius inquit *lib. 8. epistol. 12. ad Gaidiscalum*, transflatus ad *caput illa Præpositorum, 63. 11. quæst. 3.* Laudatione per hoc is dignus effectus, qua Cæsarem *Tristium libro 2.* affecit Ouidius: 24

Tristibus inuectus verbis, ita Principe dignum
Vltus es offensas, vt decet ipse tuas.

Et *lib. 5. Eleg. 2.*

Ira quidem moderata tua est.

Quæque Manlium Theodorum Claudianus extulit:

Quin etiam fontes expulsa corrigis ira,
Et placidus delicta domas: nec dentibus vnquam
Instrepis horrendum, fremitu nec verbera poscis.

Ordine, Discretionequè temperanda. *Discretio quippè omni virtuti ordinem ponit: Ordo modum tribuit, & decorem etiam & perpetuitatem. Est enim Discretio non tam virtus, quam quadam Moderatrix & Auriga virtutum, Ordinatrixque affectuum, & morum Doctrix. Tolle hanc, & virtus erit, ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur, exterminiumque naturæ.* assertione Bernardi *Sermone 49. super Cantic. col. 2. postremedium.* Proinde *restringenda sub Ratione Potestas; nec quidquam agendum priusquam concitata ad tranquillitatē mens redeat*, vt proximo

loco

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

loco Gregorius Magnus. *Quando enim semel iræ perturbatio mentem præcipitauit, imperium animæ sumpserit: hominem pœnitus in feram conuertit, nec hominem qui rationis sit compos esse sinit.* vt Diuus Basilius, *Concione contra iracundes.* Namque *ira feruescit: nec se iam potest cohibere, vel regere, qui factus est potestatis aliena.* Veluti Cyprianus *de Zelo & liuore, mihi col. 4. ad principium.* Multa similia Nazianzenus *Aduersus iram, Carmine Iambico 21.* Hæc denotabant Magistratuum Romanorum fasces, quæ illis à lictoribus præferebantur, veluti *in Problematibus* Plutarchus docet, *vt ostenderent Magistratuum iram in sumendo supplicio non debere esse præcipitem eosque fasces habere, sed tamen ligatos, quique sine iusta causa non deberent dissolui. Præterea si subito in aliquem Magistratus excanduisset, vt ea mora, dum virga, aut securis expeditur, furor ille aliqua in parte subsideret.* vt & *verbo isto* Ambros. Calepin, transfert.

Consilium propterea tempestum præue-
25 niat iram † *Sit Ratione temperata indignatio. Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, qua est inter Nimium & Parum.* vt Cicero profert *Officior. lib. 1. pag. mihi 32.* Imo *commotionis tempore, omne pœnat Ira, quod fecerit.* vt Gregorius *dict. proximè loco* affirmat & vt *lib. 7. epistolar. epist. 128.* Richaredo Regi Vsigothorum: *Iustum esse deputat etiam quod crudeliter facit* vt prior ipso *de Ira lib. 1. cap. 16.* Seneca. *Ira id æquum videri vult, quod iudicauit: Quin verò* (vt D. Basilius supra) *Qui ira vitio captus est, nihil sanè operatur. Nullus enim* (ex Quintiliano Oratoriar. institut. lib. 6. cap. 5.) *Rationi magis obstat affectus.* Breuem ideo insaniam iram esse, ex Sapientibus viris, Seneca tradit *lib. 1. de Ira, c. 1.* Etiamquè *epist. 28.* in fine: *Ingentis iræ exitus furor est.* & de Moribus: *Nil interest inter Iratum, & Insanum, nisi vnus dies. Alter semper insanit: alter semper irascitur.* Poëta quoque:

Ira furor breuis est.

Conuenit Basilius dicta Concione contra iracentes inquiens: *Insania quædam breuis, est Ira.* Nec multum Chrysostomus abest, dum *Homilia 30. ad populum Antiochenum* dicit: *Ira est tabes quædam, & tinea mentis nostræ radicem corrodens.*

Fulmen est, vbi cum Potestate habitat Iracundia.

Vt bene Publianus *in Mimis apud Erasmum.*

26 Inde † nec vtilem sententiam profert, vt executionem mereatur, per iracundiam lata, ex *cap. Ira 62. cum duobus seqq. 11. q. 3. l. Locatio, 9. Aliàs Licitatio, D. de public. & vectigal. l. 5. D. de diuort. l. 2. C. ad legem Iuliam Maiestatis, l. Quidquid calore, 49. D. de regul. iur.* Obseruant Felinus *in cap. Querenti, n. 5. de offic. deleg.* Abbas *in cap. Cum olim, num. 5. de re iudic.* Sebastian. Bantius *de nullitat. tit. de nullit. ex defectu processus, sub num. 85.* Petr. Dueñas *regul. 292. numero 7.* cumque multis aliis, Vincentius Carot. *de remed. contra præiudicial. sententias, vel damnosas executiones, cap. 38. num. 1.* Cum aliis, alia in id Paulus Xamar *Gabr. de Velasc. de officio Iudic. & Aduocat. part. 1. quæst. 1. num. 70.* Quidni? cum *qui dum iudicare incipiunt, irascuntur; ipsam iudicij sententiam in insaniam vertunt.* vt, ex Diuo Isidoro, tradit Mastrill. *de Magistratibus lib. 2. cap. 2. numero 97.* Ex eoquè etiam Sapiens *cap. 12. v. 18.* Dominum sic exaltat: *Tu autem Dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas.* Cuius similitudinem per tranquillitatem & mansuetudinem consequimur: per iracundiam amittimus. *Quia quoties turbulentos motus animi sub mansuetudinis virtute restringimus, ad similitudinem redire Conditoris conamur. Nam cum tranquillitatem mentis ira dinerberat, dilaniatam quodammodo, scissamquè perturbat, vt sibimetipsi non congruat, ac vim intimæ similitudinis amittat.* vt D. Gregorius profitetur *Moralium lib. 5. cap. 30.* In quam etiam D. Basilius venit *dicta Concione contra iracentes*, eleganter id prosequens, itatiquè deformitatem pingens.

Nec itidem † alius fit vtilis iracundia 27
actus contractusvè, vt dicta iura probant, ostendunt, & ornant latè scribentes *in dict. l. Quidquid calore iracundia*, Iaso *in l. Si duo patroni, §. fin. num. 1. D. de iureiur. & in l. Si filiam tuam, numer. 5. C. de inoffic. testam.* Roman. *singul. 514. incip. Volo commentare l. Quidquid calore, & ibi* eius Addition. Hippolyt. *singul. 626. incipit: Calor iracundiæ.* Petr. Dueñas *d. regula 292. per tot.* plures in id referens.

Ergo cum discretione, † iudicio, & tran- 28
quillitate correptio iudiciumquè fiat: nec frequens indignatio sit; nec amata prorsus: sed *ipsa quoque indignatio virtute sit admixta dulcedinis: quatenus & tunc à subiectis amari debeat, etiam cum grauiter timetur. Quia sicut præceps furor vsitatusquè despicitur: ita contra culpas discreta indignatio plerunque quo tarda fuerit; eo amplius sit timenda.* vt sapienter Diuus Gregorius *epistolar. lib. 3. epist. 1. ad Constantinum Archiepiscopum Mediolanensem.* Mitigetur (vt iterum atque iterum suademus) ratione furor, iuxta illud Ierem. 10. v. 24. *Corripe me Domine: veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.* Namque *perierunt omnia, vbi quantum suadet Ira, fortuna permittit,* vt verè *de Ira libro 3.* Seneca. *Per iram sapientia perditur, vt quid, quovè ordine agendum sit, omnino nesciat: sicut scriptum est:* Ira in sinu stulti requiescit. *Quia nimirum intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem permouendo confundit. Per iram vita amittitur, etsi sapientia teneri videatur: sicut scriptum est:* Ira perdit etiam Prudentes. *Quia scilicet confusus animus nequaquam explet, etiamsi quid intelligere prudenter valeat. Per iram Iustitia relinquitur: sicut scriptum est:* Ira viri Iustitiam Dei non operatur. *Quia dum perturbata mens iudicium sua rationis exasperat; omne quod furor suggerit, rectum putat.* eiusdem pariter Gregorij *Moralium libro quinto, capite 30.* sententia & explicatione, alia simul in huius vitij detestationem subnectentis. Quid inde?

Expectata diu tandem prouincia cum te Rectorem accipiet; pone iræ frana.

à Iuuenale quoque admonitus *Satyra* 8. Rationem, iuſtæquè iræ cauſam magis quam iram ſubditi expaueſcant, iuxta *legem* 2. *C. de exactor. tributor. libro* 10. Nec iuſtæ quoque iræ incompoſitè Iudex laxet habenas, ſed temperet eam Chriſti Ieſu Domini noſtri exemplo, qui in furorem iuſtum à Iudæis prouocatus, quòd eximia eius opera, beneficiaquè denigrare & nota afficere intenderent apud Matthæum *capite* 3. *v.* 5. tantummodo *circumſpexit eos cum ira*, adhucquè dolentes, *contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum.* In quem D. Petrus Chryſologus locum *ſermone* 52. inquit: *Iraſcitur vt Dominus: contriſtatur vt parens: dolet vt homo: intuetur vt Deus.*

Præfato itaque vſque adhuc moderamine, indignationis itæ cauſa exiſtente, † 29
licite, imo neceſſario iraſcitur Iudex. Nam *is quidem quibus de rebus, quibusquè hominibus oportet, iraſcitur; propterea verò quemadmodum, quo tempore, & quandiu oportet; laudatur, Manſuetuſquè ac Lenis appellari poteſt. Nam ij qui non ſuccenſent ob eas cauſas ob quas ſuccenſere debent; ſtulti videantur: tum ij qui non quomodo, & quo tempore, & quibus debent.* Ariſtotele aſſertore *Ethicor. lib.* 4. ex Dionyſij Lambini traductione, *pag. mihi* 98. Ex alia relata à Simancas *de Republic. libro* 6. *capite* 6. *num.* 617. ſic: *Qui non iraſcitur pro quibus oportet, & vt oportet: is proculdubio fatuus & ſtupidus eſt.* Ex quo Incognitus *in expoſitione Pſalmi* 44. *v.* 740. *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam &c.* ait: *Iraſci loco & tempore, eſt virtus, ſecundum Philoſophum. Et iſta virtus vocatur* Manſuetudo. *Scilicet quando quis alteri non iraſcitur quando non eſt iraſcendum; & iraſcitur quando eſt iraſcendum; & quando vindictam non deſiderat quando non eſt vindicandum; & deſiderat quando oportet.* D. Thom. 2. 2. *queſt.* 158. *art.* 1. cum D. Ioanne Chryſoſtomo: *Qui ſine cauſa iraſcitur; reus erit: qui verò cum cauſa, non erit reus.* dicente Pſalmiſta *pſalm.* 4. *v.* 5. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Nempe: *Iraſcimini vbi culpa eſt, cui iraſci debetis. Non poteſt enim fieri vt non rerum indignitate moueamur: alioquin non virtus, ſed lenitudo, & remiſſio indicatur,* Diui Ambroſij *de Offic. libro* 1. *capit.* 21. expoſitione, & auctoritate. *Quod nimirum non rectè intelligunt, qui iraſci nos nobis tantummodo volunt. Si enim ſic proximos vt nos amare præcipimur; reſtat vt ſic eorum erratibus ſicut noſtris vitiis iraſcamur.* Gregorij Moralium *dict. libro* 5. *cap.* 30. *longe ante finem.*

Hoc ſane modo, etiam ira quando oportet, & vt oportet mota Fortitudinem ſcit. Diuus Baſilius inquit *dicta Concione contra iraſcentes.* Et in Conſtitutionibus exercitator. cap. decimo tertio: *Qui cum ratione indignari nouit, magnopere prodeſt contra quem indignationem fecerit, ſegnitiem aut malitiam corrigens.* Subiungens: *Hos qui Manſuetudinis curam gerunt, decet opportuna indignatio. Moſes enim, qui Manſuetudinis teſtimonium ab omnibus hominibus tulit; occaſione poſtulante, indignatus eſt: & ad tantam concitationem proceſſit, vt contribulium cæde finierit, partim quam vitulum erigebant: partim quum ex Beelphegor inquinati eſſent. Quare poteſt etiam Manſuetus cum ratione excaleſcere, & Manſuetudinis virtutem non corrumpere. At verò immobilem manere, aut decenter, & vbi oportet non indignari: habetudo natura fuerit, non Manſuetudo. Patientia enim* (ait Chryſoſtomus in Matth. oper. imperf.) *præter rationem ſuſcepta, eſt potius ſtupor quidam mentis, qui vitia ſeminat, negligentiam nutrit; & non ſolum malos; ſed etiam bonos inuitat ad malum: qui autem opportunè excandeſcit, virtutem exercet præſtantiſſimam: illius enim ira non ex perturbatione oritur; ſed ex iudicio.*

Carpat Ariſtotelem Seneca *libro tertio de Ira, cap. tertio*, pro ira ſtantem, illam nobis exſecari vetantem, ac dicentem: *calcar eſſe virtutis: hac erepta, inermem animum, & ad conatus magnos pigrum, inertemquè fieri.* Defenſor enim hic iuſtæ, fluctuoſæ, rabidæquè damnator iræ ille, vt proxime infra. *Inter hæc* enim *ſolerter ſciendum eſt, quòd alia eſt ira, quam impatientia excitat: alia, quam zelus Iuſtitia formar. Illa ex vitio: hæc ex virtute generatur.* vt Gregorius diſcriminat *dicto libro quinto, Moralium capite* 20. Nam *ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur.* vt Diuus Thom. cum Chryſoſtomo, ait *dicta quæſtio.* 158. *art.* 1. *in argum. Sed contra.* Actio nec irrationabilis, nec immoderata. *Ira enim grauis eſt magiſtra peccati*, ſecundum Ambroſium *Pſalmo* 36. *in illud: Deſine ab ira &c.* Nec *velut ſæua tempeſtas tantos excitet fluctus, vt ſtatum mentis immutet: ardeſcant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent, alternis vultum maculet nunc ſuffuſus rubor, nunc pallor albeſcens.* vt ita correptum Lactantius deſcribit *de Ira Dei, capite quinto*, Quam Seneca *ſupra & capit. ſequenti* non ſolum exprobrat; ſed nulli affectui peiorem eſſe vultum, iure defendit: *aſperum & acrem, & nunc ſubito retrorſum ſanguine fugato palleſcentem: nunc os, omni calore ac ſpiritu verſo, ſubrubicundum, & ſimilem cruento, venis tumentibus, oculis nunc trepidis & exilientibus; nunc in vno obtutu defixis & hærentibus. Adiice dentium inter ſe aritatorem, & aliquem eſſe cupientium, non alium ſonum quam eſt aprie tela ſua attritu acuentibus. Adiice articulorum crepitum, cum ſe ipſa manus frangunt, & pulſatum ſæpius pectus, anhelitus crebros, tractusquè altius gemitus: inſtabile corpus, incerta verba ſubitis exclamationibus, tremencia labra, interdumquè compreſſa, & dirum quidam exſibilantia. Ferarum, me hercules, ſine illas fames exagitat, ſine infixum viſceribus ferrum, minus tetra facies eſt.*

Ratione

UAB Biblioteca de Ciències Socials

30 Ratione temperata † *aliquando offendenda est, & non exhibenda: aliquando exhibenda est, sed nunquam sequenda. Quando enim in executione iustitia placata mente irascimur; iracundiam & non sequimur, & exhibemus.* Distant hæc & coëunt, discriminata compactaquè à Diuo Gregorio *epistolar. libro 8. epistola 51. Leoni Exconsuli.* Zelo amotoquè accersito Iustitiæ, procul odio, liuoreque amoto. *Quia qui iratus in aliquem sententiam profert, etsi ille, quantum ad se, iustam reportet sententiam; iste tamen, qui non amore iustitiæ, sed liuore odij in eam sententiam dedit; iustitiam Dei, in quam perturbatio non cadit, non imitabitur.* vt dicitur *in cap. Episcopus, 65. §. Si iniustè, in fine, 11. quæstio. 3.* Adhuc autem & *cum per zelum animus mouetur, curandum summopere est, ne & hæc eadem, quæ instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, nec quasi Domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata, à Rationis tergo nunquam recedat. Tunc enim robustius contra vitia erigitur, cum subdita Rationi famulatur. Vnde necesse est, vt hoc ante omnia, qui zelo rectitudinis mouetur, attendat, ne ira extra mentis dominium transeat, sed in vltione peccati tempus modumque considerans, surgentem animi perturbationem subtilius retractando testringat, animositatem reprimat, & motus feruidos sub æquitate disponat, vt eo fiat iustior vltor alienus, quo prior exitij victor suus: quatenus sic culpæ delinquentium corrigat, vt ante ipse qui corrigit, per patientiam crescat, & furorem suum transcendendo diiudicet, ne intemperanter exitatus ipso zelo rectitudinis, longè à rectitudine aberret.* celebri Diui ipsius Gregorij documento, *repetito libro 5. Moralium, capite 30. ad finem.*

31 Nec facile credat † propriæ voluntati, passionivè iratus. *Plerumque enim mentem, sub obtentu Iustitiæ, ira immanitas vastat: & dum quasi sanit zelo rectitudinis, rabiem explet furoris, iustequè se facere æstimat, quidquid ira nequiter dictat.* ipso iterum Gregorio *Moralium libro 16. capite 28.* sic præcauente, Diuoquè Augustino *super epistolam ad Galatas* (Incogniti relatione *Psalm. 95. v. 1651. columna secunda, vers. Tertio*) sic quoque dicenti credat: *Quidquid eo duxerit puniendum impetus ira, non est charitatis.* Tametsi ira exagitati Charitati tribuant, quod Ira vendicat. *Nam cum furor agit in præceps, ignorant quidquid irati faciunt: ignorant quidquid patiuntur irati à semetipsis. Nonnunquam verò (quod est grauius) ira sua stimulum iustitiæ zelum putant. Et cum vitium virtus creditur, sine metu culpa cumulatur.* sæpè, vt huius vitij fallaciam notam habeant, vitentquè Rectores, ipsiusmet Gregorij, *Cura Pastoral. 3. parte cap. 17.* reperita cautione. Nec eam item veremur subscribere necessitate & vtilitate compulsi, quam & *dict. lib. 26. Moral. cap. 28.* idem sic præscribit: *In correptione vitiorum subesse mentis debet iracundia, non præesse:*

Gabr. de Velasc.

vt executionem iustitiæ non dominando præueniat, sed famulando sequatur, & notum iudicium possessa impleat; non possidens præcurrat.

Sic *Deus* † *non ex ira irrogat supplicium,* 32
vt *Pedagog. libro 1. cap. 8.* Clemens Alexandrinus inquit. *Nec subiacet passioni, nec ira accenditur, nec furore turbatur. Sed ira Dei est delinquentium pœna; furor Dei est supplicium peccatorum.* vt D. Petrus Chrysologus in explicatione Psalmi 6. Domine ne furore tuo arguas me, *Sermone 45.* Etenim *cum sit natura incommutabilis Omnipotens Deus, in ira iudicij perturbabilis non est. Sed humano verbo motus Dei dicitur ipsa rectitudinis eius districtio, qua humana prauitas feritur* veluti *Moralium libro 1. capite 13. ad finem,* Diuus Gregorius notat. *Non enim* (vt & Ambrosius *Psalmo 37. v. 1.* Domine ne in ira tua arguas me, ad finem) *Deus passioni patet vt irascatur, cum sit impassibilis: sed quia vindicat, videtur irasci.* Vtque D. Hyeronimus *in cap. 5. Isaiæ, v. 25.* Ideo iratus est furor Domini &c. *Furere Dominus dicitur, non quod humanis perturbationibus subiaceat; sed quod nos qui delinquimus, nisi irascentem audierimus, Dominum non timeamus.* Vt item D. Augustinus *tract. 124. in cap. 21. Ioannis, ad cap. Productor, 7. de pœnit. dist. 3.* translatus: *Ira Dei non est vt hominis, id est, perturbatio concitati animi; sed tranquilla iusti supplicij constitutio.* Et de Ciuitate Dei, libro 15. cap. 25. *Ira Dei non perturbatio animi eius est, sed iudicium, quo irrogatur pœna peccato.* Fusè, vt assolet, comprobat & demonstrat D. Antoninus 1. *p. summ. tit. 6. cap. 11.* eoquè prior Diuus Gregorius *Moralium libro 20. cap. 23.*

Homo autem † passionibus humanis, iræ, 33
furorique subiectus, à iudicio caueat irato, vultum legis induat. *Lex enim nescit irasci,* vt Diuus Ambrosius inquit *in explic. d. Psalmi 37. eodem vers. 1. ad finem,* Sedata, iusta licet, ira, quasi commota, meritas pœnas irrogat. Sic & Iudex *procedat in tribunal non furens, nec infestus, sed vultu Legis,* quæ *non irascitur, sed cauet.* & monente, & attestante Seneca, primum *de ira lib. 1. capit. 16.* secundum, *ibidem, lib. 2. cap. 31. in fine. Veritate & Æquitate* scelera puniat, *Terribilem* se exhibeat. *Ira enim omnibus in rebus repudianda est; oprandumque vt ij qui præsunt Reipublicæ, legum similes sint; qua ad puniendum non iracundia, sed Æquitate ducuntur.* vt optat Cicero *de Officiis libro primo,* Vtque *facere videantur irati: sed tamen ira absit; cum qua nil rectè fieri, nil considerate possumus.* ex ipso *ibidem,* pagina mihi 48. Et vt *libro septimo, epistolar. epistola centesima trigesimaprima, Donello Erogatori* Diuus Gregorius *In ira iudicium sine ira tenens.*

Ad quod multum conducit † *ne sim aures* 34
criminantibus faciles. Imo

Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

Secundum Publianum in Mimis apud Erasmum. *Hoc humanæ naturæ vitium suspectum*

natumquè nobis sit; quòd quæ inuiti audimus, libenter credimus, & ante quàm iudicemus, irascimur. vt exalto Seneca prospicit *de Ira lib. 2. cap. 22.* Prospectumque protendens *ibi cap. 29.* concludit: *Quid est iniquius quam secreto credere, palam irasci?* In quod *libro* quoque *tertio cap. 11.* recidens commendat: *ne facile, quæ in iram trahere possunt, audiamus. Non enim expedit omnia videre, omnia audire: multæ nos iniuriæ transeant; ex quibus plerasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus? ne sis curiosus. Qui inquirit quod in se dictum sit, qui malignos sermones, etiamsi certo habiti sint, eruit; se ipse inquietat. Quædam interpretatio eo perducit, vt videantur iniuriæ.* Ad minus: *Ne quælibet mala audita nos moueant, ne passim dicta sine probatione credamus.* Gregorij admonitione *libro 19. Moralium capite 14.* Etenim *Credulitas alienissimum à Grauitate Principis vitium*, vt profitetur Horatius Tursellinus *in Epitom. historiar. à Christo nato anno 309.* Quod Constantino Imperatori, alioqui virtute & pietate insigni, grauem imposuisse labem refert, & successibus comprobat.

AN VERITAS IVSTITIA ipsa, vel Lex sit? Quatenusque Veritatis cultor, amansque Iudex esse debeat?

SVMMARIVM.

1 *Diuersitas nominum an diuersitatem rei denotet? An Veritas à Iustitia & lege significatione, naturaque distet?* & num. 2. 3. & 4.

5 *Veritatem vt Iustitiæ amans cultorque Iudex esse debet; semper eam præ oculis, in corde, & pectore, quasi alumnam gestare: sine qua stare Iustitia nequit: cuius veluti basis & fundamentum Veritas est.* & numer. seqq.

8 *Iudex ad aliud positus non est, nisi vt Veritatem tueatur: quæ & Iustitiæ, & totius vniuersi vltimus finis est: eaque præcipua in Iudice qualitas.*

Quare Christus Dominus noster Pilato interroganti: Quid est Veritas? non respondit. ibi.

9 *Veritas nunquam latet, nec omat angulos: in medio stat: in paucis consistit, nec verborum desiderat admiculum.* & num. 13.

10 *Ea est natura cauillationis, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur: tenet quasi in profundo Veritatem demersam: defensione ideo & elucidatione egent.* & num. seqq.

11 *Sapientia Scientiaque Iudex pollere debet, vt versutias refellat, Aduocatorum fallacias pandat, propellat cauillationes, disputationes: nec, si opus est, commineat.* & num. 12.

13 *Veritas apprehensa, per se defensatur: eius-que est natura, vt vnde magis oppugnatur, inde magis confirmetur.*

14 *Duo sales in Iudice desiderantur, Scientia & Veritatis.*

15 *Ad Veritatem assequendam oportet Iudicem cuncta rimari: inuenta adhærere, iuris etiam apicibus expressis, & iudiciali processu; forma iure nostro Regio tum in ciuili quam in criminali causa præstita, seruata.* & num. 16.

Deus non patitur lumen Veritatis inquirentem vagari per tenebras exteriores. ibi. d. num. 15.

ANNOTATIO II.

NON idem esse † cum Lege & Iustitia *Veritatem*, nominum diuersitas prodit. Cur enim si idem forent, diuersis appellarentur nominibus? vt arguit Imperator *in l. Si idem, 7. C. de codicil.* & exornauimus *in Axiomatib. & locis communibus iuris, lit. D. num. 167.* Diuersa vtrocumque significatio, & natura ostendit, deduciturque ex definitionibus, seu descriptionibus *Veritatis* relatis Annotatione præcedenti. *Iustitia*, tradita ab Vlpiano *in l. Iustitia, 10.* D. de iustit. & iure. *Legis*, à plurimis quos recensent Dominic. Sotus *de iustit. & iure, lib. 1. quæst. 1. art. 1.* Christophor. Anguian. *de legib. lib. 1. controuers. 1.* Salas & Suarez *eisdem tractatibus*, Legis naturam, diffinitionemque indagantibus. 1

Nihilominus tamen † *Veritatem* Iustitiam ipsam & Legem esse, multa probant. Primum, quoad Iustitiam, illud Ecclesiastici *4. v. 33. Pro Iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro Iustitia.* Vbi pro *Iustitia* in Græco verbum *Veritatis* stare, aduertit Ioannes Velazquez *in explicatione literali & morali Psalmi 100. vers. Ad fideles terræ, tellura 4. num. 3.* & Saluator de Leon *d. cap. 4. in not. & illustr. 1.* Econuerso, verbum *Veritas*, pro verbo *Iustitia* stare sæpè solere, ex eo *Psalmi 24. v. 10. Vniuersæ viæ Domini Misericordia, & Veritas*, similibusque cognoscitur. *Vti* Veritatis *nomine, secundum omnes communiter Expositores* Iustitia *designatur*, vt verbis hisce affirmat Ludouicus Miranda *in Director. Prælator. tom. 2. quæst. 5. art. 3.* Similes sunt quamplurimi loci, Psalm. 83. v. 12. *Misericordiam & Veritatem diligit Deus.* Psalm. 84. v. 11. *Misericordia & Veritas obuiauerunt sibi.* Psalm. 91. v. 3. *Ad annunciandum mane Misericordiam tuam, & Veritatem tuam per noctem.* Quem explicans Incognitus, sæpeque *Veritatis* verbum *Iustitia* referens, sensum esse concludit: *In prosperis (quæ per Manè intelliguntur) lauda Diuinam Misericordiam: in aduersis (quæ per Noctem) lauda Iustitiam.* Prouerbiot. capite 3. v. 3. *Misericordia & Veritas te non deserant.* Misericordiam *scilicet, dum inopibus pie compatimur*: Veritatem *verò, id est*, Iustitiam, *dum non illis nostra, sed quæ sua sunt, ministramus,* 2

miſſ. annu. Diui Petri Damiani *opuſculo 9. de eleemoſyna cap. 1. ad finem.* ex poſitione. Ex Prouerbiis iterum *cap. 20. v. 28. Miſericordia & Veritas cuſtodiunt Regem.* Id eſt Miſericordia & Iuſtitia. Nec modo eo in loco; ſed *quoties Miſericordia & Veritas ſimul occurrunt in hoc libro, per Miſericordiam ſignificantur omnia officia benevolentiæ & gratiæ proximo exhibita, per* Veritatem *vero ſignificatur.* Iuſtitia *& Æquitas. Atque adeo ſenſus eſt: Beneficentia, & clementia erga probos, & Iuſtitia, Severitaſque erga improbos Regem ſeruant.* Aſſertionem aſtruit, & ſenſum pandit Quirinus *ibi, num. 108.*

Rurſus quemadmodum Iuſtitia conſtans & perpetua eſt, *d. l. Iuſtitia, 10. D. de iuſtit. & iure, princip. inſtit. eodem tit.* Pſalm. 118. v. 142. *Iuſtitia tua Iuſtitia in æternum:* ſic *Veritas manet, & inualeſcit in æternum.* Eſdræ *lib. 3. cap. 4. v. 38.* Et *Metaphyſicor. lib. 4. cap. 5.* Philoſophus ait: *Veritas nihil aliud eſt, niſi ipſarum rerum conſtantia & Firmitudo.* relatione Baldi *conſilio 343. num. 3. lib. 1.*

Quemadmodum etiam Iuſtitia perſonas non accipit (vt *de priuileg. pauper. p. 1. quæſt. 55. num. 1. & ſequentibus, & in Axiomatibus iuris, lit. P. num. 68. & ſeqq.* ſumus proſequuti:) ſic *non eſt apud Veritatem accipere perſonas, neque differentias.* Eſdræ ſupra proxime, v. 39. *Sunt enim collectanea hæc duæ ſibi* affirmante Bernardo *Sermone primo de Annuntiatione Beatæ Mariæ mihi col. 4. circa medium.*

Quoad legem illud *dicti Pſalmi 118. v. 142.* manifeſtat apertè. *Lex tua Veritas* Vtrumque pro *Iuſto* vſurpauit Horatius *epiſtolarum lib. 2. epiſt. 7. ad Mæcenatem, in fine:*

Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede, Verum eſt.

id eſt, *Iuſtum eſt.* Et ſumitur ſic in iure frequenter *in l. 3. D. de in integr. reſtit.* Vbi Modeſtinum dicentem: *Omnes in integrum reſtitutiones, cauſa cognita, à Prætore permittuntur, ſcilicet vt* Iuſtitiam *illarum cauſarum examinet an* Veræ *ſint:* exponit Gloſſa *Veræ*, id eſt, *Iuſtæ.* Eodem modo *in §. ſemel* (ſeu vt in recentioribus ponitur, *Eadem lege, verſ. ſemel) inſtitut. quibus ex cauſis manumit. non licet,* dum Imperator inquit: *Semel autem cauſa approbata, ſive Vera, ſeu falſa, non retractatur:* declarat Gloſſa: *Vera* id eſt *Iuſta, Falſa* id eſt, *Iniuſta.* Quamque ibi *Veram cauſam* textus appellat: *Iuſtam* nominat *Lex Iuſta cauſa, 9. D. de manumiſ. vindict.* Sic cum Iulianus *in l. ſi fideiuſſor, 52. §. Meminiſſe, D. de legat. 1.* ait: *Eum qui damnatur fundum vendere, non gratis damnari: hoc facere, ſed ſolum damnari vt vendat* vero *pretio.* Gloſſa vertit: *Iuſto.* E converſo ſimiliter *Iuſtum* pro *Vero* frequenter iura ſumunt, vt notat *Gloſſa vnica,* per textum ibi, *in l. Libertini, 6. D. de ſtatu homin.* Quam Baldus probat *ibidem,* convertibilia eſſe dicit *Verum & Iuſtum.*

Tandem *Veritatem Leges, & Ius commune* interpretata eſt Gloſſa *in cap. 3. de regulis iuris, lib. 5. Decretal. in caſus poſitione in fine.* Dum enim textus inquit: *Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quamve* Veritas *relinquatur:* notandum aduertit: *quod* Veritas, *ſcilicet* Ius commune, *quod indiſpenſabile eſt, pro nullo ſcandalo eſt relaxandum.* Nec deſtituta inuenitur auctoritate Gloſſa, ſed valida fulta, Platonis nempe *in Eutiphrone*, ſeu *de Sanctitate*, dicentis: *Lex nihil aliud eſt, quàm Veritatis inuentio.* Vtrumque conuertit, vtramque iiſdem veritati & Legi definitionem tribuens Craueta *conſilio 7. num. 27.* inquiens: *Lex eſt*, Veritas, *quia aliud non eſt* Veritas *quàm* Lex.

Apparet itaque *Veritatem Iuſtitiam* eſſe, ſeu *Legem*, pariterque *Iuſtitiam* eſſe *Veritatem.* Neque diuerſitas nominis † ad ſubſtantiæ diuerſitatem alicuius momenti eſt. Diuerſa namque nomina virtutem & ſignificationem eandem retinere ſolent, iuxta deducta à Nobis *de priuileg. pauper. & miſerabil. perſonar. p. 1. quæſt. 1. num. 14. verſ. Hanc tamen differentiam, & num. 18. & in Axiomatib. & locis communib. iuris, lit. D. num. 167. & ſeqq.* notatque Gloſſa *in ipſamet lege Sidem, 7. C. de codicil. verbo Vocabulum. Nam idem eſt* (inquit) *Teſtamentum, quod Elogium.* Sicque *verborum diſcrepantia; non ſenſuum eſt*, iuxta Ambroſium *in Micheam Prophetam, Obſeruatione prima, col. 2. ad finem.* Tametſi vix reperiri aliquod nomen dicta Gloſſa addat, *quod omnino idem ſignificet, quod aliud.* At ſufficit, licet non omnino, idem tamen ſignificare, & aliis quoque ſignificationibus deſeruire pariter vnum.

Sic *Veritatem* † non ſemper (in Sacris præſertim litteris, etiam cum loco *Iuſtitiæ* ponitur) ſeueritatem & Iuſtitiam punitiuam ſignificare; tametſi *Iudicium* ſignificet, & *Diſquiſitionem*, quæ in eo Veritatem inueſtigat, à qua vel ſontium punitio, vel inſontium prouenit abſolutio, aduertit Ioannes Antonius Velazquez *in expoſit. Pſalmi 110. ſuper verbo Iudicium, num. 6.* Sed & id *Veritatem* quidem *Iuſtitiam* dici, meritoque appellari, facilè perſuadet.

Deducitur inde, † Veritatis, ſicut Iuſtitiæ & Iudicij cultorem Iudicem eſſe debere, ex intimiſque præcordiis amantem, eam præ oculis geſtare ſemper, nec momento ab ea recedere: vt & in Iudice illam ſubditi circunſpiciant ſemper, ac reuereantur, & nihil apud eum præter Veritatem præualere cognoſcant. Quod & intenderunt Ægyptij, qui ex ciuitatibus clarioribus (vt Heliopoli, Thebis &c.) viros optimos eligebant, quos iudiciis præficerent. *Poſtquam hi conuenerant, triginta numero inter ſe eligebant optimum virum, quem iudicij Principem conſtituebant. Is aurea catena ſignum variis ornatum lapidibus, à collo ſuſpenſum, quod appellabant* Veritatem, *geſtabat.* vt Diodorus ſiculus auctor eſt, *libro 2. rerum antiquar. pag. mihi 99.* Multis virtutibus ornatum Iudicem eſſe oportere, ſed præcipua *Veritate* iudicantes, ſignoque illo prodentes. Ex Hæbreorum communicatione forſam notitia parta eius quod præcipiebatur *Exodi 28.*

Vbi postquam à *versu* 15. Rationalis iudicij forma, rationumque pretiosorum lapidum ornatus in eo designatur & ordo: *versu* 30. concluditur: *Pones autem in Rationale iudicij* Doctrinam, & Veritatem. *quæ erunt in pectore Aaron.* seu *Toummin*, & *Turim*, id est, *Iudicium*, & *Veritas*, vt aduertit Marquez *de Gubernatore christiano libr.* 1. *cap.* 20. §. 3. *col.* 3.

6 Semper enim Veritas, † (quasi inseparabilis Iustitiæ comes, iuxta illud *Isaiæ* 26. *v.* 2. *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta custodiens Veritatẽ*; quasique Iudicatis alumna) à collo hærere pendula debet. A collo quidem, non ab alia corporis parte, vt detur intelligi, quòd quemadmodum non nisi per collum, guttur, continens, ad hominis vitam cibi ducuntur, *per quod toti corpori vitale commercium, & spiritus huius commeatus infunditur*, vt Sanctus Ambrosius inquit *Hexamer. lib.* 6. *cap.* 9. *col.* 5. *ad princip.* quod obstructo ille pereat necesse est: ita non nisi per *Veritatem*
7 ad Iustitiam peruenitur. Quæ veluti † Iustitiæ mater est, origo & basis, vt inquit Baldus *ipsi l. Libertini*, 6. *D. de statu homin. & consil.* 343. *num.* 3. *lib.* 1. & ex eo Cardinalis Tuschus *practicar. conclus. lit. v. conclus.* 166. *n.* 17. Roland à Valle *consil.* 11. *num.* 2. *lib.* 3. *& consil.* 32. *num.* 34. *lib.* 4. cumque multis, Petrus Cened. *collect.* 119. *n.* 3. *ad textum in cap. Veritatis*, 14. *de iureiurand. & ibidem* Barbosa *n.* 3. Animæque vita. *Neque viuere dicenda est anima, quæ Veritatis non habet cognitionem.* Quia *est anima vita Veritas*, assertore Bernardo *Sermone de vita, & quinque sensibus animæ.*

Medium pectoris tenet, vt in neutram partem inclinandum monstret. Quia *Iustitia non nouit patrem, non nouit matrem, Veritatem nouit*, vt disertè Aurelius Cassiodorus *in verba illa Psalmi* 14. *Et operatur iustitiam.* Nec ad
8 aliud Iudicem positum esse † nisi vt Veritatem in animo & in pectore, interius & exterius seruet, Paulus Castrensis profitetur *consil.* 169. *in princip. lib.* 1. in eoque integrum constare munus. Ad quam directo tendere debet, vt Iustitiæ, totiusque vniuersi vltimum finem, sententia Diui Thomæ *lib.* 1. *contra Gentiles, cap.* 1. Cuiusque veluti est, *semper in causis rerum sequi*, vt & Cicero docet *de offic. lib.* 2. *pag. mihi* 74. Quam præcipuam in Iudice qualitatem agnoscens Ietro *Exodi* 18. *v.* 14. consuluit Moysi: *Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit Veritas*, Qua sine stare Iustitia nequit. Et hanc ideo coniectari causam posse *porque Iesu Christo nuestro Senor dejo à Pilato sin respuesta quando le pregunto*: Quid est Veritas? *Porque fue gran visoñeria en el, que tenia aquel lugar, preguntar por el primer supuesto, y ignorar que cosa era Verdad, quien no podia dar vn paso sin ella.* ait Marquez *de Gubernatore Christiano d. lib.* 1. *cap.* 20. §. 3. *col.* 4. *in principio* Felix cui datur; prorsus cui negatur infœlix. Non superbè quærenda, arroganter iactanda, sectãda humilitate, ambienda virtute. *Quid tu, Pilate, seorsim interrogas Dominum, vt tibi susurret in aure, quid sit Veritas? Multum est ad te: non datur Sanctum canibus, nec Margarita porco. Quare potius fidei gustum, satietatem intelligentia interim ne requiras. Merito reuerberata acie protinus resiluit: & responsum non sustinens, egressu est ad Iudæos, qui ambulare coperat in magnis, & in mirabilibus super se, quid esset veritas percõtatus.* vt eius facti & rationem, & doctrinam inquirendi Veritatem Bernardus præstat *Sermone de eo quod scriptum est: Beatus homo qui inuenit sapientiam, col.* 2. *post principium.* Sic inuestigata, sui fulgore patescet, quæ tenebras refugit, † amat lucem, videri & cognosci 9
desiderat.

Veritas nunquam latet.

vt est etiam apud Senecam *in Hippolit. actu* 2. Non amat angulos, non ei diuersoria placent, in medio stat. At licet verum ita sit, & quod in paucis consistat, vt est Philosophi assertio, cuius meminit Curtius Iunior *consil.* 298. *num.* 7. *& consil.* 329. *num.* 4. neque verborum desideret adminicula, *l.* 1. *C. si minor ab hæredit. abstinuer*: quia tamen ea hominum malitia, † ea cauillationum natura, *vt* 10
ab euidenter veris, per breuissimas mutationes dispntatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur, vt Iulianus inquit *in l. Ea est natura cauillationum*, 46. *D. de regul. iuris*: & quæ sui candore, vt diximus, quærenti fit obuia, imo *sæpe etiã non quæsita prodit*, vt ex Æschylo, Menandro, & Euripide, Hermolaus Barbarus tradit *epistola Ioanni Pico Mirandulæ*: sæpe tamen improbitate *obuoluta, in obscuro latet*, vt Lactantius Firmianus in proœmio *Diuinar. institution. lib.* 1.

Et mersum latebris educere Verum

sit necesse, vt Claudianus *Panegyri in* 4. *Consulatu Honorij*, quasi in profundissimo, abditoque puteo demersum, vt ex Demochrito, Cicero dixit *Academicar. quæst.* 1. *&* 4. Ob quod *lib.* 7. *epigr.* 27. *ad Tuscum.* Martialis.

Scire licet verum, res est hac ardua.

quoniam in arduo est Veri exploratio, ex Seneca *de benefic. lib.* 4. *cap.* 33. Non solum Veritatis cultorem amantemque Iudicem esse sufficit; sed & sagacem, † scientia, sapien- 11
tiaque pollentem, esse oportet, vt illam inueniat, abducat è tenebris, tueatur inuentam. *Circa cuius considerationem principaliter sapientiam insistere*, affirmat D. Thom. *d. lib.* 1. *contra Gentiles, cap.* 1. Namque *Veritas licet possit sine eloquentia defendi (vt est à multis sæpe defensa:) tamen claritate, ac nitore sermonis illustranda.* vt bene Lactantius idem *loco proximo* inquit. Quia *verum valet, si modo id pace factum, & illustratum est.* veluti & *de Amicitia* Cicero. *Vt non sentiat virilitas operis eneruati, damna sermonis*, iuxta Enodium, *in Oratione ad Syn. Rꝑ.* quo sæpè

Addidit inualida robur facundia causæ.

teste Lucano *de bello ciuili, lib.* 7. Aliter *Veritas cum minime defensatur, opprimitur*, vt dicitur *in cap. Error*, 3. *dist.* 83. Propterea † *no* 12
vastaria que el Iuez fuese amigo de interpretaciones llenas, y verdarderas, sino tubiese

resistencia

reſiſtencia para la afectacion de vn Abogado cauiloſo. Ora retardandole las agudezas conque eſtribare, con entendimientos mazizos: ora tapiando las orejas, como el Aſpid contra el alago del alago del en, cantador: ora rebatiendole los argumentos en el miſmo lenguaje, y deſarmando vna bachilleria con otra. vt aduertit Marquez *de Gubernatore chriſtiano, dicto lib.1.cap. 20.§. 3.col. 4. ad finem.* ſiquidem iuxta Ouidium *de Arte amandi lib. 1.*

Fallere fallentem, fraudemque refellere fraude,
Exemploque licet ludere quemque ſuo.

Dummodo fine mendacio fiat, vt alibi proſequimur, ne in foueam, quam vitandam monemus, incidamus. Sed ratione ſolida, aut arguto quoque verbo iſtorum refellamus argutias; quorum *& de ſcripturis aduerſus Veritatem argumentari conſuetudo eſt.* Sic *de Virginibus velandis cap. 4.* improbati à Tertulliano: *Qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium; diſerti aduerſus Iuſtitiam; eruditi pro falſitate. Qui ſapientes ſunt vt faciant malum; eloquentes vt impugnent verum. Qui inſtruunt à quibus fuerant inſtruendi; aſtruunt non comperta, ſed ſuas ſtruunt de proprio calumnias Innocentiæ: deſtruunt ſimplicitatem Veritatis; obſtruunt Iuſtitiæ vias*, vt & laqueos pandit, & querelam proponit Bernardus *de conſideratione ad Eugenium, lib.1.c.10.*

Vt autem captio debito modo, ſineque ad illicitum declinatione fiat ſapientia ſcientiaque in Iudice neceſſaria eſt. Quia *Sapiens ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum. Sap.8.v.8.* Neſcit inſipiens, eotumque inuoluero detentus, non aſſequitur etiam ſi inſequatur Veritatem, nec exiſtentem appre-
13 hendit. Quæ quidem *apprehenſa † nullis machinis, aut verſuti hominis ingenio ſubuerti queat, ſatisuper ſe munita, nullo indigens patrocinio*, vt, ex Cicerone *in Battin.* tradit Cardinalis Tuſchus *practicar. concluſ. lit. V. concluſ. 164.num.4.* Tunc enim, *ſe contra hominum ingenia, calliditates, ſolertiamque, & contra fictas hominum inſidias facile per ſe ipſam defendit.* eodem quoque ſic profitente Cicerone *in oratione pro Cellio.* Imo *talis eſt Veritatis natura, vt vnde magis oppugnatur, inde magis confirmetur; & quo magis obtegitur, eo clarior enadat.* vt diſertiſſime Chryſoſtomus *Homil. 57. in Ioann.* Vt autem opportuno tempore, vtque opus eſt, in iudicio fiat, ſapientia (vt diximus) omninò neceſſaria Iudici eſt, *facilitas in audiendo, in ſatisfaciendo diligentia*, iuxta Ciceronem *in epiſtola ad Q. fratrem*: vt apprehendat ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſiper, Domini auxilio, cuius id proprium eſt, *Iob c.5.v.13.*

14 Merito ideo † duos ſalos in Iudice requirit Baldus *in l.2.C. de ſentent. ex pericul. recitand. Scientia* nempe & *Veritatis.* Quos & inſcriptio in Summi Sacerdotis pectore *Doctrina*, & *Veritatis* ſupra memorata denota-
15 bat. Ad quam aſſequendam † debet Iudex cuncta timari, *cap. Iudicantem, 11.30. quæſt. 5.* & ad eã totis contendere vtribus, vt è cauillationum tenebris expedita, ſui claritudine erumpens, auerſantium præſtringat aciem. *Deus enim non patitur lumen Veritatis inquirentem, per tenebras exteriores vagari*, vt Lactantius inquit *de falſa relig. lib.1.cap.1.* cuius Petrus Gregorius meminit *in prælud. optimi iuriſconſult. lib.1.cap.15.* eique inuentæ omnino adhærere, *cap. cum Ioannes, 10. de fide inſtrumentor. cap. Graue, 35. quæſt. 9. cap.1. verſ. caueat, de pœnit. diſt.6. l. Iudices 9. l. Rem non nouam, 12. C. de iudic. l. quoties, 3. C. de naufrag. lib.11. l.4. tit.17. verſ. otroſi deben ſer acucioſos para ſaber la verdad. l.3. l.15. tit.22. part.3. verſ. Ca ordenada mente.* Iuris etiam apicibus ſpretis, † iuxta *legem ſi fideiuſſor, 29.* 16 *§. quadam, & ibi Gloſſam verbo De apicibus, D. mandati, l. Sicut, 8.9. ſi debitori, D. quibus modis pignus vel hypothec. ſoluitur, l. 10. tit.17. lib. 4. noua Regiæ collectionis*, decentem: *Que los Iuezes que conocieren de los pleytos, y los ouieren de librar, los determinen y Iuzguen ſegun la verdad que hallaren probada en los tales pleytos.* tametſi iudicialis in proceſſu forma à ciuili, communique iure deſiderata ſeruata non fuerit. Idque tam in ciuilibus quam in criminalibus. In quo diſpoſitionem *legis 11. tit.1. l.3. ordinamenti*, innouauit expoſuitque *Veritate attenta* ſimiliter *non attentis apicibus iuris* iudicari præcipiebat: ſed non ita in ciuilibus & criminalibus declarabat. Cuius rei omiſſio magnam Doctoribus attulerat dubitationem, vt conſtat ex protracto ſermone à Ioanne Gutierrez *practicar. quæſtion. lib. 1. quæſt. 98. per totam.* Quam dicta recentior lex ſuſtulit.

Nùm autem adhuc priuata Veritatis cognitio ſufficiat, vel publica, ex actiſque deducta debeat eſſe, vt iure ſententiam proferre valeat Iudex? *Annotatione ſequenti* conſtabit.

AN SECVNDVM ALLEgata & probata, vel ſecundum ſcientiam, & Veritatem quam priuatim nouit, iudicare poſſit, vel debeat Iudex?

SVMMARIVM.

1 *Variæ Doctorum ſententiæ in quæſtione hac referuntur*, & num. 2.3. & 4.
4 *Quam amant Veritatem leges, ampletendam & ſequendam dicant?* & numero ſeq.
5 *Qualiter in id olim iurauerint, iurentque nunc Iudices?*
Intellectus textus in auth. Hodie, C. de iudic. & in auth. iuſiurandum quod præſtatur ab iis qui adminiſtr. accip. §. Iuro quoque, verſ. Æquus, coll. 2. *ibi.*
6 *Iudices ſuperiores, Conſiliarij, vel Auditores*

an

an ſecundum veritatem ex actis deductam, vel ſecundum quam ipſi priuatim norunt, iudicare poſſint, & debeant, & n. 7. 8. & 10.

9 *Intellectus textus* in l. 5. tit. 4. lib. 2. nouæ Reg. collection. & *num. ſeq.*

11 *Clauſula* La verdad ſabida, *vel* ſola veritate attenta, *quem recipiat intellectum? quoſque ea clauſula effectus habeat? remiſſiuè.* & numer. ſeq.

13 *Clauſula* ſecundùm conſcientiam *quem habeat ſenſum?*

14 *An & quando ex priuata ſcientia contra id quod in actis probatum eſt, Princeps iudicare poſſit?* & num. ſeqq. vſque ad numer. 22.

16 *Principis aſſertioni an plene credatur?*

19 *Iudex inferior abſoluere omninò tenetur reum, quem priuata ſcientia nocentem certo eſſe ſcit: acta verò innocentem eſſe demonſtrant.*

22 *De remediis ad liberandum innocentem, qui ex actis nocens apparet; qui plenius egerint?*

ANNOTATIO III.

1 VARII extitêre Doctores in quæſtionis huius reſolutione. † Quidam enim exiſtimant, neque in ciuili, neque in criminali cauſa licere Iudici damnare eum, qui ex actis reus apparet, quem ipſe Iudex ſcit reum non eſſe, exiſtereque innocentem: ſed debere ipſum abſoluere, vel à iudicando deſiſtere. Cuius extitere voti Angelus *in ſumm. verbo Iudicare*, Lyra *Exodi* 23. Hugo, Calderinus, Panormitanus & alij, quos referunt Didacus Couar. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 3.* Sanchez *conſilior. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 17. num. 2.* & Ioſeph. Aldrete *de religioſa diſciplin. tuenda lib. 2. cap. 13. num. 8.* Syluius *in 2. 2. Diui Thomæ, quæſt. 66. art. 2. concluſ. 2.* Petrus Nauarra *de reſtitut. lib. 2. c. 3. n. 161.* Leſſius *de inſtit. & iure lib. 2. cap. 29. dub. 10. num. 78.* Malder. *in 2. 2. tract. 6. cap. 1. dub. 13.* Stephan Fagundez *in 5. præcept. Decalog. lib. 5. cap. 14. num. 5.*

2 Alij † ſecundum probata in actis, cuius contrarium Iudex priuatim nouit, iudicandi in ciuilibus faciunt poteſtatem: in criminalibus denegant. Adrianus *in quodlibet. quæſt. 6. art. 3.* Imol. Hoſtienſ. Innocent. & Felin. citati à Sanchez *vbi proximè, num. 3.* & Aldrete *dicto num. 9.*

5 Alij † non modo in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus minoribus, quibus de mulcta pecuniaria agitur, ex publicis probationibus contra propriam ſcientiam iudicare, condemnateque reum ex actis fas Iudici eſſe profitentur: hancque communem doctrinam eſſe dicit Paulus Laymon *Theolog. moral. lib. 1. tract. 6. cap. 2. numer. 8.* In grauibus verò & cum de morte agitur, nullo caſu Iudici conceſſum videri vt hominem ſecundum publicas probationes conuictum, morti adiudicet, ſi eius innocentiam priuatim proſpectam habeat, idem ipſe Laymanus *dicto loco, verſ. Dico autem*, aſſerit, multiſque mediis confirmat, adductis quoque pro ſe Adriano, Lyra, Angelo, Roſella, Sa, Leſſio, Petro Nauarra, & Abbate. Quibus aſſentitur Ioannes Santius *in ſelectis & practic. diſputationib. diſput. 8. num. 16.* aſſentiunturque cæteri memorati à Fagundez *ſupra dicto cap. 16. num. 6.*

Alij † (quorum ſententia communis eſt, & frequentiore calculo recepta) indiſtincte 4
ſuſtinent: poſſe, & debere Iudicem iudicare, & damnare innocentem contra veritatem à ſe cognitam, ſi nocens appareat ex actis, nec medium iutidicum inueniat, quo ſecundùm leges, poſſit eum excuſare, ac tueri. Ita, ex Theologis, D. Thom. 2. 2. *quæſt. 67. art. 2.* & Caietan. *ibi*, Ricard. *quodlibet. 3. quæſt. 25. ad 4. diſt. 18. art. 3. quæſt. 2. ad 1.* Alenſ. 3. *p. quæſt. 4. memb. 6. art. 2. & quæſt. 34. memb. 1. art. 4.* D. Antonin. 3. *p ſumm. tit. 9. cap. 2. §. 6. & cap. 5. §. 2.* Abulenſ. *cap. 23. Exodi*, *quæſt. 6. & Paralipom. 2. queſt. 43.* Sylueſt. *verbo Iudex, 2. quæſt. 5.* Armilla *eodem verbo, num. 6.* Viguer. *lib. inſtitut. cap. 5. §. 2. verſ. 3.* Cordub. *lib. 1. quæſt. 37.* Maior *4. diſt. 33. quæſt. 4.* Sotus *de inſtit. & iure lib. 5. quæſt. 4. art. 2.* Martin. Nauar. *in cap. Si quis autem, de pœnit. diſt. 7. num. 128. & in ſumm. cap. 25. num. 9. & 10.* his relatis Sanchez *d. lib. 6. conſilior. moral. cap. 1. dub. 17. num. 5.* Azori. *inſtitution. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæſt. 8.* optimè ad obiecta reſpondens, Sayr. *in claui Reg. lib. 12. cap. 8. num. 6. & ſeqq.* Ioſeph. Aldrete *de religioſ. diſciplin. tuend. d. lib. 2. cap. 13. num. 9. & 10.* Tanner. *tomo 3. diſput. 4. quæſt. 4. dub. 1. num. 51.* Filliuc. *tom. 2. tract. 48. cap. 6. num. 171.* Antonin. Diana *reſolut. moral. p. 5. tract. 4. reſolut. 22. in principio & in fine*, Villalob. *in ſumm. 2. p. tract. 14. difficult. 3. num. 4.* Valer. Reginald. *in ſumm. p. 2. circa oct. Decalog. præcept. lib. 24. cap. 3. ſect. 1. num. 32. pag. 590. & lib. 25. tract. vlt. cap. 54. num. 642. pag. 588.* Turrian. *in 2. 2. Diui Thomæ diſput. 48. dub. 4. num. 8.* contrariam omnino improbabilem iudicans, Dominic. Bañez 2. 2. *d. quæſt. 67. art. 2. in comment. col. 2. in fin. verſ. Ex iis ſententiis.* Quam (poſt multa in contrarium argumenta iacta) tenendam dicit, non ſolum vt probabiliorem; ſed vt veritatem demonſtratam moraliter; aduerſantia ſoluens, ad longum rationes aſſertionis huiuſce proſequutus. Quod nempe ſecundum ſcientiam publicam, & veritatem, quæ ex actis conſtat, iudicare debeat Iudex, vt omnia Iura Canonica & ciuilia præcipere dicit, *in cap. Dilectus, in cap. Accepimus, in cap. Contingit, de fide inſtrumentor. in cap. Paſtoralis, §. quia verò, de officio deleg. in l. Adoptio, D. de adoptionib.* Quibus optimum addo textum *in l. Illicitas, 6. § Veritas, D. de officio Præſid.* & *proximo infra numero* referendos. Quod aliter (addit) magna Reipublicæ naſcerentur incommoda: magnis ſemper Iudices anguſtiis viuerent, diſcriminaque paterentur, &c. Omnibus memoratis ſententiis, hanc probabiliorem, vſu receptam, & tenendam affirmat Stephanus Fagundez *dicto præcepto 5. lib. 5. c. 14. n. 9.* contraria ſimul argumenta

ex

ex numero 10. *cum sequentibus* fœliciter soluens. Grestibus eisdem, magnaque dexteritate, antecedentium dicta recolligens Cardinalis a Lugo (post hac scripta vitus) *de iustit. & iure*, 2. *p. q.* 37. *sect.* 4. hanc *numero* 45. dicit valde probabilem, & communem, & *numero* 48. communissimam & probabilissimam, etsi opinionem secundo loco à Nobis positam *numero* 2. & 3. habere rationes fortasse magis efficaces profiteatur *dicto numero* 45.

Ex Iuristis, nostram hanc sustinent innumeri prope, quos retulimus *in Axiomatibus & locis communibus iuris*, *lit. I. numer.* 85. Quorum remissione contenti, præcipuos & materiam istam tractantes, & sententiam hanc tenentes, nunc deligimus Didacum Couar. *d. lib.* 1. *variar. resolut. c.* 1. *per tot. maxime à numero* 4. Ioannem Gutierrez *Canonicar q. c.* 29. *per tot.* Asinium *de executionib. §.* 3. *c.* 6. *per tot. & seq. pag.* 36. & 37. Paulum Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 1. *q.* 18. *n.* 2. & 7. Marcum Antonium Peregrinum *in rubric. de iudiciis*, *n.* 104. omnium fusius Sigismundum Scaccia *de sentent. & re iudic. glossa* 14. *q.* 8. Vtrotumque recensere motus, argumenta transferre, discursus transcribere, actum agere foret, ab instituto nostro prorsus alienum; operosum, non fructuosum, fastidiosumque potius, ratione præcipua assertionis istius breuiter designata.

5 Veritatem leges amant, † amplectendam Iudicibus suadent, præcipiunt: sed eam quæ ex actis deprehenditur, quam publica documenta probant, publica fides approbat, quam præfiniri à iure modi, terminique demonstrant. *Cui enim non est cognitum, antiquos Iudices non aliter iudicialem calculum accipere, nisi prius sacramentum præstitissent, omni modo se cum veritate & legum obseruatione iudicium esse disposituros?* vt Imperator Iustinianus inquit *in l. Rem non nouam*, 12. *C. de iudic.* Quem Antiquitatis morem renouauit & ipse *in auth. iusiurand. quod præstatur ab iis qui administrationem accipiunt*, *§. Iuro quoque, col.* 2. *& in auth. de iudicib. §. omnis autem, coll.* 6. sic præcipiens: *Omnis autem Iudex, sine cingulum habens, sine aliter iudicans, custodiat leges, & secundum eas proferat sententias.*

Quamuis enim textus *in auth. Hodie*, *C. de iudic.* dicat; *Hodie iurant se facturos secundum quod eis visum fuerit iustius & melius, & in paragrapho Iuro quoque*, vers. Et æquus: *& omnem æquitatem seruabo secundum quod mihi visum fuerit iustum*: Vtrobique tamen Glossa id *Secundum leges* intelligit, & ita verbum illud *Iustius* adiectum *in d. auth. Hodie*, interpretatur: *Secundum leges*, & verbum *Visum* dicti §. *Iuro quoque.* Quæ sic intelligenda textus ipse monstrat, qui post relata proxime verba, & illa subiungit: *Secundum legem.* Estque textus formalis *in capit.* 1. *de constitutionib.* inquiens: *Nemo in actionibus, vel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum* (nempe Canonum) *auctoritate ducatur.* & notat *ibi* Glossa *verbo suo sensu.* Confirmant Regia iura *in l.* 6. *tit.* 4. *part.* 6. *vers. La quarta, que les pleytos que vinieren antellos que los libren bien y lealmente, lo mas ayna, e mejor que supieren, por las leyes deste libro. in l.* 4. *tit.* 15. *lib.* 2. *ordinam.* post eorundem verborum translationem, hæc addente: *Que no se des bien de la verdad, ni del Derecho. in l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 3. *eiusdem ordinamenti, in l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 2. *noua Reg. collection. & in l.* 10. *tit.* 17. *l.* 4. Quarum *infra numer.* 8. & 10. fit mentio, verbaque referuntur. Quæ & præfatam probant assertionem (videlicet *secundum ius, Veritatemque ex actis, & fide publica deprehensam iudicare Iudicem deberet*) & dicenda, referendique *dicto numero octauo.*

Hanc verò opinionem † in Iudicibus su- 6
perioribus, Consiliariis, seu Auditoribus quam multi limitant, existimantes secundùm veritatem extra iudicium & acta notam, propriamque conscientiam, ex bono & æquo, iuris apicibus prætermissis iudicare illos posse, & debere communi Doctorum placito, *in l. vnic. Cvt qua desunt aduoc. in clement. Pastoralis, de re iudic. & in cap. Ad Apostolicam, eod. tit. lib.* 6. Glossa margin. *in l.* 1. *§. fin. verb. Punitur, D. ad legem Cornel. de falsis.* Bart. *in l. Æmilius, in fine, D. de minorib.* Hippolyt. *singul.* 172. Iason *in §. Sed ista, num.* 126. *& in §. Ex maleficiis, num.* 16. *instit. de actionib.* Grammat. *decis.* 19. *numer.* 13. & 14. Deci. *consil.* 200. *in fine*, Guil. Benedict. *in repetit. cap. Raynuntius, verb. Si absque liberis*, 2. *num.* 49. *de testament.* Roland. à Valle *consil.* 14. *numer.* 16. *consil.* 57. *ad finem: consil.* 70. *numer.* 19. 20. 23. & 24. *vol.* 1. Neuizan. *in Sylua nuptial. lib.* 5. *capit. quomodo iudicandum sit in dubio, numer.* 23. Philip. Probus *in additionib. ad Monachum, in capit.* 1. *de re iudic. lib.* 6. *num.* 8. Stephan. Bertrand. *consil.* 137. *part. prima, Viso processu, numer.* 4. Auendan. *responsi.* 1. *numer.* 11. Burgos. de Paz *in proœm. legum Tauri, num.* 162. *ad finem, consil.* 19. *numer.* 36. & *consil.* 40. *numer.* 3. ex *lege* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordinament. l.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *noua Reg. collection. & l.* 6. *tit.* 5. *eodem lib.* Redin. *de Maiest. Princip. verb. Imperatoriam, numer.* 30. & 31. Petr. Belug. *in Specul. Princip. rubric.* 6. *numer. tertio, & in eius annotationibus* Camillus Bortel. ibi, *lit. A.* Tiber. Decian. *tract. criminal. lib.* 2. *capit.* 30. *num.* 50. multos referens Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 16. *lit. B.* communem Theologorum resolutionem affirmans, & *lib.* 5. *capit.* 3. *numer.* 58. Cravet. *consil.* 197. *num.* 7. *consil.* 608. *numer.* 12. & *consil. nongentesimo quadragesimonono, num.* 2. Iulius Clar. *in practic. paragrapho fin. quæst.* 63. *num.* 9. Matthæ. de Afflict. *decis.* 120. *in fin.* Ioan. Orosci. *in d. l. Illicitas, §. Veritas, num.* 17. *D. de offic. Præsid.* Natta *consil.* 341. *num.* 7. Francisc. Becci. *consil.* 47. *num.* 15. *consil.* 52. *num.* 89. & *consil.* 89. *num.* 3. Petr. Surd. *consil.* 273. *numer.* 2. & *decis.* 91. *num.* 4. Antonin. Thesaur. *in præfation. ad decis. Pedemont. num.* 24. *col.* 3. *post med.* Damhuder. *in praxi ciuili, capit.* 218. *numer.* 3. & 4. Anton. à Quesada *diuersar. quæstion. iuris, capit.* 16. *numer.* 8.

Oluvald. Helliger. *in Donel. enucle. lib. 26. cap. 2. lit. C.* Azcued. *in l. 10. tit. 17. lib. 4. noua Reg. collection. numer. 50. & 51.* & pat eam Escobar *de ratiocin. cap. 41. numer. 15.*

7 Dummodo † hæc priuata scientia, seu conscientia sit omnium simul Senatorum iudicantium, vt tradunt Ioannes Oroscius *in d. §. Veritas, num. 17.* Alciatus *in cap. 1. num. 89. de offic. ordin.* & plerique ex proxime relatis. Veluti qui tunc immediate Principem repræsentent, cum Senatus illius induat personam, *vt de priuil. miserabil. person. 3. p. q. 9. n. 76.* notauimus. Quæ quid habeat ponderis ratio, dicenda *infra, maxime ex numero 14.* monstrabunt.

8 At contrarium, † & in Senatoribus hisce tuentur Anton. Laudens. *in tract. de Principe num. 41.* Morla *in empor. iuris, tit. 1. de iurisdict. omni. iudic. quæst. 2. num. 30. vers. Tamen ego,* Couar. *variar. resolut. d. lib. 1. cap. 1. num. 7. vers. Tertium,* Octauian. Cacheran. *in proœm. decis. Pedemont. num. 12. & decis. 1. num. 45. & seqq.* Lata *de annuers. lib. 1. cap. 10. num. 37. & seqq.* Azcued. *in d. l. 10. tit. 17. lib. 4. noua Reg. collection. num. 90. & consil. 19. num. 26. & 27.* Gutierr. *Canonicar. quæstion. lib. 2. cap. 29. num. 21.* Paul. Xamar *de offic. iudic. & Aduoc. d. quæst. 18. numer. 7.* Ludouic. Torrez *in 2. 2. Diui Thomæ, de iustit. disput. 48. dub. 4. num. 1. & seq.* cuius & *in Axiomatib. iuris, lit. I. num. 116.* meminimus. *Nam & hi Iudices omnino debent visis actis, & processibus iudicare, quod palam est. Igitur ex illis publicis documentis, non ex particulari scientia oportet, & necesse est eos sententiam ferre.* vt bene verbis hisce Conarru. *dicto loco,* cuius probat iudicium Sanchez *consilior. moral. d. lib. 6. cap. 1. dubio 17. num. 16.* Conueniunt in idem Torreblanca *de Magia, lib. 3. cap. 30. num. 10. & seqq.* & Ioan. Petr. Fontanel. *decis. 3 num. 4. & 5.* Quia cum (vt prædiximus) publica auctoritate fungantur Iudices, ex eaque iudicent, *l. Barbarius, D. de offic. Prætor. cap. 1. de re iudic. lib. 6.* publicam fidem, scientiamque legibus munitam, non propriam sequi debent, aut possunt. Id quod apud nos indubitabilius est, qui (præter iam memoratas Regias leges) *dictam* quoque *legem* habemus *10. tit. 17. lib. 4. noua Reg. collection.* quæ iuris apicibus spretis, veritatem attendi, & secundum eam iudicare iubet: quæ tamen ex actis, non ex arbitrio, aut particulari scientia deprehendatur, id semel & iterum sic reperens: *Seyendo hallada y probada la verdad del fecho por el proceso en qualquier de las instancias que se viere sobre que se pueda dar cierta sentencia: que los Iuezes que conocieren de los pleytos, y los ouieren de librar, los determinen y luzguen segun la verdad que hallaren probada en los tales pleytos.* Quique *dicta legis 6. tit. 5. lib. 5. noua Reg. collection.* dispositione iuramus: *Que los pleytos que ante nos vinieren los libraremos lo mas ayna y mejor que pudieremos, bien y lealmente por las leyes de los fueros y derechos y leyes y ordenanças de vuestros Reynos.*

Iuramentum enim † quod *dicta lege 5. tit. 9 14. lib. 2. noua Reg. collection.* supremi consiliarij præstare iubentur; non tam ad lites dirimendas, quam ad regimen pertinet: ad quod provt eorum quisque Imperio, Monarchiæve magis iudicauerit expedire, iuxta rectum animi sui motum præstare consilium iuramento astringitur. Cum autem de dirimendis litibus agitur; † eædem ipsæ Regiæ leges nostræ, quæ secundum veritatem, spretisque apicibus iuris, iudicare præcipiunt: omnibus indistinctè, superioribus quoque Iudicibus, ex fide & veritate publica, quæque ex actis deprehenditur, iudicandi necessitatem imponunt, vt ex relatarum dispositione constat. 10

A quibus necessariò hanc ipsam intelligentiam clausula recipit illa † *La verdad sabida,* seu *sola veritate attenta,* vt & probat textus *in l. Nemo Iudex, 13. præcipuè in fine, C. de sentent. & interlocuit. omni. iudic. & ibi* notat Baldus *num. 4.* Natta *consil. 15. num. 11.* Octauian. Cacheran. *d. decis. 1. Pedemont. num. 34.* Azcued. *in d. l. 10. tit. 17. lib. 4. noua Reg. collect. num. 90. & consil. 29. num. 27.* elegantet Stephan. Gratian. *decis. Marchiæ 68. à numero 8. cum seqq. præcipue num. 11. cum seqq.* Saluis quoque aliis, maximique momenti, istius clausulæ effectibus, † quos ipsemet Gratianus *numeris præcedentibus* recensuerat, memorantque (vt cæteros ab hisce relatos prætermittamus) Marta *de clausul. p. 1. clausul. 250.* Augustin. Barbos. *clausul. 101.* Cacheran. *decis. 1. à numero 20. cum seqq.* Vincent. Carot. *decis. 55. per tot.* Marc. Anton. Peregrin. *in rubric. de iudiciis, numer. 94.* Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. quæst. 10. numer. 6. & seqq.* 11 12

Pari quoque modo, qui *Secundum conscientiam* † iudicandi facultatem accepit, secundum conscientiam Publicam, legalibusque instructam sanctionibus iudicare debere, ad eamque clausulam istam referendam esse, probat textus *in cap. Non solum, 2. de regular. & transeunt. ad Religion. lib. 6.* in verbis illis: *Decet, & expedit vt conscientiæ priuatæ non desit iudicium rationis.* Deesset autem, si secundum propriam, non iudicialem legibusque accommodatam iudicare vellet Iudex. Quia *secreta conscientia de sinu Iudicis, & secreta de pectore ipsius non debent proficisci; sed de vtero, & sinu legis,* vt magistraliter inquit Baldus *in l. 1. C. si plures vna sentent. condemnat. fuer. num. 11. vers. Item allegatio,* ex *dicta lege Illicitas, §. Veritas, D. de offic. Præsidis,* multisque aliis. Et sic tenent Corne. *consil. 137. num. 7. consil. 201. num. 17. & 18. volum. 2.* Iacob. Menochius (post alios à se laudatos) *de arbitrar. lib. 1. quæst. 8. num. 40. & seqq.* Mascard. *de probationib. conclus. 414. numero 10. & sequentibus,* Vincenti. Carocci. *in singularibus suis, singulari 112.* 13

Principem verò ipsum † ex propria conscientia, scientiaque particulari secundum veritatem sibi certo notam iudicare posse, est frequens Doctorum assertio, quos 14

retulimus

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

retulimus *supra, numero sexto*; obseruantque etiam Didac. Couar. *d. lib. 1. variar. c. 1. n. 7. §. Tertium, vers. Princeps tamen*, Iacob. Menoch. *d. lib. 1. de arbitrar. q. 8. n. 21.* Ioan. Maria Nouat. *super pragmat. Regni Neapolit. collect. 210. n. 9. vers. Et sic etiam quando est Iudex supra legem*, Ioan. Aloys. Ricci. *collect. 717. vers. Nunc limita primo, & collect. 1129. vers. Limita tertio*, Sigismund. Scacc. *de re indic. glossa 14. q. 8. n. 54. & seq.* Valer. Reginald. *2. p. summ. lib. 21. c. 3. n. 52.* Ludouic. Torres *d. disput. 48. dubit. 4. num. 9.*

15 Contrarium autem † & adstruitur ex eo *Marci 5. v. 9.* vbi Christus Dominus noster Supremus Princeps, vt ab spiritu immundo possessum hominem liberaret, cum à quo possideretur sua infallibili scientia certo sciret: eum tamen interrogauit: *Quod tibi nomen est?* vt modum seruaret iudicij, impleret Iudicem ipse, doceretque vniuersos, non particulari scientia iudicare debere. *Interrogat, non ignorat, sed implet Iudicem: seruat ordinem cognitoris, nomen interrogat, vt de conditione discutiat, iudicet de reatu, addicat de crimine.* vt *in eum locum* S. Petrus Chrysologus *Sermone 17.* Ad conuincendum, plectendumque Adamum pariter *Genes. 3. v. 10* Cainum, *c. 4. v. 9. 10. & 11.* Sodomam, *18. v. 20. & 21.* vocauit, deque facinore quæsiuit Dominus, cui omnia patent: Et ita sustinent Lessius *de iustit. & iure, lib. 2. cap. 29. dub. 11. num. 94. & seqq.* Maximè in condemnatione eius, qui ex actis apparet innocens, & certa Principis scientia reus est. Similiter Bañez *2. 2. Diui Thom. d. quæst. 67. art. 2. concluſ. 5.* inquiens: *Princeps supremus debet etiam iudicare secundum allegata & probata contra veritatem quam cognoscit priuata scientia. Quia eadem inconuenientia sequuntur si non ita iudicet, quæ sequuntur in inferiori tribunali.*

16 Sed inconuenientia tolli † assertione Principis iurata existimat Caietanus *eadem ipsa quæst. 67. art. 12. vers. Ad ea autem.* Cuius simplici etiam assertioni credi, & integram adhiberi fidem (cum Bartholo, Castrensi, Decio, Ripa, Socino, Crauetta, Mascardo, multisque aliis) tradit, lateque prosequitur Farinacius *de testib. q. 63. n. 81. & seqq.*

17 Ad absoluendum eum † qui ex actis nocens apparet; vere tamen Principis scientia innocens est, facultatem in Principe esse; non verò ad condemnandum eum, qui ex actis innocens est, Principis autem scientia nocens; profitetur Sigismund. Scaccia *de sentent. & re iudic. d. quæst. 8. n. 56.* Estque communis Theologorum, vt, cum Caietano, Soto, Nauar. Filliucio, Bonacin. & aliis, obseruat Trullench. *in opere morali, l. 8. c. 1. dub. 13. n. 6.*

18 Id ipsum ad æquitatem, † non ad necessitatem refert Couarruuias *dicto lib. 1. variar. c. 1. num. 7. vers. Tertium, circa finem*, inquiens: *Principem hac in specie æquissimè facere, si reum ex probationibus nocentem; verè tamen ab eo crimine liberum ex propria scientia, absolueret: reum autem ex processu innocentem, itidem immunem à pœna iudicauerit, etiam si Princeps sciat priuatim eum verè deliquisse.*

Gabr. de Velasc.

Quod vltimum † in inferiore Iudice necessarium omninò, extra controuersiam est, vt ex actis innocentem, etsi priuata Iudicis scientia nocens, reusque sit, absoluat, nec damnare valeat. Tum ex præfato axiomate, *quòd secundum allegata & probata iudicare debeat Iudex*: tum absolutionis gratia: tum ne Iudicis & testis simul Iudex fungatur officio. In quod tam Theologi quam Iuristæ conueniunt omnes, vt fatetur Sanchez *dicto lib. 6. consilior. moral. cap. 1. dub. 17. num. 1.* innumeros prope referens, Ioseph. Aldrete *de Religios. disciplin. suend. lib. 2. cap. 13. num. 11.* Trullench. *d. lib. 8. cap. 1. dub. 13. num. 3.* Cardin. à Lugo *d. disput. 37. sect. 5. in princip.* 19

Eam verò, ex Couarruuia, cæteris que telatis, æquitatem, † vt reum peculiari Principis scientia, quem innocentem acta demonstrant absoluat Princeps: idem ipse *loco eodem* Couarruuias limitat: *Nisi delictum ita atrox ac pernicioſum esset, vt maximè conueniret Reipublicæ eius auctorem publicè puniri.* Quod non improbabile dicit Trullench. *supra n. 7.* 20

Absolutionem eius, qui ex actis reus est, † Principis verò scientia innocens, ex dispensatione concedit Dominicus Bañez *d. quæst. 67. art. 2. concluſ. 5.* quemadmodum in vetè reo, eo tamen discrimine, vt quod in hoc, potestatis; in illo, necessitatis sit, verbis hisce: *Quotiescumque Princeps potest dispensare in lege cum verè reo tenetur dispensare cum innocente, etiam si probetur nocens. Ratio est, quia iure naturæ vnusquisque tenetur vti mediis licitis ad defendendum innocentem.* 21

De mediis autem † ad liberandum innocentem ex priuata Iudicis scientia, ex actis verò reum (varij namque sentire Doctores) præcipuos ex supra citatis videre licet Paulum Xamar *de officio Iudic. & Aduoc. d. p. 1. q. 18. num. 11. & seqq.* Sigismund. Scacciam *de sentent. & re indic. d. glossa 14. quæst. 8. n. 45.* vbi latè, Thomam Sanchez *d. lib. 6. consilior. moral. cap. 1. dub. 17. à numero 6. cum seqq.* Antoninum Dianam *resolut. moral. 5. p. tract. 4. de homicid. & testis. resolut. 22. vers. Sed his*, Cardinalem à Lugo *d. disput. 37. sect. 4. à principio.* 22

VTRVM IVDEX ASTVTIA, calliditate, fraude, dolo, vel simulatione veritatem extorquere, aut immunitatem reo, vt eam fateatur promittere possit, & adimplere promissum teneatur? Vel promissione non obstante, sic reum valeat punire confessum?

SVMMARIVM.

1 *Index acerrimus veritatis indagator, & soterz inquisitor esse debet: sed mediis, modisque iure præfinitis, longè auersatus mendacia.* & num. 14. & 25.

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciencies Socials

1 *Dolus bonus quis dicatur? Quis malus? Quidque sit?* & num. 25.
Solertia desideratur in Iudice, parsque Prudentiæ est. ibi, & num. 8. & 28. *Quidque Solertiæ nomine contineatur?*
An & qualiter animi sui motum Iudicis debet tegere vultus? d. num. 2. & 29.

3 *Salomon occisionem pueri simulauit, quam facere non intendebat. Quique Principes alij ad veritatem eruendam simili fuerint simulatione vsi? Et an eorum fas sit Iudicibus exempla sequi?* num. 30. 31. & 32.

4 *Abraham Ægyptum ingressurus, mortem, quam ob Sara pulchritudinem timebat, qualiter vitare curarit? Veritatem celari voluit, non mendacium dici.* num. 32.

5 *Iacob, materque Rebecca vt ab Isaac benedictionem ipse præriperet, & primogenitum obtineret, qua sint vsi arte? Quæque eius loci, verborumque sit figura, & intellectus, quidque modus ille loquendi denotaret?* num. 33.

6 *Ægyptiæ obstetrices fefellere Regem filios Hebræorum iubentem occidere. Quodque præmium à Deo, quare, & quale inde tulerint? Et an à mendacio excusentur?* & num. 34.

7 *An quandoque vtili simulatione liceat vti?* & num. 30. cum seqq.

8 *Dolum non committit, qui dolum fraudemvè excludit. Intellige* vt num. 40.
Astutia quid sit? Quidque Prudentia? ibi, & num. 41.
An præter scientiam & prudentiam, astutia & sagacitate Iudices præditos esse oporteat, & ad quid? ibi, & d. num. 41.
Versutia, Calliditas, & Astutia an animi potentiæ sint? Et quales secundum Philosophum? ibi.

9 *Veritatem quæstionibus eruere licet. Et an terrore & comminatione tormentorum, cum graviora Iudex infligere nec intendit, nec valet?* & num. 42.
Iuramentum per metum extortum, an seruandum sit? ibi, & num. 43. & 46.

10 *In bello an licitæ insidiæ & stratagemata sint? Et quare?* & num. 44.
Æquiparatio de indicio foroque ad bellum, an, & quatenus procedat? Et an similiter iustam causam fouens, eam fraudibus tueri valeat? ibi, & num. 41. & 44.

11 *Iudex cognita veritate, ei omnino debet adhærere. Et qualiter?* & num. 45.

12 *In confessum nulla sunt Iudicis partes, nisi vt condemnet. Intellige* vt n. 45. & seqq.

13 *Ad inquisitionem, seu confessionem contra non diffamatum, & non data inditiorum copia, nec procedere debet Iudex, nec respõdere cogitur inquisitus: sed si his non præcedentibus respondeat, confiteaturvè, sibi nocebit, iuri suo renunciare visus.* & n. 47.
Pacta priuatorum iuri publico non derogant. ibi.
Prodere se nemo tenetur. ibid.
Ius nobis quæsitum sine facto nostro à nobis non tollitur, sumque cuique factum nocet, non alteri, nec alteri per alterum debet iniqua conditio inferri. ibi.
Reipublicæ interest ne delicta maneant impunita. ibid.

17 *Nec artificioso mendacio, nec simplici verbo licita aliquatenus deceptio est, nec pro vita quidem hominis mentiendum, vtendumvè fallacia,* & num. 19.
Iudices fortes, magnanimos, bonos, simplices, veritatis amicos, minimèque fallaces esse oportet. Quam graue fallacia, ac fraudis facinus, quamque puniatur acerbe. ibi, & inferius latius.
Sapientia fallax callidaque non est sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica. ibi.

18 *An in iudiciis, iudicibusque in his quæ ad iudicium pertinent, mendacium quodlibet sit mortale peccatum?*

19 *Fraus & dolus mendacium sunt. Nec solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est.* & num. 26.
Quid sit mendacium, quidque comprehendat? Et an ad essentiam mendacij fallendi intentio necessaria sit? ibi.
Mendacium & dolus principaliter tribuitur locutioni. ibi.
Non sunt facienda mala vt eueniant bona. ibid.

20 *Iudex promittendo impunitatem, quam præstare non intendit, grauiter peccat.*

21 *Fraus, dolus, & metus æquiparantur: imo deterior vi, & metu dolus, vel fraus. Et an æquè metus, vt dolus, contractus, actusvè nullos reddat?* & num. 43.

22 *Fides sanctissimum humani pectoris bonum, humanæque societatis stabilimentum, ab omnibus seruanda est, à Iudice maxime.*
Pro Dea ab Antiquitate habita, eique templum sacratum. ibi.
Sub fide publica Iudicis verbo, aut Principali auctoritate quælibet circunscriptio fœda, prohibita omnis. Nec debet iniuriarum nasci occasio vnde iura nascuntur: nec inde cogi quis sustinere dispendium, vnde misericordiam debuit impetrare. ibid.

23 *Fides, simplexque verbum an æquè vt iuramentum astringat, & æquas fidei vt iuramenti violator pœnas sufferat?*

24 *Simplices & recti debent esse Iudices, aduersantes diabolo mendacij patri, cuius est infirmitas & malitia, solumque prænales mendacio, insidiis, fraude, nequitia: Imitatores Christi Iesu, in quo non est inuentus dolus: Iobo, optimo Iudici, simplici & recto, consocij.*
Cuilibet homini fœdum est dolis aut fraudibus insidiari: Imperatori, aut Iudici turpissimum. Et quare? ibi.
Leges sunt simplicitatis amica. ibid.
Quod est causa vt alia sint vera, est verissimum, & quidquid est causa aliorum vt sint talia, illud est maxime tale. ibi.

25 *Intellectus textus* in l. 1. §. 1. & §. Non fuit, D. de dolo, & in l. 2. tit. 16. part. 7. *& duobus numeris seqq. & num.* 32.

Dolum,

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Dolum, qui mendacium simulationem & deceptionem continet, nec Bonum leges appellant, nec appellare possunt: contra Naturale quippe ius est, alium decipere, quod ciuile abrogare aut mutare nequit. ibi.

Mendacium omni iure, Diuino maxime, improbatur. ibid.

26 *Omnis simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Intellige* vt num. 31.

27 *Quale in deceptione intra dimidium iusti pretij interueniat peccatum, licet à ciuili iure non puniatur, aut improbetur? An ad restitutionem excessus teneatur decipiens? Et qualiter vulgare intelligatur dictum: Licitum esse contrahentibus se inuicem decipere?*

28 *Solertia pars virtutis est. Quidque significet?*

Confessio per suggestionem elicita nulla est. ibi.

29 *Intellectus textus* in l. Obseruandum, 19. D. de offic. Præsid.

Reprehenditur Accursius ibi.

An votum suum ante sententiam manifestans Iudex falsi pœna teneatur, & recusationi se obnoxium reddat? ibid.

30 *Intellectus textus* in cap. Afferte, de præsumptionib.

Fictio an semper fit mendacium? Et quando non? ibi, & num. 35. & seqq.

Ignoratio eius quod propheta tur, aut per Diuinam dicitur reuelationem, licet etiam proferens alium intendat sensum, ad prophetia veritatem non interest, & à mendacio prorsus abest. ibi.

31 *Iustitia, aut veritatis extorquenda zelus à mendacio peccatove non liberat.* & numer. 4. *Sine scientia, non modo vtilis, sed pernicioſus sæpè. Quo vehementius irruit, eo grauius corruit, impingens atque resiliens,* ibi.

Simulatio Dolus malus dicitur. ibi.

Exemplis iudicandum non est, sed ratione. ibid.

Abbatis Panormitani, & cæterorum, qui eius auctoritate mouentur, sententia respuitur. Et Valerius Reginaldus notatur. ibid.

32 *Dissimulatio opposita simulationi est, eiusque antitheton. Quid vtraque significet? Quæque sit vtriusque natura?*

33 *Simulatio Iacob, Iudith, Leui, & Dauidis an & quatenus à mendacio excusetur?* & num. seqq.

35 *Christus Iesus Dominus noster quomodo Lucæ 24. finxit se longius ire? Quidque fictio illa denotaret? Et quam verba illa Ioannis 7. Ego non ascendam ad diem festum istum, recipiant sensum?* & num. seq.

36 *An, quatenus, & quando liceat verbis ex se, & sua significatione ambiguis, vel etiam non ex se ambiguis, nec ex circumstantiis, sed ex aliquo in mente retento, verum sensum reddentibus, vti?* & duobus numeris seqq. *Et an & quando in iudicio amphibologicis verbis liceat vti?* n. 38.

40 *Etiam ad repellendam fraudem, fraude in iudicio vti non licet.*

Totius iniustitiæ nulla capitalior quam eorum, qui tunc cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. ibi.

Magis impius est mentiens sanctitatem, quam profitens impietatem, Diui Bernardi sententia. ibi.

41 *Nec ad bonum finem assequendum oportet astutia, falsis viis, simulatione, aut apparentibus mediis vti, sed veris & realibus.*

Astutia propriè quid sit? Quatenusquè à Prudentia differt, quamuis Prudentia videri velit. ibi.

Quandoque pro Prudentia sumitur, & in bono abusiuè: propriè verò accipitur in malo, vt & Versutia, & dolus, qui est astutiæ executio. ibi.

42 *Tormentorum multiplex gradus, genusvè. Inter quos primus, tormenti propinquus terror. Paria quippe sunt actuale tormentum, & eius propinquus terror. Imò sæpè plus tormenti est in tormenti metu, & expectatione, quam in actuali ipso: quia dubia plus torquent mala.*

Tormenti quantitatem & qualitatem, quam exprimere non tenetur Iudex, prudenter celat. ibi.

43 *Intellectus textus* in cap. Cum dilectus, 6. de iis quæ vi, metusvè caus. fiunt. & num. 46.

44 *Arma leges vincunt: nulla fides pietasquè viris, qui castra sequuntur.*

Permissa, licitaquè etiam in bello insidiæ victoriam dehonestant. ibi.

55 *Respublica, vel pars ad vindictam, interesse, vel pœnam, solum ius habet, quæ legitimè infligi potest, cumquè recte & secundum iuris formam de delicto constat, de crimine liquet.*

Alterius circumuentio alij non præbet actionem. ibi.

Fides etiam hostibus seruanda est. In hoste probatur, amatur in propriis. ibid.

47 *Intellectus textus* in cap. 1. de accusationib. lib. 6.

De delicto confessio sine vi, fraude, dolove elicita etiam ante indicia, vel diffamationem, subsistit, & ad condemnationem sufficiens est. ibi.

48 *Per extortam fraude confessionem sequi condemnatio non potest, siue nominatim Iudex immunitatem reo si confiteatur, promittat; siue alia verborum formula simulatè, aut dolosè ad confessionem reum inducat. Intellige* vt num. seq. *si ita extortam confessionem reuocet, aut retractet reus. Quid si eam ratificet, in illave persistat?* num. 50. *Quid si nec confessionem reuocat, nec ratam habet expresè, sed tacitè, non eam reuocando?* num. 51. & 52.

53 *An fidem reo, qui ad Ecclesiam confugit, à Iudice datam, si ab ea exeat, & coram eo comparcat seruare debeat?* & num. seq.

55 *An Iudex, qui reum in Ecclesia existentem,*

per vim extraxit, aut impunitatis promissione, seu dolosis verbis ad exitum induxit; ad restitutionem damnorum inde illi euenientium, & Ecclesia teneatur?

56 *Exhortatio ad Iudices vt simplicem ament & insequantur veritatem.*

Plana veritatis via; grane & tenebrosum iter mendacij. Simplicitas veritatis in medio est, vbi & virtutes residēt. ibi.

Huius mundi sapientia qua, & qua Iustorum? ibid.

Simplicitatis & sinceritatis laudes; duplicitatis damna referuntur ad longum; ibid.

ANNOTATIO IV.

QVÆSTIONEM hanc & difficilem, & ad sua tempora vsque non satis explicitam, Doctorum potius opinionibus redditam obscuriorem, profitetur Plaza *de delictis cap. 37. in principio.* Quam ipse (Antiquorum incuria damnata) claram redditurus pollicetur. Non tamen (meo quidem iudicio) pollicitationem adimpleuit. Votum sententiamque protulit suam; sed non expeditam omnino verborum potius inuolucro implicitam. Nec contraria prorsus argumenta diluit; nec satis sua probat: multis vtrimque prætermissis, vt & prætermisere recentiores. Conabimur, pro viribus, suscepto muneri satisfacere. Si nec labori respondeat euentus; meritum, ab euentu non dependens, respondedit.

Quoad primam igitur quæstionis partem,

1 † in affirmatiuam sententiam ducunt iura, quæ Iudicem acerrimum veritatis indagatorem, solertemque illius conquisitorem desiderant, *in cap. Iudicantem, 11. 30. quæst. 5. in cap. Graue, 35. quæst. 9. in cap. 1. vers. Caueat, de pœnit. dist. 6. in cap. Cum Ioannes, 10. de fide instrumentor. in l. Iudices, 9. C. de iudic. in l. Quoties, 3. C. de naufrag. lib. 11. in l. 4. tit. 17. in l. 3. & 15. tit. 22. part. 3.* & aliis, *duabus proximis Annotationibus* relatis, proximeque referendis,

2 Secundo, † quia nec dolum ad finem bonum (vt est pro veritate propalanda, habendaque) lex auersatur, sed *Bonum* appellat *lex prima, §. Non fuit autem, D. de dolo malo.* Quem ad *Solertiam* referebat Antiquitas. Ad cuius ibi notionem, ac discrimen, *non fuit contentus Prætor* Dolum *dicere; sed adiecit* Malum. *Quoniam Veteres etiam* Bonum Dolum *dicebant, & pro* Solertia *hoc nomen accipiebant.* Solertia autem pars virtutis Prudentiæ est, vt, ex Aristotele, Diuus Antoninus docet *4. part. summ. tit. 2. cap. 1. §. 2.* A iureque ideo merito commendatur *in d. l. 3. C. de naufrag. lib. 11.* cæterisque præcitatis: & consequenter is pro qua sumitur, *Dolus Bonus.* Quem *Ingenij subtilitate* vestit *lex secunda C. de commerc. & mercatorib.* Eam enim (dicentem: *Non solum Barbaris aurum minime præbeatur: sed etiam si apud eos inuentum fuerit; subtili auferatur Ingenio:*) Glossa *verbo Subtili*, intelligit: *Dolo bono.* Bonum similiter, Constantemque Iudicem esse, *cuius animi motum vultus tegit;* Consultus dixit *in l. Obseruandum, 19. D. de offic. Præsidis.* Vbi Accursius *verbo Tegit: Nota* (inquit) *mirabilem malitiam, quam docet hæc lex, quod aliud gerant in corde, & aliud simulent.* Hæc omnia clarius Regia *lex 2. tit. 16. part. 7.* sic dolum fraudemve discriminans: *De partimiento y ha entre los Engaños. Ca tales y ha que son Buenos; e tales que son Malos. E Buenos son aquellos que los omes fazen a buena fe, e a buena intencion: assi como prender ladrones, o los robadores, e algunos otros que fuesen malos e dañosos al Rey, e a los otros de su señorio: o los que fuesen fechos contra los enemigos que se trauajasen de buscar mal engañosa mente, e ellos por se guardar de su engaño, engañan aquellos que lo quieren engañar.*

Suppetunt huius rei, † inque argumenti 3
confirmatioem, tam in Sacris, quam in humanis litteris documenta. Celebre in primis illud memoratum Salomonis iudicium *libro 3. Regum cap. 3.* quod audiuit Israel omnis cognouitque ex illo *Sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium,* infantis occidendi voluntate simulata, gladio ad executionem afferri iusso, vt eruceret veritatem, & matrem cognosceret veram, ad *caput 2. de præsumptionibus* translatum.

Sic Claudius Cæsar (vt *in eius vita* Suetonius *cap. 5.* prodit) *fœminam non agnoscentem filium suum, dubia vtrinque argumentorum fide, ad confessionem compulit, indicto matrimonio inuenis.*

Carolus Magnus, certus quod vel pater, vel filius, quos captos detinebat, quendam occidisset, incertus tamen vter eorum: iussit vtrumque suspendi. Quo patet, qui verè deliquerat, delictū, culpamque fassus, pœnam est perpessus, ab imminenti periculo filio liberato, vt (ex Andr. de Isernia, Iasone, Barbatia, Catelliano Cotta, & Tiraquello) scripsit Couarruuias *variar. resolut. lib. 1. c. 2. n. 16.* Ex iisdem, aliisque etiam, Petrus Plaza *de delict. d. lib. 1. cap. 37. num. 1.* Sayr. *in Claui Regia lib. 12. cap. 17. num. 28.* Augustin. Barbos. *in collect. ad dict. cap. Afferte, de præsumptionib. num. 4.* qui similes alios *duobus sequentibus numeris* casus, citatique recensent.

Abraham † *cum prope esset vt ingrederetur* 4
Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Noui quod pulchra sis mulier, & quod cum viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam Genes. 12. v. 11. Et v. 18. *Vocauitque Pharao Abraham, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti quòd vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem?* Repeteturque *idem cap. 20.*

Iacob † simulatione, arteque Rebeccæ, 5
Isaac patrem cepit vt reciperet benedictionem & primogenitum obtineret, Esau persona suppositā, *Genes. cap. 27.*

Ægyptiæ obstetrices † à Rege masculos 6
Hebræorum in partibus opprimere iussæ;

timuerunt

timuerunt Deum, & non fecerunt iuxta præceptum Regis Ægypti, sed conseruabant mares. Quibus ad se accersitis, Rex ait: Quidnam est hoc, quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quæ responderunt: Non sunt Hebræa sicut Ægyptiæ mulieres, ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & prius quam veniamus ad eas parium. Bene ergo fecit Deus obstetricibus. Exodi cap. 1. à v. 15. Quòd si Diuinam meruit fraus hæc remunerationem, obstetricum pietate & zelo: non damnanda in Iudice, vt veritatem eruat, Simulatio, Calliditas, Solertiavè, vt neque relatorum exemplorum damnabilis extitit.

7 *Vtilemquè Simulationem,* † *& in tempore sumendam, Iehu Regis Israel nos doceat exemplum: qui cum non potuisset interficere Sacerdotes Baal, nisi se finxisset idolum colere, dixit: Congregate mihi omnes sacerdotes Baal: si enim Rex Achab seruiuit Baal in paucis, ego seruiam in multò. Et Dauid quando mutauit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.* vt inquit textus *in cap. Vtilem, 21. in ord. 22. quæst. 2.* à Diuo Hieronymo deductus *in epistola ad Galatas, cap. 2.*

Christus Dominus noster *Luce 24. v. 29.* discipulis Emaus tendentibus, *se finxit longius ire.* Et *Ioan. 7. v. 8.* rogantibus fratribus vt ad diem festum in Iudæam ascenderet, dixit: *Vos ascendite ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. Hæc autem cum dixisset, ipse mansit in Galilæa: vt autem ascenderunt fratres eius; tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.*

8 Tertiò † prædicta quoque pars firmatur, quia non videtur dolum fraudemvè committere, qui malitiis obuiat, dolum fraudemvè excludit, veluti inquit Papinianus *in l. Cum pater, 79. §. Titio, in fine, D. de legat. 2.* Nec qui bono zelo astutè, dolovè capit, iuxta illud Apostoli *ad Corint. 2. cap. 12. v. 16. Ego vos non grauaui: sed cum essem Astutus, dolo vos cepi.* Idnamquè ad Prudentiam pertinet, vt cum aliis, prodit Titaquellus *de vtroque retract. in præfation. num. 70.* Inde institutionem illam Dominicam *Matthæi 10. v. 16. Estote Prudentes sicut serpentes,* Diuus Ambrosius *Psalmo 36.* in illud: *Neque æmulatus fueris facientes iniquitatem,* legit: *Estote Astuti sicut serpentes &c. Est enim Astutia callida quædam Prudentia contracta ex vsu rerum ciuilium, qua homines in rebus agendis tutiores reddit,* vt definit Franciscus Pattitius *de Regno & Regis instit. lib. 6. tit. 16. col. 3.* Prudentia item *est calliditas, quæ ratione quadam potest delectum habere bonorum & malorum.* secundùm Ciceronem *lib. 3. Rhetoric. pag. mihi 50.* Quare in Iudicibus & Superioribus præter sapientiam & scientiam, *Prudentiam Astutiam, & Sagacitatem* esse opportere, obseruat Ludouic. de Miranda *in Director. Prælator. tom. 2. quæst. 3. art. 5. col. 2. ad fin. vers. Sed præter sapientiam.* Vt possint malitiis occurrere, delicta pandere, corrigere errata, tortuosa dirigere. Quorum id munus est, *l. In fundo, 59. D. de rei vendic. cap. Sedes, 15. de rescript. cap. Dominus noster, 39. quæst. 3. & ibi Glossa prima,* cum adductis à Nobis *de priuileg. pauper. p. 1. quæst. 39. num. 2. & in Axiomat. iuris, lit. M. num. 18. & 19. & lit. F. num. 168.* Quosque subditi decipere intendunt sæpè, vt. ex Diocletiani Imperatoris dicterio, comprobat Miranda *supra.* Ob quod etiam *Sagacem* Iudicantem expetit D. Isidorus Pelusiota, cuius retulimus sententiam *Rubrica 13. Annot. vnic. num. 6.* Quid ergo prohibet Versutia, Calliditate, & Astutia, ad eruendam veritatem, plectendaquè facinora, Iudicem vti? Siquidem *Versutia, Calliditas, & Astutia animi potentiæ sunt, quæ ad subiectam intentionem referuntur, eorum quæ agere quispiam vult, & affectum perducere. Si finis ad quem tendit, rectus erit; laudabiles etiam potentiæ illæ erunt: sin obliquus; vituperandæ,* vt, ex Atistotele, Patricius docet *dicto libro 6. tit. 16.*

Vnde cum finis in præsenti assequendi veritatem, bonus sit: bona itidem ad eum finem Versutia, Astutia, seu Calliditas erit, earumquè non modo licitus, sed honestus, & laudabilis vsus.

Quarto, † quia si promissionem, iuramentumvè per metum extortum, qui neque mortem, neque cruciatum corporis contineret, sustinendum dicit textus *in cap. Cum dilectus, 6. de iis quæ vi, metusvè causa fiunt,* vt via fraudibus præcludatur: Si quæstionibus eruere veritatem, & licet, & vbi casus necessitasquè exigit, iura præcipiunt, *toto titulo Digestis & Codice de quæstionibus, l. Qui sententiam, 16. C. de pœnis:* Vel tormentorum terrore aut comminatione, vbi infligere tormenta nec valeat, nec intendat Iudex, *l. 1. §. Impuberi, D. ad S. C. Syllanian. d. cap. Afferre, de præsumptionib. & ibi* notat Abbas *numero primo:* multo fortius sine vi, sine metu, sine quæstionibus, aut quæstionum terroribus simulatis, Astutia, Calliditate, aut simplici simulatione eruere veritatem licebit. 9

Quinto † quia in bello iusto fraus, stratagemata, insidiæquè licitæ sunt, apud *Ieremiam cap. 51. v. 12.* iubente Domino: *Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam: leuate custodes, præparate Insidias.* decernit textus *in cap. Dominus noster, 23. quæst. 2.* & obseruant D. Thom. *2. 2. quæst. 40. art. 3.* aliique infra in responsione ad hoc argumentum referendi: Ergo & in iudicio, vbi litterata Militia exercetur, pugnantes partes sunt, & Iustitiæ aciem contra Iniustitiam, maleficosquè sustinet Iudex. Quo argumento vtitur Diuus Thomas *d. 2. 2. quæst. 71. art. 3. argumento 3.* Ex coquè hanc *Litteratam Militiam* vocant Imperatores, August. *in l. Proximos, 8. C. de proxim. scrinior. lib. 12.* Leo & Antonin. *in l. Aduocati, 14. C. de Aduoc. diuersor. iudicior.* Theodos. & Valent. *in l. vnic. C. quib. cauf. milit.* Sic & Lucanus *ad Pisonem:* 10

Licet exercere togatæ
Munera militiæ. Licet sine sanguinis hausto
Mitia legitimo sub Iudice Bella mouere.
Hinc quoque seruati contingit gloria ciuis
Altaquè victricis intexunt limina Palmæ.

Et de suo fratre dixit Ouidius *Tristium lib. 4. Eleg. 10.* quod erat

Fortia verbosi natus ad Arma Fori.

Iustam

Iustam inde causam fouentem, vt in bello iusto, fraudibus quoque eam posse tueri, dizere (cum Glossa *in d.cap.2.23.quæst.2.verbo Insidiis*, & Glossa *in cap.Cupientes*, 16.*de election.lib.6.verb.Malignantium*) Tiraquellus *dicta præfatione de retract. lignag.num.71.* aliique relati ab ipso, & ab Augustino Barbos. *in collect.ad præfatum cap.Cupientes, num.* 14. Alciat. *de præsumptionib.regul.3.præsumpt.* 27.*num.*2. Mynsing. *cent.* 3. *obseruat.* 6. Vincent. Cator. *de excussione bonor.quæst.*68.*par.*2. *num.*56.

Quoad secundam quæstionis partem: *An Iudex immunitatem reo vt fateatur, promissam, implere teneatur?* in negatiuam sententiam † (cognita nempe veritate, secundum ipsam iudicandum, neque seruare immunitatis promissionem, aut debere, aut posse Iudicem:) ducunt text. *in l.Jus publicum*, 39. *D.de pactis*, *in l.Illicitas*, 8. §. *Veritas*, *D.de offic.Præsid.* & vtrobique per Doctores notata. Textus similiter *in l.1.& 3.D.de confes.& in l.Si confessus*, 5. *D. de custod. reor.in d. l. Qui sententiam*, 16. *C.de pœnis*, nullas in confessum, † nisi in condemnando, Iudicis esse partes dicentes. Ipse enim se prodit confessus, manet tantummodo Iudici necessarium iudicium, iuxta illud etiam *Luca* 19.*v.*22. *De ore tuo te iudico*, solaque secundùm confessionem prolatio. Siquidem *confessus pro iudicato est, quia quodammodo sua se sententia damnauit*, vt Paulus inquit *in d.l.* 1. *&* 3. *de confessis*, & propè innumeris Farinacius exornat *quæst.* 81.*num.*3. Quam nec remittere pactum præcedens, nec temperare promissa immunitas valebit. Ea cognitæ in iudicio veritatis potestas, ea vis publici iuris, *quod priuatorum pactis mutari non potest d.l. Jus publicum*, 39. *D.de pactis.* Sibique imputet, qui tali promissioni immeritò fidem adhibuit, cum sciret, vel scire debuerit ad eius implementum Iudicem non arctari, & sibi quidem confessione nocere, *d.cap.Cum dilectus*, 6. *de iis quæ vi, metuve causa fiunt.* Vbi sic Innocentius III. *Nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos: cum talis dolus non tam ad circumuentionem prædictorum Cistercienſium, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri.* Similis, optimusque in confirmationem textus *in cap.1. de accusationib. lib.* 6. vbi & sic Bonifacius VIII. *Postquam coram eo, qui contra te super certis criminibus inquisitor fuerat deputatus, eadem crimina fuisti confessus; frustra confessionem tuam, quominus puniaris ex ea, prout Iustitia suadebit, eo prætextu impugnare contendis, quod super eisdem criminibus non fueras antea diffamatus: vel quod per eundem inquisitorem capitula super quibus contra te volebat inquirere tibi tradita non fuerunt.*

11

12

Licet enim ad inquisitionem contra non diffamatum † non debuisset procedere Iudex, *cap.Qualiter & quando* 1.*&* 2.*nempe* 17. *&* 24.*de accusationib.* cum cæteris de quibus per *Glossam primam eodem hoc cap.*1. exponcque inquisito capitula debeat, *d.cap. Qualiter & quando*, 24.§. *Debet igitur*, nec ante eorum vel indiciorum copiam datam, confiteri, ad interrogataque respondere cogatur inquisitus, secundum Theologorum, nec non quorundam etiam Iuristarum placitum, quos ad longum recensent Gutierrez *Canonicar. quæstion.lib.*1.*cap.*11.*num.*39. Paz *in praxi* 5. *p.tom* 1.*cap.*3.§.4.*num.*13.*&* 14. Aldret. *de Religios. disciplin. tuend. lib.* 1.*cap.*11.*num.*6.*& lib.*2.*cap.*4.*num.*7. Antonin. Dian. *resolut. moral.*3 *p.tract.*5 *miscel.resolut.*91.*pag.mihi* 309. recentius Ioan. Ægid. Trullench *in opere moral.lib.*8.*cap.*4.*dub.*1.*num.*2. Farinac. *quæst.* 39. *à num.* 1. Quia nemo sine legitima & sufficienti saltem ad id probatione se prodere, seu ad interrogata respondere cogitur, vel tenetur, *cap. Quis aliquando*, 87.§.1.*vers. Et illud aliud, de pœnit.dist.*1. Comprobatque aliis Paz *vbi supra, num.*10. Gutierrez, ceteriquè citati proxime, Aldrete *d.cap.*11.*num.*8. Vgolin. *de potest Episcop.cap.*45.§.4. *num.* 1. Augustin. Barbos. *eodem tract.allegat.*96.*num.*45. *&* 46. Petrus Anton. Lazarius *canonicar. & practicar. quæstion. sect.* 3.*quæst.*12.*num.*15.*& seq.*

13

Sed si his non præcedentibus (hac quoque opinione sequuta, contra quam communis obtinet stylus, Regio nostro iure comprobatus, iuxta ea, quæ *sequenti Annotatione* perpendimus) reus fuerit confessus; sustineri confessionem, & sequi ex illa condemnationem, *dicti cap.*1.*de accusationib.lib.* 6. decisio est. Et in non petente indiciorum copiam, cum quàm plurimis, Farinacius docet *dicta quæst.* 39. *num.* 9. *& Annotatione sequenti* latius prosequemur. Quia cum ille impedire potuerit ne antea confessionem extorqueat Iudex; si appellatione, vel requisitione saltem non impedit; remedio sibi competenti renunciare visus: in se culpam referat, vt *Glossa finalis in dict.cap.* 1. aduertit. Sic prorsus in casu nostro. Concedamus in exquirenda veritate Iudicem excessisse modum, terminos à iure constitutos transiliisse; nihil id confessioni obest, *ex dicto capite primo*, & habet quod sibi imputet ineptè confisus, & non legitime interrogatus, stulte confessus. Ex ea itaque confessione & condemnationem sequi posse, & debere; & fidem datam nec debere, nec posse iudicem adimplere, deducitur.

Ex eo etiam, quod vel in causa, quæ ad petitionem partis vertitur, fidem interposuit Iudex, vel ipsius officio: Si ad petitionem partis, ius illi ex confessione quæsitum nequit tollere, ex *lege finali D. de pactis*, *l.Id quod nostrum*, 11. *D. de regul.iuris*: Si officio Iudicis, Reipublicæ, cui interest ne delicta maneant impunita, *l. Ita vulneratus*, § 12.§. *Quod si quis, vers. Cum neque impunita*, *D. ad legem Aquil.cap.Vt fame*, 35.*vers. Respondemus, de sentent.excommunic.* cum aliis citatis à Nobis *in Axiomatib.iuris, lit.D.num.*47. Ad quod quidem interesse, & legalis iustitiæ obseruationem, astrictus omnino existit Iudex munetis obligatione, pacto cum Republica inito à Iudice de illa criminosis purganda, condignoeque puniendis, & iustitia integre ministranda, iuramento quoque vallato vt *Rubrica* 11. *Annot.*3. late comprobauimus.

Vnde

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Vnde non legitimè interrogatus confeſſus, ſtultitiæ ſuæ damnum ſufferat: Iudex non legitime interrogans, circumuentionis callidítatiſquè detrimentum ſentiat: pars, aut Reſpublica quæſitum ſibi ius illæſum integrumquè ſeruabunt: ſua cuique fatuitas, ſuus cuique dolus malitiaue nocet, non vtique tertio, *l. 2. l. Si procurator, 9. D. de doli except. l. Et eleganter, 7. D. de dolo, l. Debitorum pactionibus, 25. C. de pactis, l. Crimen, 26. D. de pœn. l. Emancipatum, 7. §. fin. in fine, l. Filiam, 9. D. de Senatorib. cap. Si compromiſſarius, 37. §. Porro, de elect. lib. 6. capit. Non debet, 22. de regul. iuris, eod. lib.* Etenim *non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri*, vt Papinianus inquit *in l. Non debet, 75. D. de regul. iur.* neque alterius facto quiuis prægrauari, iuxta vulgaria iura de quibus *in Axiomatib. noſtris, lit. F. num. 41.*

14 .Tandem primam ſententiam † amplexi ſunt Dominic. à Sanct. Geminiano *in cap. Nos in quemquam, 2. quæſt. 1.* Ancharan. *in d. cap. Vtilem, 22. quæſt. 2.* Decius *in l. Ea eſt natura cauillationis, 65. D. de regul. iur. num. 6.* Felin. *in d. cap. Afferte, in princip. notabili primo,* Abbas *ibidem*, & communiter Doctores Couarruuia teſte *variar. reſolut. d. lib. 1. cap. 2. num. 16. verſ. Vnde videtur*, Boſi. *in tit. de confeſ. per tot. præcipuè numero 10. & tit. de examin. reor. numero 3. & 18.* aliique telati à Plaza *dict. cap. 37. num. 2. & ſeq.* à Bobadilla *in Politic. libro 2. cap. 21. num. 152.* iſtam amplectente, *& lib. 3. cap. 13. num. 10.* & à Farinacio *praxis crimin. 3. part. quæſt. 81. num. 304.* Eman. Rodrig. *de ordin. iudic. capite 10. concluſ. 8. num. 8.* Thom. Sanchez *conſilior. Moral. 2. part. lib. 6. cap. 3. dubio 25. numer. 1.* recentius Paul. Xamar. *de offic. Iudic. & Aduoc. parte 1. quæſt. 18. num. 34. & ſeqq.* in contrariorum ſolutionem nonnihil, ſed trepidè pugnante. In hanc etiam inclinat Rojas *in ſingularibus fidei, littera I. ſingul. 94.*

15 Secundam † tenuerunt Cynus *in l. Præſenti, C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Felin. *in cap. Accedens, 1. num. 3. vt lite non conteſt.* Dicunt communem, & frequentiorem Alciatus *in l. Natura, in fin. D. de verbor. ſignific. & de præſump. regul. 3 præſump. 27. num. 4.* Boſſius *de confeſſione per torturam numer. 12. & in tit. de examin. reor. numer. 17. & 28.* aliique relati à Iulio Claro *ſententiar. libro 5. §. fin. quæſt. 55. numer. 9.* Plaza *dict. cap. 37. numer. 7.* Couar. *d. cap. 2. num. 16. verſ. Similiter ex hoc oritur controuerſia*, à Bobadilla *ſupra*, & Farinacio *dict. quæſt. 81. num. 278. & 279. conſil. 53. numero 27. & 34. & conſil. 83. numero 7. lib. 1.*

16 Contraria verò in vtroquè caſu ſententia † Iuri, Æquitati, & Rationi conformior eſt, eamquè ſuſtinent Imola *conſil. 109. incip. Viſa inquiſitione*, Decius *in l. Ea eſt natura cauillationis, numero 7. verſ. Adde tamen, D. de regul. iuris*, & *ibidem* Cagnol. *numer. 17. & ſeqq.* Decius idem *in l. Cum pro eodem, numero 24. & ſeq. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt*, Marſil. *in lege 1. §. Quæſtioni, numer. 12. & 29. D. de quæſtionib. in rubric. C. de probationib. num. 115. & 127. in præct. §. Poſtquam, num. 5. & ſeq. ſingul. 01. num. 4. & conſil. crimin. 1. numero 25.* Iul. Clar. *dict. quæſt. 55. num. 8. verſ. Sed certe hac opinio*, Addentes ad ipſum, præſertim Baiard. *num. 10. & ſeq.* Anton. Gomez *in leg. 2. Tauri, num. 4. verſ. Ex quo infertur, & de delictis, cap. 12. num. 6.* Suarez *commun. opinion. verb. Iudex, numero 245. & ſeq.* Bobadilla *dict. lib. 3. cap. 13. num. 11. lit. D.* Farinacius, multos referens, *dict. quæſtio. 81. num. 276. & ſeq. & in addition. ad conſil. 83. lit. C* probari dicens *in leg. Cum hi, §. Si cum lis, D. de tranſactionib. & in l. 1. §. Sed & ſi quis, D. de Carbonian. edict.* Pauli de Caſtro auctoritate confirmans *in l. Si per errorem, numero 5. in fin. C. de iurisd. omnium iudic. & in l. Edita, numero 5. C. de edend.* aliorum ſimul, & Pegnæ dicentis: *Quod quamuis iſtæ in foro fori admittantur; in foro Poli damnant Iudicum animas.* In Iudices inde, qui pro habenda veritate, cautelis vruntur deceptoriis, cum aliis à ſe relatis, inuehit, vt & in hoc vltimo caſu inuehit Paulus Xamar *de offic. iudic. & aduoc. d. quæſt. 18. num. 39.* Franciſc. Perſonal. *de indic. & tortur. num. 70.* Andreæ. Fachinæ. *controuerſiar. iuris, lib. 9. cap. 61.* Tiber. Decian. *tract. criminal. lib. 7. cap. 45. num. 22.* Petr. Surd. *conſil. 281. num. 13.* eruditiſſimus Simanc. *de Catholic. inſtitutionib. tit. 13. num. 6.* antiquiorís editionis, & in recentiori, *num. 12.* huiuſmodi ſuaſiones, promiſſionesvè, Inquiſitoribus fieri prohiberi dicens *nona Hiſpalenſi inſtructione*, cuius etiam mentionem facit Rojas *de hæretic. part. 2. aſſertione 25. num. 264.* eiuſdem opinionis exiſtens, Franciſc. Pegn. *in Director. inquiſitor. parte 3. comment. 23. fol. 467. col. 1. verſ. Hoc ſemper eſt animadvertendum*, Flamin. Cartar. *in pract. interrog. reor. libro 2. capit. 1. num. 18. & ſeqq. & numero 46. & ſeqq.* Sigimund. Scacc. *de indic. ciuilib. & criminalib. libro 1. cap. 86. numero 35. ſtatim poſt princip.* Azcued. *in leg. 2. tit. 2. libro 1. noua Reg. collection. numero 14. & 15.* Ex Theolog. Martin. Nauar. *in Manual. cap. 18. num. 59.* Salo 2. 2. *quæſt. 69. art. 2. controuerſ. 3. concluſ. 2.* Sanchez *conſilior. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 35. num. 36.* longè veriorem hanc dicens, Eman. Sa *verb. Iudiciales actus, ſeu verb. Iudex, num. 18.* Valer. Reginald. 2 *p. fori pœnitential. lib. 25. tract. vlt. cap. 54. ſect. 4. num. 653. verſ. Adde & criminis confeſſionem extorquendo per iniuriam*, Martin. Bonacin. *circa octau. Decalog. præcept. diſput. 10. quæſt. 2. puncto 7. num. 8.* Filliuc. *tract. 40. cap. 6. quæſt. 14. num. 199.* Petr. Binsfeld. *de confeſſionib. maleficior. concluſ. 7. dub. 3. per tot. pag. 354.*

Quoad primum rationes ſunt: † quia nec 17
artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo licita aliquatenus deceptio eſt, *cap. Nec artificioſo, 13. 22. quæſt. 2.* Nec pro hominis quidem vita, *cap. Faciat homo, 15. cum duobus ſeqq. eadem cauſa & quæſtione. Epiſtolarumquè lib. 4. epiſtola ad Florianum*, monitore Ambroſio: *Per nullam fallaciam vitam alicuius defendas.* Qux *in cap. Omnes, 16. dicta cauſa & quæſtione* referuntur verba, Iſidoroquè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tribuuntur *in Synonimis, cap.* 10. quæ ab Ambrosio habuit. *Hocque mendacij genus Perfectis viris summopere fugiunt, vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, nec sua anima noccant, dum præstare vitam carni nituntur aliena*, D. Gregorius inquit *Moralium lib.* 18. *cap.* 4. Quòd si nec pro vita hominis excusatur, aut honestatur fallacia, sed improbatur: quanto magis illius incommodo detrimentoque damnabitur? Quanto magis in Iudicibus fœda? Quos *Viros Fortes, & Magnanimos, eosdem Bonos, & Simplices, Veritatis Amicos, minimeque fallaces esse volumus*, cum Cicerone *libr.* 1. *de Offic. pag. mihi* 24. *Quæ sunt* (inquit) *ex media laude iustitiæ.* Quos *Sanctos* proposita Iustitiæ Effigies optat: Leges *Viros Bonos* appellant, vt suis locis sumus prosequuti. At *Bonum quod est, sine iniquitate est, sine dolo, sine asperitate; cum Gratia, cum Pietate, cum Synceritate & Benevolentia, Charitate & Iustitia*, vt Diuus Ambrosius inquit *de fuga sæculi, cap.* 6. *in fine.* secundùm quem etiam *de Officiis lib.* 3. *cap.* 11. *Regula Iustitiæ manifesta est: quod à Vero declinare Virum non decet Bonum, nec damno iniusto afficere quemquam, nec doli aliquid annectere fraudisve componere.* Quæ respicit *Synceritatis* nomen, quo & Iudices induunt leges, Imperatoresque Valent. & Gordian. *in lege vnic. C. ne opera à collatorib. exigan.* & alibi sæpè. Et *ibi Synceritatem* ipsam pro *Iudice*, seu *Iudicem* pro *Synceritate* sumit Glossa *verbo Synceritas tua.* Quæ plerasque dictatum qualitatum vox naturam continet, vt eo verbo Calepinus ostendit.

Non ergo contra *Boni viri*, contra *Synceritatis* conditionem quoquo modo à Iudice captanda deceptio. *Bona pij sermonis Synceritas*, vt Diuus Ambrosius ait *epistolar. lib.* 3. *epist.* 1. *Constantino.* Nam vanè fallax, callidaque affectanda sapientia, sed fugienda prorsus, quæ synceritatem refugit, dolum quærit; quæ dum Sapientia haberi vult, insipientia noscitur, suosque reddit sectatores insipidos, dolosos manifestat stultos, *in Theatr.* attestante Platone: *Dolosos non esse sapientes, sed Simplices Viros Bonos.* Tam distat à vera sapientia illa, quam distat à Veritate, quam à Synceritate fallacia: tam convenit cum diabolica; quam fraudibus, quam accedit simulationibus. *Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica.* sic etiam attestante Iacobo Apostolo *epistola Catholica cap.* 3. *v.* 15. Nam *quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine Simulatione*, vt ipsemet prosequitur *ibi. v.* 17.

18 In Iudicibus inde, † iudiciisque adeo exuberare bona fides, sine simulatione synceritas, & veritatis simplicitas debet; vt quodlibet in eis mendacium, in his quæ ad ea pertinent, etiam quod extra iudicium veniale foret, mortale esse quidam, non mediocris auctoritatis, contendant, pernicioſum quodlibet reputantes in eo, Sic (post argumenta in contrarium iacta, eaque diluta) sustinet Caietanus *ad D. Thom. 2. 2. quæst.* 69. *art.* 1 *super respons. D. Thomæ ad* 3. *argument.* mendacium cum iuramento extra iudicium, & simplex in iudicio, ad mortale exæquans. *Ita quod sicut mentiens in quocumque leui, si adhibet iuramentum, peccat mortaliter: ita mentiens in quocumque leui, si submittit mendacium illud iudicio, peccat mortaliter. Ipsa enim vis iudicij exigit veritatem iudicandorum, sicut vis iuramenti exigit iuramentorum.* Iterumque *in summ. verbo Mendacium, ad finem*, Armilla *eodem verbo, numero* 2. Licet Couarruuias *variar. libro primo, capit.* 1. *numero* 2. non nisi cum in re graui accidit, dempto iuramento, id verum putet, cum Martino Nauarro *in cap. Fratres, de pœnit. dist.* 5. *num.* 12. & 14. & *in Manual. cap.* 18. *num.* 13. & Dominico Soto *de ratione tegendi & detegendi secretum membr.* 2. *quæst.* 7. *pag. mihi* 60. *col.* 2. *vers. At verò.* Dicuntque idem Sotus ipse *in* 4. *sententiar. dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 4. *col.* 4. Ludouic. Lopez *in instructor. conscient. cap.* 276. *col.* 7. *in fin. & seq.* assentiturque Valer. Reginald. *in summ. seu praxi fori pœnitential.* 2. *p. lib.* 24. *cap.* 3. *sect.* 1. *num.* 31. Azorius *institution. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 28. *col.* 2. *in fine, vers. Ex his, & tom.* 3. *libro* 13. *cap.* 1. *col.* 5. *dub.* 4. cumque Salone 2. 2. *dict. quæst.* 69. *art.* 1. & Toleto *in summ. lib.* 5. *cap.* 58. *num.* 3. Petrus Antonius Lazarius *canonicar. & practicar. quæstion. sect.* 2. *quæst.* 16. *num.* 14. communem Theologorum sententiam dicit Petrus Binsfeld. *de confessionib. maleficor. d. conclus.* 7. *dub.* 3. *col.* 3. *ad finem*, Ioan. Ægid. Trullench. *in spere moral. lib.* 8. *cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 6.

Fraudem verò, † dolum, aut simulationem habere vim mendacij, profitetur Glossa Marginalis *in d. cap. Cupientes*, 16. *de elect. lib.* 6. *ad verb. Malignantium.* Nec mendacij solum vim habere; sed mendacium esse, profitetur Ambrosius *Sermone* 44. verbis hisce: *Omnis simulatio, & omnis Duplicitas mendacium est.* Et ex Mendacij diffinitione deducitur. Quod (secundum Magistrum *sententiarum* 3. *dist.* 38. Diui Antonini *in summ. part.* 2. *tit.* 10. *cap.* 1. §. 1. relatione: & assensu, Caietani, *vbi supra*, & communis) *est falsa vocis significatio cum intentione fallendi.* Quam Diuo Augustino tribuit Gratianus *in cap. Beatus*, 5. §. *Ille ergo*, 22. *quæst.* 2. Imò ad vim & naturam mendacij non semper necessariam intentionem fallendi, etsi intentio illa grauitatem addat; docet Nauarrus *in Manuali cap.* 18. *num.* 2. *ex capite Homines*, 3. *eadem* 22. *quæst.* 2. & cum eo Cardinalis Gabr. Paleot. *de Sacri Consistor. consult.* 2. *part. quæst.* 10. *col.* 3. *pag.* 97. Qua quidem diffinitione fraus, dolus, & simulatio continentur. Cum non solum ad verba, seu vocem (per quæ mendacium, per quæ dolus frequentius & principaliter committitur quique maxime tribuitur locutioni, vt D. Thom. inquit 2. 2. *q.* 54. *art.* 4. *ad* 2.) respiciat: sed ad vocum significationē cum intentione fallendi. *Et in operibus simulatis potest esse mendaciū,* 19

vt

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vt in huiusce definitionis explicatione annotat D. Antonin. *supra*, subnectens: *Vnde nomine* Vocis *comprehenditur omne signum, secundum S. Thom. 1.2. quæst. 110. Ad quod facit quod dicit Ambros. in sermone: Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est.* Quod refertur *in cap. Cauete, 20. 22. quæst. 5.* & est commune Theologorum placitum, fuitque etiam Senecæ, qui *epist. 79. in fine.* Simulationem Veritati opponit; & mendacio sine discrimine pro simulatione, & è conuerso sic vertitur: *Nihil simulatio proficit, paucis imponit leniter extrinsecus inducta facies: Veritas in omnem partem sui semper eadem est. Qua decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium, perlucet si diligenter inspexeris.*

At verò quomodolibet mentitur quis, occidit animam, *d. cap. Nec artificioso.* Quod nulla (vt diximus) ratione, vtilitate, aut necessitate committendum est. *cap. Ne quis, 14. eadem 22. quæst. 1. & c. 4. de vsur.* Consequenterquè nec veritatis eruendæ prætextu. Non enim sunt facienda mala vt eueniant bona, *d. cap. super eo, 4. de vsur. cap. Non magnoperè, 3. ne clerici vel monachi cap. Ex tuarum, 2. de sortileg. cap. Non est putanda, 27. præcipuè in vers. Qui ergo male tollit, vt quasi bene præbeat, 1. quæst. 1. cap. Forte, 3. 14. quæst. 5. cap. Si tu abstines, 24. 27. quæst. 1.* Etenim *nequitia est vt extrahas emergere, euertere vt suscites, vt emittas includere.* vt perbelle Seneca *de benefic. lib. 6. cap. 26.*

Quæ quidem rationes secundæ quoque quæstionis parti conueniunt. Impunitatem
20 namque † animo non se obligandi promittentem, grauiter peccare, significando verbis animum, quem non habet, idquè ad mendacium spectare pernicioſum si de re notabili sit, contra spiritualem vel temporalè proximi salutem tendente; dixit quoque Petrus Binsfeldius *dicta conclus. 7. dub. 3. pag. mihi* 361. Et supra dicta *duobus numeris præcedentibus*, latius confirmant; & sequens pariter seruit
21 vtrique. Quod nempe † quemadmodum ea, quę vi aut metu gesta sunt, rata non habentur, *l. 1. D. de eo quod met. caus.* cum similibus: ita nec quæ dolo, fraudeve. Fraus enim, dolus, & metus ad id æquiparantur in iure, *l. Interpositas, 13. vers. Ad vim tamen vel dolum arguendum, C. de transactionib. l. Dolo vel metu, 5. C. de inutilib. stipulationib. cap. Cum contingat, 28. ad finem, de iureiur. cap. 2. de pact. lib. 6. cap. Super hoc, 5. & ibi Glossa verbo Promissione, cap. Sane, 7. & ibi Glossa verbo Sustinere, de renunciat.* Ita signanter in specie nostra, multis comprobant Antonius Gomez *de delict. cap. 12. numero 6.* Couar. *variar. dict. lib. 1. cap. 2. numer. 16. vers. Nam ista hæc.* Bobadilla *in Politic. dict. lib. 3. cap. 13. num. 11. col. 2. lit. A.* Cabrer. *de metu, lib. 1. cap. 5. numero 19.* Bargal. *de dolo lib. 4. cap. 1. à num. 3.* Imo *cum duobus modis, id est, aut* Vi, *aut* Fraude *fiat iniuria*, Fraus *quasi Vulpecula*, Vis *Leonis videtur. Vtrumque ab homine alienissimum:* sed Fraus *odio digna maiore*, Cicerone arbitro *lib. 1. de Officiis*, Ob oculos se se ratio locat. Nam *facilis cura est, vbi plaga perspicua est: & cito ad sanitatem medela subuenienta perducitur vulnus, quod videtur*, vt in simili sanctus ratiocinatur Cyprianus *de zelo & liuore, mihi col. 5. circa principium. & de Vnitate Ecclesiæ*, ad principium: *Facilior cautio est, vbi manifestior formido est, & ad certamen animus ante præstruitur, quando se aduersarius profitetur. Cætera vitia* (Doli, Fraudisquè naturam, quam insequimur, Bernardus explicans Sermone 64. super Cantica, inquit) *manifestè veniunt, manifestè nocent, scientes captuant, superant reluctantes, vtpote Vis, non Dolo agentia.* Occultè hic repit, inficit, pullulat: *Falsitas aperta non germinat*, vt ipse ibidem *Sermone 65.* post principium. *Et minus semper malitia palam nocuit*, ex ipso patet *ibi, sermone 66.*

Vnde descendit, actus, contractusvè quibus dedit causam dolus, nullius esse momenti, vt probant *l. Et eleganter, 7. D. de dolo, l. 3. §. fin. D. pro socio, l. In causa 17. D. de minorib.* Obseruant, & defendunt (post antiquiores, quos laudant) Carol. de Graf. *de exceptionibus, ad mater stat. exclud. omnes excep. excep. 22. præcipuè à n. 5. cum seqq.* Cabrer. *de metu lib. 1. d. cap. 5. num. 17.* Basil. *de matrimon. lib. 4. cap. 20 à n. 18.* Cum gestos metu tenere dicent Bartolus & alij *in d. l. Et eleganter*, Satmient. *Selectar. interpretation. lib. 6. cap. 6. n. 1.* Bargal. *de dolo, lib. 3. cap. 14. n. 13.* Etsi eum refellat Cabretus *supra n. 19.* De quo aliquid *inferius num. 43.*

Denique (vt alias omittamus rationes, quæ ex solutione oppositorum argumentorum constabunt) promissio † fidesvè data, 22
à quolibet seruanda est, *cap. 1. de pactis, l. 1. D. de constitutionib. Princip.* Etenim *Fides sanctissimum humani pectoris bonum est: nulla necessitate ad fallendum cogitur*, vt *epistola* 88. Seneca ait. Adeo vniuersò conueniens & necessaria; vt *si Fides abrogaretur, omnem humanam societatem tolli*, recte dixerit Appius, vt est apud Liuium *lib. 6.* cuius meminit Annæus Robert. *rerum iudicatar. lib. 4. cap. 14. pag. mihi* 234.

Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt.
Iustitiæ concors, tacitumquè in pectore numen.

Quam ideo pro Dea habitam, eidemquè templum sacrasse Antiquitatem, Cicero prodit *de Diuinat.* Liuius *lib. 1. decad. 2.* Plinius *naturalis histor. libro 2. cap. 7. & lib. 35. cap. 10. numero 40.* Diuus Augustin. *lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 10.* Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 2. cap. 12. in eiusque annotationibus* Tiraquellus. Estque velut basis & fundamentum Iustitiæ, vt eam *libro primo de Officiis* appellat Cicero, ex eoquè Molina *de iustit. & iure, tom. 2. tract. 2. disput. 262. numero 4.* Sotus *lib. 7. quæstio. 2. art. 1. ad 2. col. 5. in principio.* vbi & congruè nominauit illam *Ligamen societatis humanæ.* Maxime seruanda à Iudice & publica adstricto fide, & publicam spondente. *Fides enim nec priuata; nec si publica sit, impunè eam violare conuenit*, vt *supra* proximè Robertus ait. *In omnibus decora,*

Iustitia grata, vt D. Ambrosius *de Offic. lib. 3. cap. 10.* Ne pertingamus alia, quæ *de privileg. pauper. 1. part. quæst. 6. num. 19. 32. & seqq.* ad longum recensuimus. Eo contenti, quod sub fide publica Iudicis verbo, aut Principali auctoritate quælibet sit circunscriptio fœda, omnis prohibita, *l. 1. C. de his qui veni. ætatis impetraner.* Ne *vnde misericordiam debuit impetrare, inde cogatur dispendium sustinere*, qui se auxilio Iudicis, fideique commisit, vt textus inquit *in cap. Sanè, 7. de renuntiat.* Et *ne inde iniuriar. nascatur occasio, vnde iura nascuntur*, vt Imperatores Gratian. Valent. & Theodos. *in l. Meminerint, 6. C. vnde vi*, dicunt. *Quia fundamentum est Iustitia fides. Iustorum enim corda meditantur fidem*, vt diximus, & repetit Ambrosius *de Officiis lib. 1. cap. 29. ad finem*, sic Iniustorum meditantur fraudes.

23 Mediocris num iniustitia Fidei violatio? ad instar iuramenti violati esse, † & æquè fidem datam ac iuramentum astringere, ad patiaque iudicati vtrumque, singularis indicat decisio textus *in cap. Ad aures, 3. de iis quæ vi met. ve caus. fiunt.* vbi & notant communiter scribentes, & *in cap. 2. de fideiussorib.* Ex quo Glossa *verbo Religionem fidei & iuramenti*, deducit quod *idem est venire contra fidem promissam, sicut contra iuramentum.* Esi grauius contra iuramentum veniens peccet. Dicunt idem Felin. *ibi num. 7.* Iaso *in §. Item si quis postulante, institut. de actionib. num. 54.* antiquisquè relatis, Auendan. *de exequend. mandat. 2. p. cap. 27. num. 6.* Atias Pinel. *in l. 1. C. de rescindend. vendit. 5. par. cap. 1. num. 15.* Gregor. Lopez *in l. 26. tit. 11. part. 3. glos. magna ad medium*, horum relato nemine, Plaza *d. lib. 1. cap. 37. num. 7.* Gutierrez *in repetit. authent. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendition. num. 114.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 6. lib. 8. Ordinam. glossa 1. pagin. mihi 186. col. 1. an princip. vers. Quari solet*, plenissime Petrus Surdus *decis. 234. num. 4.* afficmans, comprobansquè *sequentibus*, promissionem istam vim iuramenti habere, proque iuramento seruandam. Quam quidem sententiam multorum testimonio fulcit. Quorum auctoritate *numero nona* dicere audet: *Non esse curandum de distinctione Caietani, & Couarruuiæ* (fidei Diuinæ, vel humanæ interpositionem discriminantium, quibus plerique excitatis Regnicolis adhærent) *cum in terminis multos habeamus* (addens) *volentes quod simplex fidei præstatio Principem obliget non minus quam si iurasset.* Rationes in Principe adiicit, Iudici conuenientes, qui Princeps dicitur, vt *Rubrica 11. Annot. 1. num. 2.* vidimus, quique Principem repræsentat, & eius locum tenet. Multique ex relatis, ad pœnas quoque violati iuramenti, & violatæ fidei exequationem faciunt. Quibus non ex integro assentimur, quantumuis & pulchræ pro ipsis; & eruditæ Ciceronis rationes accedant, *Oratione pro Q. Roscio* dicentis: *Quid interest inter Periurum & Mendacem: Qui mentiri solet, & peierare consuecuit. Quem ego vt mentiatur inducere possum; vt peieret, exorare facile potero. Nam qui semel à veritate deflexit, hic non maiore Religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci consuesit. Quis enim deprecatione Deorum, non conscientiæ fide commonetur? Propterea quæ pœna à Diis immortalibus Periuro, hac eadem Mendaci constituta est. Non enim expectatione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia & malitia per quam insidiæ tenduntur alicui, Dij immortales hominibus iraſci & succensere consueuerunt.* Vere namquè mendacij solummodo alter (in foro præcipuè externo, quantumquè in eo ad pœnam:) mendacij, & periurij in vtroque foro alter existit reus. Adhuc tamen æquali adimplendi fidem ac iuramentum, obligationi, pœnarum non obest dissimilitudo, nec quod grauiori iuratæ fidei violatio sit, puniaturquè seuerius, æquali, suo genere, simplicem fidem adimplendi obligationi quidquam detrahit. Siquidem plus & minus substantiam rei non mutant, nec eam faciunt specie differre, *l. fin. D. de fundo instruct. l. Legato generaliter, 37. D. de legat. 1.* cum adductis à Nobis *in Axiomatib. & locis communib. iuris lit. M. num. 1. & lit. P. num. 87.* Quod etiam hic suo modo verum est, loquendo de specie subalterna obligationis sub mortali; etsi grauius sit peccatum contra iuramentum, ex sua specie atoma, vt supra dictum est. Quia *Dominus inter iuramentum & loquelam nostram nullam vult esse distantiam*, vt textus inquit *in cap. Iuramenti, 12.* Simplicem ideo promissionem, vel fidem præstitam (cui scilicet nec debitum præcedens, nec stipulatio, nec iuramentum accessit) genere suo, sub reatu mortali obligare, si materiæ leuitas culpam tenuet, ad commutatiuam videlicet iustiam reductam; erudite defendit Sotus *de iustit. & iure lib. 7. q. 2. art. 1. ad 2. col. 3. & seq.* Ea quoque æquiparatione, & argumento vsus: *Promissio Deo facta obligat sub reatu mortali, non solum quatenus cultus est Religionis; verum etiam quatenus officium est iustitiæ: Ergo illa quæ sit homini. Quia quantum ad hoc, eiusdem sunt generis* Quibus auxiliantur text. *in d. cap. Iuramenti, & ibi Glossa verbo Distantiam. & Glossa Marginalis ad eam. Glossa item Marginalis in d. cap. 2. de fideiussorib. ad verb. Religionem fidei & iuramenti.* Vnde quemadmodum iuramentum, quod sine dispendio salutis æternæ seruari potest, omnino est adimplendum, *cap. Quamuis pactum, de pactis lib. 6. cap. 1. cap. Debitores, de iureiurando*: sic & fidei datæ omnino adimplenda promissio. *Effugiendaquè in hac præcipuè parte omnis calliditatis suspitio*, vt & Quintilianus admonet *Oratoriar. instit. lib. 4. cap. 2.*

Ad contrariorum solutionem venientes, fatemur primum, † Solertem nempe veritatis 24
indagatorem, illiusquè conquisitorem diligentem Iudicem esse debere: sed *iam quidem intelligi subiacet, veritatis esse cultores, qui mendacij non sunt.* vt arguit Tertullianus *Apologet. aduersus Gentes, cap. 16.* Oportet, inquam, veritatis esse vigilem Iudicem conquisitorem, sed præfinitis à iure modis, auersantem mendacia, cauillationes fugientem, fallaces simulationes, quasliberquè artes

insidiosas

insidiosas vitantem. *Quia veritas fulciri non quærit auxilio falsitatis*, vt D. Gregorius inquit *Moralium lib. 11. cap. 14.* Semperque *veritatis una vis, una facies est*, Seneca teste *epist. 102.* Iustitia pugnas, in cœlum erecta. *Et vidi* (Apocal. 19. v. 11. Ioannes refert) *cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur* Fidelis & Verax, *& cum Iustitia iudicat & pugnat.* Quæ quidem visio prodit apertè, non fraudibus, sed Fide, & Veritate Perfectum Iudicem suum explere munus: nec solum Verum, Fidelemque esse debere: sed & quæ ipsum tangunt, albedinem omnimodumque candorem præferre, à mendacij aut simulationis labe veloci fugientia cursu, ita vt Verax & Fidelis cum Iustitia iudicans & pugnans, duplicitatis, simulationis aut falsitatis macula ne confinio quidem lædatur. Quia *falsitas non est idonea via ad veritatem, secundum illud Eccles. trigesimo quarto: A mendace quid verum arcetur?* vt *contra Gentiles* insurgit D. Thom. *lib. 3. c. 29.*

Non zelo excusationem prætendas, dum te eo protegis, animum pandis. *Animus enim dolosus non arbitrium sequitur Imperantis, sed eius potius explicat voluntates.* vt *variar. lib. 1. epist. 13.* excusationi obuiam it Cassiodorus. Nequaquam hic verus Iustitiæ amor. *Neque enim placere Deo aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate potest.* Iasserotore Gregorio *in Euangel. Homil. 30. col. 3. ad princip.* Quare *sic mitte retia tua, sic mitte oculos tuos, sic mitte sermones tuos, vt nullum opprimas, sed allenes fluctuantem*, Diui Ambrosij hortatu *Hexamer. lib. 6. cap. 8. col. 3. ad medium.* Iustitia, Veritate, & simplicitate. *Omne enim quod arte elicitum, & fraude compositum est, caret merito simplicitatis.* eiusdem *de offic. lib. 3. cap. 9.* sententia. *Bonus cibus est simplicitas, innocentia suæ bona habens*, ex ipsomet *Hexamer. lib. 5. cap. 8.* Et Diuoque Gregorio: *Nihil simplicitate cordis felicius. Moral. lib. 12. cap. 21.* Cuius & leges sunt amicæ, & amicos suos volunt esse Ministros, §. *Quod fœminas, vers. Et hac quidem, instit. de legit. agnator. succes. l. Cum de indebito*, 25. §. *Sin autem, D. de probationib. l. Si pupilli, 6. §. Si quis ita, D. de negot. gest.* Calliditatem horrent, aiersantur commenta, eorumque vindicem constituunt Iudicem Imperatores Dioclet. & Maximian. *in l. 3. C. de repud.* Multa in id perenda à Petro Fabro *in relect. legis 1. de iustit. & iure, pag. 730. post regulas iuris.*

In Iudice itaque optanda maxime *Dilectio sine simulatione*, vt & Apostolus exigit *ad Roman. 12. v. 9.* Paterna sine fraude charitas & affectio. *Magistra bonorum omnium charitas, quæ nihil sapit extraneum, nil asperum, nil confusum*, vt *epistolar. lib. 12.* Gregorius docet. *Charitas dolum non habet; fraudem Pietas; Affectio non recipit falsitatem*, vt *Sermone 55.* D. Petrus Chrysologus. *Diaboli est infirmitas & malitia*, vt Tertullianus *lib. de oratione, cap. 8.* Namque *inventor ille auctorque peccati, primum superbus vt caderet, deinde inuidus vt noceret; quia in Veritate non stetit, totam vim suam in mendacio collocauit.* vt S. Leo *sermone de collectis, & eleemosynis, fol. mihi 12.* Aliisque vitibus destitutus, *Simulatione insidiatur*, vt ipse idem *Sermone 6. Epiphania.* Atque *in fraudulentis consiliis tota se eius malitia erigit. Neque enim vi quemquam premit, sed calliditate pestifera persuasionis interficit.* vt notum Gregorius facit *Moralium lib. 32. cap. 17. col. 3. ad principium.* Vtque *Oratione 40. in sanctum Baptisma*, Nazianzenus: *Aperto Marte nihil perficit, insidias obscurè tendit: & cum prauus sit, probum tamen consultorem simulat.* Etenim *quid in homine praualuit ille virtute, nisi Arte, Mendacio, Insidiis, fraude, Dolo, Nequitia?* vt arguit Sanctus etiam Petrus Chrysologus *Sermone 105.*

Iudices veritate, Fide, simplicitate, Iustitiaque sine fraude præualent, *deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes*, iuxta Diui Petri Apostoli monitum *epist. 1. cap. 2. v. 1.* Aduersi diabolo, mendacij patri, *Ioan. 8. v. 44. cap. Cauete, 22. quæst. 5.* improbisque Pharisæis, qui *consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent Matth. 26. v. 4.* Imitatores Christi, in quo non est inuentus dolus D. Petrus *vbi proxime, v. 22.* Qui & in eo maxime *apud Ioannem primo, v. 47.* laudauit Nathalaelem: *Ecce* (inquiens) *verè Israëlita, in quo dolus non est.* Mediocris ne apud eum laus hæc, aut non oppositum vitium immane? *Non amat falsum Auctor veritatis adulterium est apud illum omne quod fingitur*, vt inquit Tertullianus *lib. de spectaculis, cap. 15.* Circa quod *meminisse debemus, quo vocabulo plebem suam Christus appellet, quo titulo gregem suum nuncupet*: Oues *nominat, vt innocentia Christiana ouibus æquetur*: Agnos *vocat, vt Agnorum naturam simplicem Simplicitas imitetur. Quid sub vestitu ouium, Lupus latitat? Quid gregem Christi, qui se Christianum mentitur, infamat?* Vtimur Cypriani verbis, *de zelo & liuore, mihi col. 6. post medium.* Cuius cum simplicibus sermocinatio. *Proverbior. 3. v. 22.* Salomone dicente: *Cum simplicibus sermocinatio eius.* Ideoque *cum Simplicibus sermocinari dicitur, quia de supernis mysteriis illorum mētes radio suæ visitationis illuminat, quos nulla vmbra Duplicitatis obscurat*, vt D. Gregorius explicat *in Pastorali, 3. p. cap. 12.* Amittitur Duplicitate, quæ acquiritur simplicitate. Quæ Iobi, optimi, Iudicis, virtutibus, laudumque præconiis fecit initium, tantæque earum moli præstitit fundamentum, his Sacro Historiographo inchoante: *Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex & Rectus* & quid vetat Rectitudine & simplicitate illius consocios fieri? vt in omnibus sicut in eo glorificetur Dominus, qui *ibidem, v. 8.* diabolo dixit: *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod nō sit ei similis in terra, homo simplex & Rectus &c?* Manus sibi Rectitudo & simplicitas præstant. *Quæ est enim Rectitudo sine simplicitate, aut quæ simplicitas sine Rectitudine?* vt *Homil. 30. in Euangel. col. 3. post principium*, ei loco attentus Gregorius rogat. Petit Rectitudo vbi abfuerit Simplicitas:

pullulat Duplicitate iniquitas. Vitanda improba Syren, cuiusque obturandæ carminibus aures. Quia cum diabolica suggestione, fraus ab exordio inceperit mundi, eius infecto telo, venenataque sagitta callidus serpens Adæ quoque insequitur posteritatem. Primos quidem parentes duplicitate nudauit simplicitate, progeniemque suam nudare contendit. *Quod enim in paradiso egit, hoc quotidie antiquus hostis agere non desistit*, vt nos monitos Gregorius reddit, *Moral. lib. 24. cap. 5. ad finem.* Iustitiæ zelo, Prudentiæque amictu Calliditatem vestit, turpi postmodum fœditate detecta; cuius fine indumento, etsi nuda, tanquam pretiosissime ornata, sui velata candore, pulchra veritas appareret, iuxta Ambrosij explicationem *lib. 6. de Paradiso cap. 18.* ad illud Geneſis 3. v. 7. *Et aperti sunt oculi amborum: cumque cognouissent se nudos &c. Et ante quidem nudi erant* (ait) *sed non sine virtutis integumentis. Nudi erant propter morum integritatem, & quod amictum Fraudis natura nesciret. Nunc autem multis simulationum inuolueris mens humana velatur. Nunc* (vt & Gregor. Moralium lib. 19. c. 7.) *abscondit se sub blandiente lingua, sauiens conscientia, & matitia Calliditatis quasi quadam se tegit abyssо simulationis.*

Cuilibet homini fœdum est dolis aut fraudibus insidiari: sed Iudici turpissimum, ex late supra deductis *num.* 22. proximèque cumulatis. Tum quia cum *fallacem cuilibet reprehendere liceat*, vt facit potestatem Gregorius ipse *Moral. lib. 17. capit. 7.* Iudicem maximè, qui & in omnium oculis versatur; & qui, sicut Dei minister, exhibere se debet *in charitate non ficta, in verbo veritatis*, secundum quod monet Apostolus *Corint. 2. cap. 6. v. 4 & 7.*

Tum quia *priuato homini astutè aliquid facere: concedi forte possit: nam qui aperta vi grassari nequit, hic si vafrè & callidè aliquid facit veniam meretur: Imperatori autem cum & potentia superari admodum turpe sit: tum turpius, vt opinor, & sordidius, atque ignauius, conatus suos, animique intentiones arte occultare.* Nazianzeni iudicio *Oratione prima in Iulianum.* Cuius & extitit voti Claudianus *ad Manlium Theodosium Panegyri in eius consulatu.*

Fuerint aliis hæc forte decora;
Nulla potest laus esse tibi, quæ crimina purget.

Quia grauius delinquit, qui scelus dum punit, admittit. Ambrosij dignitate *in Euangel. Lucæ*, in illud: *Et ait ad Discipulos suos &c.* Cumque Iudicis officium sit conquirere, notam facere veritatem, & veridicos subditos reddere: verissimum eundem esse oportet. Quia *illud quod est causa vt alia sint vera; est verissimum. Et quidquid est causa aliorum vt sint talia, illud est maximè tale*, vt Philosophus inquit *Metaphisicor. 2.* Alioqui *non est misericors veritatis alienus; nec Iustitiæ capax est veritatis extraneus.* assertore Sancto Leone *Sermone 7. de Quadragesima*, *pag. mihi* 85. Sapienteque ipso *Prouerbior. 26. v. 28. Lingua fallax non amat veritatem.*

Veram ergo in exquirendo, puniendoque delicta insequatur Philosophiam Iudex. *Philosophiam dico, non callidè & politico artificio excogitatam, atque accersitam, sed simpliciter, ac spiritualiter cultam & obseruatam*, vt consulit Nazianzenus, *Oratione 27.* vt Diuina humanaque expetunt iura, & iam deducta, & infra recensenda, præsertim *num. 42. in fine*, abundantiusque *numero finali.*

Ad secundum † respondet Fachinæus *controuersiar. iuris lib. 9. cap. 58. vers. ad primum*: Textum *in d. l. Non fuit. D. de dolo*, de insidiis, & stratagematibus militaribus loqui, quæ licitæ sunt, vt suo infra comprobabimus loco. Quem & concors illi Partitæ lex recipit intellectum. 25

Sed quia neutra se ad illam tantummodo belli speciem refert, generaliterque loqui videntur; generaliter quoque respondemus: Dolum in quo fallacia deceptiovè, & sic mendacium interuenit *Bonum* non appellare leges, *Malum* potius nominatim ipsam *legem primam in §. primo*, Seruij sententia. *Dolum malum* dicentem *Machinationem quandam alterius decipiendi causa, cum aliud agitur, & aliud simulatur.* Labeonis: *Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.* Sic & *in l. Iuris gentium, 7. §. Pactorum, vers. Dolo malo*, Vlpianus: *Dolus malus fit ex calliditate & fallacia. Et vt ait Pedius: Dolo malo factum sit, quoties circumscribendi alterius causa, aliud agitur, & aliud agi simulatur.* Bonus aut malus fallaciæ seu deceptionis finis, etsi eius malitiam discriminet; non tollit, vt dicemus *numero* 41. Ideoque aduertenter lex de eo mentionem non fecit, sed indistinctè *Malum* dixit fraude, calliditate, aut simulatione vitiatum. Quamuis dicta Partitæ lex in eo discrimen videatur constituere; intelligenda in dolo aut calliditate, quæ mendacium non contineat, vt sequentium argumentorum solutiones monstrabunt. Aliter enim fallacem, mendacemque dolum nec *Bonum* dicere leges, nec officere valent, etsi non puniant. *Quia fallere & decipere alium, est præter, vel contra charitatem, & legem naturalem*, vt D. Antoninus inquit *p. 1. summ. tit. 1. cap. 18. §. 1.* & consentiunt Theologi omnes: quam ciuilis abrogare, vel mutare nequit, §. *Sed naturalia, institut. de iur. natur. gent. & ciuil.* efficereque vt Deceptio, Duplicitas & Mendacium, vitium, malumque non sit, omni iure, Diuino maxime improbatum, *d. cap. Super eo, 4. de vsuris*, & plene comprobat Binsfeldius *de confessionib. maleficor. d. conclus. 7. dub. 3. pag. mihi 355. in fine, & sequenti.* Atque † *omnis simulatio, & omnis Duplicitas mendacium est*, vt (ex Diuo Ambrosio lectura Codicis Vaticani) inquit textus *in cap. Cauete, 20. in ord. 22. quæst. 5.* & (cum Glossa in illa verba *Psalmi 11. v. 3. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt*) D. Antoninus 2. *p. summ. tit. 10. cap. 1. §. 1.* ait: *Vbi est duplex cor, ita quod aliud* 26

dicitur,

dicitur, & aliud intenditur: ibi eſt mendacium. Supraque eſt ſatis oſtenſum, *numer.19.*

27 Qua ratione † etſi deceptionem intra dimidium iuſti pretij ſuſtineat lex ciuilis, nec contractum in quo interuenit illa reſcindat, *l.In cauſa,2.in fine, D. de minorib.l.Pretio, §. quemadmodum, D.locat.* cũ adductis à Nobis *in Axiomatib.& locis commu.iuris, lit.C.n.*201. eius tamen nec demit, nec demere malitiam & peccatum valet. Læthaleque per eam contrahi, ſi in re notabili contingat, & ad reſtitutionẽ exceſſus iuſti pretij obligare (cum per eam iuſtitia commutatiua & æqualitas in ea deſiderata violetur) docent D.Thom.2.2. *quæſt.77. art.1. & ibidem* Caietan. Arag. Bañez, cumque copioſa Theologorum & Iuriſtarum manu, Didac. Couar. *variar. lib.1. cap.4.num.11.* ſuperat vtriuſque ſcholæ Doctorum allegationem recentius, Auguſtin. Barboſ. *in collect. ad legem 2. C. de reſcind. vendit.num.*114.& 115. Quibus accedit P. Salas *de empt.& vendit.dub.26. num.6.* Eaque ſuppoſitione, ſeu additamẽto intelligendum accipiendumque frequens, quod circunfertur axioma: *Licere nempe contrahentibus ſe inuicem decipere,* noſtris quoque inſertum *d.lit.C.num.*201. Vt enim *dicta quæſt.77. art.1.ad primum,* D. Thom. *Lex humana non potuit prohibere quidquid eſt contra virtutem; ſed ei ſufficit vt prohibeat ea, quæ deſtruunt hominum conuictum, alia verò habeat quaſi licita; non quia ea approbat; ſed quia ea non punit.*

Propterea *dicta lex prima, §. Non fuit autem, D. de dolo,* & quæ ſecundum eam intelligenda eſt illius concors *dicta lex 2.tit. 16. part.3.* dolum, quem *Bonum* dicit, à mendacio, ſimulatione & deceptione ſeparat; &
28 ad *Solertiam* † reducit (quæ pars virtutis Prudentiæ, vt diximus, eſt, & probat S.Thom.2.2. *quæſt.49.art.4.*) officioſam diligentiam reſpicit, ingenij acumen, perſpicacitatem, & ſagacitatem prouidam ſignificat, denotat, vt *eo verbo* Calepinus oſtendit, & inferius tradimus. Quo ſenſu Lactantius Firmianus *Diuinar.inſtitution. lib.3.cap.3.in principio.* Diuinam Solertiam dixit, quæ *oculos, & aures, & cæteros ſenſus patefecit in corpore, vt per eos aditus ſcientia peruenire ad mentem.* Tantum verò abeſt vt per dolum fraudem vel deceptionem, veritatem à Iudicibus elici iura velint, patianturve: vt id omnino vetent, fraudiſque etiam inſinuationem, aut ſimilitudinem damnent, & per eam elicitam confeſſionem (per ſuggeſtionem veluti) nullam reddant *in l. 1. §. qui quæſtionem, D. de quæſtionib.* & profitentur communiter Doctores, eorumque copioſiſſimo numero, in tortura, vel ſine illa, ſiue in rei ipſius, ſeu in teſtium confeſſione, Proſp. Farinac. *de teſtib. quæſt.79. numer.78.* & latius *quæſtione* 83. *numero* 84. *& ſequentibus.*

Merito itaque *Solertiam* in Iudice lex deſiderat, *ingenium ſubtile* commendat, *vt videamur accuratè, non callide dicere,* vt eſt apud Quintilianum *Oratoriar.inſtit.lib. 4. cap.1.* vt à denſis tenebris, quibus in iudicio ſuffunditur, in lucem veritas reuocetur, litigantium nodis implicitam, ſoluat Iudex, fallacias conuincat, captiones detegat: vt cuncta timetur, & ordine rerum plena inquiſitione diſcutiat: vt frequenter interroget, ne aliquid prætermiſſum forte remaneat, quod annecti conueniat, inſtructus à textu *in cap. fin.30.quæſt. 5.* Quia *plurimum in excutienda veritate cognitionis Subtilis diligentia affert,* vt *in l.De minore,10.§. Plurimum, D.de quæſtionibus,* Archadius inquit. *Habeat ſimplicitatem columbæ, ne cui machinetur dolos: & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantetur inſidiis,* vt textus *in cap.ſi cupis,5.16. quæſt.1.* profert. *Simplicitatis bono Prudentiam adiungat, quatenus ſic ſecuritatem de ſimplicitate poſſideant; vt circunſpectionem Prudentia non amittant. Hinc namque per Doctorem gentium dicitur:* Volo vos ſapientes eſſe in bono; Simplices autem in malo. *Hinc electos ſuos perſemetipſam Veritas admonet dicens:* Eſtote Prudentes ſicut Serpentes; & Simplices ſicut Columbæ. *Quia videlicet in electorum cordibus debet & ſimplicitatem Columbæ Aſtutia ſerpentis acuere; & Serpentis Aſtutiam Columbæ Simplicitas temperare: quatenus nec ſeducti per prudentiam calleant; nec ab intellectus ſtudio ex ſimplicitate torpeſcant,* admonitore ſimul & expoſitore Gregorio *Curæ Paſtoralis 3.p.c.12.*

Hanc ideo *Solertiam* in Eccleſiaſticis quoque Prælatis Canonicum ius expetit *in præfat.39.diſt.* conuenientiam, rationem, cauſamque ſic præfiniens: *Secularium negotiorum oportet eos habere* Solertiam, *vt eorum cautela & Eccleſiæ ſeruentur indemnes; & cuique neceſſaria, pro ſuo modo, miniſtrentur.* Vbi Gloſſa *verbo Solertiam,* Induſtriam & ſolicitudinem explicat. *Solers enim* (addit) *antiquitus dicebatur, qui erat omni bona arte inſtructus.* Excluditur eo verbo mala. Illudque ad cautelam & tuitionem textus hic retulit: deceptionem, aut fallaciam depulit. Eoque ſimiliter noſter, Conquiſitorem, Cultoremque veritatis Iudicem requirit, proditorem damnat.

Quare animum vultus tegat † (quod dicta lex Obſeruandum conſulit, ex eaque 29
multi penès Paulum Xamar *de offic. Iudic.& Aduoc.p.1.quæſt. 1. num.73.* non quod eius verba mentemque tranſcendens, & Simulationem Diſſimulatione inuoluens, quæ longe diſtant, vt conſtabit inferius *num.32.* Accurſius infert.) Id enim prudentis & conſtantis Iudicis eſt; non illius ſecreta pandat, ne parum cordatus iudicetur, quod imprudentia eſt, & falſi ſe exponat notæ, & pœnæ, quam eum qui ante ſententiæ prolationem animi ſui motum, votumque declarat, contrahere, recuſationique obnoxium remanere dicunt, (cum Ioanne Andrea Abbate, & aliis *in cap. Irrefragabili, §. Exceſſus, de offic.ordinar.*) Aual. *in Director. Iudic. Eccleſiaſticor.p.2.cap. 4. num. 7. ad finem,* Farinac. *fragmentor.criminal.2.p.lit. I. num.*797. poſt Angel. Alexandr. Contad. & alios, Præter quos etiam Seſſe *deciſ.*415. *per tot. tom. 4.*

Maſtril.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Mastril. *decis.* 151. *num.* 54. Alexand. Ambrosin. *decis. Perusin.* 50. *num.* 7. *p.* 2. Mari. Giurb. *decis.* 54. *num.* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *num.* 57. *tom.* 1. Tiber. Decian. *consil.* 36. *num.* 9. *vol.* 1. Carol. de Graf. *de exceptionib. ad mater. statut. exclud. omnes exception. excep.* 24. *num.* 80. & 81. Ioan. Petr. Fontanel. *decis. Cathalon.* 9. *num.* 2. & 3. *ex lege* 1. *D. de falsis.* & *dictamet lege observandum.* Licet hæ id mihi satis non probent: non paruam habet in relatis auctoritatem. In quo nullum mendacij genus interuenit, non exprimendo vultu, quod animus continet, celandoque quod exprimere non tenetur, vt latius infra. Dummodo non oppositum eius, quo intendit, manifestet.

Ex quibus abundè à Iure petitis rationibus, legibusque primo argumento oppositis satisfactum videtur.

A litteris Sacris, auctoritatibusque in eo
30 adductis respondetur. Primæ, † ex *cap. Asserte, de præsumptionibus*, deducto à *libro tertio, cap.* 3. *Regum.* Quòd in ea simulatione significatio latebat, quæ mendacium tollit, quia *non omne quod fingimus, mendacium est; sed quando id fingimus, quod nihil significat, tunc est mendacium*, vt D. Augustinus inquit *in lib. de quæstionib. Euangelic.* cumque eo D. Thom. & alij infra proxime referendi. Significationem autem ibi latuisse Veri Salomonis, Christi Iesu Domini nostri; Synagogæ & Ecclesiæ Catholicæ, sic explicat Glossa ibidem: *Tentat naturam natura Dominus, & vult, secundum vtrinsque voluntatem, viuentem filium in legem, gratiamque diuidere. Non quod hoc probet; sed ad arguendum Synagogæ calumniam; hoc se velle dicit.* Nec dissentit Augustinus ibidem relatus à Glossa. Significationem etiam typumque in illo casu, Salomonis ad Christum Dominum nostrum, ex Diuo Ioanne Chrysostomo *cont.* 1. *de Lazaro*, tradit Sarmiento *selectar. interpretation. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. Quod verò Significationem, figuramvè Salomon ignorasset; ad prophetiæ veritatem non interest, iuxta illud Ioannis 11. v. 50. & 51. de Caipha prophetante: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente* &c. quod tamen nec Caiphas cognouit, vt ex eo probat D. Thom. 2. 2. *quæst.* 173. *art.* 4. *Sed contra*, sustinens, quod *non omnis qui prophetat, cognoscit ea, qua prophetat.* Et Abraham *Exodi* 22. quod ignorabat prophetauit, vt (ex D. Ambrosio, eius simulationem à mendacio excusante) inquit textus *in cap. si qualiber*, 20. §. *Abraham*, 22. *quæst.* 2. Vbi Abraham loquens ad pueros suos, ait: *Sedete hic cum asino, ego & puer illuc vsque pertranseuntes ibimus, & cum adorauerimus, reuertemur ad vos*: licet aliud se facturum deliberaret; tamen excusatur à mendacio. *Vnde Ambrosius libro de Patriarchis*: *Prophetauit Abraham quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire immolato filio: sed Dominus per os eius locutus est quod parabat.* Quæ Domini per os eius locutio, seu reuelatio à mendacio, simulatione, alioue omnino vitio liberat, vt Innocentius III. Pontifex Maximus declarat *in cap. Gaudemus*, 8. §. *Nec vlli, de diuort.* Cumque Diuo Ambrosio conueniunt S. Thom. 2. 2. *quæst.* 3. *art.* 1. *ad* 1. D. Antonin. 2. *p. summ. tit.* 10. *cap.* 1. §. 1. *in fine*, Alexand. de Ales *p.* 2. *quæst.* 122. *memb.* 6. *in princip.* Gregor. Sayr. *in Claui Reg. lib.* 11. *cap.* 12. *num.* 8. & alij *num.* 33. & 34. laudandi. Quodque etiam eo loco Salomon prophetice fuerit loquutus, denotans Circuncisionem & alia legalia post Euangelij publicationem cessatura, & puerum viuum dandum vni, scilicet Ecclesiæ de Gentibus collectæ, notat Ioannes de la Haye *Genes.* 19. in illud: *Qui dixerunt: Minime &c. consider.* 56.

Significatione verò deficiente, † omnis 31
simulatio mendacium continet; & peccatum, secundum D. Thomam *d. quæst.* 111. *art.* 1. *ad primum*, quem omnes Theologi sequuntur, Syluester, Armilla, cæterique Summistæ *verbo Simulatio, & verbo Hypochrisis*, D. Antonin. 2. *p. summ. tit.* 10. *cap.* 1. §. 1. *præcipue col.* 2. *ante medium.* Ludouic. Lopez *in instruct. conscient. p.* 1. *cap.* 280. *in princip.* Marques *de Gubernat. Christian. lib.* 2. *cap.* 14. *in fine*, & latius *lib.* 1. *cap.* 14. Ideoque nullatenus tali simulatione vti Iudici licet. Quam *Dolum malum* Florentinus appellat *in l. Ea quæ*, 43. §. *fin. D. de contrahend. emption.* Et *Simulatione* contineri *Dolum*, cum Aquilio, professus est Cicero *Officior. lib.* 3. *pag. mihi* 108. & quòd *ex omni vita Simulatio, Dissimulatioque tollenda est.* Maximeque *Viro Bono*, hoc est, *Iudici*, conuenire ait. Qui *nec quidquam simulabit, aut dissimulabit*, vbi saltem aliquid Dissimulatione monstretur oppositum eius, quod in veritate est. Cuius non hæc Dissimulationis natura propria, vt proximo infra numero apparebit.

Aliorum Principum exempla non arctant. Tum quod exemplis iudicandum non sit, sed ratione, *l. Nemo, C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* cum similib. citatis, à Nobis *in Axiomatib. & locis communib. iuris, lit. C. num.* 106. Nam *sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est*, vt Augustinus inquit *de Ciuit. Dei, lib.* 1. *cap.* 23. Tum, quod vitium contineant, à quo Iustitiæ, seu Veritatis extorquendæ zelus non liberat, vt diximus, sequentium solutione constabit, & in specie aduertit, illorum facta improbans, Sigismundus Scaccia *de iudic. ciuil. & criminal. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 35. Tum quia debet esse secundum scientiam, legumque præscripta, aliter, non inutilis modo, sed maximè nocuus. *Importabilis siquidem absque scientia est zelus. Semper quidem zelus absque scientia minus efficax, minusque vtilis inuenitur: plerumque autem & pernicioſus valde sentitur. Quo igitur zelus feruidior, ac vehementior spiritus, profusiorque charitas; eo vigilantiori opus scientia est, quæ zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet charitatem*, velut *Sermone* 49. *super Cantic. col.* 2. *circa medium*, Bernardus temperat. Alioqui *zelus*

absque

absque scientia, quo vehementius irruit, eo grauius corruit, impingens nimium, atque resiliens. ipsiusmet doctrina Sermone 4. de verbis Ieremiæ. *Ipse timor Domini nisi secundum scientiam sit, nihil prodest, imo obest plurimum. Siquidem Iudæi habent zelum Dei, sed quia non habent secundum scientiam, in ipso zelo & timore maiorem contrahunt Diuinitatis offensam,* vt Ambrosius firmat in *expos. Psalmi* 118 *Octonar.* 5. in illud: *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* in principio.

Inde respuendam deducitur Abbatis opinionem (qua plerique contrariorum mouentur) qui ex dicto cap. 3. lib. 3. Regum, *in d. cap. Afferte, num.* 1. notat: *Quod licitum est Iudici causa veritatis explorandæ, aliquid simulare, & fingere se aliquid facturum, quod in veritate facere non intendit.* Quæ quidem absolutè assertio & Diuo Thomæ, communique relatæ Theologorum sententiæ contraria est: & iuri, rectæque rationi, ex latè hucvsque deductis à *numero* 17. & prosequendis inferius.

Sermo, factumque Salomonis, quoad primam præcipuè partem simulationem continentem, non tam exemplum aut imitationem, quam significationem, vt est dictum, respexit, & notat Sarmientus *selectar. interpretation. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 8.

Textus *in cap. Dominus noster,* 23. *quæst.* 2. (quem pro se Panormitanus allegat) in bello iusto loquitur, cuius dissimilis ratio est, vt *infra in solutione ad quintum argumentum* monstrabitur; eiusque pariter Glossæ opinionem non subsistere. Felinus *in eodem cap. Afferte, num.* 1. Simpliciter Abbatis refert placitum, & aliquorum simul Iudicum, quos talem simulationem execrari vidisse ait. Quæ mendacio caret, ad veritatemque referri potest (quæ magis ad Dissimulationem pertinet) etsi alterius fallaciæ, erroris, deceptionisvè præbeat causam, maximè si honesta ad eam accedat: habet excusationem. Sed & ad hanc in iudicio, alia concurrant necesse est, vt videbimus infra.

Circa quod notandum interim, quòd dum Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitent. tom.* 2. *lib.* 24. *num.* 158. *pag.* 418. ait: *Licitum esse Iudici Dissimulatione, bonoque dolo vti ad notitiam veritatis delicti, etiam si non liceat eam a reo extorquere mendacibus promissis:* Simulationem Dissimulationis nomine tegit. Auctoritates siquidem quibus ad assertionis suæ confirmationem vtitur, in simulatione loquuntur. Exempla enim textus *in cap. Vtilem,* 22. *q.* 2. de Dauide, & Iehu, quia de illa agunt: alter ex Significatione, & Figura à mendacio excusatur: alter, Iehu nempe, communiter de mendacio taxatur, vt per D. Thom. & sequaces 2. 2. *d. quæst.* 111. *art.* 1. *ad secundum.* vbi Diuum Hieronymum, cuius *in d. cap. Vtilem,* sententia refertur, vlum fuisse large Simulationis nomine, dicit. Vtrumque inferius latius *numero* 34. Ita etiam Salomon (cuius quoque vt cæteri vtuntur) exemplo vtitur) *Significatione,* vt vidimus, defenditur. Nec quisquam proposita exempla ad *Dissimulationem* (quia ille Iudicem vti posse inquit, & Nos, ipsius addita qualitate fatemur) pertinere dicit, sed ad *Simulationem,* vt cum D. Thoma supra sustinent Theologi omnes, *infraque dicto num.* 34. nominatim referendi.

Maxime autem à Simulatione † Dissimulatio differt. Opposita quippe Simulationi Dissimulatio est, eiusque antitheton, vt *vtroque verbo* Calepinus docet: tametsi vicina, & prope eadem esse, Quintilianus dicat, *Oratoriar. instit. lib.* 6. *cap.* 4. At vetè *Dissimulatio* celat quod est; *Simulatio* quod non est indicat, aut manifestat, vt notat Glossa prima *in l.* 1. *D. de concussionibus.* Et licet non ita clare, Quintilianus proximè, inquiens: *Simulatio est, certum opinionem animi sui imitantis: Dissimulatio aliena se parum intelligere fingentis.* Prædictam Glossæ differentiam probat S. Isidorus *lib. Differentiarum, lit. S. different.* 541. & ex eo Marquez *de Gubernatore Christiano lib.* 2. *c.* 14. *in fine,* quaque Hispano sermone proprietate & elegantia solet: *Dissimular, es querer que otro no entienda lo que pasa: y Simular, es querer que entienda lo que no pasa. Aquello pued eser licito, y muchas vezes digno de loa: esto otro nunca lo puede ser.* Aduertenter dixit Dissimulationem licitam esse posse, & quandoque laudabilem; quasi non semper, & sine causa liceat, vt ex Cicerone, sic intelligendo, *numero* diximus *præcedenti.* Quo & sensu intelligi potest Vlpiani, Seruiique sententia *in dicta l.* 1. §. *Dolum, D. de dolo.* dicentis: *Posse & sine dolo malo aliud agi, & aliud simulari, sicut faciunt, qui per huiusmodi dissimulationē seruant, & tuentur.* Cum nempe celatur, quod dicere necesse non est; aut dicitur, significaturvè (cum necessitas seruandi, aut tuēdi quē, aliavè honesta ratio postulat) quod diuersas recipit significationes: sicque non interuenit mendacium, altera licet pars fallatur, iuxta infra dicenda, illudque apud Matthæum 6. *v.* 17. *Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lauа, ne videaris hominibus ieiunans.* 32

Ex quibus & ad secundum solutio descendit: Quod Abraham Dissimulatione vrgentissima causa, *veritatem voluit celari, non mendacium dici,* vt (ex Diuo Augustino *in quæstionib. Genes. quæst.* 26.) textus inquit *in cap. quæritur,* 22. *quæst.* 2. & respondit D. Thom. 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 3. *ad* 3. Alexand. de Ales *p.* 3. *quæst.* 37. *memb.* 6. Gabriel *in* 3. *dist.* 38. *art.* 3. *dub.* 1. Sayr. *in Clani Reg. lib.* 11. *cap.* 12. *num.* 9. D. Antonin. *in Chronic. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. *paragrapho* 1. & *in summ.* 1. *p. tit.* 6. *cap.* 13. §. 1. *col.* 2. *circa medium,* & *p.* 2. *tit.* 10. *cap.* 1. §. 1. *col.* 2. *parum post medium.* Vbi *sciendum,* ait, *quod etsi nunquam liceat mendacium dicere, quia semper est peccatum,* 22. *quæst.* 2. *Mihi tamen licet veritatem occultare cum expedit, & ad Prudentiam pertinet. Sic Abraham interrogatus de Sarai ab Ægyptiis, dixit sororem suam esse, non autem dixit uxorem suam, ne ab Ægyptiis occideretur. Sotor autem dicebatur, quia filia fratris erat.* vt & *Genes. capit. vigesimo*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

simili ipse consilio vsus, Abimelech Regi Gerare (qui & Saram tuletat, eamque a Domino admonitus, Abrahæ reddebat intactam) interroganti cur eam *Sororem* appellasset, respondit: *Cogitani mecum, dicens: Forsitam non est timor Domini in loco isto, & interficient me propter vxorem meam: alias autem & verè Soror mea est, filia fratris mei.* Vt enim *vltimo relato loco* Diuus Antoninus prosequitur: *Tunc tales, scilicet neptis, & nepos dici consueuerant Fratres auunculi.* & reliqui citati confirmant. Prudenter itaque ea Dissimulatione Abraham vsus est, ostendens, *quod nemo debet tentare Deum suum, dum habet quod rationabili consilio faciat. Fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commisit in quem sperauit: nec eum fides aut spes fefellit. Si autem illam fœminam indicasset vxorem; duas res tuendas committeret Deo, & vitam suam, & vxoris pudicitiam*, vt ait textus *in cap. quæritur*, 22. *quæst.* 2. Vtque *de Ciuit. Dei lib.* 16. *cap.* 19. Diuus idem repetit Augustinus: *Vxorem tacuit, non negauit: coniugis tuendam pudicitiam committens Deo; & humanas insidias cauens vt homo: quoniam si periculum quantum cauere poterat, non caueret; magis tentaret Deum, quam speraret in Deo.*

33 Ad tertium: † *Iacob dicendo esse Esau primogenitum, non est mentitus. Non enim dicit se esse primogenitum nascendo; sed ius primogenituræ illo vendente, ritè adeunte*, ex Augustino eodem *textus idem in* §. *Item opponitur*, inquit. *Nec primogeniti benedictionem per fraudem subripuit, sed vt sibi debitam accepit, quam concedente fratre, de lentis mercede comparauit*, vt D. Gregorius expendit *lib.* 1. *super Genes. cap.* 59. Oratio autem æquiuoca in vno sensu vera, mendacium non continet, vt comprobabimus infra. Eaque ideo etiam ratione Iacob non fuit mentitus, quia dicendo, *Ego sum primogenitus Esau*, de spirituali Esau intellexit, vt; cum S. Theodoreto *quæst.* 79. & 80. *in Genes.* notauit Marquez *de Gubernat. Christian. lib.* 2. *cap.* 7. §. 2. *col.* 8. *ante medium*; per spiritum prophetiæ, & diuina reuelatione designans mysterium, quod minor populus, scilicet Gentilium, in locum primi, Iudæorum nempe, substituendus erat, quod mendacium auertit, vt docent D. Thom. 2. 2. *d. quæst.* 110. *art.* 3. *ad tertium*, Alexand. de Ales *d.* 2. *p. quæst.* 122. *memb.* 6. & *p.* 3. *quæst.* 47. *memb.* 6. *ante finem*, Ricard. 3. *dist.* 38. *quæst.* 2. *ad* 2. *art.* 1 Gabri. *ibidem, art.* 3. *dub.* 2. *lit. M.* & alij, quos refert Melchior. Canus *de locis Theolog. lib.* 2. *cap.* 3. Gregor. Sayr. *in claui Reg. lib.* 12. *cap.* 2. *numer.* 7. D. Antonin. 2. *p. summ. tit.* 10. *cap.* 1. §. 1. *col.* 1. *in fin.* & *paragrapho* 2. *col.* 3. *ante med.* Ludouic. Lopez *in instructor. conscient. p.* 1. *cap* 276. *col.* 2. *in fin.* Petr. Binsfeld. *de confes. maleficor. conclus.* 7. *dub.* 3. *pag.* 359. Definitque Innocentius III. *in d. cap. Gaudemus*, 4. §. *Nec vlli, de diuortiis.* Est in thesim eandem elegans Diui Petri Chrysologi locus *Sermone* 73. *ad finem*, inquientis: *Iacob suo nimis timidus, matris consilio satis audax, patris vt præriperet benedictionem, plus mysticus quàm dolosus incessit. Nam primogenitus se mentitus non est: quia ille Primus est, quem Cælestis Gratia generat, non natura mortalis. Ille nos sub hircorum pellibus figurans, qui vt moriamur peccato, hortatu Matris Ecclesiæ, mortificati corporis induimur vestimento, & odori agri continuis confessionum fructibus, & vbertate redolemus, donec cæcitati Israëlitica salutariter illudentes, paternam benedictionem toto fidei percipiamus arcano.* Iacob item (vt Satyrus supra inquit) *id vel priuata reuelatione, vel ex institutione Rebeccæ matris cognouit: quam constat Genes.* 25. *Diuinitus edoctam fuisse, forte vt maior seruiret minori.* Idem cum Theodoreto *dicto loco* sentit Marquez, inde deducens: *que no tubo obligacion de responder al intento de quien le preguntaba: por el daño que se siguiera de impedir la voluntad de Dios, de quele conste à Rebeca, y ella lo debio de dezir a Iacob: porque aun Isaac cayo luego en la cuenta, pues no se enojo contra Iacob.*

Ad quartum † respondent D. Thom. *d.* 34
quæst. 110. *art.* 3. *ad secundum*, Alexandr. de Ales *d.* 2. *p. quæst.* 122. *memb.* 6. & *p.* 3. *quæst.* 37. *memb.* 6. Ricard. 3. *dist.* 38. *art.* 1. *quæst.* 2. *ad* 4. Gabr. *ibid. art.* 3. *lit. M.* Sayr. *in Claui Reg. d. lib.* 11. *cap.* 12. *num.* 11. D. Antonin. 2. *p. summ. tit.* 10. *cap.* 1. §. 2. *col.* 2. *ante med.* & Petr. Binsfeld. *d. conclus.* 7. *dubio* 3. *pag.* 358. obstetrices illas non propter mendacium à Deo fuisse remuneratas, sed pro Dei timore, & beneuolentia ex qua processit mendacium: & mendacij culpam fatentes, & pietatis remunerationem. Ex quo potius mendacij illius grauitatem (contra nonnullos, qui peccatum non esse hoc mendacij genus contendebant) Diuus Gregorius *Moralium lib.* 18. *c.* 4. (cuius *in c. Si qualiber*, 20. *in ordin.* 22. *quæst.* 2. fit mentio) sic deducit: *Nonnulli verò de obstetricum fallacia conantur asserere, hoc mendacij genus non esse peccatum; maxime quod illis mentientibus, scriptum est: quia ædificauit illis Dominus domus. In qua magis recompensatione cognoscitur quid mendacij culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui; præmissa culpa mendacij, in terrenam est recompensationem inclinata.*

Ita *Iudith* laudatur, *non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum, quem habuit ad salutem populi, pro qua periculis se exposuit*, vt formaliter inquit D. Thom. 2. 2. *d. q.* 110. *art.* 3. *ad tertiũ*, Petr. Binsfeld. *supra, pag.* 359. D. Anton. *d.* 2. *p. tit.* 10. *c.* 1. §. 2. *col.* 3. *post med.* Ludouic. Lopez *d. p.* 1. *c.* 276. *col.* 3. *in principio.* Quamuis & ipsi, cum D. Thoma, addunt, dici posse verba eius secundũ aliquem intellectũ veritatem habere. Et nouissime eam defendit, & à mendacio excusat Didacus Celada *in Iudith, c.* 10. §. 5. *litterali.*

Similiter *Iehu commendatur, & temporaliter remuneratur à Deo, non pro simulatione, sed pro zelo, quo destruxit cultum Baal.* A mendacio enim nullatenus excusarut, vt ait D. Thom. *d. q.* 111. *art.* 1. *ad secundum.* Cumque Gabriele *in* 3. *dist.* 38. *q. vnic. art.* 3. *lit. M.* &

aliis

aliis communiter, Sayr. *in Claui Regia d. lib. 11. cap. 12. n. 11.* D. Antonin. *d. 2. p. tit. 10. c. 1. §. 1. col. 2. ante medium.*

Commutatio verò faciei Dauidis fuit fictio figuralis, vt, cum *Gloſſa in titulo illius Pſalmi, Benedicam te Domine in omni tempore*, profitentur D. Thom. *d. quæſt. 111. art. 1. ad ſecundum*, D. Antonin. & Sayrus *vbi proxime*. Significationem, vel figuram, quam iſti non declarant, declarat Marquez *de Gubernat. Chriſtian. lib. 1. cap. 14. col. 9. & duobus ſeqq.* etſi non omnino iſta ſolutione acquieſcat: poſt alias tandem in eam recidit, Dauidis ſcientia addita geſtorum ſignificationis. Quam ad excuſationem mendacij neceſſariam non eſſe, ſi ſpiritu Dei actus ea peregiſſet, iam ſupra tradidimus *numero* 30. vbi & dicta hæc eadem confirmant.

35 Sic Chriſtus Ieſus Dominus noſter † finxit ſe longius ire: *quia compoſuit motum ſuum quaſi volens longius ire, ad aliud figuratiuè ſignificandum, ſcilicet quod ipſe ab eorum fide longe erat*, vt Gregorius dicit. Vel vt Auguſtinus dicit: *Quia cum longius receſſurus eſſet aſcendendo in cœlum; per hoſpitalitatem quodammodo retinebatur in terra.* vt prædictorum Sanctorum Patrum doctrina explicant D. Thom. *repetita quæſt. 111. art. 2. ad primum.* Sayrus *d. lib. 11. cap. 11. numer. 11.* Ioan. de la Haye, *in illud Geneſ. 19. Qui dixerunt: Minime &c. conſider. 56.* D. Antonin. *2. p. ſumm. d. tit. 10. cap. 1. §. 1. col. 2. in fine*, addens id quoque ad doctrinam & inſtructionem diſcipulorum finxiſſe, *vt inſtantius inuitaretur ab eis, & oſtenderetur ſe longe eſſe ab eis quoad fidem Diuinitatis.* Sylueſt. *in ſumm. verb. Simulatio, num. 1.* Simpliciter Marquez *d. lib. 1. cap. 14. col. penult.* arbitratur: *que Ieſu Chriſto nueſtro Dios aunque llebaba de ſeo de quedar con los diſcipulos; quiſo que ellos ſelo rogaſen primero, para quedar a ſu inſtancia y importunacion: y faltando eſte medio, iba con voluntad reſuelta de no entrar en el caſtillo.*

Pariliter illud Ioannis 7. ad inſtructionem, & conditionem qualitatis in mente retentam, ſic *dicto cap. 12. num. 11.* Sayrus refert: *Inſtruere voluit Chriſtus diſcipulos, qui volebant eum ire ad feſtum ad facienda miracula, & ad oſtendendam potentiam ſuam; quibus dixit*: Ego non aſcendam ad diem feſtum iſtum: *ſcilicet eo modo quo vos vultis. Seu non aſcendam publicè, ſed in occulto.* In eandem ſententiam, ſenſumque conuenit Caſtro Palao *oper. moral. tom. 3. diſput. 1. de natur. & eſſent. iuram. punct. 7. numer. 3.* ſubintelligendum dicens: *Non eſſe aſcenſurum cum ſuis diſcipulis: Vel non eſſe aſcenſurum manifeſte, & publicè: Vel non eſſe aſcenſurum ad feſtum agendum, ſed ad patiendum.*

Ex quo quidem loco, ſupraque relatis ſic explicatis, probat Thom. Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 3. cap. 6. numer.*
56 15. † licere cum expediat verbis non ſolum ex ſe ambiguis vti: ſed etiam ſi ex ſua ſignificatione non ſint ambigua, nec eum

ſenſum vetum admittant ex ſe, nec ex circunſtantiis occurentibus: ſed tantum vetum ſenſum reddant ex aliquo addito mente proferentis retento, quodcunque illud ſit. Qui poſt exempla, multorumque id dicentium teſtimonium; quos laudat; confirmat: *Quia in Sacris litteris hic loquendi modus vſurpatur. Nam Chriſtus Ioan. 7. dixit*: Ego non aſcendam ad diem feſtum, *& tamen ſtatim aſcendit. Qua tamen oratio vera fuit ex addito mente Chriſti retento, ſcilicet*: Non aſcendam manifeſtè. *Quem ſenſum ea verba ex ſe non faciebant.* Subiungens pariter: *Tobiæ 5. Angelus dixit*: Ex filiis Iſraël ego ſum Azarias Ananiæ Magni filius. *Qua verba ſunt vera, iuxta eorum interpretationem, retentam in Angeli mente: falſa autem ſecundum propriam vocum ſignificationem.* De Iacob, & Iudith relata quoque exempla nectens.

Quamuis autem hoc pro regula ponat: non tamen eſſe adeo certam vt duas priores, aduertit; quas aſſignatat *eodem numero 15.* Quarum prima, altera omiſſa, eſt: *quoties verba ſunt ſignificatione ſua ambigua, pluresque ſenſus admittentia, nullum eſt mendacium ea proferre in ſenſu quem proferens ex illis vult, & concipit, etſi audientes, aut is cui iuratur, in alio ſenſu accipiant; etſi nulla iuſta cauſa ducatur proferens.* Rationem ſubiicit: *Quia cum verba omnes illos ſenſus admittant, nil contra mentem itur, aut germanum verborum ſenſum illa in quouis illorum vſurpando. Alias in nulla neceſſitate eis vti liceret, contra omnium Doctorum mentem: cum neceſſitas efficere nequeat quin mendacium ſit, quod ea ceſſante, mendacium eſſet.* Ita docentes refert Sotum, Nauarrum, Valentiam, Pereyram, Suarium, Leſſium, & cum aliis recentius tradit Celada *in Iudith. cap. 10. §. 5. litterali, num. 42.* Simpliciter etiam oratione æquiuoca in vno ſenſu vera, in alio ſenſu prolata, abſque mendacio vti licere, cum aliis pariter obſeruat Sayrus *d. lib. 11. cap. 12. num. 11.* Diuus Antoninus tantummodo ad obuiandum malis, verbis ſophiſticis, & locutione duplici poſſe concedit *2. p. ſumm. tit. 10. cap. 1. §. 1. col. 2. ad finem.* Cauſam iuſtam requirit Sanchez idem, quartamque regulam *dicto capite ſexto, numero decimo ſexto*, ſic conſtituit: † *Nullo modo* 58
licet vti verbis ambiguis quibuſcumque etiam ſi ex ſua ſignificatione ambigua ſint, id nulla cauſa iuſta petenti, niſi eo ſenſu vſurpentur, quem communiter audientes percipiunt. At id licebit ex iuſta cauſa. Et ita docere Angelum *verbo Iuramentum, 4. initio*, Sylueſtrum *eodem verbo, 3. quæſt. 2. verſ. Si vero is, & ſeq.* Caietan. *2. 2. quæſt. 89. art. 7. col. penult. verſ. Ad hoc dicitur*, Sotum *de ſecret. membr. 2. quæſt. 3. in fin.* Nauar. Suarez, Sayr. Leſſi. Tolet. Azorium, & alios ab eo memoratos, ibidem.

In iudicio autem † nequaquam verbis 59
iſtis amphibologicis vti licere, niſi iniuſtè, & citra ordinem iuris, interrogationibus quis vrgeatur, tradit (ex Diuo) Thoma,

Caietano, Adriano, & Soto) Ludouic. Lopez *in instructor. conscient. p. 1. d. cap. 76. col. 7. ad med.* cumque aliis, Couar. *variar. d. lib. 1. cap. 2. num. 2.* Aldrete *de Religios. disciplin. tuend. lib. 1. cap. 11. num. 8.* Eman. Rodrig. *de ordin. indic. cap. 10. num. 1.* Etsi id limitet in causis magni præiudicij, in quibus ambiguis verbis, mendacio proculi, reum etiam legitime interrogatum, tuta conscientia vti posse affirmat. Nauarrum & Salzedum pro se adducit, qui locis ab ipso relatis id nullatenus, dicunt, dicit veto Salzedus *in practic. c. 26. num. 5. vers. Illud verò.* Rodriguez opinionem reiicit, existimans non probabilem, essequè contra omnium Thomistarum sententiam attestatur Petrus à Ledesma *in summ. 2. p. tract. 8. cap. 24. vers. En esta difficultad, & seq.* Tametsi alios, cum Rodriguez, opinionis eiusdem referat, acriterque defendat Ioan. Sanchez *disputation. selectar. disput. 43. à numero 29.* At verò etiam dum quis in iudicio non legitime interrogatur, fas non esse his amphibologiis vti, quando facilè, & absque criminis suspitione interrogatus posset se alia via tueri; vt non respondendo, vel appellando ab iniqua interrogatione, profitetur cum Soto *de secret. memb. 3. quæst. 3. conclus. 3.* Thomas Sanchez *in præcep. Decalog. d. lib. 3. capit. 6. numer. 17.*

39 Vnde† multo minus fas erit Iudici fallaciis, simulatione, aut verbis quidem ambiguis reum capere vel ad confessionem inducere, ex prædictis, rationeque *legis Non debet actori licere, quod reo non permittitur*, 42. *D. de regul. iuris*, consimilisque textus *in c. Non licet actori*, 31. *eodem tit. lib. 6.* Aliquam enim ille in sui tuitione excusationem forsan excitatis prætendere valeat; nullam hic inperditione maligna. Ex quibus secundo argumento adductis affatim satisfactum videtur.

40 Ad tertium† fatemur non videri dolum, fraudem vè committere cum qui dolum, fraude excludit; si debito modo, sine fraude, dolo, aut insidiosa simulatione, mendacium, iuxta supra dicta, continente, siattea enim nec ad repellendam fraudem vti licet, vt docent D. Thom. 2. 2. *quæst. 69. art. 2.* Syluester *verbo Accusatio, num. 11.* Couar. *variar. d. lib. 1. cap. 2. num. 1. ad finem*, Paul. Xamar *de offic. Indic. & Aduoc. p. 2. cap. 8. num. 4.* Soto *de iustit. & iure, lib. 5. quæst. 6. art. 2.* Petr. Binsfeld. *de confess. maleficor. d. conclus. 7. dub. 3 pag. mihi 357.* & alij ex citatis per Cenedum *collect. 43. ad Decretum, num. 11.* Nulla siquidem ratione honestari mendacium, vt diximus, potest, nec eruendæ veritatis prætextu fraus dolus malus aut simulatio. Præsertim *enim grauior sit, & magis noxia improbitas Benignitatis obumbrata velamine*, vt D. Ambrosius notat *Hexamer. lib. 5. capit. 8.* Sic *Principes Sacerdotum & Scribæ miserunt insidiatores, qui se Iustos simularent, vt caperent Iesum in sermone, & traderent eum principatui & potestati Præsidis.* Luca referente *cap. 20. v. 20.* Sic *apud Matthæum 22. v. 15. Pharisæi consilium inierunt, vt caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis, quid tibi videtur: Licet censum dari Cæsari, an non?* &c. Longe deterior, vt prædiximus, quæ latet, quam quæ malitia patet: tetterrima quæ operculo celatur Iustitiæ. Imo *totius iniustitiæ nulla capitalior quàm eorum, qui tunc cum maxime fallunt, id agunt, vt Viri Boni esse videantur.* Cicerone *de offic. lib. 1.* teste. *Tolerabilior est si lateat culpa, quam si culpa vsurpetur auctoritas*, vt textus inquit *in cap. Nemo, 4. 32. 4.*

Huius facinoris detestationem, animique duplicitatis Leuitico *cap. 19. v. 19.* (dicente: *Leges meas custodite. Iumentum tuum non facias coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Vestè quæ duobus texta est, non indueris*) contineri ostendit Sanctus Cyrillus Alexandrinus *lib. 7. de Adoratione & cultu*, post multa concludens: *Vetat itaque lex tanquam turpissimum, planeque indecens, dolosè ambulare, hoc est, versutè viuere velle, & Iustitiæ quidem speciem præseferre; ladere autem fratres dilectionis legibus despectis. Vestè etiam ex duobus contexta nos indui prohibet, figuratè quodammodo significans, se non sustinere, versutia nos præditos esse.* Quod (vt vitij huius nequitia manifestior fiat) *Deuteronomij cap. 22. v. 10. & 11.* ita similiter repetitur: *Non arabis in bone simul & asino. Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est. Per lanam quippe* (Moralium lib. 8. cap. 31. Gregorius explicat) *Simplicitas; per linum verò Subtilitas designatur. Et nimirum vestis, quæ ex lana linoque conficitur, linum interius celat; lanam in superficie demonstrat. Vestem ergo lana linoque contextam induit, qui in locutione, vel actione, qua vtitur, intus subtilitatem malitiæ operit; & simplicitatem foris innocentiæ ostendit.* Pestilens eorum nequitia, qui per id *quod faciunt, vel loquuntur, simplicitatem exterius exhibent; sed subtilitate Duplicitatis callent: puritatem superficie simulant; sed malitiam sub specie puritatis occultant.* vt ipse *ibidem.* Etenim *nil aquè exasperat illius tremendi Iudicis Maiestatem, quàm peccare, & securè peccare, & de vitiis quasi de virtutibus gloriari.* Non miserearis Domine (*ait Iustus*) omnibus qui operantur iniquitatem. *Hæc est iniquitas cuius non miseretur Deus, cum homo defendit quod Deus odit, & peccatum iustitiam asserit*, assertore Diuo Bernardo *de consider. ad Eugen. capit. tertio, Quis enim* (vt ipsemet in Apolog. ad Guillielmum Abbatem Sancti Theodorici) *magis impius, an profitens impietatem, an mentiens sanctitatem? Nonne is, qui etiam mendacium addens, geminat impietatem?* Deo præcipuè intendens fraudem. Quam subita mortis pœna in Ananiam eiusque vxore vindicatam legimus *Actuum Apostolorum 5.* Cui liberum fuit

nec

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nec vendere agrum, nec pretium Apostolis offerre: sed quia bono operi simulatam inseruit fraudem, virtutisque velamine tegere voluit impietatem; simulationis fallaciæ què pœnam misera morte luit, vt D. Ambrosius ponderat *de Offic. lib. 3. cap. 11.* Quod in Aniania exequutum, in exteros fraudulenter agentes, virtutisque integumento suam operientes impietatem, durissimum *apud Matthæum cap. 23. v. 14.* sic comminatum iudicium: *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium.* Quare sic longas orationes orantes amplius accipient iudicium? *Quia omnes qui perperam agunt, supplicio digni sunt: qui verò simulatione Bonitatis ad improbitatem tendit; multo graviori pœna omnino afficiendus.* vt *ibi Homil. 74.* D. Ioann. Chrysostomus expendit. *An nescis quàm graue sit in Oratione contrahere peccatum, vnde speras remedium?* vt D. Ambrosius *de Abel & Cain lib. 1. cap. 9. col. 2. ad principium.* Quam in Iustitia contrahere iniustitiam, eiusque prætextu mentiri sanctitatem? Horrendum his supplicium ab eodem iterum Matthæo *cap. 22. v. 13.* & disce, & caue, ne tibi dicatur: *Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.* Namque *propterea sublatus manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur, non solum quod peccator erat; sed quia cum peccator esset, sanctitatis sibi meritum vindicabat.* Ambrosij itidem expositione *Dominica 2. Aduentus Sermone 2.*

Non ergo bono zelo, † aut fine conquiren- 41
dæ & assequendæ veritatis, fraudisque repellendæ iniustitia regenda, aut fucanda versutia, tot cruciatibus digna, Deo hominibusque exosa (quia *vir versutus odiosus est, Prouerbior. 14. v. 17.*) inimica Fidei, vt eam Sanctus Leo ad finem Annotationis huius referendus appellat. Quam in iudiciis, Iudicibusque exuberare debere, iam supra ostendimus. Sit zelus secundum scientiam, iuri conformis. *Habent aliqui zelum Dei, sed non secundùm scientiam*, vt Ambrosius inquit *lib. 2. epistolar. epist. 17. ad Theodosium Augustum.* Qui quam sit nocuus, iam supra quoque vidimus. Scientia, Prudentiaque etuenda veritas; fraudulenta propellenda Astutia etiam ad fraudem repellendam: quæ cum peccatum contineat, non mutat bono fine naturam, substantiamvè perdit. Est enim *Astutia propriè, cum quis ad consequendum aliquem finem bonum vel malum, vtitur non veris viis aut mediis, sed simulatis & apparentibus. Hoc est autem peccatum, quia contra rationem rectam; vnde & contra Prudentiam. Neque enim ad bonum finem oportet falsis viis, & simulatis peruenire, sed veris & realibus. Quod facit Prudentia.* vt *2. parte summ. tit. 1. capit. 17. §. 1.* transcriptis verbis D. Antoninus docet. *Nec enim potest sine Iustitia esse Prudentia*, vt *de Offic. lib. 1. cap. 8.* D Ambrosius. *Quocirca astutia tollenda sunt, eaque malitia, qua vult illa quidem videri se esse Prudentia, sed abest ab ea, dissatque plurimum* arbitro, monitoreque Cicerone *Officior. lib. 3.*

Auctoritates contrariæ, quæ versutiam, Dolum, seu Astutiam ad Prudentiam referunt, latè, abusiuè, impropriè, & ob similitudinem loquuntur, & sunt intelligendæ. Namque *ipsa Astutia aliquando dicitur* Prudentia *propter ipsam similitudinem, sed impropriè. Vnde & Prouerbior. 1. dicitur*: Vt paruulis detur Astutia, id est Prudentia. *& Prouerbior 13.* Astutus, *id est* Prudens, *omnia facit cum consilio.* vt D. Antoninus *proximo loco* declarat. Ex quo illud Pauli *ad Corint. 2. cap. 12. v. 16.* in contrarium adductum, recipit solutionem. Eiquè respondet D. Thom. *2. 2. quæst. 55. art. 1. ad primum*: *Quod sicut* Astutia *propriè accipitur in malo, abusiuè autem in bono: ita etiam* Dolus, *qui est Astutia executio.* Quo verbo abusiuè Paulus vsus est, à malo *astutè*, id est, *Prudenter* reuocando, ad bonumque trahendo. Vt & hoc Pauli exemplo comprobat, etsi non sic explicite declaret, Petrus Gregor. *Syntagm. iuris lib. 21. cap. 13. ad finem.* Vsusque similiter Ambrosius est contrario argumento, eodemque loco relatus, cum dixit: *Spiritalis ergo debet esse Astutia, qua seruet salutem, Dolum nesciat.* Eaquè significatione sæpè hanc bonam Astutiam Basilius appellat *Homilia in initium Prouerbiorum*: dolosam detestatur omnino.

Ad quartum † paritet respondemus: veri- 42
tatem quæstionibus, aut eorum terrore Iudicem eruere posse, idque iure concessum *in l. 1. §. Impuberi, D. ad S. C. Syllanian.* & aliis, ex quibus relati, proximeque referendi sic notant Doctores: decipere, aut mendaciter simulare, nusquam. Alterum iuris, alterum iniuria est. In tortura, eiusque legitimo terrore non fraus, non dolosa versutia interuenit, illud agitur, quod intenditur, Comminatur Iudex tormentum: ad equuleum reum afferri iubet, nudari, ligari etiam, si id præsumptiones, aut indicia poscant: comminationem adimpleuit: torsit. Multiplex enim gradus, genusvè tormentorum est, ex quibus hoc vnum, vt, cum Baldo, Bossio, Claro, & aliis, obseruat Franciscus Personal. *de indiciis ac tortura, num. 76. & 77.* & Prosper Farinacius *quæstio. 38. num. 34. & 35.* In iureque, paria sunt tortura actualis, & eius propinquus terror, vt, ex *lege Nouissime, 7. vers. Quid enim, D. quod fals. tutore auctore.* bene firmat Gomezius *lib. 3. variar. cap. 13. num. 4.* & cum aliis Farinacius *quæst. 37. num. 96. & 97.* Probatque etiam textus *in l. Metum, 9. §. 1. D. de eo quod met. caus.* Optime in id *epistola 74.* Seneca: *Cum aliquod timetur malum, & perinde dum expectatur, quasi vt venisset vrgetur: & quidquid ne patiatur timet, iam metu patitur. Nam* (vt Sermone 51. super Cantica, col. 4. ad principium, Bernardus:) *timor pœnam habet.* Et vt *Moralium lib. 15. cap. 13.* Gregorius: *Timor ipse pœna est. Tanta infœlix patitur, quanta pati timet.* Imo.

Dubia plus torquent mala.

Vt Tragicus *in Agamen. actu 3. & in Thyeste actu 3.*

Peior est bello timor ipse belli.

Et *Troas actu 4.*

Grauius timere: perdere patriam graue.

Quia *plerumque dubia plus fatigant, vbi periculi metus integer*, vt Ambrosius inquit *de fide resurrectionis, col. 2. post medium.* secundum quem ibidem : *Grauius est timere ne acciderit, quàm tolerare quod iam nouerit accidisse.* Cuius & voti *lib. 3. epistolar. de vita Malchi Monachi* Hieronymus dixit : *Multo grauior expectata, quàm illata mors.*

In hoc itaque suum explet Iudex sine crimine munus. Si duriora suspicatus reus, delictum, veritatemque fassus ; sibi, non Iudicis fallaciæ, aut simulationi, quam non commisit, imputet. Quod expressit, comminatusque est, verum reddidit ; terrore torsit : tormenti quantitatem & qualitatem, quam exprimere non debuit; prudenter, vt erueret veritatem celauit, iuxta supra dicta *num. 32.* stylumque communem.

Caueant autem Iudices ne à verbis dissentiant facta, seu è contra, ne à prudenti Dissimulatione deuient, & in callidam, reprobatamque Simulationem incidant, & simplicem illudant. Quia *abominatio Domini est omnis illusor.* vt dicitur *Prouerbior. 3. v. 32.* Quia *Spiritus Sanctus disciplinæ effugit fictum.* Sapient. 1. v. 5. Et quia *Simulatores, & callidi prouocant iram Dei.* Ob id maximè, præter alia discrimina multa, iam in discursu memorata, *in calce Annotationis huius* subiicienda, & *proximè sequenti* prosequenda.

43 Per quæ † vltima quoque pars contraria argumenti huius, ex *cap. Cum dilectus, 6. de his quæ vi, met. vè caus. fiunt* constructa, ex eoque ipso decidit. Non enim quod tormentis, eorumvè terrore veritatem extorquere liceat : quòd iurata promissio leui quoque metu elicita, aut promittentis fatuitate facta, sustineatur : dolo, fraude, aut calliditate extorquere veritatem licere sequitur. Alterum quippe secundum ius, alterum contra ciuile & naturale, vt diximus. Metus ideo in textu non vitiauit actum, quia leuis interuenit, qui nec constanti præiudicat voluntati, *l. Si mulier, 21. §. Si metu coactus, D. de eo quod met. caus.* cum citatis à Nobis *in Axiomatib. & locis communib. iuris, lit. V. numer. 177.* Tradunt eleganter Sanchez *de matrimon. lib. 4. disput. 1. num. 9.* & Castro Palao *operis moral. tom. 3. de oblig. & firmit. iuram. disput. 2. punct. 4. num. 1.* ex plurimis, qui hanc materiam pertractant, selecti. Nec excusationem præstat, quia vani timoris non iusta excusatio est, vt *in l. Vani timoris, 146. D. de regul. iuris,* Celsus ait : neque actus valori præiudicat, *l. Metum, 6. D. de eo quod met. caus. cap. Veniens, el 2. 15. in fin. cap. Consultationi, 28. etiam in fine, de sponsalib. & matrim.* cum plurimis Fatinacius *fragmentor. criminal. verbo Metus, num. 63.* Non itidem eo in textu actum reddidit inualidum dolus, quia verè non extitit : redderet, si extaret, vt textus ipse, à contrario sensu, probat, sicque ex eo deducunt & profitentur ibidem Innocent. *num. 2.* Ioan. Andr. *num. 2. & 3.* Ancharan *6.* Abb. *12.* Syluester *verbo Religio, 3. quæst. 11.* Sanchez *de matrimon. lib. 10. disput. 9. num. 19. & 20.* Petr. Gregor. Mascard. Azori. & alij relati ab Augustino Barbos. *ibidem num. 2.* Longe quidem efficacius ob dolum quam ob metum. Hic enim voluntatem aut consensum non tollit (iuribus proximè citatis, & cum Aristotele *3. Ethicor. cap. 1.* & Gregorio Nysseno *lib. 5. Philosoph. cap. 1.* docet D. Thom. *1. 2. quæst. 6. art. 4. & in 4. dist. 29. quæst. 1. art. 1.*) Ille tollit, in errorem trahit aliud pro alio repræsentantem (id enim est *errare*, vt Augustinus *in Enchiridio* inquit, & ex eo textus *in cap. In quibus, 22. quæst. 2.* similiter textus *in l. Si per errorem, 15. D. de iurisd. omni. iudic.* traditque Sarmient. *selectar. lib. 6. cap. 6. num. 1.*) & consensum dementem. Quid enim tam contrarium est consensui, quam error ? vt Vlpianus inquit *in d. l. Si per errorem.* Nil quidem, *cum nullus sit erranti consensus*, vt Imperatores Dioclet. & Maxim. profitentur *in l. Non idcirco, 9. C. de iuris & fact. ignor.* Estque Philosophi assertio *3. de Anima, comment. 39.* dicentis : *Nihil volitum quin præcognitum.* Quare à fraudato consensum abesse, nec dici consentiri deceptum, Flaminius Paris. ostendit *de resign. beneficior. lib. 13. quæst. 3. num. 3. & seqq.* multa inde inferens. 44

Ad quartum respondetur † : dissimilem, longeque diuersam Armatæ, & Litteratæ Militiæ rationem, in hoc maxime, tametsi aliquo respectu vtraque assimiletur, & aliqua illius hæc præmia capiat. Armis illa ; hæc legibus pugnat.

Quas Arma vincunt,

Vt Seneca ait *in Hercule furente, actu 2.* Vt Ouidius *Tristium lib. 5. Eleg. 7.*

Non metuunt Leges ; sed cedit viribus Æquum.

Victaque pugnaci Iura sub Ense iacent.

Et *de Ponto lib. 4. Eleg. 9. ad Gracinum* :

Barbarus hostis
Vt fera plus valeant Legibus Arma facit.

Faciuntque Iura silere, vt, ex Cicerone, Quintilianus *Oratoriar. institut. lib. 5. cap. 14.* Quamuis enim sui natura potentiores Leges Armis esse debeant, iuxta Ouidium eundem *Fastorum lib. 3.* dicentem :

Armisque potius Æquum est :
At vetò
Quis nũ audet Leges vibrato imponere ferro?

Vt Claudianus percontatur benè *in Ruffinum lib. 2.* Illa præcipitata ruit : hæc tranquillè omnia peragit; solumque Ratione, Veritate & Simplicitate contendere patitur, quaslibetque fraudes à iustæ quoque causæ tuitione repellit, vt docet D. Thom. *2. 2. quæst. 69. art. 2.* Sylvester *in summ. verbo Accusatio, num. 11.* Sotus *de iustit. & iure lib. 5. quæst. 6. art. 2.* Couar. *variar. lib. 1. cap. 2. n. 1. in fine.* Nec fraudem fraude repellere permittit, vt prædiximus.

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.

Teste Lucano *lib. 10. Pharsal.* In bello inde iusto, non dicendo falsum, nec datam frangendo fidem, licitæ insidiæ, simulationes, & stratagemata sunt. Hæc siquidem belli conditio, vt liceat eo modo simulationibus, & insidiis vti : de quibus pars decepta conqueri non valet, cum vtrique communes sint, æqualisque facultas, vt bene considerat Azorius *institution. moral. tom. 3. lib. 13. cap. 4.* sic & parilem in hoc

UAB Biblioteca de Ciències Socials

hoc ludum faciens: *Insidia militares sunt vtrique parti belligeranti communes. Item in ludo colludores solent vti quibusdam fraudibus inter se vicissim.* Imo *nec propriè huiusmodi bellica insidia vocantur Fraudes, nec iustitia repugnant, nec ordinata voluntati. Esset enim inordinata voluntas si aliquis vellet nil sibi ab aliis occultari,* Diuus Thom. inquit 2.2. *quæst.* 40. *art.* 3. & alteri velle non licere, quod sibi licet, *l. Non debet actori,* 42. *D. de regul. iuris.* Eadem namque vti facultate, quibus idem ius est; *summam habere æquitatem, & sine cuiusquè indignatione iusta;* perbelle Vlpianus *in l.* 1. *D. quod quisque iuris.* Assentiunt Diuo Thomæ Angelus *verbo Bellum, quæst.* 19. Ludouic. Lopez *in instructor. conscient. p.* 1. *cap.* 276. *col.* 7. *In princip.* Gaspar Hurtado *de Fide, Spe, & Charit. tract. de Charitate, disput.* 9. *difficult.* 11. *pag.* 500. Molin. *de iustit. & iure, tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 111. *num.* 1. aliis quoque id rationibus confirmans, & diximus *supra, num.* 25. Proinde *quæstionum lib.* 6. *quæst.* 10. Augustinus: *In bello iusto nil refert an ex insidiis, an aperto marte pugnetur.* & ex eo textus *in d. cap. Dominus noster.* Vtroque modo pugnatur, vtrumque licet. *Nonnunquam terga etiam dedisse, simulata fuga, proderit,* vt est apud Quintilianum *Oratoriar. institution. lib.* 2. *cap.* 14. Ouidium *Fastor. lib.* 2.

Vbi vincere aperte
Non datur, insidias, armatquè tecta parant.

Et apud Virgilium *Æneid.* 2.

Mutemus clypeos, Danaumquè insignia nobis
Aptemus: dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Tametsi in bello quoque insidiis aut stratagematibus vti, esse indecorum, victoriam dehonestare, & planè vinci, qui sic vincit: multis comprobat Celada *in Iudith. cap.* 5. §. 2. *per totum.* Quoad iustitiam verò firmissima proposita conclusio est.

Diuersa iudiciorum lex. Omnia, vt diximus, bona fide peragenda iubet; neutri parti insidiis, aut fraudibus vti concedit, præfinitos terminos habet, quibus malitiis aut fraudibus obstet, & *per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat,* vt prouidet Iustinianus Imperator *in proæmio institutionum,* Quos sibi reseruat, nec litigantium voluntati, aut arbitrio relinquit, vt aduertunt Socinus Senior *consil.* 108. *num.* 11. *vers. Nec etiam obstat. lib.* 1. & Celsus Burgalius *de dolo lib.* 6. *regul.* 1. *num.* 14. Nec iudicis, qui *non voluntati sua obtemperare debet, sed tenere quod legum est,* iuxta textum *in cap. Iudicet,* 3. *quæst.* 7. Quare, vt ipse nectit: *Discite, Iudices seculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam Syncritatem.* Non per deuia, & incognitas semitas, vt in bello, sed via Regia incedentes, vt *in cap. Qualiter & quando,* 1. 17. *in ord. de accusationib.* textus præcipit. & commonemus *infra numero* 46.

In iudicio & Iustitia *turpis est itaque omnis fraus,* vt cum Diuo Ambrosio concludamus *de Offic. lib.* 3. *cap.* 9. *ad finem. Si enim* (vt ipse ibi arguit) *etiam in rebus vilibus execrabilis est statera fallacia, & fraudulenta mensura; si in foro rerum venalium, in vsu commerciorum fraus plectitur: potest irreprehensibilis videri inter officia virtutum?* in Iustitia, quæ complectitur omnes, quarum est mater, seu omnis virtus, vt ostendimus *supra Rubric.* 1. *Annot.* 1. *num.* 5.

Quoad secundam quæstionis partem, ei aduersantem sententiam, primamquè pro ea rationem respondetur: † Veritatem Iudicem 45
sequi debere, sed iuri conformem, & secundùm illius præcepta cognitam, aut elicitam, vt sæpè repetere cogimur, ex textu *in cap. Eorum,* 76. 11. *quæst.* 3. & plene agitatis *Annotatione præcedenti, num.* 4. *& sequentibus.* Rempublicam, seu etiam priuatum, ad vindictam solum, interesse, vel pœnam, quæ legitime infligi potest ius habere, cum nempe recte, & secundùm iuris formam de delicto constat, de crimine liquet, *auct. de mandat. Princip. §. Neque, coll.* 3. vt bene respondet Couarruuias *d. lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 16. *ad finem, vers. Quod verò dicitur.* Interim ex confessione dolo à Iudice extorta nullum ius, actionemve partem, seu Rempublicam prætendere posse. Ita pariter Azeued. *in l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *nouæ Reg. collection. num.* 15. Sicut enim vnius dolus alij non nocet, vt in contrario diximus: sic nec prodest, *nec alterius circunuentio alij præbet actionem,* vt Paulus inquit *in l. Alterius circunuentio,* 50. *alias* 49. *D. de regul. iuris.* Nec priuati Rempublicam delicti vindicta, aut interesse partem, quod aliter legitime conuinci aut probari potest, ex nouaque probatione puniri, vt ex se patet, & obseruat Andr. Fachinæus *controuersiar. iuris d. lib.* 9. *cap.* 61. *vers. Non obstat, & sequenti.* Sin verò quemadmodum in legitime confessum nullæ sunt Iudicis partes nisi vt condemnet, veluti in oppositio dictum: ita nullæ quoque sunt, vt illegitime confessum, improbis persuasionibus delinitum, confessione damnet, ex *dict. cap. Sane,* 7. *de renunciat.* cæterisque perpensis iuribus *supra, num.* 21. *& seq.* Neque habet quod ita confessus sibi imputet, naturalem fœderis obseruantiam, & publicam fidem à Iudice præstitam sequutus, vt & prædiximus, & specifice notat Decius *in d. l. Ea est natura,* 6. *D. de regul. iuris, num.* 7. *vers. Adde tamen, & vers. Non obstat:* cuius conditionis reus gnarus, eius se commisit fidei, seruandæ sibi, quæ hosti etiam seruanda est *cap. Noli, §. Fides enim,* 23. *quæst.* 1. *cap. Innocens,* 23. *in ord.* 22. *quæst.* 4. & comprobant iura alia à Nobis recensita *de priuileg. pauper. p.* 1. *quæst.* 6. *num.* 39. præterque relatos inibi Doctores, & à Plaza *d. cap.* 37. *num.* 6. docent ex Sanctis Patribus, Theologisque, præcipue, D. Ambrosius (maleis id Sacræ Scripturæ auctoritatibus confirmans) *de Officiis lib.* 1. *cap.* 19. *per totum, & in Apolog. prima* Dauid *cap.* 7. *col.* 2. *post med.* D. Thom. 2.2. *quæst.* 40. *art.* 3. Syluester. *verbo Gabella,* 3. *quæst.* 4. *num.* 11. Angel. *verbo Pedagium, quæst.* 7. Ioan. Molan. *de fide hæretic. seruanda, lib.* 1. *cap.* 16. Molin. *de iustit. & iure, tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 111. *num.* 2. Marquez *de Gubernator. Christian. lib.* 2. *c.* 24. §. 2.

Petr.

Petr.Binsfeld.*de confession.maleficor. & sagar. d.concluſ.7.dub.3.pag.361.* Ex Iuuentis, Crauet. *conſil.6.num.61.* Guil.Benedict.*in repetit. cap. Raynutius, verbo Teſtamentum, 1. num. 42. verſ. Decimo requiritur,* And.Fachinæ.*controuerſiar.iuris, d.lib.9.cap. 38.* contrariis injure reſpondens. Hancque etiam meritam laudem Cæſari cantauit Ouidius *Triſtium libro 1. Eleg.4.*

Sæpè fidem aduerſis etiam laudauit in armis:
Inquè ſuis amat, hanc Cæſar in hoſte probat.

Quid ni?
Etiam hoſti eſt æquus qui habet in conſilio fidem.

Vt eſt *in Publiani Mimis apud Eraſmum.*

46 Textui contra præfatam ſuperiorem ſententiam oppoſito † *in dicto cap. Cum dilectus, 6. de iis, quæ vi, metuſvè cauſa fiunt,* ſat iam *ſupra, numero 43.* reſponſum eſt. In quo veluti non fallacia, fidesvè interceſſerat vt extorqueretur promiſſio; ſed pura fatuitas eorum, qui ſe cum iuramento Ciſtercienſi ordini obligarunt, vt ipſe textus inquit.

47 Similem recipit ſolutionem † textus *in d. cap.1. de accuſationib. lib. 6.* in quo, ſine vi, fallacia, aut promiſſione ad confeſſionem delicti inducente, voluntaria, ſpontaneaquè proceſſit. Quamuis enim ſine legitimo proceſſu, indiciis, vel diffamatione ad inquiſitionem, & confeſſionem deueniendum non ſit (vt *numero 13.* diximus, & *ſequenti Annotatione* latius proſequemur:) ſi tamen ante hæc, ſine vi, metu, fraude, dolovè fiat de delicto confeſſio, ſubſiſtet, & ad condemnationem ſufficiens erit. Sicquè dictus textus procedit, vt cum multis à ſe laudatis, tradit, mentiquè tenendum dicit Maſcardus *de probationib.p.1.concluſ.350.num.2. & concluſ. 353. num.5. & 34.* Franciſc. Viui. *commun.opinion. lib.1.tit.19.num.62.verb. Confeſſio facta ſponte,* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnitential. tom.2.lib.24.numer.134. verſ. Memineris demum.*

48 Ex quibus deſcendit,† per extortam fraudè confeſſionem, ſequi condemnationem non poſſe, ſiue immunitatem eo promittat Iudex, quam implere non intendit, ſiue alia verborum formula, ſimulatè ad delicti confeſſionem reum inducat, vt docent Imol.*d. conſil.109.* Boſſius *in tit. de confeſſ. per tortur. num.16. & in tit.de examin. reor. num. 17. & 18.* Iulius Clar. *in pract. §. fin.quæſt.15.verſ. Circa ſecundum, ad med.* & multi alij penès Paulum Xamar *de offic. Iudic. & aduoc. p.1. quæſt.18.num.42.* ipſe licet pedem non figat, doctorum opinionibus numeris ſequentibus retuliſſe contentus. Hanc item, aliorum quoque relatione, ſuſtinet Farinacius *d.quæſt. 81. num.183.* & Azeuedus *in d.l.3.tit.2.lib.1.noua Regia collection.num.15.*

49 Saltem † ſi ita extortam confeſſionem reus retractet; cui eam retractandi ius eſt. Ita dicunt Petrus *in tract.de ſyndic.verſ. Tertius, cap.7.num.1.* Addit.*ad Decium, in d. l. Ea eſt natura cauillationis ad num.2.lit. E.* Marſil. *d.ſingul.201.num. 4.* Boſſi. *d.tit.de confeſſione per torturam, num.12. & ſeq.* Couar. *variar. d. lib.1. cap. 2.numer.16. verſ. Sed & ipſe abſque dubio,* eiuſmodi confeſſione reuocata, eius ratione nullo modo reum puniri poſſe aſſerens; veriuſquè cenſet Petrus Plaza *d.cap. 37.num.7.verſ. Potiſſimum, & verſ. Sin minus,* Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 367. num. 3.* Azeued. *ſupra,* Farinac. *d. quæſt.81. num.187.* Franciſc. Perſonal. *de indic.& tortur.num.70.* Flamin.Carter. *in pract. interrog. reor. lib. 2. cap. 1.num.19.38.verſ. Alia verò opinio, & num.44.* Ludouic. Lopez *in inſtructor.conſcient.p.1.quæſt.277.col.9. verſ. Igitur ad quæſtionem.*

Si verò in ea perſiſtat,† illamquè expreſsè ratificet: pœna plecti ordinaria delicti hunc poſſe, tenent Imol.*d.conſil.109.* Marſil. *vbi ſupra, & in l.1.§.Quæſtioni, num.15. D. de quæſtionib.* Couar.*d.num.16.verſ. Ex hac confeſſione, & verſ. Quòd ſi in ea confeſſione,* ex omnium id mente profeſſus, Menoch.*d. caſu 367. num. 2.* Farinac. *repetita quæſt. 81.num. 289.* Sanchez *conſilior.moral.d.lib.6. dub. 35. num.4.* & cæteri proxime citati. Quòd nempe ratificatio, ſeu approbatio prioris dolo extortæ confeſſionis vitium purget, liberumquè inducat conſenſum, quem deceptio abſtulit. 50

Quòd ſi nec confeſſionem reuocauit,† nec ratam habet expreſsè, ſed tacite, non eam, vt diximus, reuocando: temerarium, & à rectitudine iuſtitiæ alienum exiſtimat Couarruuias *dicto numero 16. verſ. In eo tamen caſu,* ordinaria criminis pœna reum plectere, extraordinariaque puniendum. Quem (cum Angelo *conſil.27.col.2.* Crauet. *conſil. 2. num. 20.* & Plaza *d.cap.37.num.9.*) ſequuntur Menochius *d.caſu 367.num.4.* Farinac. *d. quæſt. 81.num.188.* Bobadilla *d.lib.3.cap.13. numer. 16.* Ludouic. Lopez *loco relato proximè,* & Sanchez *d.dub.35.num.5.* Iudicem autem, qui tot Doctorum ſententia nixum, ex ea confeſſione non reuocata expreſſe, ordinariam inflixerit pœnam, non acriter reprehendendum, neque pœna male iudicantis afficiendum; ipſe pariter Couarruuias aduertit *ibidem.* At verò Fachinæus *controuerſiar.iuris, d. lib.9.cap.61.in fine,* ab iis etiam diſſentit, qui pœna extraordinaria ex ſola confeſſione non confirmata, nec reuocata, reum eſſe puniendum ſtatuunt. Quia de iure non probari dicit. Pro Couarruuia tamen ſequaciumque opinione, negari quidem non poteſt, multas, præter iam relatas, ſtare iuris rationes, de quibus *in Axiomatibus noſtris, lit.T.num.2.8. 9.& 13.* 51

Verum ſi contigerit,† præter hanc rei confeſſionem aliquot adeſſe coniecturas, indicia, aut præſumptiones commiſſi ab eo criminis; non eſſe à iure deuium eum pœna ordinaria puniri; cum his coniecturis maxima illa acceſſerit, quod ipſe crimen faſſus eſt, nec eam confeſſionem, comperta iam Iudicis ſimulatione, reuocauerit, adnotat Couarruuias *dicto loco, verſ. Pœna autem arbitraria.* Cui adhæret Lopez *d.quæſt.277.col. 9.verſ. Igitur ad quæſtionem.* Fachinæus vero, ſuæ inſiſtens opinioni, eo in caſu, cum 52

præfatam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

præfatam confessionem coniecturæ aliæ pariter comitantur; arbitrariæ tunc solum pœnæ locum esse existimat. In quam etiam sententiam ascendit Iacob. Menoch. *d. casu 367. num. 9.*

53 His proxima quæstio illa: † *An promissionem, datamque à Iudice impunitatis fidem reo in Ecclesia existenti, si abilla exeat; seruare omnino debeat ipse Iudex?* Seruandam enim, superiora fortiter suadere videntur, & (cum Remig. de Gon. *de immunit. Eccles. fallent. 25.*) æquius dicit Nauarrus *in Manuali, capite 25. numero 22. ad finem*, veriorem opinionem istam (aliis pro ea quoque relatis) Paz *in praxi, 5. parte tom. 1. capite 3. §. 5. numer. 166. vers. Contraria.* Cumquè Mastrillo *decis. 169. num. 12. lib. 2.* Megal. *3. p. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 32.* Villadiego, & Bobadilla (non tamen id simpliciter dicente) tradit Antonin Diana *resolut. moral. par. 1. tract. de immunit Ecclesiar. resolut. 26. vers. Non reticeam.*

Quod tum demum alij verum esse putant, cum reus qui ad Ecclesiam confugit, eius immunitate gaudebat, ab illaquè non poterat iure extrahi: non si tale sit facinus, quod non tueatur Ecclesia, ab illaquè extrahi possit: tunc enim impunitatem promittere non posse Iudicem, & promittendo peccasse, nec fidei datæ esse adstrictum, eaquè non obstante, punire reum pœna condigna valere, tenent, post antiquiores, Anton. Gomez *tom. 3. variar. capite 12. numero 7.* veram, notabilemquè distinctionem istam, & concordiam dicens, Couar. *dict. cap. 2. numer. 16. ad finem*, Remig. de Gon. *d. tract. fallent. 26. in princip. & numer. 8. vsque ad finem*, Petr. Plaza *d. libro 1. cap. 37. num. 10.* Farinac. *dict. quæst. 81. num. 282.* Bobadill. *in Politic. dict. libro 3. capite 13. numero 17.* Azeued. *in leg. 3. tit. 2. lib. 1. noua Reg. collection. num. 13.* Tiber. Decian *tract. criminal. tom. 2. lib. 5. cap. 30. num. 12.* Thom. Sanchez *consilior. moral. dict. lib. 6. capite 1. dub. 12. num. 1. & 2.* Petr. à Ledesm. *in summ. 2. parte tract. 8. cap. 22. col. 6. vers. Digo lo primero, & seq. pagina 458.* Augustin. Barbos. *iurio Ecclesiast. vniuersi lib. 2. cap. 3. num. 54.* Erasm. Cokier *de iurisdict. ordin. in exempt. 2. part. quæst. 32. num. 1.*

Indistinctè autem reum dolosis deceptum verbis Ecclesiam egressum, eius perdere immunitatem, & ordinaria puniri pœna posse, tenentes refert Diana *dicta resolut. 26. in principio*, Bonacinam *de legib. disput. 3. quæst. 7. §. ... num. 10.* Filliucium *tom. 1. tract. 15. cap. 6. num. 154.* Duardum *in Bulla Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæst. 16. numero 34.* Fagundez *de præcept. Eccles. tract. lib. 4. cap. 4. numero 56.* Multos quoque recenset Farinacius *in appendice de immunit. Ecclesiar. capite 19. numero 301.* Id licet in extracto per blandicias *duobus numeris sequentibus* limitet. At superior distinctio multum & iuris, & æquitatis habet, tam ex iis, quæ illius sequaces in medium proferunt, quam à discursu nostro deductis.

Quidquid autem in hoc sit, diuersus ca-

sus iste à principalis quæstionis nostræ casu, *in* quo solam confessionis dolo extortæ probationem adesse supponitur: in hoc autem, legitime probatum, aut probari posse delictum. Quo fit vt in eo, publico aut priuato iuri præiudicare nullatenus valeat Iudex: in priori, nullatenus etiam adimplendo promissum, præiudicetur, cum non legitimum, aut efficax ex tali confessione Reipublicæ, partivè sit quæsitum. In hoc non tam de causæ decisione agitur quando præparatoriis ad ipsam: non tam ab exitu in ecclesia existens detrimentum sentit, quam à confessione improbè elicita ille. Alterum manifestè damnat: alterum etsi nocere potest, nequaquam, absolutioni, si eam acta postulent, vt confessio exitus nocet, imo prodesse valet, tanquam innocentia: aut bono iure suo exierit fictus. Fateamur licet sit necessum, magnam vtrumquè cognationem, vicissitudinemquè habere, communes ferè esse, & congruere vtrique magna ex parte rationes.

Aliud esse vult (vt quæstionis tandem *istius* reliqua prosequamur) Fortunius Garzia † *in* 54 *l. Conuentionem, col. 4. D. de pactis*, si reo in Ecclesia existenti Iudex egens vt rei gestæ seriem cognosceret, exitum suaderet, sequè illum Ecclesiæ restituturum promitteret: fidem enim tunc à Iudice seruandam, Ecclesiæquè restitutionem faciendam sustinet. Sed huius modi adhuc obligationis merito dubitat Couarruuias *dicto numero 16. in fine*, præfatis rationibus hoc etiam in casu vrgentibus; etsi pro Fortunio validæ quoque ex præscriptis pariter adsint. Adhæret Couarruuiæ Sanchez dubius similiter *d. cap. 1. dub. 12. num. 2. in fine.* At verò hoc pariter in casu superioti distinctione proposita indubius vtitur Ludouicus Lopez *d. cap. 277. in fine*, sic communi suam tribuens opinionem: *Respondetur ergo ad quæstionem, quod etsi opinio Fortunati, testante prædicto capite 2. Couarruuia, maximis rationibus probari posset, qui ait huiusmodi reum reducendum esse ad Ecclesiam, quia hic non promissa est impunitas à Iudice; non enim impunitatem promittere poterat, sed solum reductionem ad Ecclesiam: tamen communiter tenetur, quod si reus iure ab Ecclesia poterat extrahi, fides ei de eum reducendo ad Ecclesiam non est seruanda; siquidem peccauit Iudex illam reductionem promittendo. Neque enim stante iure in contrarium, potuit reo hanc fidem præstare.* Petrus à Ledesma *d. 2. p. summ. tract. 8. num. 22. col. 6. vers. Digo lo primero, & sequenti*, postquam Fortunati, Couarruuiæ & sequacium retulit opiniones, communem præfatam distinctionem probans, Couarruuiamquè insequens, *vers. En esta difficultad*, quemadmodum & Lopezius addit: *Esta sentencia me parece verdadera, y muy conforme a razon.*

Ex his sequitur, † Iudicem qui per vim 55 exemit ab Ecclesia reum, vbi eius immunitate gauder, præter pœnam Ecclesiæ principaliter læsæ & violatæ debitam, ad damnorum quoque partis restitutionem ex iniustitia teneri, vt per eruditè comprobat Suarez *de Religione, tom. 1. lib. 3. cap. 13. num. 9. & legq.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vtrinque argumenta prosequens *ex numero* 8. Quem, cum Ambrosino *de immunit. & libert. eccles. cap. 5. num. 7.* sequitur Farinacius *eodem tract. capite* 20. *num.* 321. Idem pariter docet Valerius *de different. inter vtrumque forum, verb. Restitutio, different.* 4. cum Salone *de iustit. & iure quæst.* 60. *art.* 6. *col.* 280. Consentiunt Bañez 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 1. *dub.* 4. Lessius *de iustit. & iure, lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 52. Valent. 2. 2. *disput.* 6. *quæst.* 15. *punct.* 1. *quæstiuncula* 2. Manuel. *tom.* 1. *summ. verb. Immunidad, cap.* 155. *num.* 2. Sanchez *consilior. moral. libro* 3. *capite vnic. dub.* 17. pro vtraque parte ad longum rationes, argumenta, seu fundamenta proponens, hanc tandem non modo probabiliorem; sed oppositam sententiam (etsi magnorum Doctorum, quos enumerat, auctoritate fultam, ideoquè in praxi tuto seruari posse) tandem improbabilem, dicit *numero* 5. Hanc item probabilem, sed priorem, communiorem, & probabiliorem dicit Cardinalis à Lugo *de iustit. & iure*, 2. *p. disput.* 37. *sect.* 3. *num.* 36. & 37. Ioan. Ægid. Trullench. *in vpere morali, lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 23. *num.* 5. Et præter pro hac parte rationes, etiam fulcitur ex eo, quod tradit Alexander de Neuo *consil.* 56. *num.* 14. quod nempe secularis Iudex, qui Clericum retinet, nec ad suum Iudicem Ecclesiasticum vult remittere, non solum ad clerici sic iniuste detenti interesse tenetur; sed etiam ecclesiastico Iudici, cui debet fieri remissio, seu Ecclesiæ: per *legem Si quis ab alio, §. fin. D. de re iudic. & legem Stipulationes non diuiduntur, §. Celsus, D. de verbor. obligationib.* Quem referendo sequetur Carol. de Graf. *de effectib. Clericat. effect.* 1. *num.* 219.

An verò idem sit dicendum, cum promissa impunitate, dolo, fallaciave reus ipse ab Ecclesia exit; non paruæ dubitationis est, ex vtroquè latere & rationes, & fortissimi adstant, facultatem Iudici adimplendi promissum negantes alij; concedentes, imò necessitatem imponentes alij, vt *supra* vidimus late, etsi discriminis ratio excogitari possit, vt expendimus *proxime numero* 53. Ex altero, habere reum, quod fatuitati, & ineptæ imputet credulitati. Ex altero, nihil simulate, à Iudice præcipuè faciendum, bona omnia petagenda fide, quam sequendo reus nõ facit imprudenter omnino, priuata publicaquè vallatus, ex cuius iniqua violatione, actuvè iniusto Reipublicæ, aut parti ius non quæritur, aut nascitur efficax, iuxta latè toto isto discursu agitata, & *sequenti Annotatione deducenda*, circa restitutionis obligationem Iudicis cuius calliditate, arte, vel fraude damnum reus sentit. Quæ omnia & alia, quæ timari licet attento, & ancipitem quæstionem reddunt; & in maximo constituunt periculo Iudicem.

56 Tutiorem † & faciliorem quis viam sequi vetat? *Plana quippe Veritatis via, & graue est iter mendacij*, vt Gregorius inquit *Moralium lib.* 12. *cap.* 21. *longe ante finem.* Quæ illorum stultitia, *qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas*? vt Sapiens *Prouerbior.* 2. *v.* 13. considerat. *Quanto satius est, ire aperta via & recta, quam sibi ipsi flexus disponere*? velut *epistola* 101. Seneca. *Simplicitas Veritatis in medio est*, vt *Apolog. aduersus gentes, capite* 33. Tertullianus *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.* Quem demonstrat Isaias *cap.* 26. *v.* 7. qui quetutum præbet ducatum. Quæ dementia Iudices ad præcipitia ducit, per dolosas gradiantes semitas, à Veritatis simplici via Regia declinantes, in animarum, facultatumquè suarum dispendium cuidens? Quod (extra fusè perpensa) *Prouerbior.* 12. *v.* 28. sic proponit Sapiens: *In semita iustitiæ vita: iter autem deuium ducit ad mortem.* cumque Petro Nauarra, & alijs, proponit Valerius *de different. inter vtrumque forum, verbo Iudex, different.* 14. Ipsi viderint. *Iactent se in sui eloquij vanitate, & de argumentationum suarum versutia, qua inimica est Fidei, glorientur* (vt cum Sancto Leone Pontifice loquamur epistola 78. ad Leonem Augustum) *Nos verò media & Regia via incedentes (in qua virtutes quoque, vt harum peritis placet, sita sunt)* vt inquit Nazianzenus *Oratione* 82.) inoffenso pede gradiamur, nobisquè nos de Simplicitate nostra, boniquè illam comitantibus confidentia, rectiquè cognitione, iuuante Domino gratulemur, vanam fictamquè mundi abiicientes sapientiam, veram amplectentes iustorum. *Huius mundi sapientia est cor machinationibus tegere; sensum verbis velare; qua falsa sunt, vera ostendere; qua vera sunt, fallacia demonstrare*, vt eam Gregorius describit *Moralium lib.* 10. *cap.* 16. vltetius in descriptione procedens. *At contra* (vt ipse ibidem) *Sapientia Iustorum est, nihil per ostentationem fingere; sensum verbis aperire; vera, vt sunt, diligere; falsa deuiare; bona gratis exhibere; mala libentius tolerare quam facere*: in eaquè, ac Simplicitate, tutissimum esse Rectorum munimen. Quia Dominus *custodiet Rectorum salutem, & proteget gradientes Simpliciter. Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & aquitatem, & omnem semitam bonam.* Sapiente expromissore *Prouerbior.* 2. *ex v.* 7. & v. 21. repente: *Qui Recti sunt, habitabunt in terra*: & *Simplices permanebunt in ea.* & cap. 10. v. 9. *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.* Aut *vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis*, testante Beato Iacobo Apostolo *epistola Catholica, capite* 1. *v.* 8. Cui Ecclesiasticus *capite* 2. *v.* 14. comminatur *Va duplici corde, & labiis scelestis, & manibus male facientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis.* Cuius dictionis *Va* grauitatem in litteris Sacris, *supra Rubrica* 7. *Annot.* 2. *num.* 5. expendimus. *Va illud æternum est*, Bernardus inquit *Sermone* 42. *super Cantic. col.* 3. *ad principium.* Psalmista *psalmo* 11. *v.* 4. optat vt *disperdat Dominus vniuersa labia dolosa.* Qui & *psalmo* 5. prædixerat: *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Callidi præterea *audiant quomodo super illos Propheta Sophonias vim Diuinæ animaduersionis intendat dicens*: Ecce dies Domini venit magnus & horribilis. Dies illa dies iræ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ & clangoris, super omnes ciuitates munitas,

munitas, & ſuper omnes angulos excelſos; *Quid enim per* Ciuitates munitas *exprimitur, niſi ſuſpectæ mentes, & fallaces ſemper defenſione circumdata. Quæ quoties earum culpa corripitur, veritatis ad ſe iacula non admittunt? Et quid per* Angulos excelſos, *niſi duplicitas impuramentis intelligitur? Duplex ſiquidem ſemper eſt in angulis paries. Quid per* Angulos parietis: *niſi impura corda ſignantur? Quæ dum veritatis Simplicitatem fugiunt, ad ſemetipſa quodammodo Duplicitatis peruerſitate replicantur.* vt inſigniter D. Gregorius explicat *Paſtoralis Curæ 3.p.12. ante finem.*

Ergo *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in Iuſtitia, & ſanctitate, & Veritate. Propter quod deponentes mendacium, loquimini Veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicem membra.* Pauli *ad Epheſeos 4.v.23. & ſeqq.* admonitione *Vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum: & ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem ſuum. Quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus,* Pauli ipſius *ad Theſſalonicenſes 4.v.4. & ſeqq.* Caueamus *ne, Iudaice perfidiæ more, alia premamus affectu, alia voce ſimulemus,* Sancti Ambroſij *commento in Euangel. Lucæ, lib. 7. cap. 21.* in illud: *Nihil enim opertum eſt, quod non reueletur.* Sed *ponderet vnuſquiſque ſermones ſuos, non cum fraude & dolo. Statera fallax improbabilis apud Deum. Non illam ſtateram dico, quæ mercem appendit alienam (& in vilibus quidem rebus raro conſtat fallacia) ſed ſtatera verborum ipſa apud Deum eſt execrabilis, quæ prætendit pondus grauitatis ſobriæ; & ſubnectit verſutias fraudulentiæ. Hoc maxime condemnat Deus, ſi decipiat aliquis proximum ſuum promiſſorum Benignitate, & ſubdola iniquitate defeneratum opprimat, nihil ſibi profuturus aſtutiæ ſuæ artibus.* vt ipſe idem *epiſtolar. lib. 3. epiſtola 1. Conſtantio.* Tranſlucent fraudes: *manet in fundamento prorſus inconcuſſa Simplicitas, ſed minime apparet duplicitate operta humanæ doloſitatis, ſimulationis, hypocriſis. Quam incongruè Simplicitati Duplicitas admiſcetur; quam indigne tali fundamento talis ſtructura committitur. Huiuſmodi ſibi verſutiam ſerpens induerat; cum ſe, vt deciperet, conſiliarium exhibet, ſimulabat amicum.* vt S. Bernardus *ſuper Cantic. Sermone 82. columna 1.*

Quare (heus tu, qui ad Perfectionem tendis) *ouina tibi Simplicitas placeat, quæ ad Deum prouocat; non ſerpentina calliditas, quæ lethale virus inſtillat. Caueas horridam ſerpentis aſtutiam, & Sancta Prudentia tua inter fatuitatem & calliditatem ſit medie temperata,* vt Bonifacio Cauſidico prouide conſulit Diuus Petrus Damianus *epiſtolar. lib. 8. epiſt. 9.* Sancta hæc Prudentia Simplex ad Beatitudinem, ad Deum ducit. *Simplicitate penetratur ad cœlum,* aſſertore Ambroſio *Sermone in feſto ſancti Michaelis, ad princip.* Pſalmiſta quoque *pſalmo 31.v.2* dicente: *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Callida ſecularis ab illo prorſus aueritur: vt illud *Canticor. 5.v.7. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum,* Sanctus Ambroſius explicans *de Virginib. lib. 3. col. 18. ad finem,* ſic affirmat: *Inuenerunt ergo cuſtodes, & vulnerauerunt eam, & tulerunt pallium, hoc eſt, actus corporalis inuolucrum ſuſtulerunt, vt nuda mentis Simplicitas quæreret Chriſtum. Quia nemo poteſt amicto veſtitus philoſophiæ, in habitu ſcilicet ſapientiæ ſecularis, Chriſtum videre.*

Arrigant autes Iudices de ſua improba calliditate lætantes: gaudeant in ſua recta Simplicitate Perfecti (*Perfectus eſt enim, qui malitiam neſcit, nec dolum nouit*, teſte Ambroſio ipſo, *pſalmo 36.* in illud: *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem*) quia *Simplicitas Iuſtorum diriget eos: & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos,* vt ſpondet illis, his minatur Sapiens *Prouerbior. 11.v.3.*

Tuta, frequenſquè via eſt, per Amici fallere nomen.

Tuta frequenſquè licet ſit via, crimen habet.

Vt eſt apud Ouidium *de Arte amandi lib. 1.* Eo imo turpius, & grauius, quo frequentius; execrabilius, quo Amicitiæ, aut Beneuolentiæ obrumbratum velamine: tanto fœdius, quanto ſecurius; minuſquè reparabile vulnus infligit, odio dignum maiore quàm quod aperta vi plagam infert, vt *ſupra num. 14. 40. & 43.* demonſtrauimus: facinori à Sapiente *Prouerbiorum 26.v.18.* comparatum eius, qui lanceas & ſagittas alicuius mittit in mortem. *Sicut noxius eſt (ait) qui mittit ſagittas & lanceas in mortem; ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus, dicit, Ludens feci.* Ad ius quoque redactum *in cap. 1. de præſumptionibus.* Igitur *nos non velut quodam peripetaſmate operiamus. Quod intus eſt, foris luceat; quod foris eſt, intus operetur.* cum Ambroſio iterum *de Elia & ieiunio, cap. 10. in fine,* iterumquè hortamus.

Ipſaquè Simplicitas nunquam mala cogitat vlla.

Hinc ſincera Fides æterna Fide fruetur:
Et contra Dolus longo cruciabatur igni.
Elige quid velis, vt digna piacula vites.

Quam tibi electionem proponit Tertullianus, vt & Senatori propoſuerat ex Chriſtiana Religione ad idolorum ſeruitutem conuerſo, *cap. 2.* ſeu ſi mauis, D. Cyprianus æquè ſiquidem vtrique carmen tribuitur iſtud, interquè vtriuſquè opera circunfertur. Itaque *epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: ſed in azimis Sinceritatis, & Veritatis.* vt cum Apoſtolo epulemur, ad has epulas inuitante *1. Corint. cap. 5.v.8.* mortifera ſquè callidi Serpentis vitemus, Sinceritatis & Veritatis Perfectione fruamur.

VTRVM IVDEX CONFESsionem dolo, fraudevè extorquens, aut contra, vel præter iuris ordinem inquirendo, seu de sociis interrogando, ad damni ea ratione prouenientis restitutionem teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua sententia sustinetur à multis cum limitationibus.* & num. 2.

2 *Dispositionis effectus non impeditur etiam si illius causa vna deficiat, superstitibus aliis.*

3 *Qualiter distinguat Petrus Nauarra?* & num. 15.
An restitutio necessario facienda sit, cum damnum meo facto proximo sequitur, quod ex officio vitare debebam? ibi & n. seq.

5 *Proxima & immediata causa, non remota, seu mediata debet attendi.*

6 *Causa proxima & immediata, propriè causa est,* Causæque *propriè appellatione venit, in quibusque hominum actionibus inspicitur, & est quadamnum dat.* & num. 9.

7 *Remota, seu mediata, ficta & impropria Causa est, nec debet attendi.*

8 *Causa & Occasio qualiter differant?*
Intellectus textus in l. Qui occidit, 30. §. vlt. D. ad legem Aquil. *Tiraquelliquè ibi in Consultum animaduersio.*

9 *Qui homicidio causam dedit, an & quando ad Sacros Ordines promoueri nequeat?*
Intellectus textus in cap. De cætero, 11. de homicid. *ibi.*

10 *Euentus tribuitur causæ mediatæ, non remotæ.*

11 *Ratione damni dati an & quando causa etiam remota attendatur?*

12 *Causa mediata seu remota à qua immediata causam trahit, vt qua necessario in immediatam influit, aquè principalis & immediata censetur.*

13 *Qui potuit damnum impedire, nec impediit, ipse sibi causa immediata & efficax damni videtur, volensque pati, competenti sibi exceptioni, aut iuri renunciare, gestisque consentire.* & num. 18. 25. 57. & seqq.

14 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi, non aliis debet imputare.* & num. 17.

15 *Iudex indebite reum interrogans an ad restitutionem damni ex tali confessione teneatur?* & num. seqq. *Nona circa id consideratio,* num. 23. & seqq.

16 *Ignorantia iuris neminem excusat. Culpa lata est, dolo comparata. Crassa & supina, affectata reputatur.* & n. 25. & 64.

17 *Sua cuique culpa vel ignorantia, non alij nocet, & sibi damnum inde veniens debet imputare, non alij. Imo nec dicitur damnum sentire, quod quis sua culpa sentit.*
Intellectus textus in l. Quod quis, 203. D. de regulis iuris. *ibi.*

18 *Si Iudex faciat actum præiudicialem parti, pars tacendo, sibi præiudicat: quia taciturnitas partis præsentis in iudicio habetur pro consensu, etiam in sibi præiudicialibus.* & n. 26. 46. 47. 48. & 58.
Inquisitio formata absque infamia parte præsente, nec contradicente, sustinetur. ibi.

19 *Ignorantia iuris an & quando pro damno vitando excuset?* & numer. seqq.

21 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet. Et quando id procedat?* & num. 27.

24 *In iudiciis omnia solemniter acta, & Iudicem omnia rectè ritequè exequi in his quæ ad eius officium pertinent, præsumuntur.*
Iustitia facit vt nullus sit fraudis metus. ibi.

27 *Iudex non modo potest, sed debet, parte maxime petente, inordinatum emendare processum, & in debitum statum reponere.* & num. 33. *Ante diffinitiuam sententiam saltem.* num. 40. 42. & 43. *Quando etiam post diffinitiuam?* num. 44. *Nequè ex inordinato processu iudicare astringitur.* num. 39.

28 *Causa causæ quando dicatur, sitquè causa causati?*
Præsumptio cedit veritati, maximè in conscientiæ foro. ibi.

29 *Ad rei confessionem quando, quaque probatione possit legitimè deueniri?*

30 *Cum graui damno an credere Iudici simpliciter interroganti, aut tunc ei obedire, tanquam legitimè procedenti, debeat reus?*
Petitam à reo probationum aut indiciorum notitiam ad confessionem, præstare debet Iudex, non etiam processus copiam. Quod si notitiam non præstet, respondere non cogitur reus, appellandique facultatem, imo necessitatem habet, vt consensus & approbationis præsumptionem excludat. ibi.

31 *Quo sibi remedio prouidere potest reus, probationum & indiciorum copia petita, de facto respondere coactus? Et ad quid tunc Iudex teneatur?* num. seqq.

33 *Petri Nauarræ, & Emanuelis Rodriguez in iure lapsus.* & num. 38. & 39.

34 *Confessio an validet ineptitudinem inquisitionis, & omnem processus nullitatem, vitiumque purget?*
Quando in confessum nulla sunt Iudicis partes? ibi.

35 *Intellectus textus* in cap. 1. & 2. de accusationib. lib. 6. *& numeris seqq. & 64.*
Principis voluntas iuri consentanea & conformis censetur, iudiciorumque solemnitates velle seruari. ibi.

36 *Si aduersus aliquem specifice nominatum super certis criminibus proprio motu inquisitionem committat Pontifex: iam illum approbat diffamatum. Et non precedente infamia potest ex proprio motu inquisitionem delegare. Excusatque à restitutione*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

restitutione Iudicem inordinate procedentem, si in illo facto poterat dispensari, illudque approbet.

37 *Princeps veritatem attendit, & ex ea, spretis quoque iuris ambagibus, iudicat; censeturque iudiciarij ordinis nullitates purgare.*

38 *Naturale, ius Princeps imitare nequit.*

39 *Correctione propria non periclitatur, vt aliena, corrigentis authoritas. Retractari oportet, quod male gestum est.*

40 *Ante diffinitiuam sententiam opportunum emendandi errorem processumque Iudici tempus est.*

41 *Si ex inordinato processu ad sententiam ventum sit, quid facere Iudici liceat, qualiterque illum terminare?*

42 *Si decreta seu interlocutiones, quibus inest error, à quibusque est appellatum, Iudex reposuerit; libere procedit in causa; nec ab huiusmodi reuocatione admittere tenetur appellationem, nisi talis sit error, de quo possit meritò dubitari.*

44 *Post sententiam diffinitiuam, quæ nullitatem continet, instaurare de nouo causam ordinarius potest.*

45 *Iudex inordinatum processum ad instantiam partis non emendans, ad quid, & qualiter teneatur? Ad quid etiamsi emendet?*

46 *Iudiciario ordini iuris, circa eum solemnitatibus, aut iuramento calumniæ an & qualiter renunciari possit?*

In plurimis casibus renunciatio tacita maioris potentiæ & efficaciæ est quàm expressa, ibi, & num. 47. & seq.

47 *Quod parte petente, dicitur de substantia & necessitate; tacente, dicitur congruitatis, vel non de substantia.*

48 *Iudicium suis solemnitatibus carens valet, si à parte non opponatur.*

Testes inhabiles sustinentur, si de inhabilitate pars non opponat. De aliisque similibus casibus, ibi. *remissiuè.*

49 *Regia iure quæ processus, iudiciique solemnitates resecentur? Ad quam obseruantiam teneatur, vel non teneatur Iudex? Ad quodvè inde damnum?* & numeris seqq.

Quæ nouiore constitutione non mutantur, ex antiquiore durant. ibi.

51 *Per clausulam* Veritate attenta, *omnes positiui iuris solemnitates censẽtur remissæ: exceditque potentia illas*, Summariè, Simpliciter, & De plano, *quæ iudiciorum solemnitates relaxant.*

53 *Simplici expensarum condemnatione, vel appellatione non continentur, nec veniunt damna.*

54 *Improbum litigatorem, & male iudicantem an expensarum & damnorum in interiori & exteriori foro obligatio sequatur?*

55 *Ex quo dolo, vel metu ad restitutionem tenentur Iudex, per dolum vel metum confessionem extorquens?* & numeris seqq.

Confessio per suggestionem elicita, nulla est. d. num. 56.

57 *An Iudex qui contra ius sententiam protulit, litem suam faciat, proque interesse in syndicatu possit conueniri, tametsi pars grauata non appellet, inque rem iudicatam sententia transierit?* & numeris seqq.

Quid si pars appellet, appellationem tamen deserat, seu pendeat appellatio, aut sententia confirmata à superiore sit? ibid.

58 *Facilius præsumitur consensus in his, quæ commodum continere possunt: in his quæ damnum aut incommodum continent, non consentire, sed dissentire videtur tacens.*

59 *Intellectus textus* in cap. Pastoralis, 29. de iure patronat.

60 *Differentia inter sententiam iniustè latam & iudiciarios alius processus contra vel præter ordinem iuris factos: dissimilisque in vtroque ad Iudicis obligationem, & partis consensum dissensumvè arguendum ratio.* & numeris seqq.

61 *Sententia negotio finem imponit, dat ius, vel adimit.*

Nemo suum iactare, aut ius perdere velle præsumitur. ibi.

62 *Iudex diffinitiuè pronunciando, siue benè, siue malè, functus est officio suo, desinit esse Iudex, nec sententiam valet emendare, necessariaque appellatio est, vt in melius sententia reformetur.*

Appellationum Iudices nonnunquam benè latas sententias in peius reformant. ibi.

Ius non semper taciturnitate perditur, quod sibi dominus scit durare. ibi.

64 *Sacri Canones animarum periculis semper principaliter obuiare intendunt.*

66 *Ex inordinato processu per sordes an aquè vt ex sententia per eas lata obligatus existat Iudex in interiori & exteriori foro?*

Dolus præponderat culpæ. ibi.

67 *Iudex qui inordinate in processu se gessit, non ob sordes, sed ex inordinato quoque Iustitiæ zelo, vindicandique crimina, an & quando excusationem aliquam in interiori & exteriori foro habeat?*

68 *Reus interrogari de sociis non debet in casibus non exceptis. Interrogatus potest verbis æquiuocis, dum mendacium absit, interrogationem eludere.*

69 *Simpliciter respondens, sociosque propalans, nullis ad non respondendum iuridicis remediis vsus, an ad damnum ex reuelatione teneatur? Indexvè interrogans? Aut sic occultum delinquentem reuelans, Iudicem interrogantem ad restitutionem sibi habeat obligatum, casu quo ex reuelatione socio teneatur?* & num. seq.

71 *Socij dictum neque ad condemnationem sufficit,*

ficit, neque ad inquisitionem, aut torturam indicium facit, nec aliud generat praeiudicium, per se saltem, & absque aliis indiciis.

Qui contra legem operatur, bonam fidem praesumitur non habere. ibi.

Iuris ignorantia neminem excusat, Iudicem deturpat. ibi.

72 *In exceptis criminibus sub peccato mortali reum de consociis interrogare tenetur Iudex. Et an non interrogando, ad restitutionem teneatur?*

Respublica fictum & inanimatum corpus habet. ibi.

Iudex Rempublicam partemque offensam repraesentet. ibi.

73 *Excepta crimina in praesenti materia quae dicantur?*

74 *Cur in exceptis criminibus interrogari socius debeat, & respondere teneatur? Imo & ante interrogationem denunciare, iuxta dictum modum* ibi, & num. seqq.

75 *Legitimè à Iudice interrogatus sub mortali peccato veritatem respondere debet. Et an idem sit, siue interrogatus solus, siue cum aliis delinquentem nouerit, cum in generali inquisitione, certo existente delicto, incerto verò delinquente, interrogatur:* & num. 78.

79 *Quid si hac generali inquisitione socius criminis, vt alius quilibet testis, interrogetur?*

80 *Testis legitimè interrogatus dicens se nescire, & veritatem occultans an iustitiam commutatiuam laedat, & ad restitutionem teneatur?* & num. seq.

ANNOTATIO V.

AFFIRMATIVAM sententiam communiter sustinent Theologi. Dominic. Soto *de ratione tegendi & detegendi secreti, memb. 3. quaest. 1. conclus. 5.* Martin. Nauar. *in Manual. cap. 18. num. 59.* Leonard. Lessius *de iustit. & iure, lib. 2. cap. 29. dubit. 18. num. 172.* Villalob. *in summ. p. 2. tract. 14. difficult. 16.* Filliuc. *tract. 40. cap. 6. quaest. 14. num. 199.* Martin Bonacin. *tom. 2. moral. circa oct. praecept. Decalog. disput. 10. quaest. 2. punct. 6. numer. 6.* Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral. lib. 8. cap. 5. dub. 23. num. 2. 3. & 4.* Quibus accedunt laudati *precedenti Annotatione num. 55.* 1

Rationem reddunt: quia Iudex contra iuris ordinem, eoque non seruato, ad iudicandū procedens, causa efficax iniusta damni censetur, ex eaque ad illius restitutionem obligatus existit.

Limitant † Lessius *dicto loco, num. 174.* Trullench. *in opere morali lib. 8. cap. 1. dub. 23. num. 7.* Filliucius, & cæteri, si non ex illa solum ratione, aut causa in qua inordinate processit Iudex, sed ex alia etiam condemnatio sequi posset, quia tunc ad restitutionem non tenebitur. Conclusionis illius nostratum ad instar, habentis: non impediri dispositionis effectum, etiam si vna illius causa deficiat, superstitibus aliis. Quam, suo more, multis & iuribus & auctoritatibus firmat Taquellus *in tract. cessante causa, limit. 22. num. 1.* & post eum Osasc. *decis. 118. num. 6.* Natta *consil. 14. num. 6.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. tom. 5. capit. 971. numer. 6.* Alias item citati Theologi prosequuntur limitationes, apud ipsos videndas. 2

Petrus Nauarra † *de restitutione lib. 2. cap. 3. num. 225.* inter Iudicem Superiorem, qui potest in pœna legis dispensare, & inferiorem, discrimen constituit: vt ille teneatur sub mortali à punitione cessare, alias ad restitutionem damnorum, quorum fuit causa efficax, teneatur: addens: *quod si forte ob scandalum licitum esset accidere, vel alia pœna multare, quia re vera non est innocens, re, & probatione tamen propter iniuriam tenetur dictam restitutionem facere:* Hic verò (Iudex nempe inferior) teneatur reum sic confessum pœna legis multare, cum eius minister & executor sit, non dispensator, ex *cap. 1. de accusationib. lib. 6.* & ad restitutionem pariter. *Licet enim* (inquit numero 226. *crimine extorto semel, non potuerit non multare: tamen ille posset talem pœnam iniustè ferendam vitare, non interrogando à principio iniusta extorsione.* Genetalem Doctorum regulam esse dicens: Restitutionem esse necessariò faciendam, cum damnum meo facto proximo sequitur, quod ex officio vitare debebam. Vniformiter Emanuel Rodriguez *de ordin. iudic. c. 1. conclus. 4. n. 4.* 3

At nec prædicta distinctio integre, nec ex ea deducta resolutio iuris conuenit determinationibus, sed ab eis omnino dissentit, vt infra constabit. Posterior regula inoffenso currit pede; ita tamen si meo facto efficaci, † & immediato, proximo damnum venit, quod nec remouere eidem in potestate fuit, vt præcitati quoque Doctores sentiunt, causæ efficaci iniustæ restitutionis obligationem tribuentes. Nam si inefficax sit, eiusque naturæ, quam facile remouere pars possit, seu etiam debeat, conditionaliter saltem, si damnum nempe vitare velit, nec remouit: non ita Iudicis facto, remotæ & inefficaci causæ, quam partis ipsius proximæ & immediatæ damnum referendum tribuendumque videtur. Quia proxima † & immediata causa, non remota seu mediata debet attendi. *Nec enim vndecunque causa fluxit, ibi culpa est: vt si quis profectionem suaserit vt ad amicum accesserit trans mare, & is naufragio perierit: ad cœnam inuitarit, & is cruditate illic contracta decesserit,* vt optime Quintilianus *Oratoriar. institution. lib. 7. cap. 4.* Dixereque Consulti *in l. Socium, 61. §. Socius, D. pro socio, in l. Sed si plures, 10. §. In arrogato, D. de vulg. & pupil. substit. in l. Huic scripturæ, 15. §. 1. D. ad leg. Aquil. in l. 4. §. sed quod meretrici, D. de condict. ob turp. caus. in l. 2. §. Sicuti, D. de hæredit. vel action. vendit. in l. Rogasti, 11. D. de reb. credit. l. Metum autem, 9. §. Sed licet, D. de eo quod met. caus. in l. Ligni, 53. §. fin. D. de legat. 3. in l. Carbonum. 167. D. de verbor. signific. in l. 2. C. de execut. rei iudic.* 4 5

Aptissimi

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Aptiſſimi denique textus *in l. Qui domum*, 59. *D. locat. & in l. Cum de hoc*, 27. *D. de except. rei iudic.* Plene Cardinal. Tuſch. *practicar. concluſ. lit. C. concluſ.* 145. eruditè admodum Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa, limit.* 20. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi cauſam proximam † & immediatam, eſſe propriè *Cauſam* dicit *Cauſa* appellatione venire & intelligi, eamque in quibuſque hominum actionibus inſpici, non ſolum apud Iuriſtas; ſed & apud Theologos, quos *numero ſecundo* allegat, nempe Alexandrum Alenſem *in 4. p. ſua ſumma, quæſt. 20. memb. 2. art. 2. §. 1. col. 2. in ſolut. ad 2. argument.* D. Bonauenturam *lib. 2. ſententiar. diſt. 22. art. 1. quæſt. 1.* Gabrielem *lib. 1. eiuſdem operis, diſt. 45. quæſt. vnic.* & iterum *lib. 2. diſt. 2. in 2. notabil.* Mediatam verò † remotam vt cauſam, fictam & impropriam eſſe, nec attendi, docet ex multis Sic & Rebuffus *in l. Rei appellatione, 23. præſertim col. 5. verſ. eſt tamen, D. de verbor. ſignific.* vbi inter *Cauſam* † & *Occaſionem* diſcrimen conſtituit: quod *Cauſa* ſit proxima, *Occaſio* remota, vt & Tiraquellus *ſupra, numero* 8. Conſultum Paulum incuſans, quòd *in l. qui occidit, 30. §. vlt. D. ad legem Aquiliam* dicat: *Qui occaſionem damni præſtat, damnum feciſſe videtur.* Cum debuiſſet dicere *Cauſam.* Longeque inefficaciorem occaſionem cauſa oſtendit textus *in capit. Solita, de maiorit. & obed.*

Confirmantur item prædicta † ex Gloſſa *in cap. De cætero, 11. de homicid.* vbi cum textus dicat: *De cætero noueris quod diaconus, qui homicidio cauſam dediſſe videtur, non videtur ad Sacerdotium promouendus:* Gloſſa vnica ibi intelligit in eo, qui *Cauſam proximam* homicidio dedit, non ſi *remotam.* Quam ſequuntur Hoſtienſis, Ioannes Andr. Bohic. Abbas, Felinus, & cæteri communiter, teſte Tiraquello *ſupra, numero* 7. Couar. *in Clement. Si furioſus, 2. p. §. 4. num. 9. verſ. Hinc etiam conſtat,* vbi quod cauſa propinqua & immediata eſt, quæ damnum dat. Martin. Nauar. *conſil. 29. num. 4. tit. de homicid. & conſil. 30. num.* 2. Cumque Turriano, Magalio, Vega, multiſque Theologis aliis, obſeruat Antoninus Diana *reſolut. moral. 4. p. tract. de irregularitate, reſolut. 101. verſ. Confirmantur.* Euentus enim † tribuitur cauſæ immediatæ, non remotæ, vt (cum Baldo *conſil. 136. incip. Proponitur quod Titius percuſſit, lib. 2. circa finem*) tradit Tiraquellus ipſe *dicta limit. 20. num. 9.*

Ex limitationibus, quas Tiraquellus idem præfatæ concluſioni à *numero vigeſimo primo* deſignat; prima, de damno dato, † Calderinum, ab eodem tantummodo allegatum, habet fautorem: pro cuius adhuc declaratione ad Caſſanæum ſe remittit, *in conſilio primo, p. 4. col. 3. verſ. Miror tamen, nouioris editionis num. 17. & ſequentibus.* Qui Calderinum declarat, dicitque loqui in generali obligatione à parte facta ad damnum qualibet ratione prouenientis; quæ vtramque proximam, ſeu remotam reſpicit & comprehendit obligatio cauſam: in iudicio, in Iudiceque negatiſn quo Proximam ſolum attendi tuetur. Per quod Iudicem excuſat, qui clericum detruderat in carcerem, ex quo mors euenerat: quia cauſam proximam Carcerem fuiſſe; remotam, pro veritate indaganda Carcerationem dicit, multiſque confirmat. Sed non comprobationis, diſtinctioniſque difficultatem illo in caſu diffitemur. Longe faciliot caſus noſtri exitus, vt apparebit infra.

Limitationes aliæ † ad neceſſariam cauſæ mediatæ ad immediatam influentiam reducuntur, quæ ad paria tunc iudicantur, æquèque principales & immediatæ cenſentur, vt ſæpè exemplificat Tiraquellus ipſe, & probant textus *in cap. Præſbiterum, 7. de homicid. in l. Damni infecti ſtipulatio, 18. §. Sabini, D. de damn. infect.* & alij ex quibus ita obſeruat Caſſanæus *dicto conſilio primo, 4. p. num. 2. & ſeq.*

Vnde, † ſi pars quæ potuit, imo debuit appellatione, querela, vel ſimplici etiam apud Iudicem petitione damnum ex inordinato proceſſu vitare (ne conſentire actis tacendo videatur, approbareque geſta, iuxta *Gloſſam finalem in cap. 1. de accuſationib. lib. 6.* Gloſſam *verbo Reclamante, in cap. 2. eodem titulo & libro,* D. Thomam *2. 2. quæſt. 69. art. 1.* Sotam *de ratione tegendi & detegend. ſecret. memb. 3. concluſ. 3.* & alios infra latius referendos *numero* 18. 25. & 26.) nec id efficit ipſe ſibi damni cauſa proxima immediata & efficax cenſetur, † culpaque ſua damnum pati, iuxta pulchram in id textus deciſionem *in l. ſi quis cum ſciret, 93. D. de furtis.* Vbi Iabolenus: *Si quis cum ſciret quid ſibi furripi, non prohibuerit; non poteſt furti agere.* Quod Paulus ibi tempetat in eo, qui *quia non poteſt prohibere, quieuit.* textus *in l. 3. C. quomodo & quando iudex, in l. 1. C. de his qui ſponte public. munner. ſubeu. lib. 10.* vbi Imperator Auguſtus: *Veterani, qui cum poſſent ſe tueri immunitate his conceſſa, Decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt: redire ad excuſationem, quam reliquêre, non poſſunt.* Similes ibi Gloſſa allegat, *verbo Ad excuſationem:* Et conſequenter, alij non imputandum, ex vulgari regula textus *in cap. Damnum, 87. de regul. iuris lib. 6.* cum citatis *in Axiomatib. noſtris, lit. D. num. 4. & infra num.* 17. aut volens ſcienſque ſufferre. Quod à dolo, iniuria, & reſtitutione conſequenter excuſat.

Hanc diſtinctionem format idemmet Petrus Nauarra *d. lib. 2. cap. 3. num. 228.* in reo inbite interrogato & confeſſo: † vt ſi ſciat ſic interrogari non poſſe, & tamen reſpondeat; ad reſtitutionem non teneatur Iudex: teneatur ſi ignoret. Quia *licet peccet Iudex mortaliter in puniendo contra iuris ordinem; ſed non facit contra iuſtitiam commutatiuam, cum volenti & ſcienti non fiat iniuria neque dolus.* Secundo vero caſu, *cum rogatus eſt ignorans, putans ſe teneri reſpondere in conſcientia, vel timens niſi confiteatur, aliud ſibi malum à Iudice imponendum fore:* ad reſtitutionem Iudicem obligatum dicit, quia ignoranter & inuoluntariè reus patitur damnum, fitque iniuria illi exigens reſtitutionem.

Ac

16 At verò † quod nec rei ignorantia transfundat in Iudicem restitutionis obligationem in præsenti facit: quod ignorantia iuris neminem excuset, vulgari regula *capitis Ignorantia, 13. de regulis iuris, lib. 6.* cum similibus. Quæ veluti lata culpa est, *l. leges Sacratissimæ, 9. C. de legib. l. Constitutiones, 12. C. de iuris & facti ignorant.* Farinac. *fragmentor. criminal. lit. I. num. 258.* Dolo comparata. *l. lata culpa, 223. l. Magna negligentia, 215. D. de verbor. signific. l. quod Nerua, 32. D. depositi, l. Si fideiussor, 29. D. mandat. l. Impuberibus, 7. §. 1. D. de suspect. tutorib.* cum aliis de quibus Nos *in Axiomatib. iuris, lit. I. num. 260. & seq.* cumque multis in specie ista Augustin. Barbos. *in collect. ad d. cap. Ignorantia, num. 42. & seq.* At sua cuique culpa & ignorantia,
17 † non alij nocet, vt dicunt textus *in l. Iniquissimum, 5. & in l. Regula, 9. D. de iuris & facti ignor.* Et damnum quod quis sua culpa sentit, sibi, non alij debet imputare, *l. qui se iuti, 48. D. de petit. hæredit. d. Is qui se obtulit, 26. & lege sequenti, D. de rei vendic. l. 4. §. Hoc autem iudicium, l. Euenit, 6. l. Cum postulantem, 44. D. de damno infect.* Quinimo & tunc damnum non sentire dicitur, vt *in l. Quod quis, 203. D. de regul. iuris*, sic Pomponius docet: *Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.* Quod hoc sensu Petrus Faber capit ibidem: *Vt intendere non possit, quo magis ei damnum hoc vel in totum vel ex parte sarciatur.*

Quare cum iniuste inquisitus vel interro-
18 gatus † potuerit remediis iuridicis vtens, damno quod inde timeret, obuiam ire, illudque vitare: non vitando, remediisque à iure concessis sibi non prouidens, de iniusta inquisitione non opponens; à se immediatè & efficaciter damnum sentit, imo nec damnum (vt diximus) sentire, nec alium habere obligatum, neque hac iuris ignorantia excusari posse, ex dictis iuribus videtur, sed volens confiteri, & inordinati processus exceptioni, iurique renunciare. Nam *si Iudex facit actum præiudicialem parti præsenti, pars tacendo, sibi præiudicat.* vt (cum Bartholo *in l. 1. C. de relationib. num. 6.* per illum textum) tradit Ioso *in l. Patre furioso, num. 27. D. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Quia (vt ipsemet eiusdem numeri initio ait) *taciturnitas partis præsentis habetur pro consensu.* Sic & Menochius *de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 46. num. 2. & lib. 6. præsumpt. 99. num. 42. & 43.* Iterumque resumemus infectius.

Hunc que vnum ex casibus esse in quo de iure contra aliquem specialiter absque infamia præuia potest inquiri, notant Azorius, *institution. moral. p. 3. lib. 13. cap. 17 dub. 3. vers. Secundo vbi inquisitio fit præsente parte, & non opponente, quod non præcessit infamia.* Iulius Clarus, *receptar. sententiar. quæst. 6. vers. Viterius scias*, Petr. Duen. *regula 298. limit. 1. num. 30. & 41.* Suntque aperti ad id textus *in d. cap. 1. & 2. de accusationib.*
19 *lib. 6.*

Neque his præiudiciũ afferre videtur, quod licet ignorantia iuris † pro lucro captando non excusat: excuset pro damno vitãdo, iuxta Papiniani sententiam, *in l. Iuris ignorantia, 7. & in l. sequenti, De iuris & facti ignorant.* in illa sic dicentis: *Iuris ignorantia non prodest acquirere volentibus; suum vero petentibus non nocet.* In hac, sic: *Omnibus iuris error in damnis amittendæ rei suæ non nocet.* Notantque Glossa *in d. l. fin. §. Sed iuris ignorantiam, verbo Raro, D. eodem tit.* Et aliæ statim referendæ hisque prætermissis, Doctorum maxima copia Farinacius, *fragmentor. criminal. 2. p. verbo Ignorantia, num. 271.* Multifariam enim assertio hæc limitationes reci- 20
pit & intellectus.

Primò, † cum ius clarum & indubium est, vt in præsenti, tam ex parte Iudicis, quam ex parte rei. Ex parte Iudicis, ne absque diffamatione, legitimisque indiciis, sufficientivè probatione ad particularem inquisitionem deueniat, aut inordinate procedat, ex *cap. Cum oporteat, 19. vers. Discretioni vestræ, cap. Inquisitionis, 21. §. Tertia dubitationis, vers. Ad hæc respondemus, cap. qualiter & quando, 24. de accusationib. cap. Licet Heli, 31. de simon. cap. quis aliquando, 87. §. 1. vers. Et illud aliud, de pœnit. dist. 1.* Ex parte rei, quod inditiorum, probationum, aut diffamationis copiam, seu notitiam petat, iuxta *supra* tradita *Annotatione præcedenti, num. 13.* inordinatæ inquisitioni, vel processui contradicat, iuridicis remediis vtens, aut de hoc saltem opponat: quo non opponente, approbare censetur iudicium, sustinetur processus, & ex eo ad sententiam legitime peruenitur, *d. cap. 1. & 2. de accusationib. lib. 6.* relatisque doctrinis. Cumque ita ius clatum est, quemadmodum iuris naturalis, quasi naturalis, vel gentium ignorantia non excusat (iuxta textum *in cap. Turbatur, 12. 9. Notandum, 1. quæst. 4. & ibi* Glossam *verbo Omnis ignorantia, in l. 2. & ibi etiam* Glossam *verbo Naturali, C. de in ius vocand.*, Glossam vnicam *in summ. 38. distinct.*) sic nec iuris clari positiui. Ita obseruant, post alios à se laudatos Tiraquel. *de pœnis temperand. causa 11. ex num. 7. cum duobus seqq.* Farinac. *d. verbo Ignorantia, num. 261. & 271.* dum se ad alios refert ibi, Sebastian. de Medic. *de casib. fortuit. 1. p. quæst. 3. num. 2. 3. & 4.* Sfortius Oddus *de restitut. quæst. 9. num. 7. 8. & 9.* Cardinal. Dominic. Tusch. *practicar. conclus. lit. I. conclus. 21*
11. *num. 1.*

Limitari præterea † & intelligi dicta potest: ignorantiam iuris excusare vt damnum proprium quis vitet ex actis per ignorantiam gesto; non vt alij quoque noceat, aut damni alterius sua sit ignorantia causa, vt ex *lege si res, D. de legat. 1. & l. Si tibi, D. de actionib. empti*, distinguit, limitatque Medices *d. quæst. 3. num. 5.* Cum sua cuique (vt prædiximus) ignorantia noceat; non alij, nec alteri per alterum iniqua inferatur conditio, vbi saltem alterius deterioris conditionis immediata & efficax causa non est, vt & infra di- 22
cemus.

Tertiò limitatur, † vt ignorantia iuris excuset, *quando sumus in vero damno vitando, id*
est,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

est, quando aliquid per iuris errorem de nostro dedimus: si verò sumus in damno, quod consistit in non prosequutis nostris iuribus & actionibus intra legitima tempora, saltem si potuerit consulere peritiores, is qui errauit in iure, & non consuluit, & sic damnum passus est, nocet ei iuris ignorantia, vt formaliter inquit Sforcius Oddus *de restit. p. 1. q. 8. n. 82.* ita intelligens textum cum sua Glossa *in d. l. fin. §. Sed iuris & facti ignoran.* Qui casus est noster.

Quamuis autem pro hac parte rationes & argumenta proposita vrgeant; quia tamen non solum vniuersali apud nostrates stylo
63 † & consuetudine, sed & secundum ius, neque Iudex ante rei confessionem facere notas probationes, seu inditia solet, aut debet, neque exigere reus; sed post interpositam, denunciatamve accusationem, quam rei confessio præcedit, (vt, cum multis, prodit Gutierrez *allegat. 15. num. 1. & in praxi crimin. canonic. & ciuili, quæst. 8. num. 1. vers. Ad rem igitur*, clariusque prænotauit *Canonicar. quæstion. lib. 1. cap. 11. num. 43.* Aldrete *de Religios. disciplin. suend. lib. 2. cap. 4. num. 8. per errorem 7.* anteque processus publicationem illius copiæ denegatæ, querelam reiiciat, & appellationem ob id quoque deneget Regia *lex 3. tit. 18. lib. 4. nouæ Regiæ collection. in fine:*) tota censetur vsque tunc inordinati processus culpa, damnique ex eo prouenientis causa apud Iudicem residere, illiusque satisfactionis obligatio: cum habeat excusationem reus, qui ex præfato stylo, legis fulcito
24 dispositione, & Iudicis facto, † legitimam credulitatem, & bonam fidem induente (vt probant Socinus *consil. 32. num. 10. & seq.* Hieronym. Gabriel *consil. 13. num. 7.* Gutier. *d. cap. 11. num. 43.* & cum aliis Farinac. *consil. 45. num. 49. lib. 1.*) informatiui processus nec copiam, nec notitiam exegit, iurisque præsumptione deceptus, omnia solemniter acta, & iuridice se existimans interrogatum, confessus est. Cum ita & ius præsumat, *l. 2. (ea* verbis illis: *Quod non arbitramur*) *C. de offic. ciuil. iudic.* per quam in terminis nostris dixit Baldus *in l. vnica in fine, C. ne quis in sua causa iudicet*, quòd in Iudice inquirente præsumitur cessare omnem dolum, aut suspitionem, & legitime inquirere censendum. *Facit enim Iustitia vt nullus sit fraudis metus*, vt Ambrosius inquit *de offic. lib. 2. cap. 8.* Quapropter Iustitiæ animatæ, Iudici Virique Bonæ fidei, securè reus committitur. Siquidem *iustis & fidis hominibus, id est, Viris Bonis, ita fides habetur, vt nulla sit in his fraudis iniuriæque suspitio. Itaque his salutem nostram, his fortunam, his liberos rectissime committi arbitramur*, vt prouide simul & elegantes Cicero *de officiis etiam lib. 2.*

Meritò indè pro Iudice iura præsumunt, præsumendaque determinant *cap. In præsentia, 6. de renunciat. cap. Bonæ memoriæ, 23. vers. Contra legatis, de electio. cap. Sicut, 16. in fine, de sentent. & re iudic. cap. Post cessionem, 7. de probationib. cap. Hoc etiam placuit. 17. 2. quæst. 6.* ne in conclusione ista adstruenda, multa cumulemus, & ab *Axiomatibus nostris lit. I. num. 130.* alia iura mutuemur, referamus Alciatum *de præsumptionib. regul. 3. præsumpt. 9.* Menochium *eodem tract. lib. 1. præsumpt. 67. per tot.* Gturbam *consil. 76. num. 7* post antiquiores, rationes prosequentes, his licet expressis iuribus (quod miror) nullatenus memoratis. Similiter (cum Cravetta, Cephalo, Capra, & Rolando) Farinacius *consil. 16. num. 13. lib. 1.* vbi quod dolus in Iudice nequaquam præsumitur, nisi perspicuis probationibus constet. Concurrit in idem Paulus Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 1. lib. 1. num. 84. & 90.* Cohærentior sententiæ & considerationi nostræ Azorius *institut. moral. lib. 13. cap. 27. in principio*, notandum dicens, quod *quotiescunque certo & euidenter constat, Iudicem esse probum virum, non est necessarium vt ostendat testi se in examinando, vel torquendo, procedere secundum ordinem iuris: quia nemo peccare præsumitur, nisi certo & euidenter constiterit.* Eaque ratione *cap. 8. v. 17.* Ecclesiasticus monet: *Ne iudices contra Iudicem, quoniam secundum quod iustum est, iudicat.* Quem in sensum, istū explicant locum Hugo, Dionys. & Palac. ex eisque Saluator à Leon, è Societate Iesu, *in Eccles. ibi, illustratione 1.* In idem *de ira, lib. 1. c. 10.* Seneca: *Index est: plus illius credat sententiæ quam tuæ.*

Post confessionem verò, † propositam ac- 25
cusationem, processusque copiam datam, si eius non opponat reus defectum, iurisque non se tueatur remediis: non solū processum validum esse, (iuxta textum *in d. cap. 1. & 2. de accusationib. lib. 6.*) sed damna (quorum ipse sibi proxima & immediata causa est) suo ipsum sententiarum impendio, supra dicta suadent, & comprobat bellus in id textus *in c. Sacro, 48. de sentent. excommunic.* vbi tunc demum ad interesse Iudicem, qui indebitè ad excommunicationis sententiam processerat, Pontifex damnat, cum à parte requisitus eam non reponit, à grauamineque desistit. Neque posse tunc partem clarissimi, vt diximus, iuris ignorantia iuuari, quam & potuit, & debuit peritorum saltem consultatione vitare, *d. l. fin. §. Iuris ignorantiam, D. de iuris & facti ignorant.* Crassaque dicitur, seu Supina; quæ affectata reputatur, pro scientia habetur, & nullatenus, nec in damno, vt diximus, vitando excusat, iuxta textum & Glossam *in c. 1. verbo Affectata, de temporib. ordination. lib. 6. & in Clement. vnic. verbo Scienter, de consanguinit. & affinit.* notantque Mascardus *de probationib. conclus. 879. n. 31.* multi citati ab ipso, & à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. I. n. 16.* Tunc autem partis taciturnitas istiusmodi processus tacitam continet approbationem, & competentis iuris, quo non vtitur, renunciationem, sententia dictæ *Glossæ finalis in d. capit. 1. de accusationib. lib. 2. & in d. cap. 2. verbo Reclamante*, Felin. *in d. capit. qualiter & quando, de accusationib. num. 2. & 4.* Iasonos *in l. Patre furioso, D. de his qui sunt sui vel alieni iuris, numer. 27.* per hunc ipsum textum *in d. capit. 2.* numeris deinde sequentibus late prosequentis casus in quibus non opponens in iudicio

consentire videtur, & iuri sibi competenti, renunciare. Similiter, ex eodem ipso textu, Petrus Dueñas *regula 298. incip. Fama seu infamia, vers. Limita primo*, alij etiam quos iam supra retulimus, superaddemusque inferius.

26 Ex quibus descendit, † per scientiam & consensum istum à iure præsumptum, vt per verum, à restitutionis obligatione Iudicem excusatum videri, cum taciti & expressi par sit virtus, secundum vulgaria iura, de quibus *in Axiomatibus nostris, lit. T. num.* 13. Rationabiliterque sibi ex iuris dispositione persuadeat Iudex, & ius sibi competens partem scire; & consentire gestis, quibus non contradicit, ex regula *legis qui tacet, D. de regulis iuris, cap. Qui tacet, 43. extra eodem tit. lib. 6. l. si sine, 15. C. ad S. C. Velleian. l. si eo tempore, 6. & l. Si hypothecas, 8. C. de remis. pignor.* & similium, de quibus *in Axiomatibus nostris, d. lit. T. numer. 2.*

Quod perpetuum in iudicialibus est, vt tacens consentire videatur, etiam in sibi præiudicialibus, vt profitentur Tiraquellus *in legib. connubialib. glossa 7. num.* 37. Menoch. *de præsumptionib. lib. 6. præsump. 99. num.* 43. Petr. Surd. aliis relatis, *decis. 47. num.* 9. Cardinal. Francisc. Mantic. *decis. Rotæ Roman. 44. num. 2.* Petr. Barbos. Cancer. & alij apud Nos *vbi proxime, d. lit. T. num.* 8. Maxime cum contradicendo, actum potuerit impedire, vt *ibidem num.* 9. ex multis quoque tradidimus, & probat textus optimus *in d. l. si quis cum sciret, 93. D. de furtis, in d. l. 1. C. de his qui sponte public. muner. subeunt, lib. 10. & in d. l. 3. C. quomod. & quando iudex.* vbi Gordianus Imperator: *Ab eo iudicato recedi non potest, quod vobis absentibus, & ignorantibus, atque indefensis dicitis esse prolatum: si vbi primum cognouistis, non illico de statutis querelam detulistis. Ita enim firmitatem sententia, quæ ita prolata est, non habebit, si ei non sit accommodatus assensus.* Cui vel sola simplici petitione hoc in casu obstare licet, & ad actus emendationem Iudicem arctare. Ad quam non modo Iudex facultatem habet;

27 †sed necessitatem, vt manifeste apparebit inferius. Qua & inordinate gestis contradicendi astringitur necessitate reus, vt in Iudicem satisfactionis damnorum ea ratione transfundat, ad quam non tenetur, si consentiat reus, iuxta regulam vulgatis textus *in d. cap. sciens, 27. de regul. iuris lib. 6.* suptaque doctorum. Consentit autem iuris præsumptione, si non contradicat, verè scientis & consentientis imaginem tenens, & effectus sustinens, vt & infra constabit apertius *numero* 64. Facit deteriorem taciturnitate conditionem suam, non alterius patiter deteriorem efficere valens, ex dicta regula legis *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, 75. D. de regul. iuris.* Cum saltem causa efficax & immediata damni non fuerit alter. Ita limitandus intellectus regulæ huic designatus à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. A. num. 235.*

Nec itidem obstabit † quod *Causa causæ sit causa causati*, vt est vulgare dicterium, de quo *in Axiomatibus quoque nostris lit. C. num.* 34. & sic quod cum iniusta interrogatio Iudicis fuerit Causa causæ damni; debet censeri Causa damni causati. Quia proverbium illud tunc procedit, cum prior, seu remotior causa necessaria (vt prænotauimus) ad secundam causa est, veluti in casu *legis eum qui, 5. C. ad legem Cornel. de sicar.* quæ pro axiomate adducitur illo. Nec aliud euincit textus, pro eo similiter allatus, *in l. Manumissiones, 4. D. de institia & iure.* In quo non tam necessaria quam occasionalis causa extitit (quæ non attenditur, tanquam quæ se habet ad esse, & non esse, *l. Possidere, 3. §. Ex pluribus, & ibi Glossa, D. de acquirend. possess. cap. De occidendis, 98. 23. quæst. 5.*) Ex quo enim seruitus libertatem inuasit; occasionem manumissioni dedit: inuenit ius infirmitati remedium, sed non quod per se efficaciter & immediatè operetur, à domini voluntate omnino dependens, stans interim in suspenso. Alia necessariæ causæ ratio est, quæ ex se in Causam influit. Ab inordinato autem Iudicis processu in partis damnū necessaria hæc influentia, abest; quod veluti auertere in partis ipsius potestate appellatione, querela, vel sola etiam petitione, seu oppositione est, iuxta supra late deducta, infraque dicenda. Vnde vetè, indistinctè, simpliciter, aut absolutè Causam causæ non dici Causam causati; dixere recte Baldus & alij, quorum relator & assecla exstitit Tiraquellus *dicto tractatu cessante causa, limit. 20. num.* 16. ex *lege 1. §. Deiecisse, D. de vi & vi armat. & lege quoniam multa facinora, 6. C. ad legem Iuliam de vi publica.*

Hæc cum iuris præsumptione consensus rei nititur Iudex; aliter si certo sciat reum, omnino ius, eiusque remedia ignorare, nec consentire gestis: tunc enim quasi immediata causa damni, dum illam non amouet, ex eaque damnum proueniens, restitutioni remanebit obnoxius Doctorum opinione numero primo relatorum. Quæ tunc vrgebit, præsumptione iam consensus, eiusque effectu cessante, veritatique cedente, vulgari axiomate iuris, de quo *in nostris, lit. P. numer. 134.* Maxime in conscientiæ foro. Qui & veritate nititur, & præsumptionem, iuris, veritate in contrarium existente, non attendit, vt, cum communi Theologorum & Iuristarum, tradidimus *supra Rubrica 9. Annotatione quinta, numero 23.*

Si verò ante rei confessionem † inditiorum 29
aut probationum copiam, vel notitiam, ad minus, reus petat vt ad eam instructus accedat, & an iuste interrogetur, respondendique obligationem agnoscat (cum ante semiplenam saltem probationem, vnius nempe oculati testis, vrgentium vè inditiorum, iure interrogari nequeat, vt est communis Doctorum resolutio *in c. Præterea, de testib.* Paz *in praxi, 4. p. tom. 1. cap. 3. §. 4. num.* 12. *& seqq.* Euia *in Curia Philip. 3. p. 13. n. 4.* Bobadilla

in

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in Politic. lib. 5. cap. 1. num. 136. multorumque relatione ab ipsis, Sarmient. *selectar. interpretation. lib. 3. cap. 13. num. 4. vers. quinimo*, Farinac. *consil. 110. num. 12. lib. 2.* Gutierrez *in practic. criminal. canonic. & ciuil. quæst. 9. num. 4. & seqq.* Ioan. Hieronym. Episcopus Campanil. *in Diuersor. iuris Canonic. rubric. 11. cap. 13. num. 89.* Ex Theologis D. Thom. 2. 2. *quæst. 69. artic. 1. & ibi* Caietan. cumque Soto, Martino Nauarro, Petro Nauarra, Alcozer, Corduba, & aliis, Emanuel. Rodriguez *de ordine iudic. cap. 10. num. 1.* Aldrete *de Religiosa disciplina tuend. lib. 1. cap. 11. num. 4. & seqq. præcipue num. 7.* Ludouic. Lopez *in instructor. conscient. p. 1. cap. 61.* Petrus à Ledesma *in summ. 2. p. tract. 8. cap. 24. vers. Segunda conclusion, pagin. 469.* conclusionem istam omnes Diui Thomæ discipulos sustinere inquiens) petitam-

30 que ad minus notitiam † non præstet, aut deneget Iudex (eam enim, etsi non processus tunc copiam, præstare tenetur, vt aduertit Paz *supra, num. 14.*) respondere non astringitur reus, vt proxime allegati obseruant, & Gutierrez *d. lib. 1. canonicar. quæst. cap. 11. num. 44.* latiusque *in praxi crimin. canonic. & ciuil. d. quæst. 9. num. 23.* Non enim cum graui damno Iudici interroganti simpliciter credere, aut eo cum damno parere cogitur, vt, cum Caietano, Castro Palao, & aliis, docet Trullench. *in opere morali lib. 8. cap. 4. dub. 2. num. 3. & 5.* Estque tunc illi appellandi facultas, & omnino conueniens, ne omissio remedij, quod sibi competere sciebat, noceat, iuxta textum *in d. cap. Sacro, 48. de sentent. excommunic.* & Glossam *in dict. cap. 1. de accusationib. lib. 6. verbo Fuerunt.* Obnoxio restitutioni manente Iudice (iuxta *supra* dicta *num. 13.* dicendaque infra *num. 32. & seqq.*) si legitima probatione, aut indiciis sufficientibus non extantibus, instanteque ad eorum notitiam parte; eam non præstet Iudex, indebiteque sic reus confiteatur, cessante iam consensu præsumpto rei, illiusque aduersus confessionis receptionem contradictione stante. Maximè cum pro Iudice sit præsumptio quòd iuridicè procedat, vt ostendimus *num. 24.* quæ ab efficacioris remedij interpositione rationabiliter excusat.

31 Potestque † de facto respondere coactus, tanquam iniustè interrogatus, verbis æquiuocis, & ex communi significatione ambiguis subterfugere confessionem, eoque modo Iudicem eludere, dum mendacium absit, vt, cum Diuo Thoma, dicunt citati *numero* 29. Quibus accedunt Couarruuias *variar. lib. 1. variar. cap. 2. num. 2.* Sotus *de iustit. & iure lib. 5. quæst. 6. art. 2. & de ratione tegendi & detegendi secret. membr. 1. quæst. 3. conclus. 4.* D. Antonin. *2. p. summ. tit. 1. cap. 29. §. 6. vers. similiter*, cumque Adriano, Nauarro, Corduba, Salone, Medina, & aliis, Petrus Cened. *collect. ad Decretal. tit. n. 8.* pleniſſime Gutierrez *in praxi criminal. canonic. & ciuil. quæst. 10. a numero 1.* Ioan. Ægid. Trullench. *in opere morali d. lib. 8. c. 3. dub. 4. num. 1. & 2. & c. 4. dub. 2. num. 5.* Diximusque *Annotatione elapsa, num. 38.*

Quod si adhuc † confessionem subterfugere non valeat reus, indebiteque ad eam, legitimo non existente processu, vrgeatur (omissa disputatione an possit directè negare veritatem, de qua per supra citatos, & per Ioannem Gutierrez *d. praxi quæst. 11. per totam*, & Trullench. *d. cap. 3. dub. 4. num. 2. & seqq.*) confiteaturque delictum: ad restitutionem damni *vsque tunc* ex inordinato processu, confessioneque sic extorta euenientis, cuius causa efficax iniusta est Iudex, tenebitur ipse, iuxta supradicta, telaram Theologorum sententiam, & regulam *legis qui occidit, 30. §. In hac, D. ad legem Aquiliam, legis Prætor ait, §. Si seruum, D. de vi bonor. raptor. legis Videamus, 12. §. fin. legis qui domum, 59. in fine, D. locati, legis Nihil interest, D. ad legem Cornel. de sicar. cap. Sapè, 50. dist. c. De cætero, 11. de homicid. & c. fin. de iniur. & damno dato.* 32

Vsque tunc † diximus, quia meliore vsus consilio, errorem suum, processumque emendare Iudex potest, partis & suo obstare & consulere damno. In hoc enim falluntur Petrus Nauarra, & Emmanuel Rodriguez relati *supra, numero tertio*, existimantes Iudicem ex inordinata inquisitione, & confessione sic elicita, omnino condemnare, seu iudicare astringi, nec emendandi errorem, processumque facultatem haberet ex quo ad illius absolutam restitutionis obligationem processerunt, decisione textus *in dicto cap. 1. de accusationib. lib. 6.* non integre percepta, nec iuridice discussa, vt fiet inferius. Loquuntur enim contra expressam textus determinationem *in cap. qualiter & quando el 1. 17. in ord. de accusationib.* vbi Innocentius III. P. M. Iudicibus seu Inquisitoribus datis sic rescribit: *Si circa Nouarien. Episcopũ debitum inquisitionis ordinem obseruastis, discretionem vestram in Domino commendamus: Si verò qualibet occasione prætermisistis eundem: adhuc ipsum tempore oportuno volumus obseruari: ne inde nascantur iniuriæ, vnde iuræ nascuntur. Ideoque mandamus quatenus (ad conscientiæ vestræ iudicium recurrentes) si contra præscriptum ordinem, tanquam homines, excessistis; non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis vt aliorum corrigatis errores.* Contra textum similiter *in dicto cap. Sacro, 48. de sentent. excommunic.* 33

Quamuis enim in confessum † nullæ sint Iudicis partes nisi vt condemnet, veluti Nauarra & Rodriguez dicunt, & diximus pariter *Annotatione præcedenti, num. 12.* id quidem procedit vbi rite & rectè processum est, & confessio facta, vt ibidem quoque *numero 45.* aduertimus. Neque enim confessio ineptitudinem inquisitionis validat, secundum Angelum, Marsilum, Marantam, & alios, quos memorat Farinacius *quæst. 81. num. 69.* etsi contraria longe communior, & omnium fere opinio sit, ex prope innumeris constans ab eodem Farinacio recensitis *ibidem num. 67. & seqq.* iisdem ipsis terminis loquentibus, dicentibusque generaliter; confessionem omnem prorsus 34

nullitatem vitium:que purgare, & ad condemnationem ſufficere. Idem ſæpe repetit Sigiſmundus Scaccia *de re indic. gloſſa* 14. *quæſt.* 7. *num.* 39. Valide quidem fundamento nixi textus *in d.cap.*1.& 2. *de accuſationib.lib.*6. Qui tamen non neceſſitatem, ſed facultatem ex tali confeſſione ſuo periculo Iudici procedendi relinquunt, vt ſtatim nectemus, peculiaribus aliis rationibus nouiter aſſignatis, ex quibus noſtra illæſa videtur remanere aſſertio.

35 Primo, † quia in illorum ſpecie conſtat contra certam perſonam, & ſuper certis criminibus à Pontifice fuiſſe inquiſitores deputatos: quod indicat, apud illũ diffamationem inquiſiti præceſſiſſe, & motu proprio inquiſitores deſignaſſe. Nõ enim aliter contra certam perſonam committeretur inquiſitio, ex *dicto cap. qualiter & quando*, 2. iamque relatis *ſupra numero* 20. Cum Principis voluntas iuri conſentanea, & legi cenſeatur conformis, nec contra eam diſponere velle, *c. Propoſuit*, 4. *de conceſ. præbend.* Gloſſa *in cap.* 2. *verb. Si verba*, 23 *quæſt.* 1. Abbas *in cap. cauſam quæ*, *num.* 1. *& ibidem* Felinus, *num.* 5. *de reſcript.* ſed ſecundum iuſtitiam fori poli, Menoch. *de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 18. *& ſeq.* ſolemnitatemque iudiciorum velle ſeruari, vt multis iuribus comprobat Sebaſtianus Vantius *de nullitatib. tit. An qualibet ſententia poſſit dici nulla? numero* 22.

37 Inde cum aduerſus aliquem † nominatim inquiſitionem proprio motu committit Pontifex, iam illum approbat diffamatum, vt inquit Gloſſa *verbo Fuerat in eodem cap.* 2. quam, multis relatis, ſequitur, & communiter receptam dicit Farinacius *quæſt.* 1. *num.* 42. Imo poſſe Principem non præcedente diffamatione inquirere, eiuſque pariter delegatum, idem quoque Farinacius profitetur *quæſtione* 9. *numer.* 13. Pett. Dueñas *regula* 298. *limit.* 7. Iul. *Clar. receptar. ſententiar. quæſt.* 6. *verſ. Præterea ſcias*, Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 4. Auguſtin. Barboſ. *in collect. ad dict. cap. qualiter & quando*, 24. *de accuſationib. num.* 14. Ioan. Gutier. *in praxi criminal. canonic. & ciuil. quæſt.* 1. *num.* 33. Cum non naturalis, ſed poſitiui iuris ſit, inquiſitionem ad punitionem contra non diffamatum non fieri, vt docent Sotus *de ratione tegendi & detegendi ſecreti, lib.* 2. *quæſt.* 6. *dub.* 2. Leſſius *de inſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 132. §. *Tertio*, cumque eis Fagundez *in præcept. Decalog. præcept.* 8. *lib.*8. *capit.* 21. *num.* 8. poſſeque perinde eo iuri Principem diſpenſare, illudvè ſupplere. Eiuſque auctoritatem omnes ſolemnitatum defectus tollere, probat textus *in cap.* 1. *in fine de tranſactionib.* & notat Brunor à Sole *in locis communib. verb. Auctoritatis*, *num.* 1. Quare in illorum textuum ſpecie & ſubſtitiſſe iudicium, & non debuiſſe in eo non proſequi, & confeſſum damnare Iudicem, dici iure valet, nec ad aliquam, conſequenter, reſtitutionem eſſe adſtrictum, quia *nec tenetur Iudex reſtituere ſi error commiſſus eſt in aliquo iuris ordine, in quo Supremus illud poterat diſpenſare: ſi tamen Supremus Iudex approbet hoc factum*, vt verbis hiſce, cum aliis, docet Trullench. *in opere morali, lib.* 8. *capit. primo, dub. vigeſimotertio, numero* 7. Quod & dictis iuribus factum cernimus.

A quibus ſecunda profluit ratio. † Dato 37
enim quod in dictis capitibus ex proprio motu inquiſitio commiſſa non fuiſſet, ex eo quoque iuſte in eis ſuſtineretur iudicium, quod apud inferiorem Iudicem de præcedentis diffamationis defectu à parte oppoſitum non fuerit, & delictum ſimpliciter confeſſione propalarit, vt textus ipſi indicant, nec vlterius poſt elicitam ſic confeſſionem, apud eundem Iudicem ſuper dicta oppoſitione vim factam appareat, ſed coram ſummo Pontifice eam propoſitam: qui conſtita ſibi veritate, oppoſitionem ſpreuit, veritati potius quam iuris apicibus intentus, ex qua veluti, circunductis ambagibus, Princeps iudicat, *capit. Ad petitionem*, 22. *de accuſationib.* & probat, cum aliis, Vantius *de nullitatib. tit. Qui poſſit dicere de nullitate, num.* 8. *&* 9. Et ſiue minus ordinate in iudicio agnoſcens decernat, ſiue de plano interloquatur; proceſſus defectus ſupplere cenſetur, & nullitates purgare, *d.cap. Ad petitionem*, vbi notat Auguſtinus Barboſ. *numer.* 4. *capit.* 1. *&* 2. *de confirm. vtil. vel inutil.* confirmatque vlterius Vantius *ſupra, numero* 7. *& ſequentibus.* Et vndecunque crimina claruerint, punire poteſt, *capit. Eccleſia*, 23. *quæſt.* 5. cumque copioſa Doctorum manu Farinacius *quæſt.* 81. *numer.* 248.

Ex quibus obiter deducitur, † Nauarræ & 38
Rodriguez opinionem *ſupra numero tertio* relatam, dicentiumque moraliter peccare Principem, & ad reſtitutionem teneri, qui ex inordinato proceſſu ad rei condemnationem peruenit: non ex integro & indiſtincte admittendam, niſi ordo, vel ſolemnitas omiſſa à Diuino, ſeu naturali iure proueniat & deſideretur, quod immutare Princeps nequit, §. *Sed naturalia, inſtitut. de iure natural. gent. & ciuil.* vt & bene aduertit, roboratque Vantius *dicto loco, num.* 8. iamque memoratæ doctrinæ oſtendunt.

Tertio, † quia in ſpecie caſuque dicti 39
capitis primi & ſecundi nullatenus dubitatum fuit an inordinatum proceſſum poſſet, vel deberet emendare inferior Iudex; ſed reuocatio, annullatiovè inordinati proceſſus ratione, poſtulabatur: quam Pontifex, veritate deprehenſa, denegauit, ad ſententiamque ex confeſſione, voluntate, ſeu fatuitate facta, exceptione oppoſita nulla, procedi poſſe pronuntiauit. Quod ſi emendatio erroris inordinati proceſſus tempore opportuno ab ipſo Iudice inferiore peteretur: emendandi facultatem, vt diximus, facit illi textus *in d. cap. Sacro*, 48. *de ſentent. excommunic. & in d. capit. qualiter & quando*,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quando,el 1. Ne inde naſcantur iniuria vnde iura naſcuntur, vt textus inquit ibi. Et quia *reiterari oportet,quod male geſtum eſt*, vt textus *in cap. Daibertum*, 24. 1. *quæſt.* 7. Occaſione congruenti inuenta, per quam Iudicantis non vileſcat auctoritas,vt idem ipſe textus *in cap. Qualiter & quando* caute prouidit;correctioni autem propriæ ſemper ferè decens ſe occaſio offert, quæ veluti alienam præuenit correctionem, per quam minuitur auctoritas correcti, vt ſuſtinetur per propriam,imo & quandoque augetur. *Non enim erubeſcimus ſi quid melius etiam horum, quæ ipſi prius diximus, adinueniamus, hoc ſancire & competentem prioribus imponere correctionem,nec ab aliis expectare corrigi*,cum Imperatore Iuſtiniano *in authent. de nuptiis*, §. *Nos autem,coll.* 4. *Neque enim quiſquam,niſi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendo, me reprehendere audebit.* cum Auguſtino pariter *in prologo retractationum.* Quomodo laudabile reprehendere audeat? Laudabile quippe, vt *qui primas non potuit habere ſapientiæ,ſecundas habeat partes Modeſtiæ*: *vt qui non valuit omnino impunita dicere;ſaltem pœniteat quæ cognouerit dicenda non fuiſſe*,vt *ibidem* ipſe ſubnectit, *Non turpe eſt ſententiam mutare; ſed in malo perſeuerare,peruerſum,& exitioſum*, vt Nazianzenus inquit *Oratione* 32. *ad finem.* Equidem namque *obiurgare, haud magnum eſt; per facile quippe,& cuiuſlibet hominis:ſententiam autem ſuam ſubrogare, pij viri eſt,ac mente præditi.* vt ipſemet Nazianzenus *Oratione prima de Filio,ex ordine* 35. *in principio.*

Errorem itaque ſuum non modo inferior quoque Iudex emendare valet, ſed omnino debet,vt & præter Iuriſtas (quos lato calamo deſcripſit Gomezius 3. *tomo variar. cap.* 13. *num.* 25. multa inde inferens) docent (aduerſus Nauarræ & Rodriguez opinionem) Thom. Sanchez *conſilior.moral.p.*2. *lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 39. *num.* 5. aliis quoque adductis,Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 23. *num.* 4. Villalob. *in ſumm.* 2. *p. tract.* 14. *difficult.* 16. recentius Cardinal. à Lugo *de inſtit.& iure*, 2. *p. diſput.* 37. *ſect.* 3. *num.* 38. *verſ. Sed reſpondetur*, ad argumenti ſui robur,contrariique reſponſionem,hoc exemplo,veritatis illius ſuppoſitione vſus: *Poteſt Iudex ex diuulgatione delicti facta per iniuriam alterius, procedere ad inquiſitionem contra reum:non tamen hoc poſſet,ſi ipſemet Iudex extorſiſſet à reo crimen:tunc enim omnino curare debet ne illa confeſſio iniuſte extorta noceat reo ad aliquem effectum,vt notat Leſſius, cum communi,lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 174. Quid plura, Sacris ita Canonibus expreſsè decernentibus, ciuilibus, legibus naturaliquè dictante ratione? Quæ vt congruam, veram quoque interpretationem iſtam, aptumque ſenſum dictis capitibus reddunt.

40 Quod autem *opportunum* † ſit tempus ad emendationem erroris inordinatique proceſſus,à *dicto cap. Qualiter & quando* 1. ſæpè expetitum;declarat Gloſſa *ibidem, verbo Obſeruari*, totum ante diffinitiuam ſententiam. Ante quam veluti,*quod inſſit,vetuitvè Prætor contrario imperio tollere, & remittere poteſt, licet de ſententiis,contra*,vt Celſus inquit *in l. Quod inſſit*,14. *D. de re iudic.* Similiter Iulianus *in l. Dicere autem*,13. §. *Vnde videndum*, *D. de recept.arbitr.* textus etiam *in cap. Conſuluit*, 24. *de offic. & poteſt. iudic. delegat. & in lege* 2. *tit.* 22. *part.* 3. *verſ. A tal Iuyzio.*

Quòd ſi ex ita inordinato proceſſu, † 41
confeſſione què in eo facta ad ſententiam ventum ſit; tutius eſſe Iudici confeſſum ab inſtantia abſoluere, & iudicium denuo inchoare (cum Angelo *dicto conſilio* 178. *alias* 293. *ad finem*, Riminaldo, Rolando, & aliis) obſeruat Farinacius 3. *p. praxis criminal. dict. quæſt.* 81. *num.* 68. *per errorem* 67. Simpliciterquè poteſtatem ſe iuſtificandi habere Iudicem,vt expenſas & damna euitet, profitetur Montaluus *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 1. *fori leg. verbo Las coſtas.*

Si verò ante ſententiam † à decretis,ſeu 42
interlocutionibus fuerit appellatum, & à grauamine à quo appellatur,deſtiterit Iudex, decretumquè repoſuerit,in eadem cauſa libere deinde procedere valet,decisione textus *in cap. Cum ceſſante*,60. *de appellationib. in cap. Si à Iudice*,10. *eodem tit. lib.* 6. vbi multos in id Doctores cumulat Barboſa *numero* 22. multos etiam Farinacius Poſthumus *in repertorio iudiciali, quæſt.* 84. *num.* 27. textus quoque *in d. cap. Sacro*,48. *de ſentent. excommunic.* vbi patitet non deferendum tunc appellationi dicitur, niſi talis ſit error, de quo potuerit merito dubitari.

Itaque † *in omnibus,præterquam in ſenten-* 43
tiis diffinitiuis,poteſt, & debet tam Ordinarius,quàm delegatus iterum facere quod minus ritè fecit, vt formaliter inquit Sebaſtianus Vantius *de nullitatibus, tit. Coram quo poſſit, & debeat nullitas opponi,num.* 3. Diffinitiuam enim poſtquam Iudex ſententiam tulit,functuseſt officio ſuo,nec eam valet emendare, *l. Iudex*,55. *D. de re iudic.* Sed *ſemel lecta, neque augeri littera vna, neque autem minui poteſt;ſed vtcumquè recitata eſt,ita pronincia inſtrumento refertur.* vt & Lutius Apulcius agnouit *Floridor. lib.* 1. *in fine.*

Quinimò † & poſt diffinitiuam ſenten- 44
tiam, quæ nullitatem continet, cauſam inſtaurare denuò Iudicem poſſe, & quaſi non agitata prior eſſet, inordinati proceſſus defectum nullitati cauſam præſtantem emendare, & tanquam re integra, inchoare, decernunt textus *in l.* 1. *C. de ſentent. & interlocution. omni.iudic.* vbi Imperatores Verus & Antoninus Quintiliano ſic reſcripſerunt: *Non videtur Nobis rationem habere ſententiam prædeceſſoris tui, qui cum cognouiſſet inter petitorem & procuratorem;non procuratorem,ſed ipſam dominam litis condemnauit,cuius perſona in iudicio non fuit. Potes igitur,vt re integra. de cauſa cognoſcere.* Textus *in l. Siue proponis*,4. *& ibi Gloſſa verbo Denuò. C. quomodo & quando Iudex,l. Si accuſatoribus*,4. *C. de accuſationib.* vbi & notat Gloſſa, *verbo Eundem*, textus *in cap. Fraternitatis*. 6. *de frigid. & maleficiat.* Eſt què communis & recepta Doctorum ſententia, quam, poſt antiquiores,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

prosequuntur Vantius *d. tit. Coram quo possit & debeat nullitas proponi, num. 7. & seqq.* Azeued. *in l. 2. tit. 17. lib. 4. noua Reg. collection.* Sigismund. Scacc. *de appellationib. quæst. 19. remed. 1. conclus. 6. num. 73.* Francisc. Leo *decis. Valent. lib. 1. decis. 11. num. 1.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap. 103. num. 12.* vbi quòd Iudex qui ex actis nullis absoluit, potest postmodum condemnare, & è contra.

Cum igitur inordinatum processum, sententiamvè nullam emendare valeat Iudex; † 45
si parte petente, non emendet, de iniuria, seu damno parti illato in interiori & exteriori foro tenebitur, contra eumquè in syndicatu ad damna & interesse agi tunc posse dicunt Baldus *in rubrica C. de pœna Iudic. qui male iudic. num. 1.* Ioan. Baptista Plotus *de in litem iurando, §. 33. num. 7.* cumquè Grato *consil. 97. num. 12. num. 1.* Rolando, & aliis, Farinacius *quæst. 1. num. 44.* addent, quod circa interesse, partis iuramento stabitur. Quod & dixerat Glossa *in d. cap. Sacro, 48. de sentent. excommunic. verbo Ad interesse.* Circa quod tamen videndus Abbas *ibi num. 6.* & relati ab Augustino Barbosa *num. 9.*

Quamuis autem factum suum emendet Iudex, damnumquè per consequens, & actio cesset, iuxta textum *in d. cap. Cum cessante, 60. de appellationib. & in d. cap. Sacro:* vsque ad emendationem tamen, expensarum & damni, si quod adest, satisfactionis obligatio apud Iudicem remanebit, vt dixit in simili Bartholus *in quæstionibus suis, quæst. 9. num. 19. & in l. Si minoris, 26. D. de restitut. minor. num. 4.* ex *lege Si fine, 22. §. Cum autem, & §. Marcellus, D. rem ratam haberi, & in l. 3. §. Ex quibus, D. de alienat. iudic. mut. caus. fact.* Probatquè textus *in l. 1. D. de euictionib.* & obseruat, cum aliis, ex sententia nulla, Petrus Barbosa *in l. Si filius familias, 15. D. de iudic. num. 39.* Nisi cum legitima excusset ratio, vt si forsitam erranerit ex causa probabili; maxime si laudabilis opinionis existat, vt temperat textus *in d. cap. Sacro de sentent. excommunic.*

Hæc quoad inquisitionem indebite & contra ordinem iuris formatam, confessionem elicitam, & iudicium sic prosequutum. † 46
Quoad alias processus solemnitates, quæ vel omittuntur, vel earum præuertitur ordo; eadem distinctionis ratio, fortiorquè viget, vt si de inordinati processus defectu pars opponat, illum emendare, & in debitum statum reducere teneatur Iudex, ad interesse damnumvè alioqui sit adstrictus. Si non opponat, aut petat (quasi processui consentiat, suoquè pars renunciet iuri) & subsistat iudicium, & excusetur ab interesse Iudex Quamuis enim tenuerint multi iudiciario ordini, & iuris circa eum solemnitatibus renunciari non posse, qui veluti in publicum fuerit introductus fauorem, *l. 1. §. 1. D. de feriis, l. fin. D. de pactis,* cum aliis allegatis per Vantium *de nullitatib. tit. de nullit. sentent. ex defectu proces. num. 12. & seqq.* multis hanc sententiam astruentem: communis tamen recepta & frequens Doctorum resolutio est, quòd si non expressè, pactoquè partium renunciatio hæc fieri valeat (quasi bonis moribus repugnans sit, & peccato occasionem præstet, vt in iuramenti calumniæ remissione, *l. 2. §. Sed quia, C. de iure iurand. propter calumn. dando:*) tacite tamen remitti possit, cum & ea cesset occasio, & publici quoque ratio iuris, superstitque particularis, cui renunciare quilibet potest, *l. Si quis in conscribendo, C. de episcop. & cleric.* cum similibus, de quibus Nos *in Axiomatib. iuris, lit. I. num. 170.* Sic in iuramento calumniæ (quod difficilius est) determinat textus *in cap. 1. §. Propter, de iuram. calumn. lib. 6.* vbi Bonifacius Octauus inquit: *Propter omissum quoquè tacite in tota causa calumnia iuramentum, iudicialis processus alias factus legitimè, non est nullus, nec etiam annullandus.* & *ibi* notat Glossa *verbo Tacitè, & in d. l. 2. §. Sed quia verbo Remitti,* multos alios enumerans casus in quibus maioris virtutis & potentiæ est tacita quam expressa renuntiatio. Vt circa materiam nostram effecere Glossa *in cap. De causis, 4. verbo Consensu partium, de offic. & potest. iudic. deleg. in cap. Inolita, 42. verbo Pontifice, 11. quæst. 1. & in cap. Si forte, 11. verbo Euidentem, de election. lib. 6.* Iaso *in l. Cum quid, D. si cert. pet. num. 9. & in eiusdem repetitione, num. 10. 11. & 19.* Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. lit. T. num. 11.*

Generaliter tandem iudiciarium ordinem à partibus remitti posse, dicunt Matthæ. Collet. *de proces. execut. p. 1. cap. 5. num. 42. & 83.* Gallesius *in tract. de execut. in forma Camer. p. 3. quæst. 4. num. 3.* Marant. *de ordin. iudicior. 2. p. num. 41.* Galiaul. *in tract. de pace public. lib. 1. cap. 2. num. 26. & 28.* hisquè relatis, Carol. de Graf. *de exceptionib. in prælud. num. 7.* Idquè præcipuè tacitè, Monte Alegre *in praxi. cap. 10. num. 9.* Doctores *in l. Prolatam, 4. C. de sentent. & interlocut. omni. iudic. in l. 1. C. de execut. rei iudic. in cap. Veritatis, 8. de dolo & contum. in cap. Ad petitionem, 22. §. fin. de accusationib.* Vincent. Carotius, plenè argumentum discutiens istud, *de remediis contra præiudiciales sententias, vel damnos. execut. except. 6. per totam.*

Quod enim *parte petente,* † circa id dicitur *de substantia, & necessitate,* parte tacente, dicitur *Congruitatis,* vel non de substantia, vt magistraliter docet Ioan. Andr. *in d. cap. 1. de accusationib. lib. 6. num. 3. ad finem,* per textum ibi, insimulquè *in cap. sequenti, & in cap. Vxor, 33. 17. quæst. 4.* Iisdemquè verbis Ioannes Monachus *in d. cap. 1. num. 2. & 3.* adeo valere iudicium suis solemnitatibus carens, † si à parte non petatur, prodit (cum Ctaueta *consil. 150. num. 2.* post Decium *in l. Vinum, col. penult. D. si cert. petatur*) Iacob. Menoch. *de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 47. num. 20.* per totam illam præsumptionem, perquè eius triginta numeros demonstrans, multorum casuum discursu, id tacitum partis efficere consensum, in iudiciis maximè, facto etiam parti præiudiciali, cui non contradicit, ex dicto *cap. 2. de accusationib. lib. 6.* citatis Doctoribus *numero secundo.* Quod & effecerat Iaso *in d. l. Patre furioso, D. de his quæ sunt sui vel alieni iuris, n. 27. & sequentibus,* de praxi attestans, vt & attestamur. Ne & Farinacium 47 48

de

de testibus inhabilibus admittendis, & probantibus, fidemquè facientibus parte non opponente, ex illius tacito consensu, regulam constituentem, & multis, suo more, confirmantem, adducamus, *de testib. quæst. 62. num. 175. & seqq.* Quæquè, superioribus conuenientia, tradidimus *de priuileg. pauper. p. 1. quæst. 35. per totam, præcipuè numero 6. 8. & hic etiam Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 28. & seq.*

49 Prædicta indubitabilius † de iure nostro Regio procedunt, dispositione *legis 10. tit. 17. lib. 4. nouæ Regiæ collectionis*, quæ (beneficio partium, iudiciorum præscindens ambages, per compendia veritatem conquirens, vt ad eam citius deueniat) de ordine etiam substantiali processus non curat, neque ob illius defectum suscitari, aut protelari lites patitur, ad eiusvè obseruantiam Iudicem arctat, nisi à partibus fuerit requisitus: neque tunc indistincte, aut semper, sed moderamine, arbitrioquè adhuc Iudici quibusdam concesso in casibus ab ea designatis, aliis sub iuris communis dispositione manentibus, ex *lege Præcipimus, 32. in fine, C. de appellationib. & lege Sancimus, 17. C. de testament.* Vt enim Imperator inquit ibidem: *Quod non mutatur, quare fieri prohibetur?* Maxime cum diuersa (vt in præsentiarum agitatis) exiliit ratio. Quod & ipsamet Regia lex in fine præuenit, vt infra pertingemus. Verba dictæ legis, post præfationem, causamquè prædictam, hæc: *Establecemos assi en los pleytos ciuiles, como crimivales, assi en primera instancia, como en segunda, o tercera, que si la demanda, o acusacion pareciere assentada en el proceso, aunque no sea dada por la parte en escrito, o faltare en la demanda el pedimiento, o alguna de las cosas que en la demanda deben ser puestas segun la sutileza del Derecho, o que no se aya fecho Iuramento de calumnia estando pedido vna vez solamente: o que la sentencia no fue leyda por el Alcalde: o que dexfallecen las otras solemnidades, y sustancias de las ordenes de los Iuyzios que los Derechos mandan, o algunas dellas: conteniendose toda via en la demanda la cosa que el demandador entendio demandar, o el acusador pedir, seyendo hallada y probada la verdad del fecho por el proceso, en qualquiera de las instancias que se viere, sobre que se puedadar cierta sentencia: que los Iuezes que conocieren de los pleytos y las ouieren delibrar, los determinen y iuzguen segun la verdad què hallaren probada en los tales pleytos: y las sentencias que en ellos dieren, por las razones dichas no dejen de ser valederas. Pero si el demandado seyendo llamado antes que vaya el pleyto adelante, pidiere que el demandador de su demanda por escrito: que quede en el arbitrio del Iuez para lo mandar, si viere que conuiene que se faga assi. Y assi mismo que si las cosas que fueren de sustancia del Iuyzio, y la parte pidiere, declarandolas, que la otra parte las guarde, y no quisiere seyendole mandado, y lo mismo en Iurar de calumnia seyendole pedido, y mandado dos vezes: que entonzes sentenciando el Juez sin fazer lo susodicho: sea auido el pleyto por ninguno, y el Juez condenado en costas.* Quod vltimum prouiderat, disposueratque pariter *lex 2. tit. 4. lib. 3. Ordinam. vers. Otrosi mandamos.*

Vt in superioribus itaque prioribus casibus † communi iure post probationem saltem, vel processus copiam datam, de inordinato, vel defectuoso processu non opponentem, impendio suo tacere, & consentire videri comprobauimus: sic in hisce tunc demum ad expensas dicta lex Iudicem damnat, cum requisitus à parte, modo ab ipsa præscripto, ad sententiam processit ordine prætermisso. De damnis non fecit lex mentionem, tanquam expensarum condemnatione præuentum pariter damno sit, aliud inde non euenire supponens, iuxta dicenda *proxime numero 52. cum sequentibus.* Aut enim solemnitates in dicta lege memoratas omisit Iudex, de quibus nec Iudicem ipsum, nec partem, iuxta illius formam, pars altera interpellauit: & iudicium tenet, & non est in culpa Iudex, nec ad aliquid, secundum illius decisionem obligatus existit. Quod vel illa sola clausula † *Seyendo hallada la verdad*, in ipsamet lege adiecta operari valeret: per quam veluti omnes positiui iuris solemnitates censentur remissæ, vt cum Butrio, Alexandro, Felino, & aliis, tradit Maranta *de ordin. iudic. p. dist. 9. num. 32.* ex iisdem insimul affirmans huiusmodi clausulâ excedere potentia & efficacia illa, *Summariè, Simpliciter, & De plano*, quæ iudiciorum solemnitates relaxant, & ab earum obseruatione liberant, *Clement. Sapè, de verbor. significat.* Plenè de his omnibus Barbosa *de clausulis, clausul. 101. num. 3. & seqq. præcipuè 6. & 7.* vbi quod illa clausula aufert ordinem iudiciarium, omnem iuris solemnitatem relaxat, & ad formam iudicij de iure naturali vel gentium indoctam reducit. 50 51

Aut de solemnitatis omissione † pars opponit: & tunc aut libelli formam, aut sententiæ prolationis respicit oppositio: primam arbitrio Iudicis lex relinquit: secundam, tanquam nec substantialem, nec præiudicium partibus afferentem contemnit, vsusquè in Tribunalibus saltem inferioribus, reiecit. Aut iuramentum calumniæ semel & bis præstari fuit petitum, & alia substantialia iudicij seruari (ad quæ legitima inquirendi, & eliciendi confessionem forma referri potest) quibus prætermissis, si bis requisitus, nihilominus ad sententiam procedat Iudex: eam nullam dicta lex declarat, & ad expensas sumptusquè Iudicem obligatum, vt hanc ipsam legem 10. explicans Gutierrez notat *lib. 1 practicar. quæst. 99. per totam, maximè num. 2. & 3.* 52

Damnorum (vt diximus) mentionem ipsa non fecit, quia ex sententia nulla non petimuit damnum. Quod si fortè pars prætet expensas sentiret (necessariam saltem à prætermisso iudicij ordine, post obseruantiæ postulationem, causam habens) eandem sequetur expensarum naturam & obligationem. Quamuis enim simplici expensarum condemnatione, † seu appellatione non contineantur, nec veniant damna. *cap. In nostra, 8. de iniur. & damno dato*, Glossa *in l. 1. §. fin. verbo* 53

UAB Biblioteca de Ciències Socials

verbo Hoc iudicium, D. si quis ius dicenti non obtemperau. ex qua sic notat Baldus *ibi, num.* 4. Glossa etiam *in l. Sancimus, 13. verbo Damna, in fine, C. de iudic.* erudite Surdus *decis.* 26. *per totam*, Thesaurus *decis.* 67. *num.* 5. *vers. Contrarium*, Cachetan. *decis.* 46. *num.* 2. Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap.* 883. *num.* 25. & 26. Augustin. Barbosa *de appellation verbor. vtriusque iuris, verbo Damnum, & verbo Expensa*, Ioan. Petrus Fontanel. *decis.* 97. *num.* 1. & 3. At verò eadem, quæ expensarum condemnationem inducit ratio, damna quoque resarcire iubet, & æquo pede, graduque pari vtraque condemnatio procedit, vt monstrant textus *in* §. *Hæc autem omnia, instit. de pœna temere litig. & in l. fin. C. de pœna iudic. qui male iudic.* in illo sic Iustinianus: *Improbum litigator & damnum & impensas litis inferre aduersario suo cogitur.* In hoc Constant. Augustt. *Ei vindicta quem læserit, non solum æstimationis dispendy, sed etiam litis discriminis præbeatur.*

55 Si autem † non est error in processu, sed ex parte Iudicis dolus, metusvè illatus, per quem à reo confessionem extorsit, distinguendum: Aut dolus talis est, qui ad partis potius fatuitatem, quam ad Iudicis malitiam referri possit: talis metus, qui ad vanam potius partis trepidationem, quam ad veram Iudicis violentiam accommodari: & tunc partis fatuitas, animi leuitas, inepta, seu vana trepidatio sunt, quæ præiudicant, nec iudicij valori, nec Iudici nocent, vt determinat expressè textus *in cap. Cum dilectus, 6. de iis quæ vi metusvè causa fiunt.* Cuius hæc verba: *Non obstante violentia, qua proponebatur illata (cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerat cadere in constantes) nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos (cum talis dolus non tam ad circumuentionem prædictorum Cisterciens. quàm ad fatuitatem eorum debeat retorqueri:) super restitutione petita silentium eis duximus sententialiter imponendum.* Iuxta cuius decisionem (eius licet mentione nulla facta) sentit Dominicus Sotus *de ratione tegendi & detegendi secreti, membr. 3. quæst. 1. conclus.* 5. eiusdem existens voti, cum leuem Iudex tormentorum comminationem interposuit. *Nam quamuis Iudex* (inquit) *aliquam tunc fecerit iniuriam: tamen non tam censetur Iudex extorsisse, quam rens libere propalasse.*

56 Aut is interuenit dolus, † metusvè, quo disertus quilibet & constans caperetur, ex actisque constat: & in distinctionem propositam iterum incidimus, quòd aut de hoc opponit, vel non opponit pars: Si opponit, debeat Iudex instaurare processum, & ritè prosequi, aliter in causa procedens, ad expensas & damna teneatur vsque tunc factas, instaurare licet, & ad debitam formam processum reducat, secundum latè supra agitata: Aut non opponit, & voluntariè videtur fateri crimen, confessionem approbare scienter, & iuri suo renunciare, vt late quoque supra. Consequenter scienti & volenti iniuria non fit, quæ ad restitutionem obliget.

Aut de tali dolo, metuvè per quem extorta confessio est, non apparet in actis, nec probari potest: & ad restitutionem tenebitur Iudex, tanquam illius causa efficax iniusta, secundum supra dicta, & fusè *Annotatione elapsa.* Inter quæ, suum aduersus Iudicem tenebit suggestio locum, quæ veluti non solet apparere in actis: si eius saltem qualitatis sit, quæ cautum etiam (vt prædiximus) decipere posset. Quæ enim ex actis deprehendi valet, & nullitati (vt *numero* 28. *Annotationis præcedentis* aduertimus) & distinctionibus *in hac ipsa* præstitis, remanebit subiecta.

Huic tamen, † cæteris què superioribus negotium facessere, fortiterquè obstare videtur recepta & frequens Doctorum opinio dicentium: *Iudicem qui contra ius sententiam protulit, litem suam facere, proque interesse in syndicatu posse conueniri, tametsi pars grauata non appellet.* Quam sustinent Bartholus *in l. Item si res, 4. D. de alien. iudic. mutand. causa fact. num.* 3. *disput. 9. incip. Iudex per imperitiam, ex numero* 15. *& in l. 1. num.* 9. *D. quod quisque iuris*, Baldus *in cap. 1. §. Iudices, num. 7. de pace iuram. firm.* Bossius *in tract. causar. criminal. tit. de Offic. corrupt. num. 22. vers. Sed si sententia valida est*, cumque Socino, Barbatia, & aliis, Iacob. Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 4, casu* 359. *num.* 10. *& sequentibus.* Quibus addimus Innocentium *in cap. Sapè, de appellationib. & in cap. Pastoralis, de rescript.* Iasonem *in d. l. 1. D. quod quisque iuris, num.* 15. *& seq. & ibidem* Paulum Castrensem *in* §. *Qui Magistratum, num.* 14. *in l. Dies cautioni.* §. *Si tam vicinum, D. de damno infect. & in l. Si filius familias, num.* 7. *D. de iudic.* Alexandrum *in d. l. 1. num.* 16. Abbatem *in cap. Ad hæc, 6. num.* 6. *de appellationib. & in cap. Pastoralis, 29. num.* 8. *de iure patronat.* Montaluum *in l. 2. tit. 2. lib. 2. fori, verbo Sin derecho*, Auilesium *in cap. 1. Prætor. verbo Alias partes, num.* 9. Hyppolytum de Marsil. *singul.* 646. *incip. Iudices iniquè agentes, per tot. præcipuè num.* 3. Petrum Barbos. *in l. Si filiusfam.* 15. *D. de iudic. num.* 29. *& seqq.* Auendanum *responso* 11. *num.* 1. Martinum Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 12. *vers. Qui scient*, Bernardum Diaz *regula* 363. *limit.* 4. Bobadillam *in Politic. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 29. *in fine, & num.* 73. *& 74.* Ceuallos *practicar. quæst.* 153. Portium *in additionib. ad Monachum in cap. 1. de sentent. & re iudic. lib. 6. num.* 14. *vers. Et facit litem suam*, Cæsarem Contardum *ad legem vnicam. C. si de momentan. possession. limit.* 11 *num.* 2. Quam aliqui ex superioribus sententiam extendunt, procedereque arbitrantur, etiamsi pars expressè appellationi renunciet; siue appellet, & appellationem dicerat; siue appellatio pendeat; siue sententia à qua appellatum est, sit confirmata. Etsi plerisque extensiones istæ displiceant, vt per eosdem videre licet, præcipuè per Auilesium *ex numer.* 8. *cum pluribus sequentibus*, cæterorum opiniones recensentem, suamque interponentem doctè.

At verò Glossa *in d. l. 1. §. Qui Magistratum. verbo Noui iuris, vers. Quid autem de diffinitiua, D. quod quisque iuris* (quam singularem dicit Baldus *in cap. Quintauallis, 23. de iure iurand. num.* 36. *in fine*, tunc teneri

57

seu

UAB Biblioteca de Ciències Socials

seu conueniri in syndicatu Iudicem posse docet, etiam si pars non appellet, cum causa subest cur non appellet: prorsus sentiens, si appellationis impedimentum non exter, approbatum videri iudicium à quo appellatum non est, & non dari recursum contra Iudicem. Sic & placuisse Angelo *consilio* 188. *ad finem* Aviles refert *supra num.* 9. tenere dicens: *quod si victus potuisset appellare, & non appellauit; tunc contra iudicantem non posse haberi recursum: quia non appellando confirmat quis sententiam suo consensu.* Idque per textum optimum, *in l. Hi, qui ad ciuilia, 7. C. de appellationib.* dicentem: *Hi qui ad ciuilia munera, vel Decurionatum, vel honores euocantur, licet vacationem à Principibus acceperint, si appellationis auxilio non vtantur; consensu suo nominationem confirmant.*

Nec communis responsio, solutiovè (*quod confirmatio, vel approbatio sententia per taciturnitatem, & non interpositam appellationem, intelligatur quoad alteram partem, & quoad rem eo iudicio petitam, non vero quoad Iudicem, & ad interesse, quod de nouo insurgit*:) difficultatem omnino euacuat. Approbatio enim sententiæ ad bene iudicantis statum, speciemvè quoad probantem, Iudicem reducit, tatione argumentoquè textus *in d. cap. scienti, 27 de regulis iuris, lib. 6. in d. l. Si quis cum scires, 93. D. de furtis, proxima lege Hi qui, in c. Qui tacet, 43. de regul. iuris, lib. 6.* cum similibus de quibus *in Axiomatibus nostris, lit. C. n. 2.* At hic ad nihilum tenetur: ergo neque is cuius sententia probata est. Implicare enim aliter contradictionem videtur solutio, & partem quoad alteram, non appellando, bene Iudicem iudicasse fateri; & interesse ex eodem iudicio, tanquam ex male iudicato, aduersus Iudicem prætendere. *Vnum eundemquè & pronuntiare iustum; & tradere quasi criminosum.* vt verbis Ambrosij vtar *in c. 13. Danielis, Sermone* 1. Vnde Petrus Barbosa (præfatæ communis accertimus propugnator) *in d. l. Si filius fam. n. 54. & 55.* (cum Panormitano, Alexandro, & aliis, quos refert) differentiam constituit inter tenũciantem appellationi; & sententiam tanquam bene latam expressè approbantem: vt ille possit aduersus Iudicem ex iniqua sententia, proquè interesse in syndicatu agere, quodquè quoad partẽ solum renunciasse videatur: hic nequeat; tanquam vtramque approbatio contineat. Sed nec omnino difficultatem, vt diximus, fedat distinctio ista, eisdem tacitæ, velut expressæ approbationis viribus existentibus, quoad forum saltem exterius, vulgatis iuribus, iamquè latè supra agitatis.

58 Nec itidem responsio, † quæ *dicta legi Hi qui ad ciuilia* illico se offert, penitus diffidium componit: nempe facilius in eius casu consensum, & approbationem induci, quam in nostro: quia in illo poterat appellationem omittens non sentire damnum, vel incommodum, posset imo commodum, vtilitatem, aut voluptatem sentire ad ciuitatis munera euocatus: ex quo consensus præsumptio inducitur facilius, iuxta textum *in l. Qui patitur, 18. D. mandati, in l. Item quaritur, 14. §. Qui impleto, D. locati.* copiosè & eleganter Surdus *cons. 231. n. 15. & 16. volum. 1.* At vbi damnum vertitur, difficilius, imo tacens tunc dissentire videtur, *l. Filiusfam. 8 §. Inuitus, D. de procuratorib.* De vtroque plene Menochius *de præsumptionib. lib. 3. præsump. 42. per totam.* Quia quolibet indistinctè casu per omissionem appellationis tempore præstituto, iudicium approbatum videri, Canonica & Ciuilia iura dictitant *in cap. Quoad consultationem, 15. de re iudic. in l. Ab eo, 3. C. quomodo & quando iudex in l. fin. in fine, C. de sentent. qua sine certa quantit. prolata est, & ibi* Glossa *verbo Confirmasti, & in l. 1. C. de postulaud. verbo Obtempera*, cum aliis de quibus Nos *de priuileg. pauper. p. 1. quæst. 51. n. 6. vers. Quarta.* Manetquè Iudici prærogatiua, quæ consensum etiam in præiudicialibus, taciturnitate in iudicio inducit, vt prædiximus.

Inde † in specie textus *in cap. Pastoralis,* 59
29. *de iure patronat.* præsentatum à Patrono aduersus quem malitiosè Episcopus fuerat interlocutus, aliumque instituerat, intra debita tempora non appellantem sibi imputare debere, nec contra Episcopum habere recursum, profitetur Ioann. Andr. *ibi n. 9.* cum Hostiense, tametsi eos Panormitanus improbet *ibi quoque num. 7. & 8.*

Vtcunque autem se res ista habeat, diuersa 60
quæstionis nostræ, † resolutionisquè in ea præstitæ tatio. Maximum quippe inter ista hæc ad consensum vel dissensum inducendum, liberandumquè per consequens ab obligatione Iudicem versatur discrimen. Namque sententiæ iniustitia à parte præueniri non potest, sentitur & inspicitur simul: Processus etroti tandiu pars obstare valet, quandiu instantia durat; toties, à negligentibus etiam noscitur, quoties inspicitur, voluiturque processus: toties approbatur, quoties non contradicitur; ex vsque nunc late deductis. Quorum actuum, taciturnitatisque geminatio enixam & deliberatam approbationem præ se fert, ex *l. Ballista, D. ad senatusconsult. Trebellian.* congestisque à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. G. num. 1.*

Sententia † item negotio finem imponit, 61
dat, vel adimit ius, *l. 1. D. de re iudic. c. Ei qui, 41. §. Diffinitiua, 2. quæst. 6.* Quo nemo se priuare velle præsumitur, nec suum iactare, *lege Cum de indebito, 25. D. de probationibus.* Iudiciatij actus ad sententiam tendunt, nec dant, nec adimunt ius efficaciter. Damnum, si quod inferunt, à partis potius fatuitate, negligentia, vel tacito consensu (qui tunc iure præsumitur, & vt vetus, vt diximus, operatur) venit, alioquin reparabile.

Rursus Sententiam diffinitiuam † siue be- 62
ne siue male qui protulit, functus est officio suo, desinit esse Iudex, nec eam valet emendare, illatumve reparare damnum, *dict. leg. Iudex postea quam, 55. D. de re iudic.* necessariaque appellatio est, & eius prosequutio vt in melius sententia reformetur, *leg. 1. D. de appellationib.* Ad cuius non modo sumptus (pro eis licet male iudicantem pars Iudicem habeat obligatum) sed ad personæ, litisque discrimina (cum superiores *nonnunquam etiam bene latas sententias in peius*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

reformet, ipsius *legis prima* animaduersione) durum nimis videretur arctare lassum, & vt aut appellatione non interposita, aut interposita, sed non prosecuta; vel prosequuta quidem, & sententia confirmata; ius aduersus inique iudicantem perdat (contra magis receptam Bartholi, & aliorum, quos iam retulimus, opinionem) quod sibi appellatione non interposita, durare competeretque sciebat, iuxta *legem Sicut*, 8. §. *Non videtur*, *D. quib. modis pign. vel hypothec. solvitur*: aut relata, cæteraque superiorum Tribunalium, fortique subire discrimina.

63 Ad emendationem processus † dispendium, quamvis nullum: simplici partis petitione, vno eodemque iudicio idem ipse Iudex emendare potest, debetque errorem; obstrictus remanens si non emendet, restitutioni; pars detrimento, si non petat, de inordinatove processu non opponat, consentire visa, tot in id rationibus, gestorumque approbationem partis non reclamantis, contradicentisve suadentibus; quot à sententia non appellantis dissensum arguunt.

Itidem tacitus non appellantis à sententia consensus habet in quo verificetur, partem scilicet in cuius fauorem cedit, vt prædicta quoque communis fateatur opinio: In iudiciariis actibus in ordinatis (qui Iudici præcipuè tantummodoque imputari possent) Iudicem solum habet. In eius ideò vtilitatem, inque tacentis, nihilque opponentis præiudicium cedat necessum est.

64 Quid plura? † Non appellantem à sententia iniusta contra Iudicem ius suum illæsum retinere, nec sibi taciturnitate quoad id præiudicare; receptior quoad id sententia est: quoad ordinem iudiciarium, præiudicare quidem sibi tacentem, nonquè reclamantem, approbatequè gesta videri, non solum Doctorum placitum est, & ex contrariis quoque, vt eorum relatione *numero* 18. vidimus: sed expressæ textus decisionis *in dicto capite* 2. *de accusationib. lib.* 6. Quem non tantummodo valorem inordinati processus declarasse, sibique præiudicasse taciturnitate reum, vt contra illum legitime ad sententiam deueniri posset, restitutionis obligatione apud Iudicem relicta, censendum est, (vt sentit Petrus Nauarra *loco supra numero tertio* allatus:) sed libentum quoque Iudicem pronunciasse, ex latè deductis rationibus, intellectibusque designatis eidem. Tum quia non facilè persuaderi potest, Summum Ecclesiæ Præsulem, seu Sacros Canones (qui semper animarum periculis principaliter obuiare intendunt, *capite* 2. *de constitut. libro* 6. *capite* 2. *de iure iurand. cap.* 1. *de sepulchr. violat. eodem libro*,) cum tanto Iudicum dispendio, eorumque animarum periculo, præsumpto etiam partis taciturnitate consensu, iudicium probasse: cum & iudicij instauratione, si periculum illud adesset, nec veritatis cognitio, nec Iustitia periclitaretur, & pariter à restitutionis nexu solutus Iudex remaneret. Sed ita statuisse censendum, ex præsumpta nihil opponentis approbatione & consensu, in quo veluti totam vim ad decretum, decisionemve facit, quod *processerit te præsente, nec reclamante, aut quidquam super hoc excipiente.* Ex quo Glossa, ad longumquè supra auctoritates & Doctores relati scientiam & approbationem arguunt, quæ restitutionis, per consequens, obligationem excludit, sæpè reperita regula *capitis Scienti*, 27. *de regul. iuris lib.* 6. & *legis Nemo videtur*, 183. *D. eodem tit.* Quæque veri consensus in iure operatur effectus, vt & supra diximus *num.* 26. & *sequenti.* Quin dissoluta ineptave ignorantia aliquatenus excusat, vt & iam vidimus, & quia paria sunt ad scientiam consensumque inducendum, *Verè scire, & scire debere: Scire posse, vel scire negligere*, secundum textum *in l. Quod te mihi*, 5. *in fine*, *D. de reb. credit. & ibi Glossa fin. in l. Si duo*, 58. *D. de acquir. hæredit.* Vbi etiam Glossa *verbo Scire potuit*, *in l. Qui fundum*, 7. §. *Seruus meus*, *D. pro emptore*, *in l. penult. D. ad S. C. Macedon. in l. In bonorum*. 10. *in fin. D. de bonor. possession. in c.* 3. §. *Si quis vero*, *de clandest. desponsat.* Iura quasi expresse casum decidentia nostrum. In quod multos etiam retulimus *Axiomatibus & locis communib. iuris*, *lit. S. n.* 4. *& tribus seqq.* Quibus nunc Ambrosium addimus *de interpellatione Iob*, *lib.* 1. *c.* 5. *in illud Luca* 23. *v.* 34. *Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt*, dicentem: *Sed non excusantur quod nesciunt, cum scire nolunt quod debuerint cognoscere.*

Denique † istam partis requisitionem circa iudiciarij ordinis obseruationem Iudici fieri vt ad impensas, interesseve teneatur si illum non seruet, postulat, vt vidimus, *præfata lex decima tit.* 17. *lib.* 4. *nona Regiæ collectionis*: tuncque solum, non antea ad id obligatum Iudicem decernit. 65

Limitari id quidem posset † in Iudice qui per sordes, pretiumve inordinate processit, ex ratione quam assignat Iaso *in lege* 1. *D. quod quisque iuris*, *num.* 15. cur non appellans à sententia per sordes lata, ad interesse Iudicem habeat obligatum: Quia scilicet quamuis tacendo pars in culpa sit: at Iudex est in grauissimo dolo, qui non solum culpæ præponderat (vt in quolibet regulare est, *l. Item si obstetrix*, *D. ad legem Aquiliam*:) sed ita alios communiter malitia excedit; vt pro illo semper ad integrum partis, litisque interesse Iudex obligatus existat, *lege Si filius familias*, 15. *D. de iudic.* & latius prosequemur *Rubrica sequenti Annotatione prima*: Pro eo vero quo inordinate in processu se gessit Iudex † inordinato quoque forsam iustitiæ zelo crimina vindicandi, eruendæque veritatis, impetitiaue; aliquam in exteriori excusationem habeat, nec soleat ob id puniri, vt (cum Paris. de Puteo *in tract. de syndicat. verbo Iuramentum*, *numero* 4. *fol.* 205. *col.* 4.) tradit Farinacius *consil.* 64. *numero* 8. *libro* 1. Quibus conducunt prænotata *precedenti Annotatione ex numero* 49. *cum seqq.* & dicenda *Rubrica sequenti Annotatione prima.* 66

Quo respexit doctrina Petri Barbosæ *in d. l. Si*

l. Si filius familias, num. 56. (etsi Accursium, Baldumque referat auctores) dicentis : Eum qui sententiam, doli tamen insciis, expressè approbauit, non obstante approbatione, Iudicem posse in syndicatu conuenire; non ita si per imperitiam iniusta fuisset lata, probataque sententia. Interiori item foro, si viso inordinato processu pars non contradicat; vigent pariter ad excusationem Canonica & Ciuilia iura, non segniter, vt putamus, perpensa, non ignauiter trutinata, dispunctæ rationes, examinata argumenta. Maxime vero apud nos, qui *dicta legis Regia* 10. sanctionem habemus. Sed non tantum adhuc nostro iudicio deferimus (in his præsertim quæ in primis Theologos tangunt) vt non melius semper spectemus. Cui ex nunc libenter submittimus nostrum.

68 Ad vltimam quæsiti partem † iam semitam indicant supra dicta, si reum in casibus non exceptis de sociis Iudex interroget. Hunc enim interrogari iura prohibent *in leg. fin. ad med. C. de accusationib. in l. Repeti*, 16. *D. de quæstionib. in cap. Nemini*, 15. *quæst. 3. in capite* 1. *de confes. in cap. Veneus*, 10. *de restit.* plenè Mascard. *de probationib. conclus.* 1312. *à num.* 1. Farinac. *quæst. 43. numero 3. & seqq.* Petrus Binsfeld. *de confes. maleficor. & sagar. conclus.* 13. *memb.* 2. *pag.* 263. *& seq.* mortaliter peccare Iudicem dicens, qui in hisce casibus non exceptis reum interrogat *pagin. 266. vers. Præterea obseruandum*, multorum huius sententiæ relatione Saytus *in Clani Regia lib.* 12. *cap.* 17. Antonin. Diana *resolut. moral. parte* 3. *tract.* 5. *miscellaneo, resolut.* 99. Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 10. *num.* 2. & multi alij penès Thomam Sanchez *consilior. moral.* 2. *parte lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 22. *num.* 3. Possèque tunc reum verbis æquiuocis interrogationem eludere, dum mendacium absit, notat proximè Binsfeldius idem, iamque supra aduertimus *num.* 31.

69 Quod si simpliciter respondeat reus, † socioque propalet, nec iuris vtatur remediis ad responsionem vitandam, penès eum (tanquam causam proximam & immediatam damni) restitutionis obligationem consocio residere, suadent supra deducta *ex numero quinto*; *cum sequentibus*, præcipuè *numero* 13. *etiam cum sequentibus*, & doctrina Lessij *de iustit. & iure, libro* 2. *capite* 29. *dubit.* 18. *numero* 172. *in fine*, generaliter dicentis : eius qui alterius occultum crimen patefecit, vnde contingeret illum damnari; ad restitutionem teneri, quia causam damni iniustè dat : & Petri Binsfeldij *dicto proxime loco, pagin.* 268. inquientis : reum non legitimè, aut contra iuris ordinem interrogatum naturali lege teneri occultare peccatorem. Nec item reum ita socios propalantem ad sibi inde restitutionis damnum euenientes, Iudicem habere obligatum videtur, saltem si nec in litis progressu, & cum potuit consulere petitiores, id non opposuerit, in rectumque statum processum & confessionem indebitam elidi postulatit, iuxta supra tradita *dicto numero* 13. *cum sequentibus* : mansura tunc penès Iudicem instaurandi processum, ritequè procedendi, aut restitutiones alioquin obligatione, ex dictis *num.* 29. *cum sequentibus* : ad damnum præterea quod ex iniusta socij criminis interrogatione, emendato processu, correctoque errore, vsque tunc socius sentiret, cui velut insciis obuiare non potuit (vt & *sequenti numero* videbimus) exceptione postmodum saltem obiecta, secundum supra quoque notata *num.* 45. *& seqq.*

At verò quoad testem † dispunctiones euacuat, tollitque opinio relata ab Antonino Diana *resolut. moral.* 3. *p. tract.* 5 *micellaneo resolut.* 101. *vers. Notandum etiam*, si ei standum est à restitutionis obligatione testem hunc eximens (quæ ideo in Iudicem recidat, necessum videtur, qui causam iniustam efficacem damno dedit, saltem in simplici teste, cuius quidem non est inquirere scrupulosè processum, ex quo nec liquet illi facilè an iure sit interrogatus, nec tangat illum inquisitio ista, iuxta nectenda *infra num.* 78. quamuis aduersus præcipui socij criminis dictum & opponendi maneat ius detecto; & propositum, latequè pensatum periculum consensus præsumpti, si non opponat) Ait itaque, ex Maldero, Diana : *quod testis, qui per imprudentiam occultum crimen detexit, si bona fide detexit (vt frequenter solet fieri) quia putabat se legitimè de hoc interrogari à Iudice; non teneri lege iustitiæ retractare testimonium suum : si tamen sine suo detrimento posset, & speret retractationem profuturam; tenetur lege charitatis retractare : ita tamen vt non obligetur ad restitutionem, si non retractauerit.* Quod multum in praxi notandum admonet : admonitoque omnes Iudices vellem, vt in cæteris omnibus, in his maxime in quibus restitutionis periculum imminet, quæ adeo difficulter fieri solet. 70

Quamuis enim socij † dictum neque ad cõdemnationem sufficiat (vt infinitis prope relatis) Farinacius docet *dicta quæst.* 43. *num.* 4. neque ad inquisitionem, aut torturam indicium faciat, vt, cum multis, Mascardus *de probationib. d. conclus.* 1312. *n.* 9. & magis communem, multorum quoque relatione, profitetur Gutierrez *in praxi crimin. canonic. & ciuil. quæst.* 5. *n.* 7. eamque sustinet ipse; saltem per se, & absque aliis indiciis, *num.* 8. neque aliud præiudicium generet, vt Petrus Binsfeldius tenet *de confes. maleficor. & sagar. d. conclus.* 13. *memb.* 2. *pag.* 267. *in principio* : Quia tamen ex accidentibus generari potest; sibi Iudices prospiciant, rectitudine, & legum simplicitate vtentes, quemadmodum sæpe hortamur. Quibus aliter nec in bona fide, veritatis consequendæ amore, neque in ignorantia asylum remanet firmum. Etenim bonam fidem contra legem operatio excludit, *cap. Qui contra iura, 82. de regul. iuris, lib.* 6. Ignorantia iuris excusat neminem (vt est in omnium ore, & supra sumus prosequuti) deturpat Iudicem, *l.* 1. *§. Seruius autem Sulpitius, D. de origine iuris*, multisque laudatis, Farinac. *fragmenter. criminal. lit. I. num.* 259. 71

In crimini bus autem iure nominatim 72

UAB Biblioteca de Ciències Socials

exceptis † reum de se confessum de consociis omnino interrogare debet Iudex, vt docent Peguera *decis. Cathalon. 5. n. 12.* cumque multis à se citatis, Farinacius *d. quæst. 43. num. 56. & seq.* & Gutier. *d. quæst. 5. num. 2.* Idque sub peccati mortalis reatu, obseruat Petrus Binsfeldius *d. conclus. 13. memb. 6. pagin. 267.* iustæ legis violatione, cuius minister & executor fidelis Iudex esse debet, damnumquè, iuxta legum sanctiones, Reipublicæ subditorumque auertere: cuius quidem incuriæ, seu potius iniuriæ, reus erit. Saltem cum ex officio suo procedit, qui tunc, sicque inquirens, Rempublicam partemque repræsentat, vt dicunt Baldus *in l. Is apud quem, 2. num. 28. C. de edend.* & *in l. 1. num. 7. C. de iudic.* Sigismund. Scacc. *de sentent.* & *re iudic. glossa 14. num. 19. num. 53.* & *56.* aliisque laudari ab ipso. Nec expetenda Reipublicæ petitio, oppositiovè de defectu cum ad id Iudicem designarit, suumque id sit munus, nec ipse verum habeat corpus, sed fictum & inanimatum, *l. Mutuo 23.* (vbi notant Baldus & Bolognetus) *D. de fideiussorib.* & *mandator. cap. Romana, 5. §. In vniuersitatem, iuncta Glossa verbo Penitus, de sentent. excommunic. lib. 6.* Dixismusquè, cum Bartholo, Castrense, Socino, Thusco, Farinacio, & aliis, *de priuileg. miserabil. personar. 3. p. quæst. 10. num. 17.* Cuius in Iudicem partes transfundit ipsa.

73 Excepta autem crimina † in quibus socij interrogari iubentur, sunt: crimen Læsæ Maiestatis Diuinæ, hæresis nempe, *cap. In fidei fauore, 5. de hæretic. lib. 6. cap. Litteras, de præsumptionibus*, Læsæ Maiestatis humanæ, *cap. 1. de confes. cap. Nemini, 5. quæst. 3.* Proditionis, *l. 2.* & *fin. C. ad legem Iuliam Maiestat.* Coniurationis, *cap. fin. de testib. cogend. cap. Si qui cum militibus, 5. quæst. 1.* Latrocinij, *leg. Diuus Adrianus, D. de custod.* & *exhibit. reor. l. penult. C. de feriis.* Falsæ monetæ, *l. fin. C. de falsa monet.* Maleficij, seu Strygum, *leg. fin. C. de malefic.* & *mathemat.* Quæ enumerat Binsfeldius *vbi proxime.* Eadem, & alia multa, super quibus quæstionem trahit Farinacius *dict. quæstio. 43. numero 58. cum seqq.* Mascard. *de probationib. dict. conclus. 1312. numero 21. pariter cum seqq.* recentius Ioan. Ægid. Trullench. *in opere morali, libro 8. capite 1. numero 3.*

74 In quibus † id sancitum, & propter eorum atrocitatem, grauè Reipublicæ nocumentum, & quia difficulter, raro, aut nunquam sine sociis committi solent, aut possunt, vt citati sentiunt. Specialem, cum Nauarro, præstat Binsfeldius rationem *dicto loco, pagin. 268.* quæ est præcipuè crimina in futurum adhuc imminentia respiciat (quorum potentior causa ad denunciationem quoque ante interrogationem obligans) omnia tamen ex ea complectitur ipse, vt illius infra indicabunt referenda verba *n. 77.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. 2. p. lib. 24. c. 7. sect. 5. n. 144. pag. 419.* rationem esse dicit, quòd in his Iudex bono communi consulere debeat, quocumque priuato commodo non obstante. Sic & Trulleneh. *dicto proxime loco,* & multi alij apud Sanchez *dict. lib. 6. cap. 5. dub. 22. num. 3.*

Ea autem ratione, † qua reus de consociis interrogari debet; eadem reus ipse sub dicta peccati obligatione socios reuelare tenetur, cum à iure interrogandi facultatem, imo necessitatem habeat Iudex, cui tunc omnino obedire, & veritatem propalare interrogatus debeat, sententia Diui Thomæ, omniumquè Thomistarum, *2. 2. quæst. 69. art. 2.* & *quæst. 70. art. 1.* Prosequuntur latissimè Gutierrez *in praxi criminal. canonic.* & *ciuil. quæst. 9. à num. 2. 10.* & *seqq.* Ioan. Ægid. Trullench. *d. lib. 8. cap. 1. dub. 10. num. 4.* cumquè multis, tradidimus *Annotatione precedenti, num. 38.* & docent proximis quoque sequentibus numeris referendi. 75

Quinimo † etiam non interrogatum debere hæc excepta crimina denunciare, si non sint correcta, sed probabiliter præsumantur in futurum pendere, obseruant Ludouicus Peguera *dict. decis. 5. num. 24.* & *25.* cumquè Diuo Thoma, Caietano, Soto, Alfonso à Castro Iosepho Anglo, Nauarro, & aliis, Petrus Binsfeldius *supra, pagin. 267.* aliisquè super additis, Antonin. Diana *d. resolut. 99. 3. part. tract. 5. miscellaneo*, Rationem assignat Binsfeldius *pag. 268.* (cum Nauarro *in rubric. relection. cap. Nouit, de iudic. num. 92.* & *in cap. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. numero 24.* à nullo alio constitutam dicens, cur in exceptis crimibus † reum de sociis interrogare debeat Iudex; in non exceptis prohibeatur: testis pariter obligationis rationem, reuelationisquè necessitatis præstans, & vtrumquè sub eadem complectens) quod nempe etsi lege naturali teneatur quis non diffamare proximum, *qua lege etiam reus contra iuris ordinem interrogatus tenetur celare occultum peccatorem: at in criminibus exceptis quando agitur de impediendo damna spiritualia, vel temporalia Reipublicæ, qua in futurum pendent: alia lex naturalis accedit, qua etiam priuati tenentur aliorum mortem, & pericula, si possunt, præcauere & vitare, iuxta illud Prouerbior. 24.* Eripe illos qui ducuntur ad mortem. *Qua fortior est illa de non infamando occultum. Concurrentibus autem duabus natura legibus, contraria in casu aliquo dictantibus; standum est fortiori, quia fortius vinculum fortiorè modo ligat. Fortior autem est lex de seruanda alicuius spirituali vel temporali vita, quam de conseruanda fama, quia præstantiora sunt bona corporis & vitæ, bonis famæ & fortunæ. Prohibetur ergo Iudex octauo Decalogi præcepto in non exceptis reum interrogare; & obligatur in exceptis lege naturali fortiore inquirere de consortibus, & reum eodem præcepto denunciare.* Hæc Petrus Binsfeldius *vbi proximè.* Consentit Trullench. *in opere morali dict. libro 8. cap. 1. dubio 10. num. 5.* 77

Ea item ratione † qua legitimè à Iudice interrogatus tenetur veritatem simpliciter propalare (à naturali quoque iure habente originem, suadente subditos maioribus obedire præcipientibus iusta, vt præter 78

iam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

iam ſuo loco citatos, proſequitur, allatis quoque multis, Ægidius Trullench. *d. lib. 8. cap. 4. dub. 1. num. 1. 2. & 4.*) deſcendit pariter; in generali inquiſitione in qua certum & manifeſtum delictum apparet, latet verò reus, ſiue officio Iudicis, ſiue ad inſtantiam partis agatur: teſtem in genere interrogatum an ſciat quis illud perpetrarit, teneri delinquentem propalare, ſeu ſolus, ſeu cum aliis ſciuerit. Id enim ad teſtem non ſpectat, ſed ſimplex & vera ad interrogationem reſponſio, quæ ad iuridicam rei cognitionem, punitionemque delicti, Reipublicæ & parti neceſſariam, viam ſola aperit. Sic docent Hoſtienſis *in ſumm. de teſtib. cogendis, num. 4.* oppoſitam opinionem temerariam dicens, Abbas *in capit. Peruenit, el 2. in fine, ex textu ibidem, lectura 5. eod. tit. de teſtib. cogend.* Sotus *de iuſtit. & iure, lib. 5. quæſt. 7. art. 1.* Azorius *inſtitution. moral. tom. 3. lib. 13. c. 16. difficult. 4. & cap. 27. dub. 2. verſ. Altera opinio, & ſequenti*, veriorem, & probabiliorem hanc profeſſus. Quam & cum aliis à ſe relatis, neruosè ſuſtinet, eruditè defendit, contrariam refutans & conuincens Ioannes Sanchez *ſelectar. diſputation. diſput. 43. num. 3.* Eamque veriorem, & conſulentem bono communi, ideoque tenendam dicit Trullench. *in opere morali, d. lib. 8. cap. 3. dub. 1. num. 3.* Qui *eodem libro cap. 1. dub. 22. numero 3. & 4.* etiam in ſocio criminis † generaliter de ſociis interrogato id procedere dicit, cum de criminibus agitur ex quibus publicum vel particulare imminet damnum, quod eſt in fieri, aut in futurum, ſecus ſi præteritum; quia tunc & interrogandi ius, neceſſitatem imo habet Iudex, & reſpondendi reus.

79

At verò regulariter ſocium criminis, inter cæteros forſam vt quilibet alius teſtis in generali inquiſitione interrogatum (propter imminens ſibi ex reuelatione periculum) ab ea excuſat Azorius *inſtitution. moralium d. tomo 3. lib. 13. cap. 16. verſ. Tertia difficultas.*

80

Teſtem autem legitimè interrogatum † veritatem occultantem, ſeuè neſcire dicentem, iuſtitiam commutatiuam lædere, & conſequenter ad reſtitutionem teneri, docent Azorius idem *dicto lib. 13. capit. 27. dub. 4.* Malder. *in 2. 2. tract. cap. 2. dub. 9. §. Dico tertio*, Turrian. *in 2. 2. diſput. 52. numer. 2.* Sotus, Medina, Nauarrus, & alij relati ab Antonino Diana *reſolution. moral. d. 3. p. tract. 5. miſcellaneo, reſolut.*

81

101. Quitamen contrariam † non minus probabilem dicit, cum Gaſpare Hurtado *diſput. 3. difficult. 4.* Ioanne de la Cruz *in Director. p. 1. præcept. 8. art. 4. dub. 13. concluſ. 5.* Siluio *in 2. 2. Diui Thomæ, quæſt. 71. art. 1. quæritur 1. concluſ. 6.* Pitigiano *in practic. crimin. p. 2. capit. 6. fol. 191.* & aliis. *Ratio eſt (ait) quia licet huiuſmodi teſtis grauiter peccet contra charitatem erga proximum, & contra obedientiam, & iuſtitiam legalem erga Iudicem: non peccat tamen contra iuſtitiam commutatiuam. Nam ante mandatum Iudicis, non tenetur ex commutatiua iuſtitia, etiam ſecundum auctores contrariæ ſententiæ: ſed per mandatum Iudicis ſolum accedit obligatio iuſtitiæ legalis & obedientiæ: Ergo nullum eſt vinculum iuſtitiæ commutatiuæ.*

Hæc de teſte ex omnimoda ad Iudicem connexione: vt & non modò quoad reum ipſum, ſed & quoad teſtes ſuas inſimul nouerit partes: vt in vtriſque, formaque proceſſus, iuris quoque formam obſeruet, in eius ſe contineat finibus, non odio, non amore, non pretio, precevè, aut inordinato adhuc zelo eos aliquatenus tranſiliat: tot ſpeculata, tot recenſita pericula vitet, monſtrata (monſtra ſeu potius) horreat, in quæ ſæpe aut ignorantia, aut malitia ducit, miſereque videmus incidere multos. Emuntur diſcrimina magno; conſtat paruo ſecuritas. In tuto ſe locet ad Perfectionem tendens. Quid prohibet tuta ſequi, tranquilla ſectari, amplecti ſecura? Quid ire aperta via, rectaque ingredi, & non ſibi ad præcipitia anxios diſponere flexus? Tam diſtat à Iuſtitia, tam bibit nequitiam iſte, quam rectitudine, & ſecuritate viuit, quam ſe Perfectioni ſociat alter.

QVALITER SECVNDVM propriam conſcientiam iudicare debat Iudex? Et quid, quotuplexque ſit Conſcientia?

SVMMARIVM.

1 *Index ſecundum propriam conſcientiam omnino iudicare debet.*

2 *Index ſeu cum ſecundum acta indicat vbi contrarium vt particularis nouit, ſeu cum dubia cauſa adeſt; firma & ſecura conſcientia indicare debet; aliter mortaliter pronunciando peccabit, contra propriæ conſcientiæ dictamen agens.*

3 *Conſcientia variè accipi ſolet. Qualiterque quoad inſtitutum noſtrum demonſtretur, & diffiniatur?*

4 *Conſcientia quædam firma: quæque dicãtur? Quædam erronea. Quædam dubia. Quædam ſcrupuloſa. Quædam probabilis, ſeu opinans.*

5 *Scientia, Opinio, Dubium &c. ſpeculatiua, aut practica eſſe poſſunt. Quæque ſpeculatiua, practicaue ſint, & in quo differant?*

6 *Conſcientia erronea quæ ſit? Et quotuplex?*

7 *An & quale peccatum ſit contra conſcientiam erroneam operari?* & num. 8. 9. & 10.

11 *Deponenda eſt omnino rationabiliter conſcientia erronea, vt licita operatio ſit, & culpa vacet: nullaque tunc culpa eſt contra illam agere.*

12 *Dubium quid ſit?*

13 *Vt voluntas operetur honeſtè, oportet intellectum*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

tellectum non esse practicè dubium, sed iudicare, hic & nunc eam operationem licere: & qui dubitans practicè aliquid operatur, peccat.

14 *Quid cum conscientia dubia speculatiue? Quaque dicatur?*

15 *Scrupulus multipliciter diffinitur, seu describitur.*

16 *An liceat operari cum conscientia scrupulosa dictante aliquid esse peccatum, vel deponendus scrupulus sit, ad licitè operandum?* & num. seq.

17 *Intellectus textus* in cap. Per tuas, 35. de simonia, & in cap. Inquisitioni, de sentent. excommunic.

18 *Scrupulos contemnere, & contra illos operari ad illos vincendum, Theologorum consilium est. Deque aliis ad id remediis, remissiuè.*

19 *Opinio quid sit?*

ANNOTATIO VI.

EX particulari scientia (hoc est secundum veritatem, quam Iudex vt particularis nouit) ipsum iudicare non posse, *hac eadem Rubrica, Annotatione tertia* monstrauimus. Nunc secundum conscientiam propriam † omnino iudicare debere, aliter inique 1
agere, cum communi Theologorum & Iuristarum, conclusionem adstruimus, & Sacris Canonibus, & Cæsareis quoque legibus firmatum, *in cap. 1. de sentent. & re iudic. lib. 6. in Clement. 1. §. Verum, de hæretic. in cap. Per tuas, 35. de simon. in l. 2. §. Sed ex conscientia. C. de fideicommiss. in l. 1. §. penult. D. de itiner. actuque priuat.* Quoniam (vt *ad Roman. 14.* Apostolus ait) *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Id est: *Omne quod contra conscientiam profertur*, vt Glossa ibi intelligit, & cum ea Cardinalis Gabriël Paleotus *de Sacri Consistor. consult. p. 4. quæst. 3.* Inde sequi dicens: *Eum qui aduersus conscientiam loquitur, semper peccare, nec excusari aliorum, quantumuis peritorum, consiliis, aut argumentis*, ex Diuo Thoma, quem allegat *quodlibet. 3. quæst. 12. art. 26. & 27.* Quem verborum Apostoli sensum (cum Ambrosio, Chrysostomo, Theophilacto, Canonistis *in cap. fin. de præscriptionib.* & aliis) approbat, ex præcedentibusque Apostoli verbis colligit Petrus Binsfeldius *de libero arbitrio & gratia, membr. 5. conclus. 4. pag. 476. Vt sensus sit* (secundum ipsum:) *Quidquid fit renitente & reclamante Conscientia, peccatum est.*

2 Debet propterea Iudex, † seu cum secundum acta iudicat, vbi contrariam vt particularis priuatusque nouit; seu cum dubia causa adest; firma & secura conscientia iudicare, dubiam deponens. Si enim credat, existimet, vel etiam dubitet, aut ex probationibus contra priuatam ipsius scientiam sententiam ferre non posse, aut secundum opinionem quam sustinet; & tamen pronuncier: mortaliter sic pronunciando peccare, palam contra propriæ conscientiæ dictamen agentem, & ostendit textus *in dict. cap. Per tuas, de simon.* & profitentur Hostiensis & Ioannes de Imola *in cap. Pastoralis, §. Quia verò, de offic. & potest. iudic. delegat.* Adrian. *quodlibet. 2. ad finem*, Martin. Nauarr. *in cap. si quis autem, de pœnit. dist. 7. num. 128.* quos refert & sequitur Couar. *variar. lib. 1. cap. 1. num. 6. vers. Non obstant*, nulli vnquam Iudici ita iudicare licere, sæpe repetens, nec habere assertionem istam ex doctis contradictorem. Sic & cum multis, Scaccia *de sentent & re iudic. glossa 14. quæst. 8. num. 7. 8. & 42.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 339. num. 23. & seqq.* Azorius *instit. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 7. & 8.* Valet. Reginald. *2. p. summ. circa octau. præcept. Decalog. cap. 3. sect. 1. num. 32. ad fin. pag. 390.* & alij *Annotatione sequenti* referendi. Proque ibi dicendis, & materiæ istius pleniore cognitione, scire oportet: Quid sit conscientia? Quæ Erronea? Quæ Dubia? Quæque Opinabilis? Et an cum ea operari liceat?

In primis, † quamuis *Conscientia* variè ac- 3
cipi soleat, quoad institutum nostrum, *est iudicium, seu dictamen rationis, quo aliquid bonum, aut malum esse monemur.* Azorius *institution. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 8. quæst. 1.* eam sic pulchre describit: *Conscientia est animi quædam ratio, vis, & lex à qua & de rectè factis, & de male factis admonemur: est in homine veluti quædam rectæ rationis scintilla, bonorum, malorumque facinorum index & Iudex.* Iacobus Granadus *in 1. 2. Diui Thoma, controuers. 2. de actibus human. tract. 12. disput. 2. num. 2.* ex plurimis, vsitatissimam acceptionem *Conscientiæ* esse dicit, pro *Cognitione intellectus*, multis Sacræ scripturæ auctoritatibus confirmans, Origenemque *lib. 2. in epistol. ad Roman. col. 12.* dicentem adducit: *Conscientiam esse velut Padagogum animæ, & Rectorem, vt eam de melioribus moneat, vel de culpis castiget & arguat.* eleganter materiam istam, Conscientiæque definitionem prosequens. Similiter Paulus Laym. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 2. num. 1.* Ex Iuristis, Baldus *in quæstione de schismate, sub tit. C. de edict. Diui Adrian. tollend. num. 10.* locata, *Conscientiam* dixit: *Statum mentis in suo esse; Cognitionem cordis, & Dictamen rationis.* Ludouic. Bologn. *in additionib. ad consil. 34. Ioannis de Anania, num. 9.* (ex eodem Baldo *in auth. Ad hæc, vers. Sed dubitatur, C. de vsur.* apud quem non inuenisse fateor) dixit, quod *Conscientia nihil aliud est, nisi sensus animæ cognoscentis bonum vel malum.* Idem (ex Baldo ipso, eadem quoque mendosa allegatione) Menochius *de arbitrar. lib. 1. quæst. 8. numer. 41.* Marquesan. *de commissionib. p. 1. capit. 6. de commissione appellation. extra Roman. Curiam, num. 88. & 89.*

Hæc itaque Conscientia † quandoque firma est ex scientia, quæ dicit cognitionem 4
certam, salrem mortaliter, ita vt non sit prudentis dubitare, vel formidare. Quandoque errat, & Conscientia tunc *Erronea* dicitur. Quandoque dubitat, & *Dubia* appellatur.

Quandoque

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quandoque ſcrupulis angitur, & dicitur *Scrupuloſa*. Quandoque opinatur, & *Probabilis*, ſeu *Opinans* nominatur.

5 Scientia autem, † Opinio, Dubium &c. ſpeculativa aut practica eſſe poſſunt. *Speculativa* dicuntur quando intellectus tanquam certum in communi dictat, opinatur, aut dubitat aliquid eſſe licitum vel illicitum. *Practica*, quando in ſingulari particularivè caſu, hic & nunc, perpenſis omnibus circunſtantiis. Neque aliter iudicium practicum ab ſpeculativo diſcordare licitè poteſt, niſi aliqua ſpecialis ratio, re diligenter diſcuſſa, variare ſuadet, haberque hic & nunc, licitum quod in communi iudicatur illicitū, aut dubitatur de illo. Si autem hæ circunſtantiæ adſint; non tam habenda Conſcientiæ ſpeculativæ, ſive certæ, ſive dubiæ, ſive opinantis, ratio, quam practicæ. Namque Conſcientia, ſeu cognitio practica eſt proxima & immediata regula actus humanos dirigens: Speculativa verò, non ſemper regula ſufficiens eſt, ſed quando cogit ad eandem ſententiam practicam formandam, quòd non ſit ſpecialis ab ea diſcedendi ratio. Ita ex Vazquez, Azorio, & aliis, pro communique ſententia) docet Sanchez (cuius in id, præ aliis, veſtigia ſequimur) *de matrim. lib. 2. diſput. 41. num. 2. & ſeqq. & in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 9. num. 1. & ſeqq.* omnia exemplificans. Ita pariter (cum Caietano, Corduba, & Nauarro, Iacobus Granad. *in 1. 2. Diui Thomæ controuerſ. 2. de actionib. human. tract. 12. diſput. 3. ſect. 1. num. 1.*

6 Erronea, † ſeu Errans Conſcientia eſt, quæ dictat eſſe bonum, quod alioquin eſt malum: aut contra, quæ dictat eſſe malum, quod in ſe bonū eſt. Et ſicut Ignorantia quædā eſt inuincibilis, ſeu inculpabilis; quædam vincibilis, ſeu culpabilis: Sic de Conſcientia Erronea dicunt Doctores, cum in ea ſit ignorantia prauæ diſpoſitionis. Inuincibilis autem dicitur, quando ita errat, vt virtute modi quo errori adhæret, non debeat illum deponere, ſed prudenter potius exiſtimare ſe non errare. Vincibilis, quæ imprudenter iudicat, itavt ſi debita adhiberetur diligentia, minime erraret. Sic formaliter inquit, eademque demonſtrat P. Thom. Sanchez, *in præcept. Decalog. d. lib. 1. cap. 11. num. 1.* Per eoſdem gradus Iacob. Granad. *vbi ſupra, diſput. 7.* Paul. Laym. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 3. num. 2.*

7 An verò, † & quale peccatum ſit contra Conſcientiam Erroneam operari: ſic quoad primum *dicto lib. 5. cap. 11. num. 2.* concluſionem præfinit Sanchez: *Operari contra Conſcientiam erroneam, ſine inculpabilem dictantem aliquid eſſe malum; eſt peccatum, ac intrinſecè malum. Concluſio eſt de fide, vt (cum Adriano quodlibet. 4. a. 2. & Cordub. in ſno quæſtion. d. quæſt. 4.) probat Vazquez 1. 2. quæſt. 19. art. 6. diſput. 59. cap. 2. num. 6. vbi latiſſimè ex ſcripturæ, & ſanctorum, ac variorum Pontificum decretis eam probat. Quamuis Sayr. in Clauis Regia lib. 1. cap. 4. num. 3. ſolum vocet opinionem veram, & quamuis Salas 1. 2. quæſt. 42. tract. 8. diſput. vnic. ſect. 3. num. 16. in fine dicat, alios ſentire, contrarium non eſſe hæreticum, ſed temerarium, & periculoſum, quos ipſe ſequi videtur. Probatur vna vel altera ratione concluſio. Quia cum Conſcientia ſit proxima bonitatis, & malitiæ humanarum actuum regula (vt probaui cap. 9. num. 1.) agens contra conſcientiam, ſive verè, ſive falsè dictantem aliquid eſſe peccatum: delinquit contra proximam humanæ actionis regulam. Quamuis enim per ſe ratio recta, & quæ eſt Diuinæ legis participatio, ſit noſtrarum actionum regula: ſat per accidens eſt regula Conſcientia errans, non vt errans, ſed quatenus recta ab operante exiſtimatur.* Confirmat: *Quia etſi Conſcientia erret, dictans id eſſe malum, voluntas illud amplectens vult, quantum in ſe eſt, malum; ac proinde legem naturalem dictantem; omne malum eſſe vitandum, tranſgreditur.* Similiter Granadus *d. tract. 11. ſect. 1.* & Paulus Laymanus *dicto proxime loco, capit. 4. numer. 1. & 2.*

Id quod † intelligendum dicit Sanchez 8
idem ſupra numero tertio: *quando actio vel omiſſio eſt libera. Si quis enim carcere detentus in quo non eſt Sacrum, putat ſe peccare non audiendo illud; minime peccaret. Et ſimiliter, qui manu violenter ab aliis mota hominem percuteret, non peccaret, etſi erraret exiſtimando ſe peccare. Quia cum ad peccandum deſideretur libertas, actio illa carens, nequit peccato obnoxia eſſe.* Approbat Layman. *d. cap. 4. num. 2. §. Corollarium, verſ. Qui tamen rectè monet.*

Ad ſecundum † (quale nempe ſit pecca- 9
tum contra Conſcientiam erroneam operari) deueniens Sanchez ipſe *d. lib. 1. cap. 11. num. 5.* ait: *Crimen aduerſus Conſcientiæ erroneæ dictamen ad eam malitiæ ſpeciem, & culpæ quantitatem pertinere; quam ipſa Conſcientia errans dictat. Vt ſi dictat eſſe veniale, erit veniale; ſi mortale, mortale; ſi adulterium, adulterium.* Quia *cum tota huius malitiæ ratio in eo conſiſtat, vt contra Conſcientiæ erroneæ dictamen ſit opus: talis & tanta erit malitia, qualem, & quantam Conſcientia dictat.* Et ſic docere Diuum Thomam 1. 2. *quæſt. 19. art. 5. ad 3.* Metinam *eadem quæſt. 19. art. 6. dub. 4. & ibi* Vazquez *diſput. 59. cap. 3. num. 11.* Caietanum *in ſumm. verb. Conſcientia*, Nauarrum *in ſumm. Latin. pralud. 9. num. 9.* Cordubam, Valentiam, Azorium, & Sayrum locis ab ipſo deſignatis, diſſentientes pariter in ea dubitatione referens: An ſi Conſcientia dictet peccatum eſſe veniale, cum verè mortale ſit, ſecundum eam agens, venialiter ſolum peccet, vel mortaliter? Pleriſque mortaliter peccare contendentibus: Salas, venialiter. Quos ſic Sanchez ipſe componit: vt illorum ſententia in caſu ignorantiæ culpabilis procedat, quæ cum neminem excuſet, non efficiet vt quod ex ſe erat mortale, fiat ratione ignorantiæ iſtius, veniale: Horum, quando ignorantia eſſet inculpabilis. Excuſare enim ab ea culpa mortali, quam peccatum in ſe habebat, eſſeque ſolum venialem, qualem Conſcientia errans putabat, aſſerit.

Quid

UAB Biblioteca de Ciències Socials

10 Quid autem† cum Conscientia errans dictat aliquid esse peccatum, nec explicat veniale an mortale sit, num mortale sit id agere? Aliis mortale, aliis veniale esse dicentibus: probabilius Sanchez idem *ibi numero sexto*, putat esse mortale, veluti quale esset, proponentis in genere peccare. *Quippe cum absque sufficienti examine qualitatis culpæ, voluntas iam amplectatur, iuxta suæ conscientiæ dictamen, aut iuxta id peccandi in genere propositum, exponit se manifesto culpæ mortalis periculo.* & ita docere Vazquium, Azorium, & Saytum ibi citatos.

Deponenda ergo omnino rationabiliter
11 Conscientia erronea,† vt licita operatio sit, culpaque vacet, *cap. Per tuas, 35. de simon.* Nullamque tunc culpam esse agere contra illam, vniuersos fateri, affirmat Sanchez *dicto loco num.* 8. rationemque esse claram: *Quia tota culpa ratio ex ea consurgebat.* Qualiter autem iuste deponatur Conscientia erans, vt opus contra eam, vacet culpa, & an ad libitum, & absque vlla ratione deponi sufficiat, vel ratio requiratur, aut efficacior etiam, quam quæ erroneæ conscientiæ causam dederat? explicat ipse quoque *numero 9. & duobus sequentibus d. lib. 1. in præcept. Decalog. cap.* 11. Plene etiam Iacobus Granad. *d. controuers. 2. tract. 12. disput. 7. sect. 5.*

12 Dubium† est, quando in æquilibrio intellectus pendet, neutram in partem potius inclinans, sententia Diui Thomæ, Durandi, Syluestri, Diui Antonini, & aliorum quos refert & sequitur Sanchez *de matrimon. d. lib. 2. disput. 41. num. 2. vers. Dubium*, Paul. Laym. *Theolog. moral. d. lib. 1. tract. 1. cap. 5. num. 1.* Ex Iuristis, Benedict. Capr. *in suis conclusionib. tract. de Notor. in præfation. num.* 14. Menoch. *de præsumptionib. quæst. 7. num.* 47. *& seq.* Farinac. *quæst. 36. num.* 198. Vtque
13 voluntas† honestè operetur, oportet intellectum non esse practice dubium, sed iudicare determinatè hic & nunc licere hanc operationem. Et qui dubitans practicè aliquid operatur, peccat, vt multis comprobat argumentis, idem Sanchez *ibi, num. 6.* Granad. *1. 2. d. controuers. 2. de actib. human. tract. 12 disput. 6. numer. 2.* cum Nauarro, Medina, Corduba, Valentia, & Vazquez, Layman. *vbi proxime, d. capit. 5. §. 1. numer. 3.*

Cum conscientia autem dubia speculati-
14 uè† licitum esse aliquid operari, quia adest opposita cognitio practica, propter aliquam specialem circunstantiam (vt conscium speculatiuè non licere in festis seruilia exercere; posse practicè firmare conscientiam sibi licere, quia egestate premitur) quam plures referens Sanchez ipse sequutus affirmat *d. cap. 41. num. 8.*

15 Scrupulus† multipliciter diffinitur, seu describitur. Namque Diuus Antoninus *1. p. summ. tit. 3. cap. 10. §. 9.* esse dicit *assensum ex leuibus coniecturis.* Martinus Nauar. *in d. cap. si quis autem, num. 13. & in summ. cap. 27. num. 279. Apprehensionem aliquam contra id, quod aliquis credit, opinatur, vel dubitat.* Dominicus Soto *de secret. membr. 3. quæst. 2. concluſ. 3. Formidinem ita tenuem, vt sit contra eam agendum: quia procedit ex quadam ignauia & pauore.* vt refert est idem Sanchez *eodem loco, num. 2. vers. Scrupulus*, Iacob. Granad. *d. controuers. 2. de actib. human. tract. 12. disput. 5. in princip.* Paulus Layman. *d. lib. 1. tract. 1. cap. 6. num. 1.*

An verò† nihilominus operari liceat cum 16
conscientia scrupulosa dictante aliquid esse peccatum? videndum. Et deponendum esse scrupulum ad licite operandum, docent Ludouic. Lopez *p. 1. instruct. conscient. cap. 3. vers. Ex hoc sequitur, in fine*, Emanuel Rodriguez *tom. 2. summ. cap. 51. num. 3. in fine*, quos adducit Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 10. num. 79.* Et probat; *quod ad licitam operationem sit necessarius assensus intellectus, saltem probabilis honestatis operis: at vrgente scrupulo, deficit hic assensus: Ergo eum ponit petit honestas operis, alias id erit illicitum. Tum quia textus in cap. Inquisitioni, de sentent. excommunic. loquens an coniux scrupulum solum habens valoris matrimonij, teneatur ab eius vsu abstinere; sic ait: Conscientia leuis, & temeraria credulitatis explosa.* In quod adduco etiam textum *in d. cap. Per tuas, 35. de simonia.* vbi Innocentius Tertius ad relationem eius, qui in subdiaconum fuerat ordinatus ab eo, qui vitium simoniæ sæpe contraxisse postmodum audierat; & ad superiores Ordines promoueri, & in suscepto ministrare formidabat, rescripsit: *Nos igitur respondemus, vt idem in Ordine sic suscepto securè ministret; sed contra conscientiam ad superioris ordines non ascendat, ne forte ædificet ad gehennam: licet ex eo quod conscientiam nimis habueris scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus: quam vtique non euadet, nisi deponat errorem.*

Attamen† licitum esse cum conscientia 17
scrupulosa an aliquid sit peccatum, agere, quamuis scrupulus non deponatur, sed maneat in mente, rationibus, auctoritatibus, & similitudinibus latissimè comprobat Sanchez in præceptis Decalogi, *d. lib. 1. cap. 10. num. 80. & sequentibus*, contrariis respondens, intelligendis non de vero scrupulo, qui quantumcumque vrgeat, minimè tollit assensum contrariæ partis; sed de eo, qui determinatum alterius partis assensum tollit. Quo euentu, non scrupulum, sed verum Dubium esse dicit, cum Caietano *in suis opusculis, tom. 1. tract. vlt. respons. 13. dub. 7. ad finem.* Quæ & dicto capiti *Per tuas* satis solutio conuenit: quæque *dicto capiti Inquisitioni* ab eo traditur: vt intelligatur non de vera Explosione, ita vt scrupulus non sentiatur, nec perseueret; sed ita vt ipsi non præstetur consensus per determinatum illius partis in quam vexat, iudicium, formando assensum dictantem eam partem non licere.

Quamobrem† optimum & saluberri- 18
mum consilium esse dicit *numero 18.* pro scrupulis vincendis, operari frequenter contra illos, temnendo eos. Quod & egregiè

Gerlonem

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Gersonem 2.p.tract.de prepar.ad Missam, alphabet.37.lit.F. his verbis docere ait: *Debent scrupulosi audaciter contra tales scrupulos operari; alias nunquam pacem habebunt.* tradereque idem Laurentium Iustinianum *in lib.de disciplin.Monast.conuers.cap.*12.D. Antonin. 1.p.tit.3.cap.10.§.10.Syluest.*verb.Scrupulus*, q.3.Caiet.*in summ. verbo Scrupulosorum medicina*, Nauar.*in summ.Latin.cap.* 27. *n.* 285. Cordub.Alcozer.Valent. Medin. & Salas ibi relatos, recentius Ioan. Sanchez *in selectis & practic.disputationib.disput.*41.*n.*7. Paul.Laym. *Theolog.moral.d.lib.*1.*tract.*1.*c.*6.*n.*2.vbi eruditè ad sedandos scrupulos, cum isto, alia remedia applicat.

19 Opinio † est assensus vnius partis, non firmus & certus, sed cum alterius formidine, secundum D.Antoninum *d.*§. 9. Syluestrum *verbo Opinio, in princip.* Sotum *in* 4. *dist.* 27. *quæst.*2.*art.* 3.*vers. Tunc ergo*, Nauarrum *in d. cap.Si quis autem, num.*11. & Cordub. *lib.* 3. *quæst.*2. Ita pariter ex Iuristis, Baldus *in rubric.de probationib. in princip. & in l. Siue possidetis, post numer.*7.*C.de probationib.* Farinac.*d.quæst.*36.*num.* 193. *& tribus seqq.* vbi multipliciter ex Baldo, & Alberico dictis locis Opinionis descriptionem præfinit. Quæ tandem omnes in designatam recidunt.

Omnibus hæc scitu digna, Iudicibus maxime, inter dubia negocia, iudicia, & opiniones, quæ animum, sensumque in diuersa trahunt, angunt mentem, conscientiam pungunt, versantibus semper. Quibus sic constitutis, ad quæstionem deuenimus.

AN CVIQVE LICEAT contra propriam Opinionem, quam probabilem putat, probabili aliorum sententiæ adhærere? Et an Confessor, Aduocatus vel Iudex in opinionum conflictu probabiliorem omnino sequi debeat?

SVMMARIVM.

1 *Vtriusque affirmantis & negantis opinionis Doctores rationesque referuntur.* & numeris seqq.

4 *An probabilem opinionem sequens, necesse habeat propriam probabiliorem deponere?*

5 *Qui minus probabilem opinionem sequitur aduersus propriam, quam probabiliorem putat, debet certo apud se statuere id sibi licere; aliter peccabit contra propriam conscientiam agendo.*& num.2.

6 *Confessarius & Aduocatus an in opinionum conflictu quam malint, etiamque minus probabilem sequi possint?* & num. 7.8.& 9.

10 *Quid in Iudice, in probationum & opinionum æqualitate, efficaciore probatione, vel opinione probabiliore?* & numer.seqq.

13 *Cum sunt partium iura obscura, omnisque probationes pares, seu in ciuili, seu in criminali causa, an reo fauendum sit potius quam actori?*

Rei *nomen non ad criminale solum iudicium, sed ciuile pariter refertur.* ibi.

Cum neutra pars rem possidet litigiosam, an in paritate probationum liberum sit Iudici rem cui velit applicare? ibid.

Iudex quandoque partes ad concordiam compellere potest. ibi.remittitur.

16 *An liceat Iudici, nunc secundum vnam, nunc secundum alteram opinionem probabilem iudicare?*

ANNOTATIO VII.

PRIMA huius quæstionis pars & negantes & affirmantes Propugnatores habet. Negant † licere 1
cuiquam in foro conscientiæ operari iuxta aliorum opinionem minus tutam, quam probabilem reputat, contra propriam tutiorem, & quam sibi probabiliorem esse persuadet, Gabriël 4.*dist.*15.*quæst.*8.*art.* 3.*dub.*2.*in* 3. *probatione prima conclusionis*, Syluestr.*verb.Dubium, quæst.*2.D.Antonin. *in summ.p.*1.*tit.*3.*c.*10.§.10.*reg.*4. Conrad. Nauar. Cordub. quos referunt Azorius *instit.moral.tom.* 1.*lib.*2.*c.*17.*q.*7. Sanchez *in præcept. Decalog.lib.*1.*c.*9.*n.*13. Antonin. Diana *resol. moral.p.*2.*tract.*13.*resol.*1.*pag.mihi*, 17. *& & resolutione* 13.*ad calcem libri.*

Rationes sunt: Tum quod in dubiis tutior sit pars eligenda, *c.Iuuenis, de sponsal.* tenendumque sit certum, in certo relicto, *c.si quis autem, de pœnit.dist.*7. Tum quia nemini ius est, contra conscientiam agere; agere autem eum, qui contra propriam opinionem, aliorum sententiam sequitur.

Affirmatiuam partem † probabiliorem & 2
veriorem dicunt Azorius *dicto loco*, & Sanchez *n.*14. Paul.Laym. *Theolog. moral. lib.* 1. *tract.*1.*c.*5.§.2.*n.* 7. cum multis à se relatis, multosque referunt Augustin. Barbos. *in collect.ad c.Capellanos*, 4.*de feriis, n.* 6. Antonin. Diana *d.resol.*1.*vers.Sed communiter Theologi*, Cardin. Gabriël Paleot. *de sacri Consistor.consult.p.*5.*q.*5.*col.*6.*vers.Illius verò.* Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral.lib.*8.*dub.*6.*n.*1. Ex Iuristis, multi alij, *Annotatione sequenti* referendi.

Rationes quoque sunt: Prima quod existimans opinionem esse probabilem, iuxta illam opetans, temerarie aut imprudenter non agat: cū temerè, aut imprudenter fieri dicatur, quod absque ratione & causa probabili fit.

Secunda: quod sicut opinio probabilis in speculatiuis est, quam absque deceptionis & erroris periculo amplecti licet; ita in moralibus, opinio probabilis est, quam absque peccandi periculo sequi licet: cum nullus ad melius & perfectius amplectendum astringatur.

Tertia: quia cum omnimoda de rebus certitudo haberi nequeat ad eam minime Deus nos obligauit, sed ad operandum cum morali

certitudine, qualis in opinione probabili reperitur: foreque aliter intolerabile onus, ac multis periculis expositum, si opiniones probabiliores inuestigare teneretur, aiunt.

3 Contrariis † respondent procedere *in vero dubio*, in quo tutius & certius est necessario sequendum ad vitandum peccati periculum: secus in opinionibus, in quibus minus probabilem sequens, contra conscientiam non agit, sed is qui cum conscientia omnino dubia, aut certo dictanti aliquid esse peccatum, agit. Ita Sanchez *d.c.9.n.* 14. cum Mercardo *lib.1.de contract.lib.c.*5. Medina 1.2.*q.*19. *art.* 6 *fol.*309.*col.ante penult.& ibidem* Vazquez *disput.*62.*c.*4.*n.*14. Gutier. *Canonicar.q.lib.* 1. *c.*13.*n.*23. Nauarra *de restit.lib.*3.*c.*1.*dub.* 13. *in nona edit.n.*257. Azor.*institution. moral. d. tom.*1.*lib.*2.*c.*16.*q.*1.2.3.*&* 4.*& d.c.*17.*q.*7. Valent. Enriquez, Arag. Bañez, Suarez Salas, & aliis.

4 Idque † propria etiam opinione tanquam probabiliore retenta, verum dicit Sanchez idem *ibi,n.*15. cum Vazquez *d.disput.*62.*c.*4. *n.*14.& Azorio *d.c.*17.*q.*7. contra alios tenentes necesse esse propriam opinionem probabiliorem deponere, ne duo assensus cõtradictorij in eodem dentur. Cui satisfecerat argumento Sanchez *numero* 12. respondendo id non esse duobus contradictoriis assentiri, cum intellectus non affirmet vtramque partem esse certam, sed vtramque esse probabilem. Ideſt, neutram ita certam esse, quin vtraque probabiliter sustineri valeat, latiusque declarat ibidem. Similiter respondet Azorius *praedicto loco.*

5 Debet tamen sic agens † certò apud se statuere id sibi licere: aliter contra propriã conscientiam aliorum opinioni adhærens, sibi non licere existimans, peccaret, vt & *supra Annotatione praecedenti* diximus. Et in hunc sane sensum Adrianum, & Cordubam loquutos, aut intelligendos dicit Azorius *repetita quaestione septima*, dum firmarunt, non licere contra propriam opinionem, aliorum sententiæ adhærere.

6 Hæc eadem in Confessariis, † & Aduocatis procedere, probabiliorem dicit Sanchez ipse *d.lib.*1.*c.*9. in Confessariis, *à numero* 19 *praecipuè n.*22. in Aduocatis *à numero* 59. In quo differentiam assignat, quando varietas opinionum in eo sita est, an liceat hoc vel illud Aduocato agere, hanc vel illam causam tueri: & quando circa ius clientis ius, varietas opinionum adest. Primo enim casu, integrum esse Aduocato, minus probabilem opinionem sequi tenet cum Vazquez 1.2.*q.* 19. *art.* 6. *disput.*64.*c.*1.*init.* In secundo, aliorum sententias recenset, putantium, cum vtraque pars æquè probabilis est, iure solo naturæ attento, vtramlibet pro libito defendendam suscipere: iure verò humano, probabile esse nõ posse in hoc casu pro actore patrocinari, ex regula *Cum sunt partium iura obscura, reo faueudum est potius quam actori, de reg. iuris lib.* 6.

7 Verius tamen dicit *numero* 51. † quoties æquè pendet dubitatio in vtramque partem, quia res in iure vel in facto æque dubia est, & ita æquali probatione fulta: integrum esse Aduocato vtramlibet partem tueri, quia ius vtriusque æquale est, & ita docere Diuum Antoninum *3.p.tit.*6.*c.*2.§.14. Angelum, *verbo Aduocatus,n.*17. Syluestrum, *q.* 10. Tabienam, *n.*13. Armillam *n.*20. in numerosque prope alios ibi congestos, cum quibus, contrariis respondet. Qua etiam de re late Villalob. *in summ.p.*1.*tract.*1.*difficult.*14. *à numero* 2. *cum seqq.*

Maiorem difficultatem proponit Sanchez 8
numero 52. † quando Aduocatus causã clientis minus probabilem iudicat. In qua relatis Soto, Bañez, Salone, Toleto, Manuele, Aragone, Petro à Ledesma, Mercato, & Burgos de Paz, distinguentibus inter causam sanguinis, honoris, ciuilem maximi momenti, & inter ciuilem minoris momenti causam, vtin prioribus peccet Aduocatus pro actore minus probabilem habente, patrocinium præstans: in posterioribus ciuilibus minoris momenti causis, non vtique, neque esse damnandum causidicum minus probabilem causam defendentem, dummodo clientem de minore probabilitate admoneat) Sanchez ipso *numero* 53. (cum Vazquez, Salas, Azorio, & Sayro, hanc distinctionem impugnantibus) liberum esse Aduocato consentit in his omnibus casibus pro parte vtralibet patrocinari, dum, vt diximus, de minore probabilitate certiorem clientem reddat. Ita etiam Villalob. *dicto loco, n.*5. *&* 7. etsi *numero sexto*, priorem maxime piam, & probabilem dicat, Natal. Schitin. *de iustit. distributiua, disput. fin. & vnica, de opinionibus sequendis, art.*3.*n.*10. Antonin. Diana *resolut. moral.*2.*p.d.tract.* 13. *resol.* 4. Stephan. Fagundez *in præcept. Decalog.*1.*p. lib.*8.*cap.*38.*num.*13.*& seqq.* Quia Aduocati officium non est, causam decidere, sed sinceres rationes proponere. Sic & Ioan. Sanchez *disput.*44.*n.*54 *col.*4.*vers. Et posse Aduocatum* aliis quoque pro hac parte citatis. A qua non abest ratione Cicero, dum *lib.*2. *de officiis pag. mihi* 74. inquit: *Iudicis est, semper in causis verum sequi: Patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus sit verum, defendere.*

Quod limitat P. Sanchez *eodem loco* † (cum 9
Salone 2.2.*q.*63.*art.*4. *controuers.* 2. & Salas 1.2.*q.*21.*tract.*8.*disput.vnic.sect.* 11.*n.* 104.) nisi pars clientis sit parum probabilis, & in quam ratò, aut nunquam inclinant Iudices; tunc enim reum dicunt iustitiæ, ac subinde restitutioni obnoxium Causidicum illam defendentem.

Iudicem † indistinctè posse minus proba- 10
bilem opinionem sequi, dicunt Medina 1. 2. *quaest.*19.*art.*6.*dub.penult.ad vltim.* Arag. 2. 2. *quaest.*63.*art.* 4. *penult. &* 16. Salon *eadem quaest.& art.controuers.* 2. *concluſ.* 4. Ledesm. 2.*p.summ. tract.*8.*cap.* 22. *post vndecim. concluſ.difficult.*2.*num.*451. Salas 1. 2. *quaest.* 21. *disput.vnic. sect.*12. *num.*118. Sayr. *in Claui Reg.lib.*1.*cap.*11. *num.*8. Nicola. Garzia *de benefic.p.*11.*cap.*5. *num.*362. hisque, aliisque relatis, Ioan. Sanchez *d. disput.* 44. *num.* 50. à Thoma Sanchez pleroſque mutuatus *d. lib.*1.*summ.c.*9.*n.*47. Antonin. Diana *resolution. moral. d.* 2. *p. tract.* 13. *resolut.*5. *pag. mihi*

mihi 18. *& part.* 3. *resolut.* 15. *pag. mihi* 397. plures alios etiam huic sententiæ addens; Ioan. Ægid. Trullench. *in opere morali, lib.* 8. *dub.* 6. *n.* 3. *&* 5. aliis quoque laudatis.

11 At verò † tripartitam in hoc distinctionem, casumque triplicem reperio. Aut enim quæstio accidit circa ea, quæ ante sententiam, & principalis causæ diffinitionem contingunt, vt in examinatione testis, vel rei; in carceratione, aliisque similibus: diuersis enim opinionibus in his existentibus, aliis affirmantibus examinari testes posse, interrogari reum, &c. negantibus aliis: licere Iudici minus probabilem opinionem sequi, docent Sayrus, *d. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Vasquez *d. quæst.* 19. *art.* 6. *disput.* 64. *c.* 2. *in init.* Thom. Sanchez, *d. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 43. & Ioan. Sanchez *d. disput.* 44. *num.* 51.

12 Aut æqualitas est in probationibus, † ex quibus proferenda sententia est: & tunc communiter docent Theologi, in ciuilibus ad concordiam, compositionemque partes reducere Iudicem debere, quo meliore valeat modo, vel inter eos rem diuidendo; vel si indiuisibilis (vt primogenium) fuerit; fructus. Ita Dominic. Bañez, 1. 2. *quæst.* 63. *art.* 4. *vers. secundum argumentum.* Petr. à Ledesm. *in summ.* 2. *p. tract.* 8. *Iustitia distributiua, cap.* 22. *col.* 10. *vers. Conclus.* 11. *pagin. mihi* 460. Filliuc. *tom.* 2. *quæst. moral. tract.* 21. *c.* 4. *n.* 145. Villalob. *in summ. d. p.* 1. *tract.* 1. *difficult.* 15. *n.* 2. Rationem claram esse dicens: *Porque entrambos tienen igual derecho a la cosa, y assi la razon dicta que se parta, o se componga.* Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral. d. lib.* 8. *dub.* 6. *num.* 8. *&* 9. aliique penès ipsum. Non sic in criminalibus, aiunt, quia in eis reo fauendum est, *dict. regula Cum sunt partium.*

13 Sed nec discrimen quoad hoc, † causæ ciuilis & criminalis, nec præstita ad diuisionem ratio regulariter iure subsistunt. Non discrimen; quia indistinctè *fauorabiliores rei quam actores habentur*, vt textus inquit *in l. Fauorabiliores* 168. *D. de regul. iuris.* Quam ibi intelligit Glossa Marginalis *tam in ciuili, quam in criminali causa*, cum Glossa prima *in l. qui accusare*, 4. *C. de edend.* *textus in d. capit. Cum sunt partium*, 11. *de regul. iuris, lib.* 6. vbi aduertit paritet Dynus *num.* 1. obseruantque Calcan. *consil.* 100. *num.* 18. Andr. Alciat. *de præsumptionib. regula* 3. *præsumpt.* 4. *num.* 9. rationes cur in reo in dubiis fauendum sit potius quam actori, *à numero primo* elegantèr expendens. Inter quas, eam *numero sexto* acutè designat: quod *qui agit contra reum, in effectu arguit eius delictum, vel culpam, seu noxam, sine quo alias reus non compelleretur suscipere iudicium*, *l. Seruus paratus*, *D. de procuratorib.* *§. fin. inst. de perpet. & temporalib. actionib.* *Qua culpa, seu mora non præsumitur, nisi clare probata, l. Merito, D. pro socio*: & sic in dubio præsumendum esse pro reo, qui pro se præsumptionem habet. Ex qua idem dicit *dicto numero* 9. in criminali & ciuili causa, in qua reus delinqueret rem alienam retinendo. Ita similiter tam in ciuili quam in criminali causa, vbi probationes sunt æquales, ex ea quoque, cæterisque rationibus, reo fauendum potius quam actori (post Decium *in d. l. qui accusare, num.* 6. Iasonem *num.* 5. Alciatum *n.* 7. Purpuratum *num.* 15. & alios) profitetur Mascardus *de probationib. p.* 1. *conclus.* 36. *n.* 13. *&* 27. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 2. *præsumpt.* 90. *n.* 13. Sine controuersia id dicit Farinacius (multis, suo more, citatis, licet superioribus prætermissis) *quæst.* 65. *numer.* 152. *&* 153.

Comprobant item id ipsum dicentia iura: Actore non probante, reum fore absoluendum. De quibus *in Axiomatib. nostris, lit. A. num.* 88. Sicque Rei nomen æque ad ciuilem & criminalem causam refertur, vt præterea prolata; in terminis hisce aduertit Ioannes Sanchez *dicta disput.* 44. *num.* 51. Et probant etiam aperte textus *in cap. inter dilectos*, 6. *in fine*, *de fide instrumentor.* vbi loco illorum verborum *dicti capitis Cum sunt partium*, nempe: *Reo fauendum est potius quam actori*, ait textus: *Cum obscura sunt iura partium: consuenit contra eum, qui petitor est, iudicare.* Vbi Glossa *verbo qui petitor est*, concordantem allegat *dictum caput Cum sunt partium*, aliaque simul omnia in ciuilibus loquentia fere. Supponuntque Glossæ Magistrales *in cap. In nostra*, 32. *de testib.* Glossa 1. *ad med. vers. Si verò testes omninò sint pares, & in capit. Si testes*, 3. 4. *quæst.* 3. *gloss.* 1. *post med. vers. Si autem testes ex omni parte sunt pares & in numero, & in dignitate; tunc fertur sententia pro reo.* Quatuor tantummodo excipiunt casus: Matrimonialem, Liberalem, Dotalem, & Testamentum. Conuenit, ad longumque prosequitur Antonius Thesaurus *decis. Pedemont.* 89. *per totam, præcipuè num.* 5. Saltem si possideat reus, *cap. Ex litteris*, 3. *de probationib.* Vbi Lucius III. P. M. *Quod si ambarum partium testes sint æquè idonei, possessoris testes præferuntur. c. In pari*, 65. *de regul. iuris, l.* 6. cum adductis per Nos *in Axiomatib. iuris, lit. P. num.* 111.

Non item ratio ad diuisionem vrget. Cum, iuxta prædicta, non æqualem in dubio, inque probationem paritate vis rei & actoris, sed præstantius rei possessoris existat. Vrget tantummodo cum neuter ex litigantibus possidet. Tunc autem diuidere inter eos æquè rem Iudicem posse, si diuidua sit, obseruant quoque è nostris Bartholus, *in l. Si duo in princip. num.* 5. *vers. Et sic mihi*, *D. vti possidetis*, Dynus *in l. Titia textores, per illum textum D. de legat.* 2. Aretin. *in §. Quadrupli instit. de actionib. num.* 49. Bald. *in cap. In nostra, num.* 9. *de testib.* Salicet. Decius. Bero. & alij penès Menochium, *de retinend. possess. remed.* 5. *numer.* 175. *&* *seq.* Dixere idem Glossæ, *in d. capit. In nostra, post med. vers. Si autem, neuter possidet*, argumento, *capitis Afferte, de præsumptionib. & d. capit. Si testes*, 4. *quæst.* 3. *post med. simili etiam vers. Si autem neuter possidet.* cumque multis aliis, copiosissimus Tiraquellus, *de iure primogen. quæst.* 17. *opin.* 4. *num.* 7. *&* *seqq.* Quamuis enim hoc in casu liberum Iudici esse

cui maluerit rem applicare, dicant Ioannes Sanchez *d.diſput.44.num.51. verſ. In ſecundo ſtatu*, & Petrus à Ledeſm. *de matrimon. quæſt.45.art.1.dub.2.ad 3.* (quorum probabilem dicit opinionem Antonin. Diana *reſolut.moral.3.p.de reſolut.13.verſ.Non etiam:*) ſed magis probabilem profitetur priorem, quod aut rem diuiduam Iudex diuidat; aut ſi indiuidua ſit, partes componat, cum Filliucio *tom.2.tract.21.cap.4.num.144.* Caſtro Palao *tom.1.diſput.10. num.2.* Coninch. *de ſacram.diſput.34. dub.10. num.94.* & aliis, Aſſentitur Antonin. Theuſar. *d. deciſ. Pedemont. 89.per tot. præcipuè num.3.* multorum auctoritatibus probans licere tunc Iudici ad concordiam partes compellere; arbitrium Iudici applicandi cui velit denegans. Quod tamen *d.Gloſſa 1.in cap.In noſtra, 32. de teſtib. poſt med. d.verſ. Si autem neuter poſſidet*, concedit cum res indiuidua eſt, ex textu *in capit. 1. de paroch. in cap. Cum autem, de iure patron. & in capit. Si forte, 63. diſt.* Quod Ioan. Andr. *in d. capit. In noſtra*, procedere intelligit, ſiue res natura, ſiue iure indiuidua ſit, vt ex eo *ibi Gloſſa Marginalis* aduertit. In quæ latior Nos *ſequenti Annotatione*, ſermo expectat.

14 Si verò probatio alterius partis | maior, efficacior, aut potentior eſt, teſtiumque numero, aut dignitate ſuperat, ei credendum & ſtandum eſt, ac ſecũdum eam iudicare debet omnino Iudex, *l.3.§.Eiuſdem, l.Ob carmen, 21.§.Si teſtes, D.de teſtib.d.c.In noſtra, verſ. Mandamus, & ibi Gloſſa verbo Aduerſa, verſ. Si verò vnus teſtis contradicit pluribus, extra de probationib. & ibi* communiter Scribentes. cum multis Farinacius *q.65.n.107.& ſeq.* Menoch. *retinend.poſſeſſion.remed.3.n.718.* Maſcard. *de probationib.concluſ.1194.n.63.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.c.461.n.17. & c.526.num.49. & 51.*

Neque enim quæſtio hæc facti cum quæſtione iuris quid commune habet, vt in ea minus probabilem opinionem Iudex ſequi valeat, cum non de opinionibus dubium vertatur, ſed de probationibus, vt expendunt Thom. Sanchez *in ſumm.d.lib.1.cap.9. num.44.* Ioan. Sanchez *d. diſput.44. num.51. verſ. In ſecundo ſtatu*, Antonin. Dian. *d.2.p.reſolut.3.verſ. Dico igitur*, & Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral.d.lib.8. cap.3. dub.6. num.6. verſ. quando verò plures.* Etſi magis credendum minori teſtium numero rei quam actoris, proque eo iudicandum ſi exceſſus ſit in modico, dicant Abbas *in d.cap.In noſtra, num.4.ad finem, verſ. Sed credo illam gloſ.* & *ibidem* Aretin. (dubius licet) *numer. 26. & 27.* Cror. *in tract. de teſtib. num.369. ad finem, verſ. Idem dicebat*, Boſ. *in tit. de defenſ. reor.num.8.in fine.* Gabriël *commun. opinion.tit.de teſtib. lib.1.concluſ.4. num.47. & 57.* Farinac. *d.quæſt.65. num.112. & 157.* Qui *ſequentibus numeris* aſſertionem illam: quod in paritate teſtium, rei teſtes prævaleant: ampliat etiam quòd teſtes rei ſint minus dignitate etiam quòd ſint laici, & actoris, clerici: quod teſtes rei, ſint fœminæ, & actoris, maſculi, præcipueque in criminali.

Aut circa ius partium litigantium † opiniones verſantur, non ex parte, vt diximus facti, ſed iuris: & tunc ſi vtramque opinionem æque probabilem Iudex reputat, integrum illi eſſe quam maluerit eligere, & ſecundum illam iudicare; docent Sotus *de iuſtit.& iure, lib.3.quæſt.6. art. 5. ad 4.* Metin. *1.2.quæſt.19.art.6.concluſ.2.fol. 309.* Salon *2.2.quæſt.63.art.4.controuerſ.2.concluſ.1.* Valent. *1.2.diſput.5.quæſt.7.punct.4.dub.3.* Menu. *in ſumm.tom.1.cap.6.num.1.concluſ.1. edit. 2.* Sayr. *in Claui Reg.lib.1. cap. 11. à num. 4.* Salas *1.2.quæſt.21.tract. 8. diſput. vnic. num. 115.* Petr. à Ledeſm. *2.tom.ſumm. tract. 8.cap. 22. poſt concluſ. 11. diffic. 1.* horumque relatione, Sanchez *d.lib.1.cap.9.num.45.* Qui & addit: † Ceſſante ſcandalo, nunc ſecundum vnam, nunc ſecundum alteram, Iudicem decernere poſſe: cum ſcandalo autem, peccare quidem, ad reſtitutionem verò non teneri. Sic etiam Villalobos *in ſumm.1.p.tract.1.difficult.15.n.1.& 4.* Ioan. Sanchez *d.diſput.44. n.51.verſ.In tertio ſtatu*, Antonin. Dian. *d.2. p.tract.13.reſolut.3.* Valer. Reginald. *in 2.p. ſumm.lib.23.cap.3.ſect.4.n.41.pag.318.* Trullench. *d.lib.8.c.3.dub.6.n.10.* Qui tres poſteriores expreſſius in amicorum gratiã loquuntur, etſi cæteri id virtualiter quoque ſentiant. Ita ſimiliter Stephanus Fagundez *in præcept. Decalog.2.p.lib.8.c.26.n.35.& ſeq.* Qua de re longus *Annotationis ſequenti* ſermo trahendus, vbi & aliorum Theologorum, & Iuriſtarum quoque allegationem reſeruamus. 15 16

Quando verò † alteram opinionem probabiliorem Iudex reputat, adhuc maximè auctoritatis Doctores (citati nempe *ſupra num.10.* aliique à Paulo Xamar. *de offic. Iudic. & Aduoc.3.p.quæſt.3.num.10.*) ſuſtinent, poſſe Iudicem opinionem, quam minus probabilem arbitratur, ſequi: quia nec temerè, nec imprudenter agit, vtpote qui ratione probabili ducitur. Quibus accedunt Caſtro Palao *tom.1.diſput.2.punct.11.tit.7.* Pharaonius *de Sacrament.pœnit. tract.1.ſect.3. cap.6.* Leone *de offic.& poteſt. confeſſ.p.1.recollect.2. num.177.* Lazarius *tract. de blaſphem. quæſt.13. num.63.* Hieronym. de Rua *in controuerſ. tom.2.controuerſ.6.ſcholaſtica*, Martinez *in p.2.tom.1. quæſt.29.art.6. dub.6.concluſ.2.* Martin. del Rio *in diſquiſitionib. magic.lib.5. quæſt.1. §. quotieſcumque*, Bonacin. *de legib. diſput.2.quæſt.4.punct.9.* Thom. Sanchez, probabilem dicens, *d.lib.1.cap.9.num.47.* Ioan. Sanchez *d. diſput.44. num.50.* hiſque, aliiſque relatis, Antonin. Dian. *reſolut. moral.p.2. d.tract.13.reſolut.3.& p.3. in calce eiuſdem, poſt tract. miſcellan. in additionibus ſecundariis, reſolut.13.* vbi probabiliter aſſerit: *in ciuilibus quando diuerſitas opinionum verſatur circa ius, poſſe Iudicem ſine vllo ſcrupulo peccati, & reſtitutionis, iudicare ſecundum opinionem probabilem, relicta probabiliori.* 17

Contrariam verò Sententiam † docent, & probabiliorem dicunt (cum Sanchez *ſupra, d.n.47.* relatiſque ab ipſo) Paul. Laym. 18

Theolog.

Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. n. 16. Villalob. *in summ. tit. 1. tract. 1. difficult. 5. num. 6.* Maldet *in p. 2. Diui Thomæ, quæst. 19. art. 5. disput. 86. circa fin.* Filliuc. *tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 124.* Becan. *in summ. tom. 2. tract. 1. cap. 4. quæst. 9. num. 15.* Tanner. *in 2. 2. Diui Thom. disput. 4. quæst. 4. dub. 6. num. 128.* Portel *in additionib. ad dub. Regul. vers. Opinio eligenda, num. 12.* à Diana quoque allati *dicta resolut. 3.* Valer. Reginald. *d. 2. p. summ. lib. 23. capit. 3. sect. 4. num. 42. vers. Tertia propositio est, & lib. 25. tract. vlt. cap. 54. sect. 2. n. 643.* Ioan. Ægid. Trullench. *in opere moral. d. lib. 8. cap. 1. dub. 6. num. 4.* hanc probabiliorem & veriorem esse dicens. Iudex enim reddere cuique ius suum debet secundum merita causæ, ad idquè à Republica constitutus est, ciusquè iudicio commissum vt causam dirimat prout illi melius, magisquè rationi consentaneum videatur, proque cuiusquè potiore iure & dignitate: at is cui opinio fauet probabilior existimata, censetur eo ipso dignior sententia fauorabili; cui si præfetatur alter, fieret cõtra ipsius digniotis ius, & personarum committeretur acceptio contra iustitiam distributiuam. Alias huic similes, eamquè iuuantes rationes adducit Cardinalis à Lugo *de iustit. & iure, p. 2. disput. 37. sect. 10. num. 116.*

19 Limitat id † (cum Vazquez *1. 2. quæst. 19. art. 6. disput. 64. cap. 2. num. 6.*) Thom. Sanchez *d. lib. 1. cap. 9. num. 47.* si Iudex inferior esset, & opinio, quam minus probabilem iudicat, foret magis in praxi recepta, & crederet, minus prudentem à superiore Iudice ad quem esset interponenda appellatio, habendum, reuocationemquè sententiæ timeret, si iuxta opinionem sibi magis probabilem visam, eam ferret. Tunc enim opinionem minus probabilem sequi posse ait, nec cum tanta honoris sui iactura, & tam modico fructu munus suum, discrimenquè subire teneri. Ita pariter Villalob. *d. difficult. 15. num. 4. 5. 6. & 7.* Gaspar Hurtad. *in 1. 2. tract. de Beatitudine, disput. 4. de Conscientia, difficult. 21. pag. 347.* vbi, ex Sancio, & Vazquez *dictis locis*, simpliciter dicit, posse Iudicem inferiorem, secundum alienam opinionem, contra propriam iudicare, quando aliena est magis recepta in praxi. Et merito, cum vera sit legum interpres, & intellectrix Praxis, pro lege sit, & legem superet, iusquè, consequenter, valentius tribuat, & inique iudicet, qui contra praxim iudicat, vt iuribus & auctoritatibus multis confirmant Matienzius *in Dialog. Relator. p. 3. cap. 9. num. 3.* Paz *in praxi, in initio, num. 4. & sequentibus*, Petr. Cened. *quæstion. practicar. quæst. 8. num. 5.* Roland. à Valle *consil. 70. num. 12. & seqq. volum. 1.* Ioan. Petrus Fontanel. *decis. Cathalon. 90. num. 15.* Francisc. Hieronym. Leo *decis. Valent. 25. n. 4. & 5.*

20 In causa verò criminali † non solum licere Iudici probabilem opinionem sequi in fauorem rei, non obstante opinione probabiliore in fauorem fisci, vel accusatoris, dicunt Sayrus *in Claui Regia lib. 1. cap. 11. num. 13.* Salon *2. 2. Diui Thomæ quæst. 63. art. 4. controuers. 2.* Pharaonius *de Sacrament. pœnit. tract. 1. sect. 3. cas. 8.* Sed necessatio debere, affirmant Salas *in p. 1. Diui Thomæ, tract. 8. disput. vnic. sect. 11. num. 115.* Alphonf. de Leon. *tract. de offic. & potest. confess. p. 2. recollect. 2. num. 188.* Merolla *in disput. Theolog. tom. 1. disput. 3. c. 4. corollar. 4. n. 181.* Castro Palao *tom. 1. disput. 2. punct. 11. n. 4.* Anton. Dian. *resolut. moral. 3. p. d. resolut. 13. vers. Sed hic incidenter*, Ioan. Ægid. Trullench. *d. lib. 8. c. 1. dub. 6. n. 6. vers. Dixi in ciuilibus*, hanc valde probabilem sibi videri dicens. *Quia hic partium iura non sunt clara, sed obscura; sicquè habet locum illa iuris regula de regulis iuris in 6. Cum sunt partium iura obscura, reo fauendum est potius quàm actori. Deinde quia in criminalibus ad condemnandum reum, debent probationes esse luce meridiana clariores, iuxta legem sciant cunëti, C. de probationib. quod in hoc casu non contingit. Nimis enim durum esset quod Iudex condemnaret ad mortem, cum quem ab ea licitè potest liberare.*

Cum autem sic Iudex iudicat, † expellere, 21
vt diximus, dubietatem debet, & credere, iudicare licite posse secundum opinionem, quam elegit, iuxta notata *præcedenti Annotatione num. 2.* hac eadem, *numero quinto*, & aduertit, cum ibi citatis, Martinus Nauarrus *in Manual. Latin. cap. 27. num. 288.*

Adhuc autem ad prædictorum pleniorem cognitionem multa supersunt ex Sacris Canonibus, ciuilibus legibus, iurisquè Professorum auctoritatibus, *sequenti Annotatione* prosequenda, quorum in hac solummodo relatores extitimus; nunc erimus speculatores.

AN IN IVDICIIS GRATIficari aliquatenus Iudici liceat amico, proque illo in opinionum varietate sententiam ferre?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua pars probatur.* & numeris seqq. vsque ad numerum 11. *exclusiuè. Exinde suadetur contraria.*

3 *Termino peremptorio à Iudice constituto ad recipiendum testes, publicandas attestationes, vel sententiam ferendam, elapso, potest Iudex si gratiam facere velit ei qui se contumaciter absentauit, seu in termino non comparuit, illum spectare, repetereque citationem.* & num. 20.

4 *In electionibus Ecclesiasticis quatenus gratificari liceat?* & numeris seqq.

5 *In dubiis an, quando, & quibus gratificari liceat?* & numeris seqq.
An & quatenus expedias Iudicem habere benenolum sibi, & num. 20. 30. & seq.

6 *Æquè vtraque parte intentionem suam fundante, inque opinionum conflictu an liberum sit Iudici, quam malit opinionem sequi, & amico fauorabilem eligere? Qualiterquè se gerere tunc Iudex debeat?* & num. 8. 23. & 24.
Quid si altera opinio probabilior sit? num. 9. & 28.

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

7 *An cum vtraque pars æquè litigat iure, ſeu pro vtriuſque iure æquæ ſunt opiniones iure ſolum naturali attento, poſitiuoquè ſecluſo, contra iuſtitiam faciat Iudex, qui aliquid recepit vt in alteram partem inclinet?*

8 *Dicterium commune* In dubiis pro amico, *an verum, tutumve ſit?* & num. 26. & ſeqq.

10 *Amicitiæ quantum Philoſophi tributum exiſtimauerint? Et an contra ius ob illam aliquid fieri poſſe putarint?* & num. 27.

12 *Sicut odio in iudiciis nihil fieri debet; ita nec gratia, vel amore.* & num. 23.

13 *Iudex ex amore iuſtitiæ omnino iudicare aſtringitur. Et cur* Medium *inter litigantes dicatur? Deque* Medij *virtute.*

14 *Ferè nunquam ſic dubietas contingere poteſt, cum de pura iuſtitia agitur, vt in alteram partem Iudicantis animum cauſæ iuriſquè rationes non inclinent.*

Iudex debet, ſi cauſa poſtulat, quem oderit, abſoluere, & quem amat condemnare. num. 22. & 27.

15 *In dubio, parivè iure, quibus fauendum ſit? An Amico tunc fauendum, iura decernant,* & num. ſeqq. & 23.

Gratificari non licet niſi in caſibus iure expreſſis. ibi. *Et quando liceat?* num. 18. & *nant?* ſeqq.

16 *Quantumuis amplum arbitrium Iudici datum ſit, nec videtur datum, nec dari poteſt, vt alteri detrahat, alteri tradat.*

18 *Intellectus textus* in cap. Venerabilem, 34. §. Quod autem, de election.

Termino à Prætore deſignato ei qui electionem habet, vt eligat; eo non eligente, an ius electionis perdat, & iudiciali adiudicationi locus ſit. ibi.

19 *Intellectus textus* in cap. 3. de offic. Legati.

Quoad iuſtitiam commutatiuam, pœnam pecuniariam ex delicto, partiſquè intereſſe, arbitrium Iudices non habent, vt aliquid ob gratificationem detrahere valeant. Neque in iudicio in quo de iuſtitia diſtributiua agitur: committiturquè in his perſonarum acceptio, licet etiam arbitrium Iudici datum ſit, iuxta modum ſaltem ibi dictum.

20 *Intellectus textus* in cap. Conſuluit, 14. de offic. & poteſt iudic. delegat.

Ea qua Iudicis facultati relinquuntur, non ſubduntur iuris neceſſitati. ibi.

21 *Acceptio perſonarum in mera ſolum iuſtitia committitur, non in gratia, & vbi nulla alteri parti iniuria ſit. Exemplis monſtratur.*

22 *Æquè de poſſeſſione ſiue titulo litigantibus, quid ſit agendum, ſeu in prophanis ſeu in beneficiis eccleſiaſticis?*

Quæ Gratia *apud homines appelletur?* ibi.

25 *Amor humanus ſenſus humanos hebetat, & opiniones præuertit.*

26 *Iuſtitia nihil habet cum Amicitia aut Amore commune. Ex Diuinis, humaniſque litteris comprobatur.* & numer. ſeq.

27 *Iudex* Amici *perſonam ponit, cum* Iudicis *induit. Exemplis oſtenditur.*

29 *An Iudex licitè & honeſtè ſe excuſet in cauſa in qua altera apud eum gratia valet, aut recuſatio expectanda ſit?*

31 *Intellectus* legis 24 tit. 5. lib. 2. nouæ Regiæ collectionis.

Nil poſſe ſtultè iudicat, niſi omnia poſſit, qui nimium poteſt. Monſtratur copioſè, illuſtratur multis, vanam iſtam præſumptionem, peſtiferumque Præſidentium errorem damnantibus. ibi.

ANNOTATIO VIII.

QVÆSTIO hæc adeò præcedentis Annotationis quæſtioni cohæret; vt expedita dictis in ea cuiquam forſam videatur. Sed prolixiorem ſermonem exigit, argumentorum petitorum à Iure, verborumquè ſequentium in themate, Iuſtitiam deſcribente, inſertionem, nempe: *Et oculis eſſet ſubclauſis.* Quæ & Perſonæ viſum, & Affectibus denegandum demonſtrant; Rationi, Cauſæquè ſolum à Iudice intendendum edocent, vt iam ſupra aduertimus *Rubrica 3. Annotatione vnica, num. 13. & Rubrica 11. Annotatione 2. num. 8.* Quare materiam proſequentes, Annotationum ſequimur ordinem, Rubricæ theſim complexi, ne ſeriem rerum ſcindere videamur.

Quæſtionis ergo iſtius † affirmatiuam ex iure fulciunt partem: Primo textus *in cap. Venerabilem, 34. §. Quod autem, de electione.* Vbi Innocentius Tertius P.M. inquit: *Quod autem cum in electione vota Principum diuiduntur, poſt admonitionem, & expectationem, alteri parti facere poſſimus (maxime poſtquam à Nobis vnctio, conſecratio, & coronatio poſtulatur, iure patet pariter & exemplo.* Ex quo ſic notat Gloſſa *verbo fauere.* 1

Secundo † textus *in cap. 3. de officio Legati.* Vbi idem ipſe Innocentius Tertius Cardinali Legato ſuo ſcribens, hæc profert: *Niſi ſpecialis illa dilectio, quam ad perſonam tuam habuimus, & habemus, iuſtum motum animi noſtri temperaret: pœna docente, cognoſceres quantum exceſſeris. &c.* 2

Tertio † textus *in cap. Conſuluit, 24. de offic. & poteſt. iudic. delegat.* Vbi idem ipſe quoque Pontifex M. ortum dubium: num termino peremptorio ad recipiendum teſtes, atteſtationes publicandas, vel ſententiam ferendam, à Iudice partibus deſignato, citationeque ſic peremptoriè facta, aliqua earum ſe contumaciter abſentante, nec in termino comparente, poſſit nihilominus Iudex cuius iuriſdictio durat, peremptorio elapſo, contumacem expectare repetereque citationem? negatiue decidit: *niſi Gratiam fecerit ei Benignitas Iudicantis.* 3

Quarto † *Gloſſa finalis in fine in cap. Eccleſia veſtra, 57. de electione.* Quæ æquali hinc inde electione exiſtente etiam iterata, eligendi, & gratificandi cui velit, Superiori ius eſſe dicit, ex *l. fin. D. de religioſ. & ſumptib. funer.* 4

alii ſquè

referendis. *Glossa prima in cap. Si plures*, 36. 16. *quæst.* 7. Quæ Patronis in electione discordibus, omnimoda suffragiorum & meritorum æqualitate existente, secunda non expectata, Gratificandi ius cui velit, Episcopo competere dicit. Cuius communiter recepta sententia est, vt constat ex Tiraquello *de iure primogen. d. quæst.* 17. *num.* 8. Hostiens. Ioan. Andr. Cardin. Abbate, & plurimis aliis, quos idem Tiraquellus recenset *ibidem*. Recentiores addit Augustinus Barbos. *de offic. & potest. Episcopi alleg.* 72. *num.* 199. *& in collectan. ad cap. Cum autem*, 24. *de iure patron. numer.* 8. Ioan. Hieronym. Episcop. Campanil. *in Diuersor. iuris Canonic. rubric.* 11. *cap.* 13. *num.* 445. & 449. Id quod & Regia lege approbatum existit *in l.* 10. *tit.* 15. *part.* 1. hæc proferente: *Mas si tantos fuesen de vna parte como de otra los Presentadores; debe el Obispo estonce paramientes en los Clerigos presentados, e tomar el que fuese mas letrado, e mejor acostumbrado. E si amos fuesen como eguales: es tonce seria en escogencia del Obispo. E en tal razon como esta no a porque se querellar ninguno de los presentados del Obispo, nin an demanda ninguna contra el.* Idem, & fortius ius, gratificandique potestas Episcopo competit, cum æquè idonei cumulatiue præsentantur, vt est Glossa *verbo Iudicio Episcopi in d. cap. Cum autem*, 14. *de iure patronat. & ibi*, cum multis notat Barbosa, *dictoque numero* 199. *allegation.* 72.

5 Quinto † innumerabilia penè iura istam partem suadent: *In dubiis Gratificationi locum esse dicentia.* Quæ plenè cumulauit Accursius *in d. l. fin.* (id etiam probante) *verbo Gratificationi, D. de religios. & sumptib. funer. in l.* 3. *§. Si cum omnes, vers. Si vero simul.* (vbi etiam est textus) *verbo Contraxisse, D. ad S. C. Syllanian. & in l. Si quis seruum* (vbi id pariter textus probat) *verbo Debes, ad finem, D. de legat.* 2. Omnia complexus Tiraquellus *de iure primogen. quæst.* 17. *opinion.* 2. *à num.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. p.* 1. *cap.* 30. *num.* 3. *cum duobus seqq. & discept.* 95. *num.* 2. latè etiam Hieronym. Zeuallos *quæst.* 248. *à num.* 27. *vsque ad* 44. Quintilian. Mandos. *in proem. ad glossam Facultatum, verbo Fauere, pag. mihi* 56. Conducit Glossa *in cap. Præterea ducatus, tit. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* inquiens, filiis Domini, aut pluribus Dominis dissentientibus inter se, cui vasallus fidelitatem præstet; vasallum cui velit gratificari posse. Quam sequuntur Cardinalis, Alexander, & alij, quos refert, simulque sequitur Tiraquellus *d. quæst.* 17. *num.* 6.

Plurimum ideo interesse Iudicem habere benevolum, merito dixit Petrus Gregorius *syntagm. iuris vniuers. 3. p. lib. 49. cap. 3. in princip.* ex *lege fin. C. de offic. diuersor. iudic.* Tantumque interesse, quantum periculum est, coram suspecto Iudice litigare; Marius Giurba *decis.* 54. *num.* 1. Quia in rebus dubiis multum amicitia Iudicis valet, vt (cum Barthol. Socino *consil.* 35. *num.* 1. *lib.* 3. & Mariano Socino Iuniore *consil.* 168. *n.* 95. *lib.* 2.) tradit Ioan. Marienz. *in Dialog. Relator. 3. p. cap.* 20. *num.* 10.

Æquè enim vtraque parte intentionem suam fundante, † liberum esse Iudici gratificari cui velit; & superiora indicant, & profitentur communiter nostrates, deducuntque ex Glossa *in l. Duo Iudices dati*, 28. *D. de re iudic.* Quam notabilem dicit Baldus *consil.* 481. *num.* 2. *lib.* 1. sæpequè id notari in eadem lege, repetit *consilio* 420. *num.* 3. *eodem libro, & consil.* 445. *num.* 3. *lib.* 5. Tiraquel. *d. quæst.* 17. *num.* 5. Inque opinionum conflictu liberum esse Iudici quam velit opinionem sequi, est frequens, communisque Theologorum & Iuristarum assertio. Theologos ad longum *præcedenti Annotatione* retulimus *numero* 15. Iuristas nunc, Innocentium *in cap. Ne inimicis, de constitutionib.* Deci. *consil.* 176. *num.* 9. Anchar. *consil.* 221. Curtium Iuniorem *consil.* 6. *num.* 23. Boerium *quæst.* 155. *n.* 17. Neuizanum *consil.* 34. *num.* 12. & 54. Crauetam *consil.* 135. *num.* 40 Menochium (his relatis) *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 177. *num.* 7. Gutierrez *Canonicar. quæstion. lib.* 1. *cap.* 13. *ex num.* 23. Mascard *de probationib. conclus.* 1138. *num.* 20. Marquesanum *de commissionib.* 1. *p. cap.* 5. *de commiss. appellation. in Roman. Cur. num.* 76. præter citatos à Petro Cenedo *collect.* 28. *n.* 17. *p.* 1. & infra proxime referendos. 6

Idque adeo receptum, † vt dicat Leonardus Lessius *de iustit. & iure lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 9. *num.* 64. *vers. Ratione alterius* (cuius opinionem probabilem iudicat, & amplectitur Antoninus Diana *resolut. moral.* 3. *p. tract.* 5. *miscellan. resolut.* 55. *vers. Sed ego*,) secluso iure positiuo, stando in solo iure naturæ, contra iustitiam non facere Iudicem, qui in huiusmodi opinionum conflictu, vt aliam partem eligat, pecuniam accepit; rationes reddens. Etsi iure positiuo, peccato, & restitutioni hunc fateatur obnoxium. Nec modo iure naturali attento, positiuoque secluso, in opinionum æqualitate liberum esse Iudici, quam malit sequi, nec ad restitutionem eius, quod vt aliam partem eligeret, accepit, teneri, sustinet: sed etiam probabile putat non teneri, si Iudex aliquid accipiat pro ferenda sententia iuxta opinionem probabilem, relicta probabiliore. Iure verò positiuo hæc omnia prohibita esse. Sed iure solum naturali attento, contrarium docet Tannerus *in* 2. 2. *disput.* 4. *quæst.* 6. *dub.* 10. *num.* 290. ab ipso allegatus. Cuius sententiam veriorem putat Ægid. Trullench *in opere moral. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 10. Vtramque harum opinionum probabilem, sed vltimam istam probabiliorem (post iactas pro vtraque rationes) concludit Fagundez *in præcept. Decalog. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 26. *ex numero* 32. 7

Pecunia verò non intercedente, † tutè posse Iudicem in huiusmodi opinionum varietate amico gratificari, & opinionem illi fauentem sequi, in dubiisque pro Amico iudicare, tradunt Ripa *in l. Filius familias, §. Diui, num.* 97. *in fine. D. de legat.* 1. Abbas *in cap.* 1. *de constitutionib. num.* 15. *in fine, & seq.* Deci. *num.* 12. *lectur.* 1. Bero. *num.* 255. Ias. *in l. Post dotem, num.* 105. *D. solut. matrim.* Ludouic. Gomez *in cap.* 1. *de iudic. lib.* 6. *num.* 55. Marc. Anton. Corat. *lib.* 2. *commun. opinion. tit.* 9. *n.* 172. 8

Rota

Rota *in antiqnis, de rescript. decis. 774. aliat 55.* Morla *in Empor. iuris, p. 1. tit. 2. quæst. 5. num. 5. & 30.* Petr. Cened. *in pract. Canon. quæst. 8. num. 20.* aliis relatis Hieronym. Zeuall. *in præfat. commun. contra commun. a numero 101. cum seqq.* communem & receptissimam hanc dicens, defenditque Ancharan. Iumor *lib. 3. question. familiar. quæst. 71. num. 42.* Iulius Clarus *sententiar. lib. 5. §. Testamentum, num. 5. ad finem,* Cephal. *consil. 76. num. 1. volum. 1.* Carol. de Graf. *de effect. lib. amicit. num. 267. & 268.* Semper putasse dicens; ab hac opinione non esse recedendum, si modo æquè dubiæ, seu æquè probabiles opiniones extent. In hanc eandem veniunt, nuncque secundum vnam, nunc secundum aliam, scandalo cessante, amici gratia Iudicem posse iudicare, Paul. Xamar *de offic. Indic. & Adnoc. 3. p. quæst. 3. num. 5.* Rodriguez *in summ. verbo Accepcion de personas, cap. 4. num. 2.* Ioan. Valer. *de different. inter forum indicial. & conscientiæ, verb. Opinio, different. 3. num. 2. in fin.* Ioan. Ægid. Trullench *d. lib. 8. cap. 1. dub 6. num. 10.* Valer. Reginald. *2. p. summ lib. 23. cap. 3. sect. 4. num. 41. pag. 318.* cum Gregorio de Valent. *2. 2. disput. 5. quæst. 7. punct. 4.* regulam constituens: *Iudicem si rationabiliter putet veramque dubij partem æquè probabilem esse; licitè posse iudicare secundum eam, quæ magis fauet amico.* Rationem nectit: *Quia tunc non tenetur Iudex ex vi iustitiæ distributiuæ, magis alteri quam amico conferre bonum iudicij fauorabilis. Cum enim æquè ac cæteri sit dignus; ratio iustitiæ distributiuæ non dictat potius illi, quam alteri esse tunc fauendum: quia adest fundamentum talis dictaminis, nempe maior dignitas vnius quam alterius. At vero vbi cessat ratio iustitiæ distributiuæ, cessat pariter acceptio personarum ei opposita.* Ad obiecta descendens, ait: *Si obiicias: Inferri ex hac doctrina, Iudicem posse in tali dubio nunc secundum vnam opinionem, & alias secundum contrariam iudicare pro amico: Respondetur cum Soto de iustit. & iure lib. 3. quæst. 6. art. 5. in fine, id non habere apertam peccati vationem, dummodo absit scandalum, & caueatur solicitè, ne amicitia aut affectus alius offundat intellectui caliginem, per quam in probabilitate diiudicanda decipitur, erratque. Si rursus obiicias: Rationem iustitiæ distributiuæ exigere vt distributio rei communis fiat secundum cuiusque dignitatem; quare æquè dignos debere æquam partem accipere: Respondetur: id habere exceptionem in iudiciis in quibus ad vitandas nimias perplexitates & occasiones multiplicandarum litium, in fauorabile ei soli tribuitur ex obligatione, ad quem spectat secundum magis probabilem opinionem: nec diuidi solet inter litigantes. Quæ maior probabilitas deficiens, statur arbitrio Iudicis. Neque est quod quis vrgeat: Eum cui æquè probabilis opinio fauet, pati damnum: Quia tenetur illud pati propter bonum commune, sicut & patitur is contra quem præscriptio currit.*

9 Vlterius progreditur, † seque extendit Antonin. Diana *resolut. moral. d. 2. p. tract. 13. resolut. 3. vers. Hinc etiam*, vbi non modo in opinionum æqualitate, sed etiamsi altera sit probabilior, id ipsum concessum Iudici arbitratur, ex ibi præcedentibus inferens: *Integrum esse Iudici ex duabus opinionibus probabilibus, quam maluerit eligere, & secundum eam iudicare pro Amico. Imo cessante scandalo, nunc secundum vnam, nunc secundum aliam.* Addens insuper: *Quod ego sentio, vt dictum est, etiam si contraria sententia esset probabilior. Et si adesset scandalum, peccaret equidem; sed non teneretur ad restitutionem.* Non longè abest Cardinalis Gabriel Paleotus *de Sacri Consistor. consult. p. 5. quæst. 5. col. 6. vers. Illis vero, in fine,* ita scribens: *Quamuis inter plures sententias magis & minus probabiles, probabiliori adhærendum sit: illos tamen qui probabiliori relicta, aliquando minus probabilem, honestam tamen & Reipublicæ vtilem amplecterentur, tametsi ex humano aliquo affectu in eam ducerentur: non desunt grauissimi Doctores, qui culpa liberos esse putent.* Quos transcribit in margine, nempe Medin. *1. 2. quæst. 19. art. 6. conclus. 3.* Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5.* Nauar. *in Manual. cap. 16. num. 4. cap. 17. num. 281. & in cap. Si quis autem, num. 34. & 78. de pœnit. dist. 7.*

Quamuis autem is non principalis Amicitiæ, sed probabilis opinionis effectus: multum nihilominus admixtum retinere Amicitiæ fauorem, † multumque ad id illi à Iure 10
donatum, non obscure superiora monstrant. Cui & tantum Philosophi tribuere, vt in controuersiam trahentes, *An contra ius, contraque morem faciendum pro Amico sit?* Ciceronis valuerit sententia dicentis: *Parua & tenuis vel turpitudo vel infamia subeunda est, si ea re magna vtilitas Amico quæri potest.* vt relator est Aulus Gellius *noct. Attic. lib. 1. cap. 4.* Imò & *sunt pleraque Philosophorum quæstiones: Vtrum Amici causa quisquam contra Patriam sentire necne debeat, vt Amico obediat? Vtrum oporteat vt fidem deferat, dum indulget atque intendit Amici commoditatibus.* referente quoque Diuo Ambrosio *de Offici. lib. 3, cap. 16.*

Contrariа verò: † *Liberum non esse Iudici* 11
in opinionum varietate, Amicitiæ intuita eam eligere, qua Amico faueat, eique gratificari, validis fulcitur rationibus.

Primo, quia in iudiciis non est acceptio personarum habenda (*cap. In iudiciis, 12. de regul. iuris, lib. 6.* cum adductis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. P. num. 68.* ad longum, vt alios omittamus, ex Diuinis litteris ostendit Quintilianus Mandosius *in proam. glossa Facultatum, verb. Absque personarum acceptione:*) haberetur autem, si *Amicitiæ* tribueretur, quod *Causæ* non tribuitur. Quod etsi in æquè probabili opinione contingere possit; longe magis in probabiliori. Etiamquè in his, quæ Iudicis arbitrio relinquuntur, acceptionem personarum committere Iudicem, qui vni litigantium quid ratione Personæ concedit, & non alteri (ex communi Theologorum placito) affirmat Michael Salon *ad S Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 4. conclus. 2. fol. 330.* coque relato, Sigismund. Scacc. *de sentent. & re iud. c. glossa 14. quæst. 23. num. 11.* Dominic. Bañez *eadem quæst. 63. art. 4. ad primum,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

primam, vers. Secundo dico, & *deinceps*, Valer. Reginald. *d. 2. part. summ. lib. 25. cap. 3. sect. 4. num.* 42. & roborant proximè referendi *numero* 16. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Opinio, different. 3. num.* 2. etsi multum inuolute loquatur, vt differentiam inter forum Poli & fori constituat. Quam nullatenus admittimus. De conscientiæ enim foro agimus, quidque in eo liceat, & agunt ab ipsomet Valerio citati.

12 Secundo, † quia sicut *Odium* in causis decernendis longe abesse debet, nihilque eius obtentu agere licentia neque Amore, Amicitia, vel Gratia. *Clement. 1. de iure patronat. vers. Præcipimus autem diœcesanis eisdem sub ipsius obtestatione Diuini iudicij, ipsorumque conscientiæ oneramus, quod moderationem portionis ipsius debite faciant, nec Odio, vel amore. cap. Quantum, 78. 11. quæst. 3.* cum cæteris iam *Rubric. 11. Annot. 2. num. 5. & seqq.* perpensis. Sæpè enim fit, *vt ergà quemlibet proximum Odio, vel Gratia moueatur Pastor. Iudicare autem de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum causis sua vel Odia, vel Gratiam sequuntur.* vt Diuus Gregorius *Homil. 26. in Euangel. ante medium* inquit. Et *semper iniquus est Iudex, qui aut Inuidet, aut Fauet*, Ciceronis sententia *in Oratione pro Planco.*

Propterea *omnes homines, qui de rebus dubiis consultant, ab Odio, Amicitia, & Ira, atque Misericordia vacui esse debent.* Salustij *in Catilin.* Quemadmodum enim per *Sordes* damnabile iudicium est; sic & per *Gratiam* vel *Amorem*, vt *dicta Rubrica 1. Annot. 2. num. 5. & Rubric. 12. Annot. vnic. num. 5.* diximus. Estquè textus celebris hæc patificans, *in l. Tutor qui repertorium, 8. §. Competit, D. de administration. tutor.*

13 Iudex namque † ex amore Iustitiæ omnino iudicare astringitur, non priuato aliquo affectu, in alteram partem inclinans, sed *Medium tenens*; ex eo sic appellatus, vt *in Rubrica 6. Annot. vnic. numero 1. in fine* notauimus. Cum enim *omnis virtus consistat in Medio, vt dicitur 2. & 3. Ethicorum; & Iustitia sit omnis virtus* (vt iam supra ostendimus:) *sequitur quòd pra omnibus aliis virtutibus Iustitia consistat in Medio. Medium autem est consecratiuum rei. Et hoc est, quod ipsa Iustitia de se profitetur Proverbior. 8. dicens: In viis Iustitiæ ambulo, in Medio semitarum iudicij.* Ita Incognitus *Psalmo* 110. *v.* 1978. *Confessio & magnificentia opus eius, & Iustitia eius manet in seculum seculi.* Quod & prædixerat ipse *Psalm. 45. v. 759. Deus in Medio eius non commouebitur.* cum versus illius explicationem præbens. Ioannis quoque visionem *Apocalyp. capite 1. v. 13. Et conuersus vidi septem candelabra aurea; & in Medio septem candelabrorum aureorum, similem filio hominis &c.* ad hunc sensum, cum Diuo Thoma, sic *ibidem numero* 30 1. applicat Ioannes de la Haye: *Cur Medium tenet? Vt ostenderet, inquit Angelicus Thomas, se omnibus communem; à nemine recedere longius, ad neminem accedere propius, sed omnibus æqualiter adesse, & prodesse*, nullatenus acceptione habita personarum. Quod longius progressus, belle confirmat ibidem. Cuius Nos *infrà numero 26.* confirmationem, dictaque referemus. Ea pariter Iudicis denominatione, cum Aristotele *Ethicorum 4. cap. 5.* vtitur Dominicus Bañez 2. 2. *Diui Thomæ, quæst. 60. art. 2.* Non affectum ideo, sed Iustitiæ inclinationem Iudicem sequi debere sic vlterius confirmans: *Et quidem in naturalibus, vt oculi pupilla possit percipere omnem colorem; expers debet esse totius coloris: nam alias intus existens prohibet extraneum, vt ait Aristotel. 2. de Anima: ita similiter vt Iudex possit proferre iudicium rectum inter duas partes necesse est careat omni affectione priuata ad alteram partem. Imo cum Amicus censeatur alter Ego; si Iudex in alteram partem propendeat; censebitur iudicare in causam propriam, in qua vix vnus est rectus Iudex. Quare meritò vocat Aristoteles vbi supra Iudicem* Iustitiam animatam. *Cuius duplex est sensus. Primus, quod anima Iudicis, vt Iudex est, debet esse ipsa Virtus Iustitiæ, qua totum animum Iudicis ita occupet, sicut Anima totum corpus: & sicut omnis operatio totius suppositi ab Anima procedit: ita omnis operatio Iudicis necesse est quod proficiscatur ex inclinatione Iustitiæ. Secundus sensus est: Quod Iustitia secundum se, censetur quasi mortua, debet autem viuificari ex affectu Indicis, sicut corpus viuificatur per animam.*

Tertio, † quia nunquam, aut raro, ita 14
dubietas contingere potest, vt æqualis per omnia sit, nec ita pendulus Iudicantis animus, vt in alteram partem ex rationibus & iuribus illam fouentibus, non inclinet, pro eaque potius iudicandum putet. vt & *infra proxime numero* 22. Quo in casu, quod sibi iustius videbitur, non quod amicitia expostulat, Perfectus rectusquè facere debet Iudex; neque aliam à Republica facultatem habet, vt *elapsa Annotatione* aduertimus. *Est enim sapientis Iudicis, meminisse se hominem; cogitare tantum sibi à Populo Romano esse permissum, quantum commissum sit & creditum: & non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse: posse quem oderit, absoluere; quem non oderit condemnare. & semper quod non ipse velit, sed quod lex & Religio cogat, cogitare.* vt Cicero *in Oratione pro Cluentio* ait.

Quarto, † quia in dubiis, potiùs iure, 15
quibus fauendum sit, constitutum iura habent. Reo scilicet potius quam actori, *cap. Cum sunt partium, 11. de regul. iuris, lib. 6. l. Fauorabiliores, 168. D. eodem tit.* Possessori quam non possidenti, *cap. In pari, 65. de regulis iuris, lib. 6. l. In pari causa, 171. D. eodem titulo.* Doti, *l. In ambiguis, 86. D. eodem tit.* Libertati, *l. Si fuerit, 11. §. fin. D. de rebus dubiis, l. Inter pares, 38. D. de re iudic.* cum citatis à Nobis *de priuileg. miserabil. personar. 3. p. quæst. 16. numero 21.* Ecclesiæ, Causæ piæ, aut Miserabilibus, veluti *eodem tract. 1. part. quæst. 55. num. 18.*

multis comprobamus. *Nam sola rectum quoque Iudicem inclinat miseratio*, vt inquit Quintilianus *Oratoriar. institution. lib. 4. cap. 1.* Egimusque iam de his *Annotatione praecedenti, num. 13.* Dictisque inibi non modo magnam praefata, infraque dicenda dubitationem afferunt: sed manifestam, vt arbitror, solutionem, & dissidentium opinionum concordiam.

Tandem (vt prosequamur incepta) Gratificari licet nemini, nisi in casibus à Iure expressis, vt (cum Baldo, & Aret.) docet Tiraquellus *de primogen. quaest. 17. opin. 2. in fine*, & Menoch. *de recuper. possession. remed. 3. num. 774.* Nulla verò lex est, quae tale quid circa Amicos & eorum causas statuat: sed contra statuunt iura proximè relata.

16 Neque si arbitrium Iudici datum sit † quantumuis amplum, nec datum videri, nec dari posse vt alteri detrahat, alteri verò tradat, probant textus *in l. Si sic legatum, 70. D. de legat. 1. in l. 1. D. de legat. 2. in l. Si societate. 6. D. pro socio, in l. Si in lege, 24. D. locat. in l. Hac venditit, 7. D. de contrah. emption.* & prosequitur latè Menochius *de arbitrar. libro 1. quaest. 48. à num. 1. cum seqq.* Etenim *Iustitia non novit Patrem, non novit Matrem, Veritatem novit, personam non accipit*, vt alibi iam diximus.

17 Quare † posteriorem sententiam istam tenent Baldus *consil. 420. num. 3. lib. 1. & consil. 445. num. 2. libro 5.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. libro 2. centur. 4. casu 339. num. 22. & seqq. & de recuper. possess. remed. 3. numero 776. & seqq. & de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 71. num. 38.* Martin. Navar. *in cap. Si quis autem de poenit. dist. 7. num. 130.* Bobadill. *in Politic. lib. 2. cap. 2. num. 71.* Segura de Aual. *in Director. Iudic. Ecclesiast. p. 1. cap. 14. num. 25.* Ioan. Garz. *de nobilit. in initio, num. 11.* Petr. Cened. *in practic. quaest. 8. num. 20. & seq. vers. Ego autem*, Federic. Scot. *respons. 35. ex num. 32. tom. 1. lib. 1.* Simanc. *de Catholic. institution. cap. 34. num. 4.* Matienz. *in Dialog. Relator. 3. par. cap. 14. num. 1. & seq.* Sigismund. Scacc. *de sentent. & re iudic. glossa 14. quaest. 23. à num. 10.* Antonin. Thesaur. *in praefat. ad decis. Pedemon. num. 32. vers. Sunt etiam aliqui casus, decis. 89. num. 3. vers. Neque vnquam, & decis. 96. num. 16. vers. Neque etiam placet*, Dominic. Bañez 2. 2. *Diui Thom. quaest. 63. art. 4. vers. Secundum argumentum*, Paul. Laym. *Theolog. moral. lib. 2. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 16. vers. Neque placet*, aliique *supra* recensiti *numero 11.*

Quae quidem opinio mihi semper melior & sanior visa est, debetque profecto Iudici videri, ex argumentis, rationibusque pro ea expensis, & ex his, quae ad solutionem contrariorum adiicienda sunt. Quae non modo ad probabiliorem opinionem amplectendam; sed in aequali quoque dubio, & opinionum aequali probabilitate vrgent, à Gratificationeque amicitiae respectu, humanivè amoris intuitu, abstinendum suadent.

18 Non ergo obstat primum † de *dicto §. Quod autem, in c. Venerabilem, 34. de election.* Cui (ni me propria inuentio fallit) aptè responderi potest: Pontificem ibi non simpliciter dixisse: eo quod Principum vota in electione diuisa extarent, fas sibi esse cui partium vellet fauere: sed *post admonitionem, & expectationem.* Tunc enim monitione facta vt intra certum terminum iure facerent electionem, ad eam aliter, illiusvè confirmationem processurum: contumacibus electoribus existentibus, neque parentibus praecepto, eligendique his, per consequens, perdito iure: alteri parti fauere posse, & iure responsum, & fieri regulariter posse, sine alterius querimonia, gratiam alteri iustè apparet. Siquidem ad electionem vel optionem praefinito à Iudice termino elapso, eum qui eligere, optarevè poterat, ius perdere, & iudiciali adiudicationi locum esse constat, ex dispositione *legis Diffamari, 5. C. de ingen. & manumis.* & ibi notatis, *legis Mancipiorum, 6. legis Si tibi, 8. legis Si optio, 13. §. fin. & legis Cum optio, 17. D. de optione legata.* In dicta lege octaua Paulus inquit: *Si tibi electio serui, & mihi reliqui legati sint; decernendum est à Praetore, nisi intra certum tempus optaueris; petitionem tibi non deberi.* In dicta lege decima septima, Terentius Clemens: *Cum optio duorum seruorum Titio data sit, reliqui Manio legati sint: cessante primo in electione, reliquorum appellatione, omnes ad illum pertinent.* Vbi Glossa *verbo Primo*, id intelligit: *Elapso termino à Praetore designato.* iuxta *dictam legem Si tibi.* In quod alia iura adducit Tiraquellus *de retract. lignag. §. 2. numero 18.* Merito igitur eo in casu Pontifex Summus dixit: *Cum in electione vota Principum diuiduntur, post admonitionem, & expectationem alteri parti fauere possimus.* Eaque speciali ratione stante, non est quòd in illius textus specie ad *Dubietatem*, vel ad *Principis potestatem* (vt aliqui voluerunt) recurramus; sed ad ordinariam quoque facultatem dispensandi de iure per contumaciam perdito, eius cui tunc applicandi seu tribuendi ius est. Quod miror vsque adhuc neminem, quem viderim, attendisse.

19 Ad secundum, † textumque *in cap. 3. de offic. Legati* respondetur: Aliud esse in criminalibus arbitrariis, in quibus ex animi sui motu, quantum iustitiae latitudo permittit, poenam valet Iudex temperare, & aliquid etiam Gratificationi: & Amicitiae, intra eandem Iustitiae latitudinem, tribuere, vt notauimus *Rubrica 11. Annot. 2. à numer. 18.* Multoquè fortius Princeps Supremus. Quae omnia in huius textus specie concurrunt. Quod nullatenus in iustitia commutatiua, & in qua partis vertitur interesse, licet. Non enim ibi arbitrium aliquatenus concessum; neque in poena pecuniaria ob delictum determinata, vt *Rubrica & Annotatione eadem, num. 22.* praediximus: aut in iudicio in quo de iustitia distributiua agitur. In quo *acceptio personarum, cum iustitia aduersatur distributiua, peccatum necessario est.* Conclusionem praefinit Diu. Thom. 2. 2. *quaestio. 63. articulo primo*, estque omnium

fine

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſine diſcrimine Theologorum & Summiſtarum, *verbo Acceptio perſonarum.* Quia tollit æqualitatem iuſtitiæ. *Eſt autem peccatum mortale, quando eſt perniciosa. Frequenter verò eſt perniciosa in tribu, hoc eſt, in diſtributione communium bonorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, & in iudiciis. Cum enim communia Regni, vel Ciuitatis officia, dignitates, ſeu honores diſtribuuntur, ita quod Amicitiæ, vel Conſanguinitatis, vel affectionis, aut alterius impertinentis ratio præfert minus dignos, ruit commune bonum. Nec minus ruina Eccleſiæ manifeſta eſt, cum in beneficiis, ac dignitatibus Eccleſiaſticis minus digni præferuntur, quia amici, ſeu familiares, vel coniuncti, aut ſeruitores &c. ſunt. Vniuerſum quoque humanum genus graniſſimè offendit, ex eo quod actor, aut reus iudicio præfertur, quia potens, aut diues, aut amicus &c. Peccatum hoc non ſolum anima mors eſt; ſed ad reſtitutionem obligat, iuxta reſtitutionum regulas: pro quanto impedit dignum, ſeu digniorem. Et præter hoc, tenetur acceptor perſonæ de damnis conſequentibus huiuſmodi promotiones, ſeu iniurias.* Hæc Caietanus *in ſumm. verbo Acceptio perſonarum.*

Nec quòd in his arbitrium habeat Iudex acceptionis perſonarum vitium tollitur, ſed contrahitur, ſententia Valerij Reginaldi *in praxi fori pœnitential. dict. 2. p. lib. 23. cap. 3. ſect. 4. num. 40. verſ. Tertium*, notandum dicentis: *acceptionem perſonarum habere locum in his etiam iudiciis, quæ relinquuntur Iudicis arbitrio, ſeu de quibus lex nihil ſtatuit. Ratio eſt: quia non minus tenetur Iudex ſeruare ordinem iuſtitiæ in iudiciis ſi nulla eſſent ei præſcripta leges, quam nunc tenetur conſtitutis legibus. Nam auctoritas ipſi conceſſa eſt ad exercenda iudicia, ea diſpenſando tanquam communia bona, ac vindicando ab iniuria illos de communitate, qui eaſdem patiuntur.* Arbitrij enim accidentalis qualitas naturam rei, vitiumquè acceptioni perſonarum inhærens tollere, aut mutare nequit. Accidentia ſiquidem naturam, aut ſubſtantiam rei non mutant, *leg. Naturalem. 5. §. Panonum, D. de acquir. rer. dominio.* Cumquè Diuo Thoma *in 4. diſt. 21. quæſt vnic. art. 1. ad 2.* & multis aliis, ttadidimus *in Axiomatib. iuris, lit. A. num. 55.*

At verò intra latitudinem iuſtitiæ in his quæ præfinitam non habent pœnam, Iudiciſquè arbitrio relinquuntur, aliquali gratificationi locum eſſe, amicitiamquè aut amorem facere; & textus iſte *in dicto capite tertio*, indicat; & *dicta Rubrica 11. Annot. 2. numero 19. & 19.* aliis, communiquè Theologorum & Iuriſtarum aſſenſu comprobauimus: & ratione conſtat, cum non deſeratur Iuſtitia, nec illi opponatur arbitrium, ſed intra eius limites operetur.

20 Ad tertium reſpondetur: † textum *in d. cap. Conſulnit.* loqui de his, quæ non tam ius partis principaliter reſpiciunt, quam Iudicem ipſum, eiuſque facultatem: neque in adiudicando cuique ius, ſententiaque ferenda gratiæ relaxare habenas: ſed *in præparatoriis* ad eam. In quibus iudicis arbitrium, & alicuius gratificationis poteſtatem facit. Ex quo ideo in arbitrariis maximè Iudicem habere fauorabilem intereſſe, deducunt Ioan. Andr. *in capite Paſtoralis, 14. de reſcript. numero 42.* & alij iam ſupra citati. Inquè præfato caſu aliqualis gratificationis facultatem, arbitriumquè Iudici Titus Ælius Imperator concedit *in lege 1. C. quomod. & quando iudex.* verbis hiſce: *Non ſemper compelleris vt aduerſus abſentem pronuncies propter ſubſcriptionem patris mei, qua ſignificauit, etiam contra abſentes ſententiam dari ſolere. Id enim eo pertinet, vt etiam abſentem damnare poſſis; non vt omnino neceſſe habeas.* Etenim *non quidquid Iudicis poteſtati permittitur; id ſubiicitur iuris neceſſitati*, vt textus inquit *in lege Non quidquid, 40. D. de indic. capite 1. in fine, de pœnit. diſt. 6. capit. Noſſe, 9. & ibi Gloſſa finalis, 76. diſt.* Ad expectationem itaque abſentis, qui iudicari abſens poterat, cuiuſque temporis dilationem non multum grauem lex iudicauit, arbitrium Iudici concedit, & aliqualem diſpenſationis gratiæ, quæ principale ius non tangit, Iudici tribuit facultatem: in prolatione, adiudicationequè iuris denegat.

Ad quartum: † eſſe ibi caſum ſpecialem, 21
quem non opinionum varietas dubium, aut incertum reddit, ſed ex iure certum. In eo enim neuter petit quod ſuum eſt, & ſi vterque petat id ad quod ius habet. Quod efficit, vt in omnimoda iuris æqualitate non magis vni, quam alteri debeatur; & conſequenter, non tam Iuſtitia, quam Gratia. In qua perſonarum acceptio non interuenit, ſed in mera ſolum iuſtitia, iuxta illud *Matthæi 20. v. 14. Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere?* cap. 24. v. 40. *Duo erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur: duæ molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur.* Ex quibus ita docet S. Thom. 2. 2. *d. q. 63. art. 1. argum. 3. & reſponſ. ad ipſum*, Dominic. Sotus *de iuſtit. & iure, lib. 3. q. 6. art. 5. ad tertium argum.* Leſſius *eodem tract. lib. 2. cap. 32. dubit. 1. num. 3.* Salas *de legib. quæſt. 97. art. 14 diſput. 20. ſect. 7. num. 70 verſ. Ad ſecundum, & num. 71.* Qui in diſpenſationibus loquens, ait: *Nego Prælatum, qui non diſpenſat cum adeſt cauſa iuſta, ſemper eſſe acceptorem perſonarum, aut peccare contra iuſtitiam diſtributiuam; licet ſemper contra illam peccet, qui ſine iuſta cauſa diſpenſat. Quem tamen credo non eſſe acceptorem perſonarum: quia licet cum hoc diſpenſet ſine cauſa; non tamen eo ipſo negat alteri, quod ſibi debetur.* Cardinalis Bellarminus *de Officio Principis Chriſtiani, libro primo, capite decimo*, de diſtributionibus Dignitatum, honorum, & emolumentorum à iuſtitia pendentium, agens, inquit: *Nam vbi non habet locum Iuſtitia, ſed Gratia, ibi non eſt vitioſa acceptio perſonarum, vt Scriptura paſſim clamant: & tamen Deus cuius vult; miſeretur, & quem vult, indurat. ſecundo Paralipomenon 19.*

Idem dixere è noſtris, Battholus *in l. 1. in princip. D. de poſtuland.* Menoch. *de retinend. poſſeſſ. dict. remed. 3. numero 775. & ſeqq.* Quintilian. Mandoſ. *in proem. gloſſæ Facultatum, verbo Perſonarum acceptione, pag. mihi 51.*

22 In meraquè iuſtitia † impoſſibile penè eſſe hanc omnimodam æqualitatem accidere poſſe, non modo cum de proprietate, petitorioquè iudicio agitur (in quo, vt diximus, meliot in dubio, parique iure, cauſa poſſidentis:) ſed etiam cum de ſola poſſeſſione tractatur; bene aduertit (materiam latè diſcutiens) Iacobus Menochius *dicto remed. 3. à numero 759.* Id vnum in beneficialibus adnotans: æqualiter de beneficij poſſeſſione ſine titulo litigantibus, neutri beneficium dandum: in prophanis (multa eruditè præfatus) pedem quidem non figit, etſi id egregiè explicare dicat Maſcardum *de probationib. concluſ. 1094. num. 58.* Idem format iudicium, difficultatemquè, imo impoſſibilitatem æqualis dubietatis in puræ iuſtitiæ cauſa repræſentat Ioannes Petrus Ala *de Cauſid. Chriſtian. 2. parte quæſt. 72. poſt principium verſ. Impoſſibile enim puto.* Neque eſt quod eam ad Gratiam referamus. Nam *quæ Gratia apud homines vocatur, hoc quidem eſt iuris diligentioris loco & tempore immutatio,* vt ex Phauorino, tradit Aulus Gellius *noct. Atticar. lib. 1. cap. 3.*

23 Ad quintum: † Omnia in eius priore parte relata iura vel in priuatis procedere, vel in caſibus ſaltem non putam ſolum iuſtitiam continentibus, quæ gratiam impediat, & ſine aliqua perſonarum acceptione miniſtrari depoſcat. In opinionum conflictu, æqualiquè per omnia iure & cauſa, liberum eſſe Iudici, quam ſequi velit, amplecti, gratiamquè facere amico: vt communem Theologorum & Iuriſtarum ſententiam faremur: ſic & leue præcipuum Iuriſtarum fundamentum (ex *dicta gloſſa in l. Duo Iudices*) fateamur neceſſe eſt. Quæ veluti nullatenus id protulit, vt conſtabit legenti, & aduertit pariter Tiraquellus *de iure primogen. dict. quæſt. 17. numero 5.* Neque Baldus, qui in dictæ Gloſſæ confirmationem allegatur, *dicto conſilio 420. 445. 468. & 481.* Difficultas verò, ſeu impoſſibilitas æqui per omnia iuris, æqualis dubietatis, & opinionum conflictus: quodque in dubiis (idque fortius quidem) quibus fauendum ſit, iura decernant, neque Amicos includant, ſed fauorem, gratiam, vel amorem potius longè à Iudicibus relegent, vt prænotauimus, fuſequè oſtendimus, ſatis abundequè pro hac contraria parte vrgent.

24 Liceat eo in caſu † (tantorum Doctorum aſſenſu) opinionis electio: at carnalis abeat affectus, non ad perſonam, ſed ad conſcientiam reſpectus habeatur, vt religioſiſſime ſcripſit Baldus *dicto conſilio 420. num. 3. libro 1. incip. Verba Principis*, memorandis hiſce, præ oculis Iudicum ſemper habendis, litteriſquè aureis, ſi fieri poſſet, ipſorum cordibus inſculpendis verbis: *Si pari modo litigantes fundant intentionem, poteſt Iudex ex diſcreto motu animi ſui, ſolo Deo inſpecto, & non adhærendo per viam alicuius carnalitatis, vel amicitiæ, vel alterius paſſionis eligere quam partem vult obtinere.* Quæ ſecundo, tertioquè formaliter repetit *dicto conſilio 468. num. 2. lib. 3. & conſil. 445. num. 2. verſ. Sed ſi pari modo, lib. 5.* Iiidem greſſibus doctiſſimus Dominicus Bañez *in 2. 2. Diui Thomæ, d. q. 63. art. 3. ad primum argumentum, verſ. Secundo dico. Quia* (inquit) *lex non ita relinquit arbitrio Iudicis, quod pro libito id faciat, ſed ex rationabili cauſa: quæ cum multiplex poſſit contingere, non potuit taxari à lege, ſed merito relinquitur prudentiæ ipſius Iudicis. Ergo cum hoc faciat intuitu perſonæ, peccat acceptione perſonarum.* In hanc ſententiam venit Leſſius *d. lib. 2. cap. 32. dubit. 2. num. 6.* etiam ad conceſſionem termini ad probandum.

Multum auctoritatis, ponderis, & tuitionis contraria illa communis pariter, ſeu communior, habet: plus hæc ſecuritatis, & Perfectionis, quam inſequimur, ad quam inſtruimus Iudicem, & illæſam vndequaque iuſtitiam procurantes, obſtamus periculis, & Iudicum proſpicimus indemnitati. Quæ maxime periclitabitur, ſi locus concedatur affectibus, ſi Gratiæ detur aut Amori. Qui † 25 *ſolet in iudiciis cæcutire,* vt ex Platone, tradit Angelus Politianus *epiſtolar. libro 3. Iacobo Antiquario ſuo, pag. mihi 93.* ſenſus humanos hebetat, & opiniones præuertit, vt Calixtus Papa inquit *in cap. Accuſatores, 12. 3. quæſt. 5.* etiamque *lib. 1. Rhetoric.* prædixerat Ariſtoteles: *Amor, & odium, & proprium commodum faciunt ſæpè Iudicem non cognoſcere verum. Quia* (vt & *de benefic. lib. 2. cap. 14.* Seneca ait) *iudicium interpellat affectus.* Inde *Iudices iis gratificantur, quos amant, & aut omnino abſoluunt, aut parui condemnant.* vt ipſe idem proſequitur Ariſtoteles *ibi.*

Quapropter iidem ipſi, qui hanc Iudici prædicto cauſu eligendi opinionem in Amici fauorem, facultatem eſſe dicunt, id præ oculis ſimul habendum eſſe monent, *ne affectus offundat caliginem intellectui,* cauendumque à pœna *capitis Cum æterni, de iudic. lib. 6.* vt, cum Ioanne Andr. efficit Abbas *in capite 1. de conſtitutionib. numer. 16.* Dominic. Sot. *de iuſtit. & iure d. lib. 3. quæſt. 6. art. 5. in fine*, Valer. Reginald. cæteriquè ſupra citati. Cautior, prudentiorquè tutiorum electio. Expers Amoris, vt Odij omnino Iuſtitia eſt.

Quare † vulgare illud dicterium *In du-* 26 *biis pro amico*, non quidem *pro Amico*, ſed *pro diabolo* dicunt Antoninus Theſaur. *deciſ. Pedemont. 189. numero 3. ad finem, verſ. Neque vnquam mihi placuit aliquorum opinio, qui ſimiles dubios caſus dicunt eſſe quæſtionem* pro Amico. *Soleo enim ego dicere, quod potius eſt caſus pro diabolo.* Ita etiam Ioannes Petrus Ala *de Aduocat. & Cauſidic. Chriſtiano, 2. parte quæſt. 72. circa princip. & columna tertia, verſ. Ideo*, cum Cottacio inſcitiam eorum irridens, qui aliquem eſſe poſſe

UAB Biblioteca de Ciències Socials

posse casum *pro Amico* existimant. Quid enim commune Amor, Amicitiavè cum Iustitia habet? Quæ (vt sæpe diximus, & *in Dialog. Relator. 3. p. cap. 19. num. 3.* ex Bernardo, Matienxius refert) *non nouit patrem, neque matrem, amicos, neque inimicos.* vtque, ex Diuo Augustino *sermone* 35. Scaccia *de sentent. & re iudic. cap. 1. glossa 4. quæst. 1. num. 60.* transcribit: *ipsa est, quæ patrem nescit, matrem ignorat, amicos perdit; & seipsam relinquit. Hinc est* (inquit Ioannes de la Haye *in illud Apocalyps. cap. 1. v. 13. Vidi similem Filio hominis in medio septem candelabrorum aureorum, num.* 308. de Christo Iesu Domino nostro) *quod à Dauide appellatur Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. psalmo* 109. *quia, iuxta Græcos interpretes apud Eng. quemadmodum Melchisedech nullo cognationis gradu tangebatur; quippe qui nullam habuerit cognitionem, sed fuerit sine patre, sine matre, sine genealogia. Heb. 7. ita Christus D. ab immodico cognatorum affectu adeo erat alienus, ac si nullo necessitudinis iure cum illis teneretur. Vade sicut illi, qui nullis mouentur affectibus, dicuntur,* Nati è lapidibus: *ita Christus dicitur à Propheta, quodammodo nasciturus è petra. Emitte* (inquit Esai. cap. 16.) *Agnum, Domine, Dominatorem terræ, de Petra deserti, Ac si nihilo magis quam lapis sentiendi, appetendique omnino expers, vllis, præter Iustitiam, affectibus tangeretur. Quod ipse satis ostendit, cum dixit Matthæi* 12. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? *Ac si suos consanguineos non agnosceret. Vt ostenderet (interprete D. Hilario) propinquitatum omnium ius atque nomen, non iam de conditione nascendi, sed de Ecclesiæ communione retinendum.* Ad quod maxime iudicandi vrget munus. Ideo enim Melchisedech sine genealogia (vt est prænotatum) quia *Rex iustitiæ* dicitur, vt Biblica Hebraicorum, Caldæorum, & Græcorum nominum interpretatio habet. Talemque Iudicem esse oportet.

Eo item respexit Præcursoris Baptistæ *Luce* 1. v. 5. parentum nominatio; parentum vero Eliæ taciturnitas. *Elias præco secundi aduentus subito sine patre & matre* 3. *Regum* 18. *ideo fit; quia Ioannes Præcursor fuit in testimonium carnalis generationis: Elias Præcursor erit in secundo aduentu, vbi carnalis generatio locum penitus non habebat,* vt ex Hugone transfert P. Ioannes Sylueyra *in commentar. textus Euangelic. lib. 1. cap. 4. quæst. 9. num.* 20. Idque ipsum vlterius explicans, ad propositum subiungit nostrum: *In primo aduentu venit Filius Dei vt esset Frater, ac Consanguineus noster, & ideo in eius Præcursore carnaliter, propinqui, ac parentes recensentur: at in secundo aduentu, in quo vt Iudex apparebit, in eius Antesignano nulla carnis indicia notantur, quia in eo nullus consanguinitatis, nec patris nec matris affectus. Cum rectus Iudex ab his omnibus sit alienus.* Multis deinceps Sacræ Paginæ locis id confirmans. Ergo

Exuat affectus, & amicum ponat, & hostem,
Qui rite officium legis obire volet.

Iudex enim † *ponit personam* Amici, *cum induit Iudicis,* vt belle Cicero *lib. 3. officior. pagin. mihi* 101. Quod recte Cleon, Themistocles, & Manlius Torquatus (ne alios referam) facto monstrarunt, vt prodit Anton. *in Miscel. p. 2. serm. 1.* Cleon siquidem *cum primum statuisset Rempublicam capessere, amicis in vnum locum conuocatis; eam quæ ei cum illis intercesserat amicitiam diripuit, tanquam qua in administratione ciuitatis rectum ac iustum institutum enolliat, & transuersum agat.* 27

Themistocles à quodam monitus vt Magistratu fungeretur: illum ideo se gesturum negauit, quòd in eo Amicitiæ respectus haberi non posset. *Nequaquam* (inquiens) *in eo sessurus sum Throno in quo Amici non meliori, sunt futuri conditione quam Inimici.*

Manlius Torquatus (cui omnium consensu delatus fuerat Consulatus) sub excusatione oculorum aduersæ valetudinis; verè tamen ex præfata; Consulatum recusauit, vt Valerius Maximus auctor est *lib. 6. capit. 4. §. 5.*

Aliorum Philosophorum dicta nihil ad nos. *Nam Plato & Aristoteles honesta quidem voluntate Iustitiam defendere cupierunt, effecissentque aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si virtutem ingenij, Diuinarum quoque rerum doctrina iuuisset.* vt scientissimi Lactantij respondeamus verbis, *Diuinar. institut. lib. 5. c. 18.*

Præterquam quod Cicero ipse, in contrarium adductus, non in Iudicibus loquitur, in quibus contrariam legem præfiniuit (quam ex eo *supra numero* 12. *&* 14. retulimus) Iudicum gratiam intra Iustitiæ limites, legumque decreta restrinxit, vt adiicimus *infra numero* 30. Quoslibet quoque etiam priuatos Amicos *vsque ad Deos* opitulari Amicis posse; Philosophorum sententia fuit, quos Gellius ipse *contrario loco* memorat. Estque 1. *Ethicorum* Aristotelis axioma: *Ambobus existentibus amicis, Veritate nimirum, & Homine: sanctum est, prahonorare Veritatem.* Vt enim in eius explicatione *Axiomatibus Philosophicis*, collectis à Venetabili Beda: *Amicus Plato, amicus Socrates; sed magis amica Veritas.* Inde (vt Cicero idem *in Lelio* inquit) *Nulla est excusatio peccati, si Amici causa peccaueris.*

Ex quibus descendit, † nullatenus licere Iudici Amici gratia probabilem eligere opinionem probabiliore relicta; acceptoremque tunc personarum videri, & teneri ad restitutionem. *Quia is cui fauet opinio existimata probabilior, censetur eo ipso dignior sententia fauorabili. Quare si alter in iudicio ei præferatur, quia fiet contra ius dignioris; personarum acceptio contra iustitiam distributiuam admittitur,* vt inquit Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitent. d. 2. p. lib. 23. num. 42. vers. Tertia propositio.* Prædixerat Sotus *d. lib. 3. de iustit. & iure, quæst. 6. art. 5. ad quartum*, in practicis, quæ aliena iura respiciunt, nefas esse Iudici, inquiens, infirmiorem opinionem sectari, Iudicemque aliter facientem 28

existere restitutioni obnoxium. Ne cæteros huius sententiæ defensores repetamus, quos & iam *supra, & proxima Annotatione elapsa n.* 18. retulimus. Quæ omnia longe opinionem istam securiorem & probabiliorem reddere palam est.

29 Quare † aut *faciam quod probi & modesti Iudices solent; vt in his cognitionibus se excusent, in quibus manifestum est alteram apud eum partem praualere*, vt Cornelius Tacitus ait *Dialogo de Oratoribus*, si id mihi liceat, (non enim adhuc satis expeditum, vt videre est apud Ioannem Petrum Fontanel. *decis. Cathalon. 1. & 2.* vbi late disputat: An Iudicum superiorum expectanda omnino recusatio sit, nec interim excusationi locus detur? Sed ad excusationem, eiusque admissionem optimus est textus, cuius non meminit ipse, *in l. Nec quicquam, 9. D. de offic. Proconsul.* vbi sic Vlpianus: *Sanè si fiscalis, vel pecuniaria causa sit, quæ ad procuratorem respicit Principis, melius fecerit si abstineat.* Imò suspicionem augeri si non annuat excusationi, affirmat (cum Hortensio Cauzlcano *de brachio Regio p. 3. num.* 323. Iosephus Ramonius *consil. 3. num.* 33.) Aut si non liceat; Amicum exuam, deponamque personã Amici. Nec tamen ambitiosè Inimici induam. *Est enim nonnunquam prauis Iudicibus hic ambitus aduersus Amicos, aut pro his quibus cum simultates gerunt, pronunciandi faciendique iniustè, ne feciſſe videantur.* vt perbelle Quintilianus *Oratoriar. institut. lib. 4. cap. 1.*

Quid ergo? Non interest Iudicem amicum & benevolum habere? Interest quidem; sed non tam ad principalem causæ decisionem, quam vt tibentius audiat, gratiosius auscultet, benignius, intra Iustitiæ limites se gerat, & intra eos illa quæ ipsius arbitrio aut potestati commissa sunt, humane dispenset, iuxta supra dicta, & proximè dicenda. *Tantum dabit Amicitiæ, vt veram Amici causam esse malit, & vt peroranda litis tempus, quoad per leges licet, accommodet: cum vero iurato dicenda sententia sit; meminerit Deum se adhibere testem*, vt optime Cicero *officior. lib. 3. pagin. mihi* 102.

Liceat mihi à Cicerone verba mutuare. *Tantum*, inquit, *dabit Amicitia, vt veram Amici causam esse malit.* Hic enim affectus (dummodo ad iniustitiam, turpevè aliquod non trahat) inculpabilis est, qui & Amici iustitiam diligenter inuestiget, non vt aliquid alteri detrahat, ad idvè gratia vel amore feratur.

Vt peroranda litis tempus, quoad per leges licet accommodet. vt, veluti diximus, gratiosius audiat, non fastidiosè fastidiosam quoque narrationem sufferat: vel aliquam etiam dilationem, seu expectationem, non alteri grauem, vtrique communem, proficuam concedat Amico, iuxta textum *in capit. Consuluit, 24. de offic. & potest. iudic. delegat. in d. l. 1. C. quomodo & quando iudex*, iamque *supra* dicta *in responsione ad tertium argumentum, n.* 20.

Maturè item prouideque adiecit Cicero qualitatem: *Quoad per leges licet.* Contra legem enim iniusta Gratia erit. Circa quod adhiberi illa distinctio solet: *Aut arbitrium Iudicis versatur circa solum commodum ipsius Iudicis, aut circa commodum partium.* In primo casu gratificati alteri parti, si scandalum inde non insurgat, Iudicem posse: In secundo, etiam scandalo dempto, nequire. Sic, ex Theologorum recepta opinione, discriminat Ala *de Causidico Christiano 2. p. quæst. 71.* Exemplum in primo casu assignat; Velit pro arbitrio, nolitve Iudex diebus festis, vel carnis priuij (quibus consuetudine fori, iura silent) partes audire. *Hoc casu* (inquit) *potest sine peccato Iudex cui maluerit parti gratificari. Quia potest renunciare his omnibus, quæ fauore suo fuerunt introducta. Et ideo poterit tali die audire aduocatum vnius partis, alterum vero diuersæ partis in aliam diem reiicere, dummodo id faciat sine scandalo.*

Secundi casus exempla sic proponit: *Assignare longum vel breuem terminum: Excitare dubitationes, vel non: Expectare aduocatum, vel non expectare, & similia. In quibus exemplis non potest Iudex aliquid concedere vni parti, alteri vero denegare, quin grauiter peccet, etiam si nullum scandalum consequeretur. Ratio est: quia Iudex publicus Minister Iustitiæ, habet facultatem à Republica & Principe ad distribuendum commune: Ergo debet inter partes æqualitatem obseruare, nisi iusta causa contrarium suadeat.* Continuò nectens: *Verum quidem est, non posse legem omnes casus comprehendere, & propterea multa remittere ad Iudicis arbitrium: sed hoc arbitrium non est vsque eo extendendum, vt ad sui libitum possit Iudex vni parti concedere, quod alij neganit, & è contra, vt declarat Sotus de iustit. & iure, lib. 3. quæst. 6. art. 5. Michael Salon, Dominic. Bañez, & Gregorius de Valent. ad S. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 4. Sed melius omnium Salon ibi, controuers. 1. conclus. 1. & 2.*

At id quidem in iudiciariis non perpetuum est, iuribus in contrarium stantibus, telatis iam *supra num.* 20. & illicò iterandis. Ratio item præstita regulariter viget; specialiter languet, in casibus nempe iudiciariis exceptis, & Iudicis potestati relictis: in quibus, principalis causæ salua illæsaque manente iustitia, aliqualis gratiæ Iudici facultatem concedunt iura *in d. l. 1. C. quomodo & quando iudex, in l. Non quidquid, 40. D. de iudic. & d. cap. Consuluit, 24. de offic. & potest. iudic. delegati.* vbi Glossa *verbo Gratiam fecerit*, ex eo sic notat: *Ecce quanta potestas datur Iudici circa iudicia, vt possit parcere contumaci in præiudicium alterius.* Non enim in his iuri partis in se radicatum habentis, de trahit; suum dispensat.

Optamus vt & in his Amicitiæ, Amorisvè obliti Iudices, æqua omnes lance metiantur, æquali ponderent iustitiæ libramine: Si quid verò (prædictorum iurium facultate confisi, in his, quæ principale negotium, causæque decisionem non tangunt) Benevolentiæ & Amicitiæ dederint: quis eos sic grauiter

UAB Biblioteca de Ciències Socials

grauiter damnare audebit pro quibus nec leges, nec Sacri Canones damnant, sed eorum nominatim potestati & gratiæ relinquunt? *Sufficit diei malitia sua.* vt est apud Matthæū *c.6.in fine.* Satis scopulorū hoc iudiciale fretum, quibus Iudices elidātur, intra ius ipsum habent; quid citra ius alios adiicere prodest? Indulgentiam, quam Iudici concedunt Iura, scrupulosè imò periculosè negabo? Pontificis gratiam in odium retorquebo? Id naturalis, id iuris ratio vetat, *cap. Quod ob gratiam, 61.de regul.iuris, lib.6.l. Nulla iuris ratio, 24.D.de legib.l.quod fauore, C.eod.tit.* Attamen non iuris, non gratiæ, arbitriique Iudex laxet habenas, sed intra Canonum, legumque sancita se contineat, non vltra progressus, iuxta supra notata, non tam Amicum quam Deum præ oculis habens.

31 *Minus possunt Iudices* † (prosequitur Petrus Ala supra) *arbitrio suo gratificari amicis in tempore, hoc est, expediendo & determinando prius eorum causas, prioribus posthabitis. Quia regulariter debent in causas antiquiores, & prius ad se delatas incumbere: alias graviter peccant, & obligantur ad damna. Michael Salon vbi supra, vers. Ex his sequitur.* Idque aperto iure, moderamine saltem subiicendo inferius. Habet enim prior in tempore, in eo potius ius, *cap.qui prior, de regul.iuris, lib.6.* cum vulgatis. Et nominatim cauetur *Regia lege 24.tit.5.lib.2.noua Regia collection.* disponente: *Que los processos primeramente concluſos se vean, y determinen por los nuestros Oydores y Alcaldes, y los otros Iuzgados de las Audiencias primeroque los que postrimeramente fueron concluſos, auiendos quien lo pide: y que se ponga el dia de la conclusion del pleyte en las espaldas del proceso* &c. Addens: *Sobreque encargamos las consciencias de los Oydores.*

Notandum autem, dixisse prouide: *Auiendo quien lo pide*, ne Iudicem alias prioris conditionis ignarum grauet, cum nec litium, nec earum status teneatur habere notitiam; nec illarum ad id descriptiones fieri soleant, tametsi expediret, incumbatque petitio parti; cuius omissio excusatum, immunemque reddit Iudicem & ex legis huius decisione, & late supra dictis *hac ipsa Rubrica Annotatione 5.num.13.18.25.& 26.* Parte vero instante, & Iudicis obligatio instabit, ni aliqua rationabilis causa aliquando recentiorem præponi suadeat, vt *Regia Indicat lex 66.tit. 14.lib. 2. summar. collection. Indiar.* prouidet: *Que se vean primero los pleytos que primero estuuieren concluſos, si al Presidente y Oydores no pareciere que conuiene en algun caso lo contrario.*

Graue quidem si gratia: at quanto grauius si pecunia vel pretio hic præuertatur ordo; vt expendit Layman. *Theolog. moral. lib. 3. sect.5.tract.4.cap.4.n.9.* cumque aliis Ioan. Paul. Xamar *de offic.Indic. & Aduoc. p. 1.q. 19.num.44.*

Siue autem pretio, seu gratia (discrimine grauitatis, quod ex se patet, omisso) magna quidem sine legitima causa, istius inuersio legis litigantibus affert dispendia solet. Quibus nec superiores regimine potientes reddantur obnoxij, non pro voluntate, sed pro Ratione præfinito derogent ordini: nec gratiosi cum aliorum detrimento apparere velint, nihil posse iudicantes decepti, nisi omnia possint, iuxta Horatium *Epod. Oda 4.*

Quod non potest vult posse qui nimirum potest.

Cumque facere quodlibet licet: iuste sibi omne æstimat licere, quodlibet. iuxta D. Gregorium *Moral.lib.5.cap.8.*

Idque licere putant, quod non licet.

vt est apud Tertullianum *in carmine ad Senatorem ex Christiana Religione ad idolorum seruitutem conuersum, cap.* 1. Equidem *Mala Potestas, Posse quod non licet*, vt discindit Ambrosius *Psalmo* 118. in illud: *Miserationes tua multa nimis Domine, secundum iudicium tuum vinifica me. col. 3.post principium.* Bona, quæ *quod per Iustitiam non licet: nec per Potestatem licere cognoscat.* ipsius discretione & differentia *in Apolog. Dauid posteriori, cap.* 3. Cum maius imperium sit, subdere se legibus, subdere se Rationi, vt *Rubrica 1. Annot. 3.§.3. numer. 15. & seq. Rubric. 3. Annot. vnic. numero 2. & seq. & hac quoque Rubric. Annot. 1. num. 24.& 28.* comprobauimus. Quid Imperium? Beatitudo est *Ægypti Reges non ex voluntate, sed ex Lege priuatam vitam agere*, Diodorus Siculus prodit, *rer. antiquar. lib. 2. cap.* 3. Sed *neque id agre ferebant, existimantes parendo legibus* Beatos *fore*, ipse addit. *Illi enim, illi auide Regna desiderant, quos soluta legibus delectat vita, quorum crudelitas indemnatos necandi, cupiditas priuata capiendi, libido honesta fœdandi, ius atque impunitatem requirunt.* recto Pacati discursu *Panegirico Theodosio dicto*, sicque deinceps laudato: *Idem qui fuisti, & tantum tibi per te licet, quantum per leges licebat.* Quæ contra legem, contra Rationem Potestas! *An hac posse non est Potētia, sed Impotentia? Nam qui hac potest, quod sibi non expedit, & quod non debet, potest: quæ quāto magis potest, tanto magis Aduersitas & peruersitas possunt in illū, & ipse munus contra illas. Quis ergo sic potest, non Potentia potest, sed Impotētia. Non enim dicitur Posse, quia ipse Possit; sed quia sua Impotentia facit aliud in se posse*, vt oculatissimè D. Anselmus, id latius explicans, *in Prosologio c.7.* Itaque

Regi plura licent, non vt tamen omnia possit.

Quid plura? *Dominus omnium dicit*: Non possum ego à me facere quidquam. *Non potest vtique, non per Infirmitatem, sed per Integritatem: non per Impossibilitatem faciendi; sed per obseruantiam iudicandi. Quid non potest, qui omnia potest, nisi quod posse nolit? Non vult posse quod damnet, non vult posse aduersus fidem, non vult posse aduersus veritatem. Audi postremò ipsum dicentem cur non possit à se facere quidquam:* Sicut audio (*inquit*) iudico. *Hoc est, non ex mea Potestate decerno, quod libitum, sed ex iudicandi religione, quod*

Iustum

Iustum est: Et ideo iudicium meum verum, quia non voluntati meæ indulgeo; sed Æquitati. Ambrosij expositione *d. Psalmo* 118. *Octonar.* 10. *vers. Miserationes tuæ multæ nimis &c.*

Hæc vera Potestas, hæc toto conamine imitanda Rectoribus: simia altera fugienda pestifera. Iniusta, turpis, & Imperantis Maiestate indigna illa vox apud Horatium *sermonum lib.* 2. *Satyra* 3.

Rex sum. Nil vltra quæro plebeius.

Iusta quidem, Præclarior, & Augustior illa *apud eundem ibidem:*

Æquam
Rem imperito: ac si videor non iustus, inultò
Dicere qua sentit permitto.
Rara quidem virtus quam non Fortuna gubernat.

vt appendit Ouidius *Tristium libr.* 1. *Eleg.* 14.

Nam prompta res est ad scelus Potentia.

vt & *Carminibus distichis* sententias formans Nazianzenus, hanc vltimam modulatur *vers.* 47. Fœlix qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala & non fecit. Stabilita sunt bona illius in Domino. *Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua.* cum Ecclesiastico *cap.* 31. *v.* 9. Equidem *difficile factu est, Gloriam virtute superare,* vt fatetur Hieronymus *epistolarum lib.* 3. *epist. ad Saluinam, de viduitate seruanda*: at ob hoc ipsum Gloriosius.

Vt autem neque imaginariæ impossibilitati succumbas, nec difficultati cedas, aut aliquid ex hoc tibi decrescere putes: sed Maxima accrescere noscas: testimonia (præter iam relata) proficua antidota, & salubria medicamina cape. Scias, tantum quantum vult, posse, qui ad Rationis metas, qui ad legum, iurisque normam Potentiam metitur, nec progreditur, aut transilit vltra. *Tantum enim quantum vult, potest, qui se nisi quod debet, non putat posse.* vt argutissime Seneca *epistola* 90. Quod vt fœliciter assequaris:

Quanto plus liceat, tam libeat minus.

Cleoboli pharmaco *apud Erasmum de dictis Sapientum.* Itemque *Potestas cum habetur, & cogitanda est ad vtilitatem, & dissimulanda propter tumorem: quatenus is qui ea vtitur, & vt prodesse debeat, posse se sciat: & vt extolli non debeat, posse se nesciat.* Gregorij pariter documento *Moral. lib.* 5. *cap.* 8. Idque non tam vt mirabilis fiat, licet & fiet; quam vt stabilitis bonis in Domino, ita coërcita, in rectumque subacta Potestate, fruatur.

Longum in id sermonem traxisse videbimur. Vtinam & proficiat. Dolemus tam frequenter abuti Potestate; quam bene vti postulat ipsa: dominari legibus eos, qui famulari præcipuè debent: eisdem præsidere, qui earum custodiæ Præfecti, tutelæque Præsides dati sunt. Vix *dictam legem* 24. *& 66.* (de quibus vsque adhuc, quæque hunc duxere discursum, quarum in obliuionem abiciat vsus partibus hisce, maximo litigantium damno) nixu qualicumque nostro (maximo litigantium bono) ad praxim reduci fecimus: cum rediit abusus. Nobis de obligatione monere, iuxtaque nostram conari, satis. De cætero quibus hæc principaliter tangunt, viderint.

LIBRORVM CVMVLO circunstante.

RVBRICA XV.

QVALITER STVDIO, literisque nauandum Ius profitenti? Quam in litibus discutiendis, & terminandis diligentiam adhibere? Quam Iuris habere peritiam? Quamque opinionem sequi Magistratus debeat?

SVMMARIVM.

1 *Iustitiæ Præses quare* librorum cumulo circunstante *pingatur?*
Iudex nullum tempus vacuum à labore, litterarumque exercitio habere debet, sed esse librorum inseparabilis comes, Diuinorum præcipuè. Nihil enim nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi Dei scientia coronemur: ad illamque assequendam, hæc maximè proficit. ibi. & num. 8.

2 *Qui etiam senes litterarum studio operam nauarint?*
Omnibus annis studere, honestum est, nec vlla ad perdiscendum ætas sera tandiuque studendum, quandiu nesciat, seu potius quandiu viuat: nec satis est studuisse, sed semper studere necessum est, curaque sapientia crescit. ibi. & num. 9. & seq.

3 *Decet Iudices & studiosos, & doctissimos esse. Quia rectum discernere à prauo, non valet nisi sapiens. Cum & mala sint vicina bonis, & virtutis velamen sæpè vitium induat: difficilisque ideo captu sit Iusti inuentio, studium laboremque postulans.* & num. seqq.

4 *Quid sit Sapientia? remissiuè. Quamque in Iudice necessaria?*
Regendi munus ars omnium summa, & difficilior. ibi.

5 *In Iudice duo sales desiderantur, Sapientia, & Conscientiæ.*

6 *Sapientia decet Prudentiam & Iustitiam, quæ seruari non potest nisi à Sapiente. Nec facile erroris vitio sordescit, quem Doctrina purgauerit.*

7 *Non potest consistere Respublica, nisi is qui imperat habeat Sapientiæ studium.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

9 *Iudex futurus quibus temporum curriculis ſtudiis, litteriſque vacare debeat?*

10 *Sententia repentè, ſineque librorum reuolutione lata nulla eſt. Nihil à Iudice præcipitanter, aut improuida feſtinatione agendum.* & num. ſeq.

11 *Feſtinatio improuida eſt & cæca. Eſt inimica conſilij, nouerca Iuſtitiæ. E contra, Cunctatio prouida. Quæque ea ſit?* num. ſeq.

12 *Reuiſionis ſententia an & quando nouum ſtudium, librorumque poſtulet reuolutionem?*

13 *Curare debent Iudices vt bonum breuemque lites recipiant finem. Quod ad earum deciſionem, interlocutoriaque etiam decreta à iure Regio Senatoribus, inferioribuſque Iudicibus tempus ſit præfinitum?*

14 *Diligentia ſummopere in Iudicibus deſideratur. Eſt mater omnium virtutum, ſeu requiritur in qualibet virtute; maxime in diſciplina ſtudio, quod plurimum laborem exigit, cuiuſque vt cæterarum artium mater eſt.* & numer. 16.

15 *Negligentia inuenitur in qualibet peccato. Oppoſita eſt virtuti Prudentiæ, omnino in Iudice neceſſaria, diſciplinæ & eruditioni, cuius eſt nouerca. Omnia ledit, & vbique culpabilis eſt: valde iuri exoſa, ab eoque multifariè punita.* & numeris ſeqq.

16 *Imprudentia quaſi delictum in Iudicibus vindicatur, ex eaque tenentur.*

18 *Iudex negligens in adminiſtranda iuſtitia an faciat litem ſuam, & ad totale partis intereſſe teneatur?* & numeris ſeqq.

19 *Iudex etiam peritus, qui quia materiam ſtudere, libroſque volvere neglexit, iniuſtam ſententiam protulit, ad reſtitutionem in conſcientia foro tenetur.*

Omiſſio Iudicis, & eorum qui ex officio aliquid facere tenentur, vicem commiſſionis tenet: & culpa annumeratur. ibi, & n. 24.

20 *Iudicis negligentia dolus eſt, ſeu proxima dolo.*

In dolo eſt is, qui non vult facere id ad quod tenetur, cum poſſit. ibi.

21 *Qui per dolum iudicat, litem ſuam facit, ad totale intereſſe in exteriori fore parti tenetur; & in interiori mortalem contrahit culpam, & reſtitutionis obligationem.* & num. 33.

An grauius delinquat Iudex negligens, & ſic in omittendo quam in committendo.

23 *Per imperitiam male iudicando?*

24 *Qui negligit facere, qua ratione officij tenetur, grauis lataliſque culpæ reus eſt.*

Et an aquè vt in Prælatis Eccleſiaſticis, in ſecularibus Iudicibus procedat aſſertio?

25 *Quæ culpa ſeu negligentia mortalis ſit in Prælatis?*

26 *Ex negligentia diſſoluta ſyndicari, & puniri Iudices poſſunt & debent. Quidque ex leni culpa, de iure aut conſuetudine?*

Ex leni culpa, & quæ peccatum mortale non contineat, an Iudex ad reſtitutionem teneatur? ibi.

27 *Diſſoluta negligentia in Iudice eſt, cum requiſitus iuſtitiam retardat, eamque miniſtrare nequit. Et an vnica requiſitio ad id ſufficiat, ſeu trina deſideretur?* n. 28. *Quid vbi pars non adeſt, & ex officio procedere debet Iudex?* n. 29. *Et quando, ſeu ad quid nulla neceſſaria requiſitio ſit?* num. 31. & 32.

30 *Iudex negligens in criminali cauſa, ſeu in inquirendo, ſeu in pœnarum inflictione, ſiue officio ſuo, ſiue ad inſtantiam partis procedat, an ad reſtitutionem in conſcientia foro teneatur? remiſſiuè.*

31 *Quilibet diligens præſumitur, maxime Iudex, quem omnia ritè & rectè executurum ius confidit, & præſumit.*

32 *Clauſula* Iuſtitiam peto, *quid importet?*

34 *Quilibet ea ſcire tenetur, quæ ad officium ſuum peragendum neceſſaria ſunt. Quamque culpam contrahat, qui illa ignorat?*

35 *Sic imperitus & iudicandi muneri inſufficiens, vt veriſſimile ſit aliquod inde notabile detrimentum proximo euenturum, illud acceptans indignitatis ſuæ conſcius, mortaliter peccat acceptando & retinendo; ad reſtitutionemque damnorum inde ſecutorum tenetur.*

36 *Cum onere metienda ſunt vires.*

37 *Imperitia in iure culpa annumerâtur: maleque per imperitiam iudicans, quaſi delicti reus eſt. An quando, ex quavis imperitia litem ſuam faciat, & ad totale intereſſe, vel pro religione iudicantis teneatur?* & numer. ſeqq.

40 *Per imperitiam abſque dolo male iudicans in cauſa capitali, ſententiamque exequitur, qualiter puniatur?*

41 *Pro ſententia nulla, ſeu de cuius errore apparet, executioni non mandata, qualiter Iudex teneatur?*

42 *Si Iudex mediocriter ſaltem peritus congruentem in facto iureque diſcutiendo diligentiam adhibeat, veritatis attingendæ deſiderio; & adhuc humana fragilitate erret, iniuſtamque ſententiam proferat, vel pœnam non relaxandam relaxet: in interiori & exteriori foro excuſatus exiſtit, ad nullamque tenebitur reſtitutionem.* & numer. ſeqq.

44 *Non eminens in Iudice ſcientia neceſſariò requiritur, etſi expediat, ſed mediocris ſufficit.*

Scientia multa inflat. ibi.

Eminentis ſcientiæ homines vix reperiri valent. Natura mediocribus contenta eſt. ibi.

45 *Quæ in Iudice ad cauſarum diſcuſſionem diligentia requiritur, vt à peccato & reſtitutionis obligatione, etiam ſi erret, excuſetur?*

46 *Qui iudicat ex amore iuſtitiæ, etiam ſi præter intentionem erret, non iudicabit contra iuſtitiam, nec iniuſtus dici poteſt, niſi materialiter. Cum qualitatibus ſaltem expetitis* à num. 42.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Intemio operi nomen imponit. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

Malitia rectum corrumpit iudicium, & errare facit circa iudicia practica. ibi.

47 *Qualem ad Iustitiam affectum habere debeat Iudex?*

48 *Nimia subtilitas, sui confidentia, & singularitas veritatis attingendæ desiderio nocet. Communibus Doctorum opinionibus adhærere Iudices debent. Limitatur: & intelligitur* numer. 51. & seqq.

49 *Sententia contra communem lata an valida sit?* & num. seq.

50 *Contra communem iudicans an teneatur in syndicatu; litem suam faciat, & ad partis interesse obstrictus sit?* & numer. seqq.

51 *Iudex non tam aliorum opinione, quam sua iudicare debet. Nec semper multorum opinio melior est, nec ex numero, sed ex ponderе æstimanda.* & num. seq.

52 *Quando à communi deuiare Iudici liceat?*

53 *Non debet Iudex sue adeo indulgere opinioni, vt facile à communi recedere posse existimet, plus æquo ingenio suo deferens, aut eius acumini credulus: non sapiens apud semetipsum, nec abundans in suo sensu.*

Initium sapientiæ, imperitiæ sua agnitio: neglectum hoc confidentes & miseros facit. ibi.

54 *Veneranda, non rodenda Antiquitas, & cum excusatione, si quid non perfectum tradiderit, videndum: quia nulla res consumatur dum incipit.*

ANNOTATIO I.

SVMMO quidem iure Iustitia, seu Iustitiæ Præses *Librorum cumulo circumstante* depingitur, vt
1 indefessum[a] anxiumque laborem, quem legalis disciplina requirit, monstret; vt diligentiam in eorum reuolutione ad iudicium rectum, ad breuem litium expeditionem Effigies suadeat (quia *nulli sapere casu obtigit*, vt Seneca ait *epist.* 77.) Vt imperitiæ damna, negligentiæ discrimina ante Iudicum oculos ponat: vt nullum tempus vacuum, otiosumvè ab huiusmodi exercitio relinquat, iuxta textum *in l. 1. C. de assessorib. in §. Quorum, in §. fin. & vtrobique Glossam in proœmio institution.* quamque compegimus exornationem *tractatu de priuilegiis miserabil. personar. 3. p. q. 12. n. 3. & 4.* Vtque nulli ætati, tempori, molestiæ, angori, aut lassitudini parcat. *Studendum* enim *semper & vbique*, axiomate Quintiliani *Oratoriar. institution. lib. 10. c. 7.* Catonisque suasu *lib. 1. apud Erasmum*:

Discere ne cesses. Cura Sapientia crescit.

& infra proxime laudatorum exemplo. In
2 disciplina studioque maxime nostro, quod † in septuagesimum annum protulisse testatur Pomponius *in l. Apud Iulianum, 20. D. de fideicommiss. libertat.* celebre insimul illud Iuliani Consulti dictum referens: *Etsi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.* Etenim *nulla ætas ad perdiscendum sera est*, vt *epistolar. lib. 2. epistola 12. ad Imperatorem Valentinianum*, D. Ambrosius ait. Ideoque *omnibus annis studere, honestum est*, vt Seneca *epistola 36.*

Cato octogenarius iam, & Græcis litteris, & Iuri Ciuili operam nauauit: adeo vt in Curia libros lectitaret.

Terentij Varronis in eodem lectulo & Spiritus & egregiorum operum cursus extinctus est.

Liuius Drusus, ætatis viribus, & acie oculorum defectus, Ius Ciuile populo benignissimè interpretatus est, vt horum, similiumque relationem intexuit Valerius Maximus *lib. 8. c. 7.*

Seneca vltimæ iam ætatis, gymnasia, vt adhuc disceret, frequentauit, & sui ipsius *epistola 76.* facti proditor, & aliorum fideiussor. *Quid enim stultius* (vt ipse ibi) *quam quod diu non didiceris, non discere? Tandiu discendum est, quandiu nescias. Et, si prouerbio credimus, quandiu viuis*, Magisterium & in sua disciplina sic ostendens: *Ego tamen hic aliquid & doceo. Quæris quid doceam? Etiam seni esse discendum.* Est enim inhumanum, & prorsus à ratione alienum, nolle discere, quia non didiceris. Nequissimum imperitorum facinus, qui *nolunt discere, quia nunquam didicerunt.* vt Seneca ipse *de Ira lib. 3. capit. 36.* Non modo à publico Regimine; sed ab hominum, si fieri posset, relegandi commercio. Nullum siquidem hi cum Iustitia habent. Quæ vt Iustum ab iniusto discernat, maximè laborat. Quia † *difficilis captu* 3
est Iusti inuentio, facileque effugere solet parum animaduertentes. vt, ex Agapet. Admonitione ad Iustinianum, *in prælud. optim. Iurisconsult. lib. 2. cap. 35. in princip.* scribit Petrus Gregorius. Sæpè namque

Decipimur specie recti.

vt & aduertit Horatius *de Arte Poëtica.*

Fallit enim vitium specie Virtutis, & vmbra.

vt Iuuenalis *Satyra 14. In hac enim maxime parte vita nostra peccat, nempe in eo quod plene intelligere non possumus, quid natura bonum & honestum sit, quid falso tale putetur. Nam si nuda vitæ proposita malitia, nequitiaque, & non honesti quadam imagine obducta atque decolorata esset: genus humanum ad eam non transfugisset. Quocirca intelligentia atque prudentia nobis est opus ad propositi dicti cognitionem, vt edocti quæ sit vera insiti intellectus pulchritudo, ad eam formetur*, vt & pariter edocet Nyssenus *Oratione quinta, de Beatitudinibus*, & iterum *lib. de Hominis opificio, capit. 20.* id latè prosequens & demonstrans. *Quædam enim falsa, Veri speciem ferunt.* vt Seneca *de Ira libr. 2. capit. 12.*

Et

Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo

Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

vt Ouidius *de remed. amor. lib.* 1. Vtque *de formula honestæ vitæ, tit. de Prudentia*, Seneca idem: *Sæpe faciem Mendacij Virtus retinet: sæpe Mendacium specie veritatis obcluditur.* Etenim *est quædam virtutum vitiorumque vicinia, qua Maledicus pro libero, Temerarius pro forti, Effusus pro copioso accipitur.* vt Quintilianus *Oratoriar. institution. lib.* 2. *capit.* 13. In idem *Moralium lib.* 3. *capit.* 19. D. Gregorius: *Quædam se nobis vitia sub specie virtutum tegunt, & quasi blanda ad nos facie veniunt: sed cuius aduersitatis sint, discussa sentiuntur*, & Curæ Pastoralis 2. p. cap. 9. *Scire etiam Rector debet, quod plerumque vitia Virtutes se esse mentiantur. Nam sæpe sub Parsimoniæ nomine se Tenacia palliat: contraque se Effusio sub appellatione Largitatis occultat. Sæpe inordinata Remissio Pietas creditur, & effranata Ira spiritualis Zeli virtus æstimatur. Sæpè Præcipitatio Velocitatis efficacia; atque agendi tarditas Granitatis consilium putatur.* Eundem longè discursum protrahit *Moralium lib.* 32. *capit.* 17. *col.* 4. *post medium.* Sic & *Meditationum capit.* 11. D. Bernardus: *Sæpe Vitium est, quod Virtus putatur. Sic remissa Segnities Magnitudo creditur, & Pigritia vitium quietis virtutem imitatur.* & lib. de ordine vitæ, col. 11. ad finem: *Superbus vult se credi Constantem: Prodigus Liberalem: Auarus Diligentem: Temerarius Fortem: Inhumanus Parcum: Gulosus Humanum. Impudentia Constantiæ sibi nomen adscribit. Procacitas appellationem Liberalitatis ostendit: Eloquentiam Verbositas fingit: & Curiositatis malum sub studij spiritualis colore delitescit. Nam interdum sub prætextu Iustitiæ Crudelitas agitur, & putatur esse Virtus, quod nimirum vitium est. Sicut remissa segnities Mansuetudo esse creditur: & quod agit torpens Negligentia, putatur agere Indulgentia pietatis. Item Timor sub specie Obedientiæ occultatur, & dicitur virtus Humilitatis, quod tamen vitium est Timoris. Porro vitium Inquietudinis virtutem se vult vocari Solicitudinis: & Præcipitationis facilitas Feruor boni studij creditur: & bene agendi Tarditas Consilij esse videtur, cum tamen ista sit virtus, illa vitium. Per hæc multi decipiuntur, & negant se esse deceptos.* vt subdit, & Apologia ad Guilielmum Abbatem Sancti Theodori: *Parcitas putatur Auaritia: Sobrietas Austeritas creditur: Silentium Tristitia reputatur. E contra Remissio Discretio dicitur: Effusio Liberalitas: Loquacitas Affabilitas: Cachinnatio Iocunditas: Mollicies vestimentorum, & equorum fastus Honestas: Lectorum superfluus cultus Mundicia.*

Quorum quidem omnium discretio, Iustique cognitio & adeptio laborem studiumque requirunt, disciplinam exigunt, sapientiam postulant. *Rectum enim discernere à prauo, quis potest nisi sapiens?* vt bene Lactantius rogat *Diuinar. institution. lib. quinto, capit. decimooctauo*, Ad quod Salomon *Regum tertio, capit. tertio*, Sapientiam à Domino postulauit. *Dabis ergo* (inquiens) *seruo tuo Sapientiam, vt populum tuum diiudicare possit, & discernere inter bonum & malum.*

Perinde *Decet Iudices doctissimos esse, ne dicere valeant, tanquam legem sanctam ignorantes, bonum malum, & malum bonum*, vt *Serm.* 35. Augustinus inquit. *Impossibile est enim eum qui non præeruditus sit in Iustitiæ cognitione, ambiguas res rectè iudicare posse.* vt Basilius Magnus *Homil. in initium Prouerbiorum.* Sapientiaque propterea ipsa *cap.* 6. clamat: *Discite Iudices finium terræ.* Psalmo 10. v. 10. Rex Psalmista: *Erudimini qui iudicatis terram.* Imperator Iustinianus *in §. fin. præmij institution.* & Gloriosissimi Principes nostri *in l.* 18. *tit.* 9. *partit.* 2. *in l.* 3. *tit.* 4. *part.* 3. *& in l.* 1. *tit.* 4. *lib. secundo, noua Regia collection.* requirunt: *que sean personas sabias, y doctos en las leyes y derechos.*

Alitet *Ignorantia Iudicis plerunque est calamitas innocentis*, vt Augustinus inquit *lib.* 19. *de Ciuit. Dei, capit.* 6. Bene comprobat Petrus Gregorius *in prælud. optimi Iurisconsult. lib.* 2. *cap.* 35. vbi multipliciter *Sapientiam* demonstrat, † Quid sit, quamque in Iudice & *Doctrina* patiter necessaria. Quod & præclare D. Thom. manifestat *de Regim. Princip. lib.* 1. *capit.* 15. inquiens: *Regendi & gubernandi munus ars omnium summa & difficilior inter omnes totius mundi artes. Indigetque proinde scientia & Sapientia nimia.* Quod desumpsisse videtur à Diuo Gregorio *Cura pastoralis p.* 1. *capit.* 1. incipiente: *Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo Magisterium Pastorale suscipitur in magna temeritate: quoniam ars est artium regimen animarum.* seu à Diuo Ioanne Chrysostomo *in epistolam posteriorem ad Corinth. Homil. decimaquinta*, Enimverò *cum difficile sit scire parere: multò difficilius esse videtur hominibus scire imperare.* vt considerat Nazianzenus *lib. primo, Apolog.*

Quo autem difficiliot ars maioti Scientia Sapientiaque indiget. *Ciuilis autem Scientia* † *idem quod Sapientia est*, iudicio Quintiliani *Oratoriar. instit. lib.* 2. *cap.* 16. Sed nostro quidem, distincta prorsus nulla vtriusque arbitramur officia, cum Abulensi *Deuteron. cap.* 16. *quæst.* 5. qui explicans illud vers. 18. *Vt iudicem populum iusto iudicio.* ait: *Ad hoc autem duo necessaria sunt. Primum, quod essent viri Sapientes in lege, cognoscentes leges iudiciales, & insuper Prudentes essent, vt scirent alias causas, quarum determinatio scripta non reperiretur, applicare ad rectam rationem: Secundum requirebatur, Bonitas Iudicis secundum*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

virtutem moralem. Nam dato quod aliquis sciat quod agendum est, si non habeat habitum virtutis bene inclinantem, ducetur à passione ad oppositum. Vnde rectissimè *in l. 1. C. de sentent. ex pericul. recitand.* dixit Baldus duos Sales in Iudice desiderari, *Sapientiæ* scilicet ne sit insipidus; & *Conscientiæ* ne sit diabolus. Quæ sequuntur Iaso. *in l. Rem non nouam, C. de indic. notab.* 1. Florian. *consil.* 15. *num.* 15. *& seq.* Ceruant. *in l. 2. Tauri num.* 3. ex multis aliis Azeued. *consil.* 30. *numer.* 10. Cardinal. Gabriël Paleot. *de Sacri Consistor. consult. in conclus. post tract. memb.* 4. Octauian. Cacheran. *decis. Pedemont.* 1. *num.* 43.

Ad Conscientiam autem, rectumque iu-
6 dicium † plurimum Sapientia valet. Quæ veluti & *Prudentiam docet & Iustitiam*, Sapientiæ ipsius testimonio *cap.* 8. *v.* 7. Ideo *professionem constat esse Iustitia, legum peritos Iudices ordinare: quia vix potest negligere, qui nouit æquitatem: nec facile erroris vitio sordescit, quem Doctrina purgauerit,* vt scitè apteque Cassiodorus *lib.* 8. *epist.* 18. Alioqui *sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem*, iuxta Ecclesiasticum *cap.* 16. *v.* 8.

Apud Ægyptios inde Sacerdotes ex Sapientibus; & ex Sacerdotibus Sapientibus Reges eligi consueuere. Quoniam *qui sapientia, consilioque vitam instituunt, in paucis offendunt.* vt & Diodorus Siculus tradit *Rerum Antiquar. lib.* 2. *c.* 3. Etenim *seruari Iustitia nisi à Forti viro, nisi à Sapiente non potest,* vt Cicero affirmat *lib.* 6. *de finib.* Quæ vniuersi stabilimentum est, vt *Rubric.* 9. *Annot.* 1. *n.* 2. comprobauimus.

7 Eaque ratione † *Rempublicam negat posse consistere* Plato, *nisi is qui imperitet habeat sapientiæ studium,* vt ex eo Apuleius prodit *de Philosophia, pag. mihi* 53. Eadem de causa *Isaiæ cap.* 32. *v.* 5. dicitur: *Non vocabitur vltra is qui Insipiens est, Princeps.* Sed *Intelligens Gubernacula possidebit.* ex Sapiente *Prouerbiorum primo, v.* 5. & *Iudex Sapiens iudicabit populum,* Ecclesiastici decreto *capit.* 10. *v.* 1. sciens

Vera quid à falsis, quid ab vmbris lumina distent.

vt est apud Tertullianum *in Carmine ad Senatorem ex Christiana Religione ad Idolorum seruitutem conuersum, capit. secundo,* Enimverò

Hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet.

Qui cum illis frequens commercium habet,
8 † fitque inseparabilis comes. vt *Deuteronom. cap.* 17. *v.* 18. consulitur, seu potius præcipitur: *Postquam autem ascenderit in solio Regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & cæremonias eius, quæ in lege scripta sunt.* Et Iosuë 1. *v.* 7. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* Quod & similibus verbis, & sensu eodem sic Hieronymus commendat Eustachio: *Tenente codicem somnus obrepat; & cadentem faciem Sancta Pagina suscipiat.* Diuinæ itaque legis in primis assuescamus lectioni meditationique assiduæ. Quo nihil ad Sapientiam, scientiamque assequendam præstantius. *Psalmo* 118. *v.* 99. & 100. Psalmista dicente: *Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. Labor ipse* (Ambrosij documento de Abel & Cain lib. 2. cap. 6. ante finem) *disciplina sit, non oneri futurus, sed vsus. Cœlestium Scripturarum alloquia diu terere, at polire debemus, toto animo & corpore versantes, vt succus ille spiritualis cibi in omnes se venas animi diffundat. Nihil enim* (vt epist. 128. Hieronymus ait) *nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi Dei scientia coronemur.* Deinde insudemus quoque humanis.

Ad hæc leges sua tempora habent, † 9
prohibentque iudicandi munus cuiquam mandari, qui non designatorum curriculis eisdem operam nauarint. Quinquennij metam præfinierat Iustinianus *in proœmio Digesti veteris, §. & primo quidem, cum sequenti.* Decennij *Regia lex* 2. *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ Regiæ collectionis.* Etsi postmodum ad quinquennium ipsum se arctauerit. At neque hoc tempore studuisse satis est; sed semper studere necessum, vt diximus. Id ius, id negotia postulant. Nil non præmeditatum, nil non conuenienti præuio studio decernendum, iuxta illud *Iob.* 29. *v.* 16. *Et causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam.* Ex quo *Moral. lib.* 19. *capit. decimoquarto,* D. Gregorius: *Notandum video* (inquit) *ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites esse debeamus, ne temere indiscussa iudicemus.* Etenim *Os Iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium; psalm. trigesimosexto, v. trigesimo,* Iniusti est ergo antequam meditetur iudicare; ante lingua loqui iudicium, quam ore & mente cogitarit Sapientiam; consuluerit iura; volumina contrectarit doctorum; caluerit responsa prudentum; & sensum perceperit legum.

Sententia inde † repentè, sineque libro- 10
rum reuolutione lata, nulla est, *l.* 2. *C. de sentent. ex pericul. recitand.* Glossa *in auth. de incest. nupt. §.* 1. *verbo Imminere, col.* 2. & comprobauimus *de priuileg. pauper.* 1. *p. quæst.* 6. *num.* 20. plene etiam Petrus Ducæus *regula* 186. Paul. Fusc. *in singularib. iuris, verbo sententia, num.* 30. Mastril. *de fideiussorib. num.* 79. *& seqq.* Anal. *in Director. iudic.* 2. *p. cap.* 1. *num.* 8. *& seqq.* Mastril. *de Magistratib. lib.* 2. *capit.* 2. *numer.* 82. *& seqq.* Præcipuè in criminalibus, aut personam Iudicis tangentibus, ob periculum, maiusque discrimen. *Quia mox*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vt infertur iniuria, perturbatur animus, vix rectum illico valet promulgare iudicium. Sicut enim intuentis visum aqua dum quieſcit admittit, ſi turbatur, obtundit: ſic humanus animus in ipſo perturbationis articulo in offenſam rectæ iudicij regulam non attendit. Vnde neceſſe eſt vt in poſterum ſententia differatur, quatenus aquata Iuſtitiæ lance officium, quod perturbata nequierat, mens quieta ſuſpendat. vt *epiſtolar. lib. 7. epiſt. 16.* D. Petrus Damianus ratiocinatur. *Propè eſt enim vt libenter damnet, qui cito,* vt Seneca *de Clement. lib. 1.* & vt *in Mimis Publiani apud Eraſmum:*

Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.

Nam *qui cupit feſtinat: & qui feſtinat, cuertit.* vt rectè Liui. *lib. 22.*

Ideo *Deus Omnipotens vt nos à præcipitata ſententiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius; mala tamen Sodomia noluit inaudita iudicare.* Verba ſunt textus *in cap. Deus Omnipotens, 20. 2. quæſt. 1.* Quem *Geneſis 19.* locum, illudquè: *Pluit Dominus*, & verbum iſtud in confirmationem eandem ponderans Ioannes de la Haye *ibidem, conſider. 305.* ait: *Ignis enim rapidus, ſubitoquè conſumens deſcendit, imo præceps cadit: Pluuia verò placidè & leniter defluit. Sed cum egregium hoc ſit Dei iudicium, vt non rapide, nec citato curſu, ſed lente & conſtanter pœnas irroget: mirifice ſubſiſtit loquutio. Atque ideo* Ignem pluere, *non verò* Iaculari *Dominus dicitur, quod ignis vim atque impetum retardet atque cohibeat, ne ſupplicium rapidum & præceps vt* Ignis, *ſed vt* Pluuia *deſcendat.*

Quare & tu *nullum ante iudicium condemnes; nullum iudices ſuſpicione.* Diui Ambroſij monitu *epiſtolar. lib. 4. epiſtol. Floriano.* Namque † *omnia non properanti clara, certaquè erunt. Feſtinatio improuida eſt & cæca.* vt apud Liuium *d. lib. 22.* Fauius inquit. *Non eſt damnum dilatio, vbi certior ſit ex dilatione victoria.* veluti *lib. 1. aduerſus Iouinianum*, D. Hieronymus In aliis quidem culpabilis;

In iudicando, criminoſa eſt Celeritas.

Apud Eraſmum ſupra. *Cogitandum eſt igitur quid geramus. Vbi enim præcedit Cogitatio, maturitas operationis adhibetur.* vt Ambroſius idem *in expoſit. Pſalmi 118. Octonar. 8.* in illud: *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua* in fine. *Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum eſſici cito. Præpoſuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem, quæ naſcendi quoque hanc fecerit legem, vt maiora animalia diutius viſceribus parentum continerentur.* vt ſcitè expendit Quintilianus *Oratoriar. inſtitution. lib. 10. cap. 3.* Rectè propterea *rem nullam eſſe magni diſcriminis conſiliis tam inimicam quàm Celeritatem*, Democritus Ætelorum Prætor *apud Liuium eundem libro 31.* dicebat. *Quia omnia ſubita probantur incauta,* vt *lib. 1. epiſt. 7.* ait Caſſiodorus. *Nullaquè res poteſt eſſe eadem feſtinata, ſimul & examinata: nec eſſe quidquam omnium, quod habeat & laudem Diligentiæ, ſimul & gratiam Celeritatis.* vt bene *de Deo Socratis* Lutius Apuleius. Etenim *Virtus lenta eſt & cunctatrix: Iniquitas autem omnia præcipitat*, vt inquit Felinus *in proœm. Gregor. columm. 1.*

Liquet ex eam longè latequè petitis, quod ſtudio & *tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, cap. Ponderet 14. diſt. 50.* Maxime in forenſibus cauſis, quæ difficultatem continent. In quibus ſubita, abruptaquè celeritas totum deſtruit, quod Iuſtitia conſtruit. Quia *Præcipitatio eſt nouerca Juſtitiæ,* vt profert, comprobat, & exornat Sebaſtianus Bantius *de nullitatib. ſententiar. tit. de nullitat. ex defect. proceſſ. num. 33. & 35.* Efficiunt pariter Annæus Robertus *rer. iudicatar. lib. 1. cap. 4.* D. Antonin. *3. p. ſumm. tit. 9. c. 1. col. 3. in fin. & col. 4.* Matth. Timp. *in ſpecul. Princip. ſigno 39.*

Non autem quod improuidam feſtinationem damnemus, † ineptam probamus Cunctationem, cum Iuliano Conſulto *in l. Tutor qui repertorium, 2. §. Si tutor in fine, D. de adminiſtr. tutor.* Debet enim Iudex partibus ſuis fungi, *non quidem præcipiti Feſtinatione; ſed nec moratoria Cunctatione.* Cuius modum ac normam multis iuribus confirmat Gloſſa *ibi verbo Præcipiti.* Multa etiam in eandem ſententiam grauiter & copioſè adducete Eraſmum Rot. *chiliad. 2. proverbio 1.* notat ibidem Gloſſa Marginalis. 12

Si enim in iure facilis & expedita cauſa ſit, in facto patiter inſtructus Iudex; redimenda prouida, conuenientiquè feſtinatione, ineptæ cunctationis & moræ, partium damna, incommodavè. Vt in recuſionis etiam difficili cauſa, ad quam ſenatores in iure factoquè inſtructi iam & expediti accedunt; ſæpè deciſum Fatinacius refert *deciſ. 123. num. 2. tomo 2.* Nec tunc aut nocere, aut opponi breuitatem, celeritatemvè poſſe: ni aliquid noui accedat, quod nouum quoque ſtudium, diligentiam, aut diſquiſitionem poſtularet, vt & prouidet *lex 29. tit. 5. lib. 2. noua Regia collectionis.*

Quam quidem in cauſis omnibus diligentiam † adhibere Iudices debent, vt bonum, breuemquè lites recipiant finem, & ab illarum vexationibus & grauaminibus partes liberentur. Nec innoxio abſolutio, nec noxio differatur congrua pœna. Etenim & Dominus, *quos miſeratur, cito caſtigat, vt non diutius afficiantur futuri expectatione iudicij, non prolixius miſera reatus ſorte macerentur, vt vnuſquiſque reddat etiam duplicia peccata ſua, quo tandem poſſit abſolui. Pœna enim reorum, quadam abſolutio delictorum eſt. Videmus in hoc ſæculo inſertos nexibus catenarum reos in ſpecie pompa miſerabilis duci: & nonnunquam hoc patiuntur inſontes: vt tolerabilius ſit mori, quam talia ſubire ſupplicia. Optant vtique audiri bene ſibi conſcij: Optant etiam hi, qui grauibus flagitiis vrgentur, pœnam mortis Celeritate tranſigere, vt aliquanta compendia pœnarum lucrentur.* vt D. Ambroſius appendit *in expoſit. Pſalmi 118. Octonar. 20.* in illud: *Iudica iudicium meum, & libera me: propter verbum tuum vinifica me. ad principium.* Id & leges imperant, imo nihil frequentius ferè Iura præcipiunt, Iudicibusquè commendant *in l. 1. C. de cuſtod. reor. in l. Properandum, 1. C. de iudic. in l. Terminato, 2. C. de fructib. & litium expenſ. in l. Quidam* 13

UAB Biblioteca de Ciències Socials

existimauerunt, 22. *in fine, D. de rebus credit. & si cert. pet. in cap. Finem litibus*, 5. *de dolo & contum. in cap. Nonnulli*, 18. §. *Cum autem, de rescript. in Clement. Dispendiosam*, 2. *de re iudic. in l.* 12. *tit.* 4. *part.* 3. *in d. l.* 29. *tit.* 5. *lib.* 2. *noua Reg. collection.* tempus Senatoribus præscribente intra quod omnino lites terminate, & sententia diffinire debeant, *in l.* 6. *eiusdem tituli & libri.* Ex cuius forma, cum in Regiis Auditoriis recipimur, iuramus: *Que los pleytos que ante nos vinieren los libraremos lo mas ayna, y mejor que pudieremos.* Inferioribusque Iudicibus terminandi lites, interlocutoria decreta, diffinitiuasque sententias proferendi, tempora circunscripsit *lex* 1. *tit.* 7 *lib.* 4. *noua Reg. collectionis.*

14 Diligentia enim † summopere in Iudice necessaria est. Quibus *Paralip. cap.* 19. *v.* 7. dicitur: *Sit timor Domini vobiscum, & cum Diligentia cuncta facite.* Quæ veluti Mater omnium virtutum est, vt (cum Speculatore *in tit. de Aduocato*, §. 5. *vers. Commendat autem, & §.* 9. *vers. Item cautus sit antiquus*) profitetur Auilesius *in cap.* 6. *Pratorum, verbo Diligentia, in principio.* Seu (vt D. Thom. 2. 2. *quæst.* 54. *art.* 1.) *Diligentia requiritur in qualibet virtute.* Maxime verò in disciplina, studio, & eruditione, quæ tantum exigit laborem, vt & supra, & diximus latius *de prinileg. miserabil. personar.* 3. *p. quæst.* 12. *num.* 2. & 3. Cuius præcipuè, vt cæterarum artium, Diligentia Mater est, *cap. Nihil.* 6. *dist.* 85.

15 Econtra verò † *Negligentia inuenitur in quolibet peccato.* vt D. Thom. *ibidem*, & D. Antonin. 2. *p. summ. tit.* 9. *cap.* 4. §. 3. Opposita virtuti *Prudentia*, D. Thom. *eodem loco art.* 2. D. Antonin. *d. tit.* 9. *cap.* 3. *in princip.* Adeo Iudicibus necessaria vt expendimus *Rubrica* 14. *Annot.* 4. *num.* 8. Et ostendit illud: *Esaiæ* 1. *v.* 17. *Quærite iudicium.* Quod ibi pensans Hieronymus ait: *Quod autem dicit: Quærite Iudicium, ostendit, non esse omnium rectè iudicare; sed eorum qui Prudentes sunt.* Vnde fit, vt in

16 Iudicibus *Imprudentia* † quasi delictum vindicetur, ex eaque teneantur, *l. Si per imprudentiam Iudicis*, 51. *D. de euictionib. princip. institut. de obligationib. quæ ex quasi delict. nasc. l. Ex maleficiis*, 4. §. *Si Iudex, D. de actionib. & obligationib. l. fin. D. de vari. & extraordinar. cognitionib.* vbi & notat Glossa *verbo Per Imprudentiam*, alia id comprobantia iura adducens. Disciplinæ & Eruditioni aduersa, cuius etiam est negligentia nouerca, *d. c. Noli*, vbi Anacletus Papa: *Sicut artium in suo quoque opere inuenitur Mater Instantia: ita nouerca Eruditionis est Negligentia.* Omnia lædens, *auth. de quæstionib. §. Si vero vita, & seq. coll.* 6. *l. penult. C. de annal. exception.* Glossa finalis *in l. Dinus*, 14. *D. de offic. Præsid.* Et vbique culpabilis, vt (ex Diuo Bernardo *in lib. de dispens. & præcept.*) D. Antoninus inquit *d.* 2. *p. summ. cap.* 9. *tit.* 3. Iuri propterea &

17 summopere exosa, † & ab eo multifariè punita. Pleniſſime Negligentiæ damna, pœnas, casusque 214. recenset Ludouicus Gomez *in regula de triennali possessore, quæst.* 18. in cuius fine epilogum casuum negligentiæ fecit. Aliquos, præcipuosque aduersum Iudicem negligentem retulimus *supra Rubrica* 11. *Annotatione* 1. *num.* 17. 18. 19. & 20. prosequunturque Bobadilla *in Politic. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 142. *& seqq.* statimque referendi.

Inter quos † principem tenet ille locum, 18
quod Iudex negligens in administranda iustitia, facit litem suam, & ad interesse parti tenetur, Sic Glossa in *cap. Excommunicamus* 13. §. *Moneantur, de hæretic. verbo Neglexerit*, Glossa *in cap. Quoniam contra* 11. *verbo Negligentia, de probationib.* per textum *in cap. Dominus noster*, 23. *quæst.* 2. vbi id ipsum notat Glossa *verbo Ciuitas*, Glossa *in l. Argentarius*, 10. §. *Cum autem, verbo De Iudice, D. de edendo*, Glossa final. *in l. Si quis in conscribendo* 29. *C. de pactis*, vbi quoque est textus inquiens: *Omnes itaque Iudices nostri hoc in litibus obseruent, & huiusmodi obseruatio & ad pedaneos Iudices, & ad compromissarios, & arbitros electos perueniat: scituros quod si neglexerint, etiam litem suam facere intelligantur.* In idem textus *in l. Dies cautioni*, 4. §. *In eum, D. de damno infecto*, vbi Vlp. *In eum qui quid eorum, quæ supra scripta sunt, non curauerit: quanti ea res est, cuius damni facti nomine cautum non erit, iudicium datur.* Quod non ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest. Textus etiam *in cap.* 2. §. *Iudices, de pace tenend. in vsib. feudor.* textus *in l. Si quando*, 15. *in fine, C. de testib.* vbi Iustinianus Imperator: *Ipsum autem Iudicem si per eum steterit quominus testimonium præstetur: parti læsæ omnem iacturam per huiusmodi causam illatam, ex suis facultatibus resarciri disponimus.* text. *in auth. vt Iudices sine quoq. suffrag.* §. *Volumus autem, coll.* 1. Ita & obseruant Bart. *in l. fin. num.* 2. *D. de var. & extraordin. cognitionib.* Vbi saltem specialis contra Iudicem non est prodita actio. Quia tunc, secundum eum, Iudex negligens in faciendo cuique iustitiam, actione in factum ad interesse tenebitur. Ioan. de Imol. *in d. l. Dies cautioni*, §. *In eum*, Angel. per textum ibi, *in d. l. Si quando, num.* 2. *& in l. Si quis*, per textum quoque ibi. *C. de sepulch. violat.* Communem fatetur Alexand. *in additionib. ad Bart. in d. l. fin. addit. magna. in fine*, Paris. de Pute. *in tract. de syndic. verbo Iudex vt non grauetur, num.* 3. Ludouic. Roman. *consil.* 300. *num.* 5. Montalu. *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 1. *Fori legum*, erudite Auiles *in cap.* 1. *Pratorum, verbo Fiel, num.* 28. *& seqq.* Ægid. Bos. *tit. de Offic. corrupt. num.* 24. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 341. *num.* 2. Aluar. Valasc. *tem.* 1. *consult.* 26. *num.* 27. Farinac. *quæst.* 111. *num.* 397. *& seqq.* Casanæ. *consil.* 38. *num.* 12. *& seqq.* Ioan. de Aual. *in Director. Iudic. Ecclesiasticor. p.* 1. *cap.* 10. *à num.* 1. *cum seqq.* Bobadilla *in Politic. d. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 149. Denique textus *in l.* 14. *tit.* 9. *lib.* 3. *noua Reg. collection.* differentiam tollere videtur inter obligationem Iudicis negligentis in administranda iustitia, ad interesse, vel vt faciat litem suam. Quam constituunt Romanus *in d. l.* 4. §. *In eum, D. de damno infecto*, Pute. *in d. tract. de syndic. verb. Negligentia, cap.* 2. *num.* 3. *verb. Index qui negligit*, Petr. Barbos. *in l. Filius fam.* 15. *D. de iudic. num.* 63. *& seqq.* neruosè defendens, ob negligentiam teneri tantummodo

tantummodo Iudicem ad interesse, quod ex negligentia parti abest, non ad totius litis, neque illam ex negligentia facere suam: absurda proponens, nulloquè id iure cautum contendens, contrariisquè satisfaciens. At dicta Regia lex *Iusta cosas es* (inquit) *que los Iuezes y otras Iusticias de nuestros Reynos hagan y executen la Iusticia contra los que fueren hallados culpantes, y nos assi lo mandamos que lo hagan so pena de la nuestra merced, y de los oficios: ca de otra manera Nos lo mandaremos punir siendo negligentes, como aquelles que de pleyto ageno hazen suyo.* Quæ licet verba non omne subterfugium euadant: satis tamen aperta videntur. Et in communis quoque iuris terminis, secundum eam omnium fere supra proxime relatorum recepta sententia extat.

19 In conscientiæ pariter foro † Iudicem peritum quidem, sed quia libros reuoluere, & materiæ studere neglexit, iniquam sententiam protulit, etsi iustè iudicasse putaret; ad restitutionem parti læsæ teneri, docet, cum Ray. D. Antonin. 2. *p. summ. tit.* 1. *cap.* 19. §. 4. *col.* 1. *in fine.* Iudicis enim omissio, & eorum qui ex officio aliquid facere tenentur, vices commissionis tenet. *Quod si omittatur, non immerito culpa eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio suo fuerint.* vt textus inquit *in l. Diuus Marcus*, 14. *in fine*, *D. de offic. Præsid.* vbi & notat Glossa *verbo In officio suo.*

20 Iudicis enim negligentia † dolus est, seu proxima dolo, vt *in l. Si fideiussor*, 29. *D. mandat.* Vlpianus inquit. *Dissoluta enim negligentia prope dolus est*, ait. *In l.* 1. §. *Is quoque apud quem, D. de actionib. & obligationibus*, Paulus: *Magnam negligentiam placuit in dolo crimen cadere.* Repetit similiter idem *in l. Magna negligentia*, 226. *D. de verbor. signific.* In dolo que esse eum, qui non vult facere id ad quod tenetur cum possit, dixit Vlpianus idem *in l. Dolus est*, 41. *proximo quoque titulo, D. mandati.*

21 Sed qui per dolum male iudicat, † litem suam facit, & ad totale partis interesse tenetur. *d. l. Si filius familias*, 15. §. *Iudex*, *D. de iudic. cap.* 1. *de sentent. & re iudic. lib.* 6. Glossa *in d. cap. Dominus noster*, 23. *quæst.* 2. *verb. Ciuitas*, Glossa *in d. l. fin. verb. De ea re, vers. Sed vbi dolo, D. vari. & extraordinar. cognitionib. & ibid.* Alexand. *in additionib. ad Bart. lit. A, in princ. v. Sed contra, & lit. F. post med. vers. Sed si dolo.* Paul. Xamar. *de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 1. *quæst.* 17. *num.* 36. cumquè prope innumeris, Farinacius *d. quæst.* 111. *num.* 362. *& seqq.* materiam latè prosequens, vt & prosequemur inferius: Ergo similiter † & qui dissolute ne-

22 gligit iustitiam ministrare, vt probant textus *in cap. fin. de iniur. & damno dat. in cap. Quæsitum*, 7. *de pœnit. & remiss.* Et sustinent Auendan. *de exequend. mandat. Princip.* 1 *p. cap.* 4. *num.* 6. Bobadilla *d. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 147. Nauar. *in Manual. cap.* 25. *numero* 11. *vers. Qui sciens*, Auilesius, & plurimi ex supra citatis.

Grauius imo delinquere † Iudicem negli-

23 gentem, & sic in omittendo, quam in committendo, in suo saltem casu proxime referendo, profitetur Bobadilla *dicto proxime loco*, cum Paulo Castrense *in d. l. Properandum*, §. *Sin autem, & §. Sancimus, C. de indic.* & aliis, tametsi non fideliter allegatis, Auiles *in d. c.* 1. *Prator. verb. F. el, num.* 28. *col.* 3. *vers. Videtur*, cum Alexandro *ad Bart. in d. l. fin. D. de extraordin. cognition.* Tiraquel. *de pœn. temperand. causa* 44. *num.* 1. *in fine*, Angeli & Castrensis supra relatione, Cassanæus *d. consil.* 38. *num.* 14. *& seq.* Ex maiori grauitate pœnarum Iudicum negligentium, quam per imperitiam male iudicantium, argumento. Quod maius indicat esse delictum, ex citatis à Nobis *in Axiomatib. iuris, lit. P. n.* 41. Rationem dicunt: Quia negligens omittit quod debet non omittere: Imperitus facit quod ignorat. Et licet vterque sit in culpa: hic aliquali minore.

Prodeat (ne & in hoc Iuristarum solummodo nitamur iudicio) manifestum, irrefragabileque testimonium Ioannis *Apocalips.* 3. *v.* 15. dicentis: *Scio opera tua; quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses aut callidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Quo *aperte negligentiam grauiori damnat iudicio, quam Imprudentiam.* Non hæc inuentio, seu excogitatio nostra, Eminentis Ambrosij est, descriptis verbis relatorum Ioannis sensum pandentis *in exposit. Psalmi* 118. *Octon.* 2. in illud: *In toto corde meo exquisiui te &c. ad finem.* qui & vlterius in id explicationem elongat.

Grauem negligentem Iudicem † contrahere culpam, simpliciter dixere Mastrillus de Magistratib. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 71. & D. Ioan. de Solorzan. *de Indiar. gubern. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 79. Peccatum mortale, eum qui negligit facere quæ officij ratione facere tenetur, dixit Glossa *in cap. Ea quæ*, 3. *verbo Reatu, de offic. Archidiacon. & in cap. Clericis*, 2. §. *penult. verbo Dissimulatione, de immunit. Eccles. iar. lib.* 6. Quas in Prælatis loquentes, Iudicibus accommodant, & in vtrisque idem dicunt Bart. *in l.* 2. §. *Si tamen hominem, D. de verbor. obligationib.* Tiraquel. *de pœnis temperand. d. causa* 44. *num.* 62. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 8. *Ordinam glossa* 1. *verb. Faga pesquisa e inquision, col.* 4. *ad med.* Bobadill. *d. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 149. Cosm. *in pragmat. sanction. in præm. verb. Negletta, fol.* 35. Nauar. *in cap. Contrarium, num.* 18. *de pœnit. dist.* 1. In Prælatisquè solum, cum dictis Glossis, Abbas *in cap. Nihil.* 43. *de election. num.* 3. *& in cap. Peruenit*, 5. *de decim. num.* 1. Felin. *in cap.* 1. *de offic. & potest. iudic. delegat. num.* 6. Sigismund. Scacc. *de sentent. & re iudic. capite* 1. *glossa* 4. *quæst.* 1. *num.* 31. in Iudicibus loquens, Glossis his prætermissis, aliis tamen fundamentis bene id probans. 24

Vt autem & in Prælatis † peccatum mortale Negligentia sit, culpam latam contineat necessum esse, arbitratur Sebastianus Sapia, sic memoratum Abbatis dictum limitans & intelligens *in additionib. ad eundem in d. cap. Nihil, num.* 3. *lit. C. verbo Peccatum.* Et sic videntur sentire D. Antonin. 2. *p. summ. d. tit.* 9. *cap.* 5. §. 3. *in princip.* & Syluester. *in summ. vers.* 25

UAB Biblioteca de Ciències Socials

verb. Prælatus, num. 4. Etsi quod animarum & rerum Ecclesiasticarum damnum non solum de dolo & lata culpa; sed etiam de leui teneri existimet, cum Hostiense, & Bernald. *in d. cap. Ea quæ.*

26 In Iudicibus quoque † negligentiam culpæ latam continentem, & dolo proximam, quamque *Magnam & Dissolutam* supra relata iura *num.* 20. appellant, vt ex ea puniri, aut in syndicatu conueniri valeant; requirunt Decius *in d. l. Si quis in conscribendo, C. de pact. post num.* 15. *vers. Ex hoc intelligitur.* cumquè Alexandro *in d. l.* 4. §. *In eum, D. de damno infect. num.* 3. *in fine, & num.* 4. *& in d. l. Argentarius, §. Cum autem. num.* 9. *vers. Et satis, D. de edend.* Iacob. de S. Georg. *in d. l. Si filius fam. num.* 12. *vers. Aut negligentia Iudicis est Dissoluta, & num.* 13. *D. de iudic.* Amodæo, Paris. de Puteo, & aliis, tradit Farinacius *d. quæst.* 111. *num.* 405. Etsi negligentiam Dissolutam, & Simplicem, in hoc discriminet Angelus *in l. Mancipia, C. de seruis fugitiuis, num.* 5. Vt ex illa, in solidum Iudex teneatur: ex hac, in quantum Iudicantis Religio æquum putauerit. Ita etiam, cum multis à se relatis, Paul. Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 1. *quæst.* 17. *num.* 27. *&* 28.

Id de Iure quidem: sed de Consuetudine, nullatenus de leuissima, nec de leui adhuc culpa, seu negligentia Iudicem puniri, contra eumvè in syndicatu inquiri, dixere Ioannes de Platea *in l. Iudices, numero* 4. *in fine, vers. Sed quæro nunquid Assessores, C. de annon. & tribut. lib.* 10. Iul. Clar. *in pract. §. fin. quæst.* 73. *num.* 3. Bos. *d. tit. de Offic. corrupt. num.* 26. Farinac. aliis relatis, *supra, numero* 425.

Simpliciter verò dictam sustinent assertionem, præter iam relatos, Ioannes Segura de Aualos *in Director. Iudic. Ecclesiasticor. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 9. & Bobadilla *d. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 59. 134. 142. *&* 149. Vbi solam Magnam Dissolutamquè negligentiam ad peccatum mortale refert.

Secundum quam opinionem: neque ex alia quam ex qua diximus Magna, dolo comparata, ex qua peccatum mortale contrahitur, ad restitutionem tenebitur Iudex: quia non nisi ex peccato mortali restiturionis obligatio oritur. Vtrumque asserunt Innocentius *in cap. Sicut dignum, de homicid.* cuius sententiam *Celebrem* compellat Parlador. *rerum quotidianar. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. continentem: *Quantum ad Dei iudicium attinet; culpam dumtaxat Latam, non verò leuem, vel leuissimam peccatum, vel restitutionem inferre.* Ita pariter Petr. Nauarra *de restit. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 42. 43. *&* 52. cumquè aliis Theologis & Iuristis, Paul. Xamar. *de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 1. *quæst.* 17. *num.* 12. *&* 14. Leonard. Lessius *de iust. & iure, lib.* 2. *cap.* 7. *dubit.* 7. *num.* 31. *&* 33. Vbi postquam ex graui solum, vt prædiximus, culpa restitutionis obligationem insurgere notarat, casui nostro proximior, *d. num.* 33. explicat, quod si *considerandi negligentia sit grauis, tenetur ad restitutionem damni sequuti.* Non enim ex culpa leui incurritur pœna grauis, vt restitutionis. Sic & cum aliis obseruat Ioann. Ægid. Trullench. *in opere moral.* 2. *p. lib.* 7. *cap.* 6. *dub.* 3. *num.* 10. *& seqq.*

Magnam verò † Dissolutamque negligentiam tunc Doctores appellant, merito Iudici imputari, & iustam mereri pœnam dicunt, cum requisitus iustitiam retardat, eamquè negligit ministrare, iuxta textum *in d. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, D. de damno infecto, in l.* 1. §. *Magistratibus, D. de Magistrat. conueniend.* Bart. *in l. Damni, §. Sabinus, in fine, D. eod. tit.* Bald. *in cap. Iudices, de pace iuram. firm. num.* 6. per textum *in d. l. Argentarius, §. Cum autem, D. de edend.* & notata *in l. Cum seruum, C. de seru. fugitiu.* Abbas *in cap. fin. de rescript. num.* 16. Aual. *d. cap.* 10. *num.* 12. Farinac. *d. quæst.* 111. *num.* 429. Auendan. *d. cap.* 2. *part.* 1. *num.* 31. *col.* 3. *vers. Quæ negligentia*, Bobadill. *d. cap.* 1. *num.* 150. Didac. Perez *in d. l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 8. *Ordinam. glos.* 1. *col.* 4. *ad finem.* Iudex enim non tenetur impartiri officium suum nisi requisitus, *d. l.* 4. §. *Hoc autem iudicium, D. de damn. infect. l. De pupillo, §.* 5. §. *Qui opus, D. de noui oper. nunciat.* prosequimur, & exornauimus latè *de priuileg. pauper. & miserabil. personar.* 1. *p. quæst.* 35. *à num.* 1. *cum seqq.* 27

Neque vnam quidem requisitionem, † seu protestationem sufficere, sed trinam desiderari, probant textus *in cap. Administratores, 23. quæst.* 5. dum ait: *Post secundam, & tertiam admonitionem negligere inuenti fuerint.* Plene comprobat Osasc. *decis. Pedemon.* 12. *num.* 5. *vers. In contrarium, & numer. seqq.* de communi attestans *num.* 8. alij penès Xamar *d. p.* 1. *quæst.* 17. *num.* 49. Bertazol. *consil.* 81. *num.* 16. Put. *de syndic. verb. Negligentia, cap.* 1. *num.* 1. *& cap.* 5. *num.* 8. *ad med.* Farinac. *d. quæst.* 111. *num.* 432. Didac. Perez *vbi proximè.* Tamersi vnicam sufficere requisitionem, ad effectum vt Iudex negligens dicatur, senserit Ioannes de Platea *in d. l. Iudices, num.* 4. *vers. Et sufficit semel factam fuisse, C. de annon. & tribut. lib.* 10. Et suadent iura & auctoritates relatæ per Osascum *d. decis.* 12. *à num.* 1. *cum seqq. vsque ad sextum.* 28

Hæc cum ad instantiam partis procedit Iudex: † Si verò pars non adsit, ad officiumquè Iudicis inquisitio & delicti vindicatio pertineat, non solum cum obuiate potest delicto, & non obuiat, in Dissolutam negligentiam, eiusque pœnam incidet: vt *Rubric.* 11. *Annot.* 1. *num.* 20. diximus: sed & cum postquam sibi delatum & manifestum delictum est; vel inquisitionem prætermisit, vel desidiosè, negligenter, ineptevè eam petagit, ita vt vel omnino impunitum, vel non debitè, proquè merito punitum relinquit facinus. Sic (post Puteum, quem allegat) docet Didacus Perez *dicto proximè loco.* Ante hanc enim delicti scientiam imputari Iudici negligentia nequit, vt (ex textu *in d. l.* 1. §. *Magistrat. D. de Magist. conueniend.* & aliis) obseruat Bobadill. *d. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 48. cum Matthæo de Afflict. *decis.* 370. *num.* 9. Puteo *de syndic. verbo Negligentia, cap.* 5. *num.* 1. *fol.* 240. Amad. *eodem tract. num.* 81. *vers. Intra*, Bossi. *d. tit. de Offic. corrupt. num.* 25. Petro Gregorio *syntagm. iuris vniuers.* 3. *part. lib.* 32. *cap.* 6. *numero* 3. & aliis. 29

An

30 An autem in causa criminali † sic negligens aut remissus Iudex siue in inquirendo, siue in pœnarum inflictione, seu officio suo, seu ad instantiam partis, ad restitutionem omnino in conscientiæ foro, aut quatenus teneatur ? iam latè supra egimus *Rubrica* 11. *Annot.* 3. *per totam.*

Protestatio autem vel interpellatio partis requisita vt ex negligentia Iudex teneatur,
31 † casus tantummodo continet, qui & factum partis, & Iudicis simul respiciunt. At vbi ex parte Iudicis omnimoda iustitiam ministrandi obligatio adest: superfluum, imo ridiculum esset, istam requirere interpellationem, vt iustè iudicet, ne dolo, aut imperitia ius præuertat; ne desidia, seu negligentia Iustitiam lædat, vt & aduertit Aualos *d. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. Cum officij necessitate ad id omnino astringatur, & omnia muneri conuenientia ritè rectèque Iudicem exequuturum lex præsumat, vt diximus *Rubrica* 14. *Annot.* 5. *numero* 24. Cumquè Diligens præsumatur quilibet (*cap. Ad audientiam* 13. *de præsumptionib.* cum citatis à Nobis *in Axiomatib. & locis communib. iuris, lit. D. n.* 104.) in Iudice præsumptio hæc maxime vrget, de quo, ciusque diligentia & rectitudine adeo confidunt Iura, vt *præcitata Annotatione* 5. *num.* 24. ostendimus, & notat, multorumquè allegatione confirmat Bobadilla *d. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 154. recentiusquè Ludouic. Postius *tract. mandat. de manutenend. obseruat.* 12. *n.* 3. & 4. & *decis.* 9. *n.* 38.

Neque si necessaria requisitio aut interpellatio foret, deesset: illa veluti clausula con-
32 tenta: † *Iustitiam peto*, in omnibus inserta libellis. Quæ importat *Rectè* & *Recte*, vt cum multis, obseruat Didacus Perez *in L.* 11. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordinam. verb. Que en la demanda, v. Oppono, pag.* 484. Cuius & multos alios recensent effectus Cardinal. Dominic. Thusc. *practicar. conclus. tom.* 1. *lit. C. conclus.* 359. Anton. Gabr. *commun. opin. l.* 6. *tit. de Clausulis*, Matta *de clausul. p.* 1. *clausul.* 65. & *clausul.* 85. Barbos. *eodem tract. clausul.* 35. vt alios citatos ab hisce omittamus. Præter cæteras, ea forsam introducta ratione, ne indecora illa merito conquereretur Iudex iniuria affectus, quasi obligationis, officijque sui putaretur oblitus, vt considerat Ioannes de Aualos *in Director Indic. Ecclesiasticor. d. cap* 10. *n.* 13. satis abundequè Conscientia, muneris necessitate, & discrimine interpellatus.

33 Perdolum namque iudicans † & peccatum mortale contrahit, & litem suam facit, ad totale partis interesse, & ad restitutionem in conscientia, præter alias quoque pœnas, remanens obligatus, vt iam supra diximus *num.* 21. traditquè cum aliis Xamar (quodam etiam temperamento, de quo & iam Nos alibi) *de offic. Iudic. & Aduoc. d. q.* 17. *num.* 19. & *seqq.* Est textus optimus de iure Regio, *in l.* 24. *tit.* 22. *p.* 3. statuens: *Que si Iuzga tuerto a sabiendas por desamor que aya a aquel contra quienda el Iuyzio, o por amor que aya con el otro su contendor, e non por algo que le dieſen, o le prometieſen: si el Iuyzio fuere dado en razon de auer mueble o rayz, o sobre otra cosa qual-*

quier que no pertenesca à pleyto de Iusticia o esfarmiento: tenemos por bien e mandamos que peche otro tanto de lo suyo a aquel contra quien dio tal Iuyzio quanto fizo perder: e demas de todos los daños, e los menoscanos, e las despensas que lurare que fizo por razon deste Iuyzio. E aun debe fincar enfamado para siempre, porque fizo contra la Iura que Iuro quando le pusuron en el oficio. E sobre todo debele ser tollido el poderio de Iuzgar, porque vso mal e tortizeramente de su oficio.

Non longe Imperitia seu Ignotantia abest. † Quilibet enim ea scire tenetur, quæ ad 34
officium suum recte peragendum necessaria sunt. *Vnde propter negligentiam ignorantia eorum, que aliquis scire tenetur, est peccatum*, vt infert D. Thom. 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 2. Consentiunt, dicuntque Syluester *in summ. verbo Ignorantia*, *num.* 8. Caietan. Armill. & cæteri Summistæ *eodem verbo*, D. Antonin. 2. *p. summ. tit.* 3. *cap.* 5. §. 5. Petr. à Ledesm. 2. *p. summ. tract.* 1. *cap.* 3. *vers. Quarta conclusion, pag.* 165. vbi aduertit: *Que ignorar las cosas del proprio estado que obliga a peccado mortal, de si, es peccado mortal.* Exemplificat prætet alia: *Como si el Abogado, o el Escriuano, o otros semejantes no supieſen las leyes que les obligan de bajo de pecado mortal en su proprio oficio y estado particular.* Carol. de Graf. *de effectib. Clericat. in pralud. numero* 114. & *seq.* cum Sebastiano de Medic. *in summ. de peccat. parte* 1. *tit.* 3. *quæst.* 37. *in fin.* & aliis. Nauar. *in Manual. Latin. dict. capit.* 23. *numero* 12. *vers. Qui sciens.*

Quod si imperitus, † & ita iudicandi mu- 35
neri insufficiens vt verisimile sit aliquod inde notabile damnum proximo euenturum, illud acceptat; mortaliter peccat, vt, cum Diuo Thoma supra, Theologi & Iuristæ communiter profitentur. Nauar. *d. cap.* 25. *num.* 12. *in princip. & num.* 28. *in cap. Inter verba*, 11. *quæst.* 3. *corollar.* 14. Micha. Salo 2. 2. *quæst.* 21. *art.* 2. *controuers.* 1. *conclus.* 1. Tolet. *in summ. cap.* 68. *numero* 3. Sayr. *in Clani Reg. lib.* 12. *cap.* 12. *numero* 1. Azotius *institution. moral. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 14. *in fine*, Valet. Reginald. *in praxi fori pœnitent.* 2. *p. lib.* 23. *cap.* 3. *sect.* 3. *num.* 37. Vbi quòd isti suæ ita indignitatis conscij mortaliter peccant acceptando & retinendo, *Et lib.* 25. *tract. vlt. cap.* 54. *sect.* 5. *numero* 657. vbi & quod tenetur ad restitutionem damnorum inde sequutorum, ex *capite fin. de iniur. & damno dato, & cap. Scisciatus*, *de rescript.* Stephan. Faguudez *in præcept. Decalog. præcept.* 8. *lib.* 8. *cap.* 2. *numero* 25. Cardinal. à Lugo *de iustit. & iure*, 2. *parte disput.* 37. *sect.* 1. *num.* 1. Ex Iuristis, post antiquiores, quos referunt, prædictam sententiam tenent Ioan. Segur. de Aual. *in Director. Iudic. Ecclesiasticor.* 1. *parte cap.* 3. *numero* 16. Bobadill. *in Politic. libro* 1. *capite* 3. *num.* 70. & *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 27. Ioan. Paul. Xamar. *de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 1. *d. quæst.* 17. *n.* 9. & 10. Azcued. *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ Regiæ collection. n.* 6. & 7. Ceruant. *in l.* 2. *Tauri, n.* 7. Petrus Ala *de Aduoc. & Considic. Christian. quæst.* 35.

Quid necesse est homini † *maiora se que-* 36

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rere? cum Ecclesiaste *cap.* 7. *v.* 1. Nam *quomodo in pascua Diuinorum educes eloquiorum greges Dominicos Pastor idiotaꝰ* vt congruentes *sermone* 76. *ad finem, super Cantic.* D. Bernardus rogat. *Decet quidquid agas, agere pro viribus.* vt *de Senectute*, Cicero: ne fœdè turpiterquè succumbas, tantoquè profundius ruas in præceps; quanto indignius, viribusque defectus niteris conscendere alta. *Aptari onus viribus debet, nec plus occupari quam cui sufficere possumus.* Senecæ *epist.* 108. prouido consilio. *Æstimanda sunt ipsa, quæ aggredimur, & vires nostræ cum rebus quas tentaturi sumus comparandæ. Debet enim semper plus esse virium in tutore, quam in onere. Necesse est opprimant onera, quæ ferente maiora sunt* ipsius patriæ *de tranquilit. animi, c.* 5. animaduersione soleni Horatiique etiam *de Arte poetica*:

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus: & versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.

Mensura enim oneris, pro mensura debet esse gestantis. Alioquin impositi oneris fit ruina, vbi vectoris infirmitas est. vt Diuus Ambrosius inquit *de Viduis col.* 11. *post medium.*

Qui sua metitur, pondera ferre potest.

Vt *lib.* 12. *epigr.* 99. *ad Batium*, Martialis. *Quis enim sanus & sobrius cum perspexerit vis se ferendis oneribus suis sufficere; aliena quoque onera libenti animo suscipiat? Quis cum vix reddendis domesticis rationibus suis se parem agnoscat; in publicis, vel alienis sponte operam profiteatur? Quisnam æger, suorumquè vulnerum curandorum non satis peritus, alterius morbos mederi aggrediatur? Quid enim indignius est, quid maiori pœna dignum, quam in conspectu Dei & Angelorum eius, in conspectu Ecclesiæ vniuersæ id te scire profiteri, quod ignores, id velle, quod nolis, id posse, quod nullo modo possis?* vt S. Bernardus expendit, ex eoque Augustinus Barbos. *de Episcopali munere tit.* 2. *glossa* 1. *numero* 6. expendimus & Nos *supra Rubrica* 1. *Annotatione* 3. §. 5. *n.* 4. Quare *quotiens aliquid conaberis, te simul & ea quæ paras, quibusquè pararis, ipse metire* iterum atque iterum Senecæ admonitione *de Ira libro* 3. *cap.* 7.

Idque maxima disquisitione, nec mediocri diligentia contenti (plus æquo nobis, nostrisquè viribus indulgentes) dispungamus. *Quia ferre plus nobis videmur posse, quam possumus*, vt cautè instructos nos reddit Seneca ipse *de tranquillit. animi cap.* 4. Istaquè cautione, *quisquis Iudicandi Munus non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat; prius vires suas cum hoc quod est subiturus onere metiatur; vt si impar est, abstineat: & ad id cum metu etiam cui se sufficientem existimat, accedat.* à Diuo Gregorio edoctus *epistolar. lib.* 7. *epist.* 112. Siagrio Ætherio, Virgilio, & Desiderio Episcopis Galliarum à paribus. A quo ea desumpsit textus *in cap. Non est putanda.* 27. *in fine*, 1. *quæst.* 1. *Nonne* (vt in exposit. Psalmi 118. Octonar. 2. *in illud*: In toto corde meo exquisiui te, *ad medium*, Ambrosius inquit) *commodius est non subire vnumquemque id munneris, quod implere non queat, quam subeunte, neque ipsum strenuè suscepto fungi munere; & eripere locum alteri, qui nauiter eum possit tueri?* Planè *quomodo nauem quassam non deduceret in mare, quomodo nomen in militia non daret Debilis: sic ad iter, quod inhabile sciet, non accedet.* vt in hisce capescendæ Reipublicæ terminis, Seneca *de vita beata cap.* 30.

Merito ideo † in iure Impetitia Culpæ annumeratur *l. Imperitia*, 175. *alias* 174. *D. de reg. iuris l. Si quis fundum*, 10. §. *Celsus, & § Si quis vitulos, seq. D. locati.* Maleque per impetitiam iudicans quasi delicti reus est, litem suam facit, & ad totale interesse tenetur, textus *in princip. instit. de obligationib. quæ ex quasi delict. nascuntur, l. Si Iudex*, 6. *D. de var. & extraordin. cognitionib. l. Ex maleficiis*, 4. §. *Si iudex, D. de actionib. & obligationib. l.* 21. *tit.* 22. *part.* 3. *vers. Adas si por auentura*, vbi Gregor. Lopez *verbo Daño* (Bartholi & aliorum opinionibus recensitis, quorum alij ex dictorum iurium verbis ad totale interesse Iudicem obligatum existere putarunt: non ita alij, sed in quantum viro bono æquum videatur tenendam menti istam legem commendat dicentem, in toto damno & interesse, quod parti ex imperitia accidit. Sed tamen neque Regium ius sic absolutè & præcise per imperitiam male iudicantem litem suam facere dicit, vt non arbitrium Iudici relinquat, qui ex circunstantiis, vel integrè & ad totale partis interesse pœnam imponat; vel pro sua Religione temperet. Quamuis enim omnia relata iura in ingressu, litis æstimationis reum per imperitiam male iudicantem declarent: in fine, prædictum Iudici arbitrium præstant. *In dicto principio instit. de obligationib. quæ ex quasi delilt. nascuntur*, initium facit Iustinianus: *Si Iudex litem suam fecerit*: concludit autem: *In quantum de ea re æquum Religioni Iudicantis videbitur, pœnam sustinebit.* Eisdem ipsis verbis initium & finem, integramquè seriem *in d. l.* 6. *seu finali D. de vari. & extraordinar. cognitionibus*, compactus est Caius. Qui quamuis *in d. l. Ex maleficiis*, §. *Si Iudex*, vltimum id non adiecerit: satis *in d. l. finali* (vtriusquè legis Auctor ipse) sententiam exposuit suam, Quamuis item dicta Partitæ lex ad damna & interesse damnandum dicat ita iudicantem: non quidem simpliciter, sed *A bien vista de la Corte del Rey*. Quod prædictorum iurium importat arbitrium, vt & *ibi* Gregorius notat. 37

Aliam enim ex Dissoluta negligentia † imperitiæ; aliam tenuior, non adeo turpis, & minus culpabilis pœnam exigit. Illa prope dolum est, aut dolo comparata, *dictis proximè ex numeri initio iuribus, & supra n.* 20. & sic ad totale interesse Iudicem obnoxium reddit, sententia Alexandri *in l.* 4. §. *Eum, in fine, D. de damno infecto*, Decij *in l.* 1. §. *Hæc autem verba, D. quod quisque iuris*, Bossij *in tit. de Offic. corrupt. n.* 12. Iulij Clari *lib.* 5. *sententiar.* §. *fin. q.* 83. *v. Si Iudex male*, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 4. *casu* 339. *n.* 5. Gregor. Lopez *supra d. verbo Daño*, Bobadill. *in Politi. l.* 5. *c.* 3. *n.* 23. 38

Paz

Paz *in praxi p.1.tom.1.temp.1.n.54.* Nattæ *consil.172. n.8. lib.1.* Caroli de Graf. *de effectib. Clericat. in pralud. n.117.*

Hæc, quæ non latam continet culpam, aliquam, vel etiam integram, pro Iudicantis Religione, excusationem habebit, siue ex parte subiecti, siue ex parte rei proueniat error. Hoc est ex parte Iudicis, humana imbecillitate: vel difficultate materiæ, dictis proximè

39 iuribus.

Si enim in difficilis legis intellectu, † seu multiplices sensus habentis (quæ vel ex eo solo obscura reputatur; quia *Obscurum est, quod multipliciter dicitur*, secundum Philosophum *lib. 1. Posterior.* & vbi *Pluralitas*, ibi *Obscuritas*, secundum Baldum *in l. Hæc consultissima, n.6. C. qui testam. facere poss.* & ex eo Farinac. *decis. 276. n.4. in fin. tom. 2.* & Ioan. Garz. *de nobilit. in initio, n.17. & 18.*) Iudex erret, pro erroris qualitate arbitrium Iudicanti conceditur. Sic Glossa communiter recepta *in dicto princip. Instit. de obligationib. quæ ex quasi delict. nascuntur, verb. Videtur*, Bart. *in l. 2. n.4. C. de pœn. Iudic. qui male iudic.* Ias. *in l. Gallus in princip. D. de liber. & posthum.* Felinus *in cap. Excommunicamus, n.6. de hæretic.* Paul. Xamar. *d. p.1. q.17. n.33.* Gregor. Lopez *d. verb. Dano*, Bobadill. *d. lib. 5. cap. 3. n.28. in fine*, Paz *in praxi dicto proxime loco, n.55. & seq.* Regulariter, & simpliciter ex dictis iuribus, præfatum Iudici concessum arbitrium dicunt Alciatus *in l. Si quis in conscribendo, n.31. vers. Ex imperitia, C. de pactis*, Alexand. *n.10.* Iacob. à Sancto Georg. *n.16. & in l. Argentarius, §. Cum autem, D. de edend.* Angel. *n.1.* Roman. *n.1. & 7.* Imol. *n.49.* Castrens. *num. 2.* hisquè alisquè relatis, Mari. Giurba *consil. 76. n.20. & seqq.* Ita Pariter Paul. Laym. *Theolog. moral. lib. 3. tract. 6. cap. 2. num. 10. vers. Dico secundo.*

40 Quod & in iudicio criminali † in eo qui per impendentiam absque dolo ad mortem condemnauit, & condemnationem fuit executus, vt non eadem mortis pœna, sed alia Iudicis arbitrio teneatur, obseruat Farinacius *quæst. 111. num. 580.* cum Ioanne Fabro *in §. 1. num. 2. vers. Quid si condemnauit hominem ad mortem, Instit. de obligationib. quæ ex quasi delict. nascuntur*, Albertic. *in l. 2. num. 2. in fine, & num. 3. D. quod quisque iuris*, Ias. *num. 1. vers. Limita primo*, Deci. *num. 7. in 6. notabil.* Bolognet. *num. 10.* Nicolaus Boët. *decis. 153. num. 12.* Cyrill. *in summ. crimin. rubric. de pœna Indic. qui male iudic. §. fin. num. 1.* Paul. Xamar. *d. quæst. 17. num. 38. & seq.* Tametsi contradicant Anton. Gomez *de delict. cap. 3. de homicidio, num. 16. vers. Secundus casus est*, Menoch. *de arbitr. lib. 2. d. casu 339. num. 3. in fine*, Petr. Plaza *in Epit. delictor. capite 26. num. 2.*

41 Pro sententia verò de cuius in iure apparet error † (& sic nulla, *l. 2. C. quando prouoc. non est necesse*) executioni non mandata, non ad interesse, sed ad damna, & litis expensas Iudex tenebitur. Glossa *in l. fin. verbo Si Iudex, D. de var. & extraord. cognitionib.* Bart. *in quæstionib. Iust. quæst. 9.* Bernard. Diaz. *regul. 363. vers. Secundo declara*, Auiles *in cap. 1. Pratorum, verb. A las partes, n.3. & 15.* Bossi. *tit. de Officialis corrupt. n.22. v. Scias*, Asin. *de execut. §. 1. c. 39. n.9. pag. 15. & n.31.* Vanti. *de nullit. ex defect. proces. n.129.* Farinac. *d. q. 111. n. 570.* Cezar. Barz. *decis. 33. n.9.* Mari. Giurb. *d. consil. 76. n.21.* Cæsar. Manent. *decis. 14. n.10. & 38.* Petr. Barbos. *in d. l. Si filius fam. 15. de iudic. n. 58. & 59.*

Si autem Iudex † non quidem imperitus, 42
aut muneri insufficiens, sed mediocriter saltem edoctus congruentem in facto iuxtaquè discutiendo diligentiam adhibeat, veritatis attingendæ intentione ac desiderio, & adhuc humana fragilitate erret, iniustamquè protulerit sententiam: cum iustam proferre laborarit: in exterioti & interioti foro excusatus, liberquè existet. In exteriori namque ad damna, seu interesse nullatenus hunc teneri, communiter profitentur Iuristæ, Augustin. Bero. *in cap. Quoniam contra, num. 224. de probationib. & in rubric. de appellationib. num. 91.* Pute. *de syndic. verbo Iudex male iudicans, cap. 2. incip. Licet aliàs, num. 2. & 3. fol. 172.* Burgos. de Paz *in proœm. leg. Taur. num. 172.* Paz *in praxi p.1. tom.1. temp.1. num. 57.* Bobadill. *in Politic. lib.1. cap.6. num.35. & d. lib. 5. cap. 3. num.27.* alij ab iis relati, & proximè referendi. *Quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare; Diuinitatis magis quam mortalitatis est.* vt bellè Iustinianus *in l. 2. §. Si quid autem, C. de veteri iure enucle.* Similiter textus *in cap. Inter hæc, 34. de pœnit. dist. 3.* Et vt de Ira Dei, capite 1. Lactantius: *Hoc differt ab humanitate Diuinitas, quod humanitatis est Ignoratio; Diuinitatis, Scientia.* Ideò, *quòd homines errent vt homines, nil puto mirandum esse*, cum Xenophonte *de Padia Cyri, lib. 5.*

In interioti foro, † cum facit Iudex dili- 43
genter quæ debet, subtiliter inquirendo, & seruando debitum ordinem; etsi erret, excusatur vt formaliter inquit D. Antonin. *3. parte summ. tit. 9. cap. 1. col. 5. in fine.* Caiet. *2. 2. D. Thom. quæst. 71. art. 3.* Micha. Salo *ibid. art. 4.* Paul. Laym. *Theolog. moral. d. lib. 3. de Iustitia, tract. 6. cap. 2. num. 11.* Vbi ad nullam pariter restitutionem hunc teneri dicit, & recte probat. *Si Iudex* (inquit) *alioquin non imperitus, sed ad tale munus idoneus, eam, quam moraliter debet, diligentiam adhibeat; sed nihilominus ex humana fragilitate & oblitione, inter iudicandum erret: in foro conscientia non tenetur restitutionem facere ex propriis. Quandoquidem iniuriam formalem non intulit, neque (vt posuimus) aliquid commodi ex tali sententia à parte læsa accepit: ideoquè ex neutro capite, restituendi videlicet, nec ratione rei acceptæ, nec ratione iniustæ acceptionis, lasionisvè obligatus est.* Similiter, eâdemquè ratione Dominic. Bañez *in 2. 2. Diui Thomæ quæst. 67. art. 4. conclus. 5.* excusatum dicit eum, qui pœnam non relaxandam, ex ignorantia relaxauit; neque teneri ad restitutionem postmodum, etiam si erasse cognoscat. *Quia ille* (ait) *non tenetur ratione rei acceptæ, neque ratione iniustæ acceptionis; quia excusatur ignorantia à peccato: Ergo nullo modo tenetur.* Consentiunt proximè relati Iuristæ, & Ioannes Petrus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ala *de Aduocato & Cauſidico Chriſtiano, queſt.34.& part.2.queſt.72.*

Diximus: *Iudicem non imperitum, aut muneri inſufficientem, ſed mediocriter ſaltem eruditum a peccato, & reſtitutionis obligatione ignorantia, ex humana fragilitate excuſari.*

44 Tum † ad excludendum imperitum & muneri inſufficientem, qui ſe & peccati, & reſtitutionis periculo ſciens expoſuit, iuxta *ſupra tradita numero* 35. Tum ad oſtendendum, non Eminentem in Iudice ſcientiam ad præfatam excuſationem omnino deſiderari, etſi expediret; ſed mediocrem, condecentemque muneri ſufficere, vt probat manifeſte textus *in cap. Qualiter & quando, 17. de elect.* Vbi Innocentius Tertius cuiuſdam Pontificis irritam electionem decreuit: *Quia nec donum ſcientiæ Pontifici conueniens fuerat aſſequutus.* Vbi & Gloſſa verbum *Conueniens* ponderans ait: *Bene dicit* Conueniens, *quia ſufficit quod ſit Conuenientis ſcientiæ, licèt non ſit Eminentis, infra eodem, cap. Cum nobis olim.* Vbi è conuerſo idemmet Innocentius Tertius ad alterius etiam Pontificis confirmationem faciendam, ea, inter alias, fuit motus ratione, quia *illius quoque litteraturæ, licet non Eminentis, tamen Conuenientis electus extitit.* Gloſſaque ibi, *verbo Litteraturæ, ad finem*, addit: *Eminens ſcientia bene eſt deſideranda in Prælato, & Competens toleranda. Quia multa ſcientia inflat: ſed eius imperfectum ſupplet perfectio Charitatis infra de renunciat. Niſi cum pridem*, §. *Pro defectu.* In idem etiam textus *in cap. Eccleſia, 2.57. in ord. de elect.* vbi pariter notat Gloſſa *verbo Sufficientis.* Sacrum item Concilium Tridentinum *ſeſſ. 22. de reform. c. 2.* eiuſmodi ſcientia Epiſcopum pollere requirit, qua muneris neceſſitati ſatisfacere poſſit.

Eminentis namque ſcientiæ homines vix reperiri valent, *cap. Venerabilis, 37. de prabend. & dignit.* Nullumque in Canonica aut Ciuili ſcientia reperiſſe teſtatur Andr. Barbat. *conſil. 34. Ad facti contingentias, poſt n. 53. volum. 2.* & cum eo Ioan. Hieronym. Epiſcop. Campanil. *in Diuerſor. iuris Canonic. rubric. 5. c. 4. n. 3.* Alios in id refert Auguſtin. Barboſ. *in collect. ad caput Cum in cunctis, 7. n. 20. de elect.* Suntque optimi de Ciuili quoque iure textus *in l. Si quid venditor, 18. & in l. Sciendum, 19. §. Illud, D. de edilit. edict.* Vbi Vlpianus: *Illud ſciendum eſt, ſi quis Artificem promiſerit, vel dixerit: non vtique Perfectum eum præſtare debet, ſed ad aliquem modum peritum, vt neque eum ſumma ſcientia accipias, neque rurſus indoctum eſſe in artificio.* Namque *nulla hic Perfecta ſcientia. Et propterea voluit Dominus plura remanere dubia, & non aperta in via, etiam circa Diuinas Scripturas, & circa alias facultates, vt mentes noſtras alliciat ad concupiſcẽdum perfectam cognitionem rerum in Patria.* vt Diuus conſiderat Anton. *4. p. ſumm. tit. 15. §. 2. col. 3. ante med.* Hæc enim mortali vita *ipſa noſtra ignorantia obſcuritate caligamus*, vt Gregorius inquit *Moralium lib. 17. c. 15.* Sicque *contenta eſt natura Mediocribus*, vt prouerbium format Anton. Fabet. *de errorib. pragmaticor. decad. 1. errore 1. col. 2. in fine.* Quio (vt & Ariſtoteles *Ethicor. lib. 11. n. 58.* ex Dionyſ. Lambini tranſlatione: *) poteſt quis bonis moribus inſtructus, qua virtuti conſentanea ſunt adminiſtrare. Neque* (ex C. Cantiunc. ciuſque ſtudij legalis ratione) *exactam adeo omnium diſciplinarum notitiam à Perfecto iuris Profeſſore petimus. Satis erit eum eſſe eius de qua ſermo fuerit, non inſcium.* Conueniuntque ſubiicienda ſtatim.

Diximus: *Si congruentem in facto iureque diſcutiendo diligentiam adhibeat.* Non enim ad exactiſſimam † tenetur Iudex. Vt namque *in* 45
l. 6. D. de iuris & facti ignorantia Vlpianus inquit: *Neque ſupina ignorantia ferenda eſt, factum ignorantis: nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda. Scientia enim hoc modo æſtimanda eſt, vt neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit, neque delatoria curioſitas exigatur.* In eandem effectu ſententiam recidit ipſe *in l. Si benè collocata, 33. D. de vſur.* Paulus *in l. Regula, 9. §. 1. verſ. Et vtrè, eo ipſo tit. de iuris & facti ignorantia*, Labeonis ſententia, *Scientiam neque curioſiſſimi, neque negligentiſſimi hominis accipiendam* dixit. Probant deinde text. *in l. Senatus conſuit, 15. D. de iure fiſci, in l. Diuus, 6. D. de bonis damnator. in c. Ad aures, 7. & ibi Gloſſa, verbe Cum diligentia, de ætate & qualit. & ordin. præficiend. in c. Si culpa, de iniur. & damn. dato.* Obſtruantque Andr. de Iſern. *in cap. vnic. de controuerſ. inter domin. & empt. in fine*, Aualos *in Director. Iudic. Eccleſiaſticor. 2. p. cap. 1. num. 5. & 6.* Bobadill. *in Politic. lib. 1. cap. 6. num. 37. lib. 5. cap. 1. n. 152. & cap. 3. n. 27.* Gregor. Lopez *d. verbo Daño in d. l. 14. tit. 22. p. 3.* & plerique ex ſupra relatis *numero* 42. Conſentiunt Theologi, moralem diligentiam (id eſt, quam probi & diligentes communiter, ſeu frequenter in ſimilibus negotiis adhibere ſolent) & à peccato, & à reſtitutionis obligatione liberare dicunt; nec eam neceſſariò requiri, quam diligentiores, aut ſcrupuloſi adhiberent, profitentur Leſſius *de iuſtit. & iure, lib. 2. c. 7. dub. 7. n. 31.* Rebel. *de oblig. iuſtit. lib. 1. de contract. q. 10. n. 7.* Bonac. *tom. 2. tract. de reſtit. diſput. 1. q. 2. punct. 7. n. 20. & 21.* Filliuc. *tom. 1. tract. 32. n. 74.* Valer. Reginald. *2. p. praxis fori pœnit. lib. 11. c. 3. n. 25.* Paul. Layman. *ſupra, n. 43.* Stephanus Fagundez *in præcept. Decalog. 2. p. lib. 8. cap. 26. n. 24.* reſtitutionis obligationem ad culpabilem & notabilem negligentiam, cum aliis à ſe adductis, referens. Recentius Cardinalis à Lugo *de Iuſtit. & iure, p. 2. diſput. 37. ſect. 10. n. 117.*

Diximus item: *Veritatis attingendæ intentione* & deſiderio. † *Intentio ſiquidem (vt ait* 46
Ambroſius) operi tuo nomen imponit. Nam cuius finis bonus eſt, eius quoque opus bonum eſt, & econtra, ſecundum Philoſophum. Vnde Saluator ait Lucæ 11. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. *Oculus Intentio dicitur, qui reſpicit finem, ſeu ea, quæ ſunt ad finem reſpectu finis. Simplex autem dicitur, cum ſolum intendit vltimum finem ſine duplicitate, vel alia mixtura: & tunc, totum corpus, id eſt, congeries operum inde ſequentium Lucidum eſt, id eſt, Gratioſum.* Hæc Diuus Antonius *1. p. ſumm. tit. 3. c. 6. §. 1.* Et *de offic. lib. 1. c. 30.* Ambroſius ab Antonino citatus abſque

loci

loci mentione: *Affectus tuus* (inquit) *nomen ponit operi tuo.* Eandem prior Antonino theſim proſequens Gregorius *Moral. lib.* 10. *cap.* 13. ſic in eam ipſam ſententiam venit: *Quod Oculorum nomine vera Intentio exprimatur; per Euangelium Veritas atteſtatur dicens:* Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. *Quia videlicet ſi operationem noſtram Intentio munda præueneris, quamlibet aliter hominibus videatur; interni tamen Iudicis oculis mundum ſubſequentis actionis corpus oſtenditur.* Et in Ezechielem lib. 1. Homil. 7. *Oculum videlicet* (ait) *Intentionem, corpus verò Actionem nominant. Quia ſi noſtra intentio apud Deum ſimplex fuerit, in eius iudicio noſtra actio tenebroſa non erit.* Iterumque *Moral. lib.* 28. *cap.* 6. *col.* 7. *in fine*, eundem Lucæ explicans locum: *Quid per oculum exprimitur, niſi opus ſuum præueniens cordis intentio? Qua priuſquam ſe in actione exerceat, hoc iam quod appetit, contemplatur. Et quid appellatione Corporis deſignatur, niſi vnaquæque actio, quæ intentionem ſuam quaſi intuentem oculum ſequitur? Lucerna itaque corporis eſt oculus; quia per bonæ Intentionis radium merita illuſtrantur actionis.* Et ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. *Quia ſi recte intendimus per ſimplicitatem cogitationis; bonum opus efficitur, etiamſi minus bonum eſſe videatur.* Et ſi oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. *Quia cum peruerſa intentione quid, vel rectum agitur, etſi ſplendere coram hominibus cernitur; apud examen interni Iudicis obſcuratur.* in idem, multa præfatus Gillebertus *ſuper Cantic. ſerm.* 22. *col.* 2. *poſt princip.* inter Diui Bernardi opera, inquit: *Vniuerſum corpus operationis ſimplex illuſtrat oculus Intentionis.* Et poſt pauca: *Ideo tenebroſa ſunt, quod Intentionis lumine carent.* Diuus quoque Bernardus idem, de Interiori domo, cap. 45. *Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua.* Repetitque *de modo bene viuendi, Serm.* 25. & *ſuper Cantic. ſermon.* 40. quod *ex Intentione pulchritudo operis, ſicut ex facie pulchritudo corporis æſtimatur.* Conſcientiæ itaque noſtræ *ſuperluminare eſt ipſa Intentio, quæ præeminet actioni.* vt eam cognominat Gregorius *Homil.* 22. *in Euangel. col.* 3. *ad finem.* Et vt quiſquis ille:

Quidquid agunt homines Intentio indicat omnes.

Sicut enim *malitia corrumpit rectum iudicium, & errare facit circa iudicia practica,* vt ex Ariſtotele *Ethicor.* 7. inquit Abulenſis *ad capit.* 16. *Deuteron. quæſt.* 5. & ſicut *fit plerumque, vt ſi in bono opere recta intentio non tenetur; etiam ipſum hoc opus, quod bonum creditur, amittitur,* vt iterum repetit Gregorius *Moralium lib.* 12. *cap.* 24. *ante finem:* ita *diligentibus Deum, omnia operantur in bonum.* vt Paulus *ad Roman.* 8. *v.* 28. Ex vulgari quoque Gentilitatis prouerbio: *Hominem frugi omnia recte facere*, Cicero prodit *Tuſculanar. quæſtion. lib.* 4. Ex intentione recta, Iuſtitiæque amore. *Diuina namque iudicia meritum iuſti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu metiuntur.* profitetur Ambroſius *ſuper Euangel. Lucæ, c.* 1. in illud: *Erant autem ambo iuſti apud Deum.*

Ideò qui *iudicat ex amore Iuſtitiæ* (*id eſt, ex intentione, qua vult ſeruare bonum Iuſtitiæ, & reddere vnicuique quod ſuum eſt; quæ Intentio eſt primus actus elicitus à virtute Iuſtitiæ*) *non iudicabis contra iuſtitiam.* vt hiſce verbis affirmat Dominic. Bañez *in* 2. 2. *Diui Thomæ, quæſt.* 6. *art.* 2. *ad finem.* Diligentia, diſquiſitioneque, vt prædiximus, comite. *Quia ſi recte offeras, non recte autem diuidas, peccaſti,* vt ex Septuaginta Interpretibus *in cap.* 4. *Geneſis* D. Gregorius transfert, *Moral. lib.* 5. *cap.* 10. Sic itidem, ſecundùm quod inſequimur, explicans ibi: *Recte offertur, cum recta Intentione quid agitur: ſed recte non diuiditur, ſi non hoc quod pie agitur, etiam ſubtiliter diſcernatur.* Sic autem iuſtitiam miniſtrantem legi obſequi, & *Deuteronomij* 16. *v.* 20. præcepto ſatisfacere, iubenti: *Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris,* aſſerit D. Petrus Damianus *epiſtol. lib.* 2. *epiſt.* 2. *ad S. R. Eccleſia Cardinales.* Quia, ait, *ille quod iuſtum eſt, iuſte probatur exequi, qui in aſſertione iuſtitiæ, nihil aliud præter ſolam iuſtitiam quærit.* Aliter *poſſe iuſtum iniuſtè fieri* (hunc ipſum locum expendens Ambroſius *in Euangel. Lucæ, d. cap.* 1. in illud: *Erant autem ambo iuſti ante* Deum) & ait, & comprobat. *Non enim quis dicitur iuſtus ex eo quod iuſta opera facit: ſed ſi iuſtè, & iuſto animo facit: nec dicitur miſericors ex hoc quod eleemoſynam dat; ſed ſi recto animo dat,* vt & Auguſtinus Anconitan. ſubſcribit *in Cantic. Deipara Maria, chorda nona, quæſt.* 1. Recta verò intentione, congruaque diſquiſitione, ſi adhuc Iudex iniuſte iudicet, præter intentionem deceptus, aut errore lapſus; iniuſtus dici non poteſt, niſi materialiter, ſententia Diui Thomæ 2. 2. *quæſt.* 59. *art.* 2. & 3. Vbi ex eo, ſic quærit, reſpondetque in illius compendio Alagona: *An aliquis dicatur iniuſtus ex eo quia facit iniuſtum?* Reſp. *Non ſemper. Vt quando præter intentionem facit iniuſtum, non eſt iniuſtus niſi materialiter: ſecus ſi ex intentione & electione facit iniuſtum.* Et repetit *d. art.* 3. Etenim *Innocentia eſt, vbi non eſt nocendi voluntas,* ſecundum Ambroſium *lib. de bono mortis, capit.* 1. O ergo *Quam bonus Iſraël Deus his qui recto ſunt corde!* cum Regio Vate *pſalm.* 72. *verſ.* 1. exclamemus, noſcamus.

At verò † *Affectus Iuſtitiæ non debet eſſe* 47
qualiſcumque, ſed auidiſſimus, qualis eſt affectus cibi & potus in eo qui fame & ſiti laborat, vt profitetur Bañez *d. quæſt.* 6. *art.* 2. *col.* 3. Diximuſque *ſupra Rubrica* 11. *Annot.* 1. *n.* 30. Et probat illud Matthæi 5. *v.* 6. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt Iuſtitiam.* Cur non ita ſitiat iuſtitiam Iudex, cum Græcarum litterarum (quas ſenex didicerat) ſtudium ita auide ſitire *in Catone Maiore* aſſcueret Cicero; *quaſi diuturnam ſitim explere cupiens?* Cui quidem affectui, † veritatiſque attingendæ 48
deſiderio ſicut nimia ſubtilitas (legibus exoſa, vt *in Axiomatib. iuris, lit. S. num.* 58. notauimus) ſingularitas, ſuique confidentia no-

cumento esse solet, vt adiicimus *infra num.* 53. ita communibus Doctorum opinionibus adhærere, solet conducere multum. *Quia in numero ipso est quoddam Magnum, collatumque consilium; quibusque singulis indicium Parum; omnibus Plurimum.* cordata Plinij consultatione Celeri suo *lib. 7. epistolar.* Nam *per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur,* testimonio Imperatoris Iustiniani *in l. quæstionem,* 32. *§. sed sine in fine, C. de fideicommiss.*

A communibus ideo deuiantium, rectæ Intentionis excusatio periclitatur, tot illarum insectionem Iuribus, Auctoritatibusque suadentibus, *l. Iulianus autem, alias Iulianus etiam,* 16. *D. de indic. l. Ad exhibendum,* 5. *C. ad exhibend. l. 1. in fine principij, D. de offic. quæstor. l. 4. D. de iis qui not. infam. l. Ita,* 51. *§. Dicitur vulgo, D. ad leg. Aquil. l. 1. D. de senatorib. l. scire oportet,* 15. *§. Aliud, vers. Sed etsi maxime, D. de excusationib. tutor. cap. 3. dist. 20. cap. sunt nonnulli,* 25. *vers. Tantorum Patrum,* 16. *quæst. 1. cap. Ne innitaris,* 5. *de constitutionib. cap. 1. de decim. cap. 2. de Præsbyter. non baptiz. cap. Nonnus* 27. *de verbor. signific.* Legistæ communiter *in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. public.* Canonistæ *in cap. Ne innitaris,* Iaso *in l. si quis arbitratu, num.* 21. *D. de verbor. obligationib.* Faber *in proœm. institut. num.* 2. Cathald. *de syndic. quæst.* 61. *n.* 35. *& seq.* Amodæ. *eodem tract. num.* 123. *fol.* 55. Paris. de Put. *verb. Iudicare, cap.* 3. *num.* 1. *& seqq. fol.* 211. Auiles. *in cap.* 1. *Prætor. verbo Fiel, num.* 15. *& seqq.* Anton. Gomez *in l.* 1. *Tauri, num.* 9. Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. Paz *in praxi p.* 1. *temp.* 1. *num.* 59. *pag.* 26. Zeuall. *commun. contra commun. in præfation. num.* 30. *& seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 71. *num.* 1. *&* 2. Paul. Xamar *de offic. Iudic. & Aduoc. p.* 1. *quæst.* 3. *à num.* 1. *cum seqq.* Osuald. Helliger. *ad Donel. enucl. lib.* 26. *cap.* 2. *lit. B.* Cesar. Barz *decis.* 90. *num.* 37. *&* 38. Cardinal. Francisc. Mantic. *decis.* 344. *n.* 2. Ioan. Vincent. Honded. *consil.* 23. *num.* 47. *lib.* 1. plene Farinac. posthum. *in repertor. iudic. quæst.* 13. *per tot. præcipuè à numer.* 11. *cum seqq.* & multi alij penès ipsos. Etenim *melius omnibus quam singulis creditur,* vt patet ad sensum, & prouerbialiter iterum Plinius *in Panegyr. Traiano dicto.*

Adeoque communis Doctorum opinionis sequendæ conuenientia seu etiam obligatio vrget; †vt dixerint multi, sententiam 49
contra communem latam, patiter atque si contra legem lata foret, nullius esse momenti, pariaque esse contra legem, vel contra Communem iudicare. Sic Ripa *in l. Cum prolatis,* 32. *num.* 106. *vers. Quid tenendum, & num.* 107. *D. de indic.* Francisc. Viui. *commun. opinion. verb. Index iudicando,* Anton. Marc. Corat. *de electione opinion. tit. de pœnis contra commun. indic. num.* 10. 11. *&* 12. Communem dicit, etsi non sequatur, Sigismund. Scacc. *de sentent. & re iudic glossa* 14. *q.* 24. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 11.

50 Et quamuis validam esse † teneant alij (vt, ex Iasone, Angelo, Alexandro, Felino, & aliis, tradit Vantius *de nullitatib. tit. de nullit. ex defect. process. num.* 120. *pag.* 689.) at iniustam non negant, & in syndicatu pro ea Iudices teneri firmant Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de constit. num.* 25. Anton. de Butr. *num.* 16. *vers. In Iudice.* Panormit. *num.* 15. *vers. secundo casu,* multi præterea, quos refert & sequitur Vantius *vbi proxime, vers. Index tamen,* Anton. Marc. Corac. *d. tit. num.* 25. *& seqq.* Pureus & cæteri *proxime num.* 48. Litemque suam facere sic iudicantem, & ad interesse teneri, profitentur (cum Bart. Angelo, Panormit. Ancharano, & aliis) Stephan. Bertrand. *consil.* 32. *num.* 3. *vol.* 6. Petr. Rebuf. *de primileg. scholastic. priuil.* 72. Vuesembec. *consil.* 88. *n.* 25. Thoming. *decis.* 123. *n.* 15. Osuald. Helliger. *d. lib.* 26. *cap.* 2. *lit. B.* multis quoque laudatis Farinac. *in repertor. iudicial. quæst.* 13. *num.* 24.

Non tamen adeo amare, † & sine delectu 51
intelligendum, vt cuiusque iudicium subigendum necessariò Communi sit, & proprius alieno vinciendus intellectui. Non cæcum obsequium exigit; sed rationalem assensum. *Non enim opinio tua, sed mea quarenda est,* veluti Vlpianus inquit *in l. 1. §. penult. D. de itiner. actuque priuat.* Cui affine est Cassiodori *variar. lib.* 8. *epist.* 18. dogma, dicentis: *Non enim decet, Iudicem ministrum esse voluntatis alterius.* consentit Ioan. Garz. *de nobilit. in initio, num.* 15. & prædiximus *supra, Rubrica præcedenti, Annot.* 6. *num.* 1. *& seq.* Æstuantibus aliis, sub vmbra ne piger, lentusque sedebo? *Nemo expectet vt alieno tantum labore sit disertus. Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum est, facienda sua cuique vis, vsus, sua ratio.* vt bellissimè. *Oratoriar. institution. lib.* 7. *cap.* 11. Quintilianus. *Turpe etiam illud est, contentum esse id consequi, quod imiteris. Nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo, quem sequebatur.* argumento ipsius acuto, *lib.* 10. *cap.* 2. latius id prosequentis, multisque comprobantibus idem. *Postremò scias infœlicis esse ingenij nihil à se promere, semper imitari,* vt bene Angel. Politianus *epistolar. lib.* 8. *epistola Paulo Cortesio, in fine.*

Neque est quod mihi illud, decisionum more, respondeas: Hæc pars maior habetur: *Ideo enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est.* Si cum Seneca loqui sentireque licet, *de vita Beata, cap.* 2. Enimverò *nihil æquè & eloquentiam, & omne aliud studium auribus deditum vitiauit, quàm popularis assensio.* ipsius pariter iudicio *epistola* 102. Ciceronem quoque consortem eiusdem conceptus habentis, *lib.* 2. *de finib. bonor. & malorum* inquientem: *Non grauissimum est testimonium multitudinis. In omni enim arte, vel studio, vel quauis scientia, vel in ipsa virtute, optimum quidque rarissimum est.* At vulgo hæc attribues: pariter & assentiar ego. Sed & chlamydatos vulgus habet, si à vulgo non differant. Dolenter fateri cogimur, *negare non possumus turbam Doctorum aliquando amplecti vnam opinionem absque delectu rationum, aut saltem non tam exactè rationibus ponderatis.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rarijs.vt,cum Vazquez,Azorio, Villalobos, & Sayro,aduertit,cohærentia proferens verba,Ioannes Sanchez *disput. selectar. disput. 29.num.7.*

Concludenda ne Princeps atque nobiliſſima animæ facultas, qua vna cæteris animantibus homo ſecernitur? Dicendumvè quidquam non tam quia rectum, mentique conforme;quam quia dictum? Abſit. *Nihil enim magis præſtandum eſt, quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum eſt,ſed qua itur.* Senecæ admonitione *de vita Beata,cap.* 1.Auium quoque ſimilitudine, quarum vna volante, cætera volant,vſus eſt Decius, eius querelatione,Roland.à Valle *conſil.*100.*num.*50. *vol.* 2.Proſequimurque *infra*, *maxime num. fin.* Quid prudenti ſtultius? Quid ſcribenti ineptius,quam *Hoc Zeno dixit Tu quid? Hac Cleantes. Tu quid? Quouſque ſub alio moueris? Et impera, & dic quod memoriæ tradatur:aliquid & de tuo profer.* eiuſdem Senecæ & monitu, & merita increpatione *epiſtola* 33.Ergo ne ſimus.

Imitatores ſeruum pecus.

vt & hos appellat Horatius *epiſtolar. lib.* 1. *epiſt.*19.*ad Mæcenatem.*

Scio quantum pondetis Communis habeat:At & ſcio Domini præceptum *Exodi* 23.*v.* 2. iubentis: *Ne in iudicio plurimorum acquieſcas ſententiæ, vt à vero deuies.* Scio, non ex numero, ſed expendere æſtimandas ſententias. *Cum poſſit vnius forſam & deterioris ſententia & multos & maiores in aliqua parte ſuperare,*vt ait Imperator Iuſtinianus *in l.*1.§.*Sed neque*, *C. de veteri iure enucleand.*nequaquam ex eo Communibus Iudices arctans, *neque ex multitudine Auctorum:*ſed præcipit eis: *Quod melius & æquius eſt,iudicatote.* Cui accedunt textus *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à maiore parte capit. & in cap.Nicena,*31.*diſt.*Obſeruant,docentque ſic Martin.Nauar.*in Manual.cap.*27. *num.* 286. *& ſeqq.*Paul.Laym.*Theolog.moral. lib.*1. *cap.* 5.Sanchez,ab eoque cæteri Theologi citati proxime,& infra referendi Iuriſtæ. Oppoſitum, vt neceſſarium, flebile in conuentibus publicis, agnouit Plinius malum *epiſtolar. lib.* 2. *epiſtol. Ariano ſuo.* Quia *numerantur ſententiæ, non ponderantur. Nec aliud in publico Concilio poteſt fieri, in quo nihil eſt tam inæquale, quam æqualitas ipſa.*

52 Cum itaque † aduerſus Communem opinionem, Rationem ſtare viderit Iudex (ſeu de Maioribus, ſeu de minoribus ſit, reiecto Coratij inter eos diſcrimine apud Farinacium poſthumum *in repertor. iudicial. d. quæſt.*15.*num.*23. cum in vtroque eadem ſit ratio,tametſi in Maioribus valentius vrgeat) poteſtque de ratione,de communique errore docere:à communi merito deuiat. Sic tradunt Bart.*in d.l.cum prolatis, D.de iudic.in fine*,Alexand.*num.*21.22.*&* 23.idem Bart.*in l. fin.n.*5.*C.de pœn.Iudic.qui male iudic.*Abb.*in d.cap.*1.*de conſtitutionib.num.*15.*in c. Vt debitus .de appellationib num.*25.*& in cap. Tua nos,de vſur.num.* 9. Barbat.*conſil.* 28. *incip. Scripſit belliſſimè,num.*2.*vol.*1. Bobadill. *in Polit.lib.*5.*cap.*3.*num.*28.Paul. Xamar *de offic.Indic.& Aduoc.p.*1.*quæſt.*3.*num.*9. Sigiſmund.Scacc.*de ſentent.& re iudic. gloſſa* 14. *quæſt.*24.*num.*5.Roland.à Valle *conſil.vlt. n.* 49.*& ſeqq.vol.*2.Villalob.*commun. opinion. lit.C.num.*107.Farinac.*d.quæſt.*13.*num.*55. *& ſeq.*Oſuvald.Helliget.*d.lib.*26.*cap.* 2. *lit. B.* multique alij penès ipſos,& *numero quoque ſequenti in fine.*Ex Theologis Azorius *inſtitution.moral.p.*1.*lib.*2.*cap.*13. *ad finem, verſ. Præterea animaduertendum eſt*, Natal *de iuſtit.diſtribut. diſput.fin.art.*3. *num.* 4. cæteri præcedenti numero relati. Saluis quoque manentibus his, quæ in conſcientiæ foto circa facultatem probabilis opinionis amplexus late diſcuſſimus *proxima Rubrica elapſa, Annot.*7. *per totam.*

Non enim(vt diximus) aliorum cogitat eſſe pediſſequus Iudex, aliorumque placito intellectum habere teuinctum.Imo rationabilem ſuam tenetur opinionem ſequi, ſed non voluntatem, vt inquit Gloſſa *in capit. Iudices,*3. *quæſt.* 7.*verb. Voluntatis.* Etenim *qui ante non iſta mouerunt, non Domini noſtri,ſed Duces ſunt.* vt Seneca *d. epiſtola* 33. Nullatenus deprimenda, ſed fouenda ingenia ſunt. Enimverò *pigri eſt ingenij contentum eſſe his,quæ ſunt ab aliis inuenta,*vt bene Quintilianus *Oratoriar.inſtitution.lib.* 4.*c.*1. & ex Politiano *præcedenti* ſimiliter *numero* diximus.

At verò non quiſquam ſuæ adeo inuentioni indulgeat, † vt facile poſſe à communi recedere exiſtimet. *Ne dum volumus eſſe meliores veteribus, ſimus tantum diſſimiles,*vt idem admonet Quintilianus *Oratoriar. inſtitution. lib.*8.*cap.*5.*ad finem.*Equidem

Pro magno teſte Vetuſtas.

Si credendum Ouidio eſt,*Faſtor.lib.*4.Apud 53
multos imo *Religionis eſt inſtar*, vt ait Tertullianus *in Apologet.aduerſus Gentes, c.* 19. *in principio.*Nec plus ſibi æquo,ingenioque ſuo deferat,aut nimiè illius acumini credulus,inuitatur prudentiæ ſuæ,*c. Ne innitaris, de conſtitutionib.*

Sapientia non placet alta.

vt eſt apud Tertullianum *in Carmine ad Senatorem ex Chriſtiana Religone ad idolorum ſeruitutem conuerſum,cap.*1. Namque *ſi quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat ſcire.* Apoſtoli doctrina *Corinth.*1.*v.* 2. Ea propter non ſit ſapiens apud ſemetipſum ex Eccleſiaſt. *cap.* 32.nec abundans in ſuo ſenſu, ex Bernardo *ſerm.*1.*de fontib.Saluatoris,pag. mihi* 27. *col.* 4.*in principio.*Quia *fiducia ipſa ſolet opinione arrogantia laborare*, ex Quintiliano itidem *Oratoriar. inſtitution.lib.*4.*cap.*1. Inde(*quod eſt vbique pernicioſiſſimum*) *præuenit vires Fiducia,*ipſius quoque ſententia *lib.* 12. *cap.* 6.communique experimento.Cuius *præſumptio inuerecundia portio eſt*, vt Tertullianus affirmat *lib.de pœnitentia, cap.* 6. *in fine.* Fugienda prorſus.*Cum maximè deceat, vnumquemque de ſe ipſo parcè.humiliterque cenſere,nec ſenſui proprio (qui ſæpe nos decipit) facilè credere:moneantque Sapientes, proprio*

iudicio

iudicio (tunquam pessimo consultore) haud quaquam esse fidendum, vt & Cardinalis Gabriël Paleotus *de Sacri Consistor. Consultationib. p. 2. quæst. 2.* cum eis simul monet. *Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.* Paul. item doctrina *ad Galat. 6. v. 3.* Atqui *sibi quidem ipsi fidere, non Fidei, sed Perfidiæ est: nec Confidentia, sed Diffidentia magis in semetipso habere fiduciam*, vt assertor Bernardus existit *in Vigilia Natalis Domini, Sermone 5. longe ante finem.* Quam errorem insequitur; casus miserabilis monstrat. *Nam qui præsumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur*, vt tam scitè quam eleganter Tertullianus *de cultu fœminar. cap. 2.* latius in id progressus. Vnde Dominus *execrabiles & detestabiles dicit esse, qui sibi placeant, qui tumidi & inflati aliquid sibi arroganter assumant.* Cuius testimonio sic prodit Cyprianus *epistola 67. ad Stephanum*, iuxta ordinem Iacobi Palemij, alias *libr. 3. epist. 13.*

Ergo *collyrio inunge oculos tuos vt videas.* Apocalips. 3. v. 8 Angelica monitione. *Collyrio quippe oculos vt videamus inungimus, cum ad cognoscendum veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur; quia Arrogantia sapientiæ, seu Iustitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra videt; albuginem tolerans, nil videt. Quia videlicet sensus humanæ cogitationis si stultum se, peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit: Si autem candorem sibi Iustitiæ, siue Sapientiæ tribuit, à luce se Superna cognitionis excludit; & eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per Arrogantiam exaltat.* expositore, simulque consultore Gregorio *Cura Pastoral. 1. p. cap. 11. ad finem.*

Propterea *ne velis rei cuiusquam gnarus videri; etsi quibus esse aliquis videaris; nec crede tibi ipsi*, fidem quoque adhibens Epicteto *in Enchirid. cap. 17.* sed à Deo intellectum directionemque intende, Moysis, optimi Rectoris exemplo. *Qui de rebus dubiis semper ad Tabernaculum recurrit: exemplum, proculdubio, Rectoribus præbens, vt cum foris ambigunt quid disponant, ad mentem semper, quasi ad Tabernaculum, redeant, & velut coram Testamenti Arca Dominum consulant, si de his in quibus dubitant, apud semetipsos intus Sacri eloquij paginas requirant.* Sancti etiam Gregorij documento *Cura Pastoral. 2. p. cap. 5.*

Imperitiam suam etiam periti noscant, nec se ignorent, vt verè sint periti, vt illis se Veritas manifestet. *Quid est* enim *cognitio veritatis? Primo cognoscere te ipsum.* vt Augustinus quærit & soluit *in Manuali, cap. 26.* Nec præsumptæ suæ blandiantur sapientiæ, quia *ad veram sapientiam venire non possunt, qui falsa sua sapientia fiducia decipiuntur*, Gregorij pariter testimonio *Moral. lib. 13. cap. 14. ad finem.* Enimverò *imperitia sua cuique mala est; sed ignorantia, pestis. Initium sapientiæ, vt Plautus scribit, imperitia sua agnitio.* ex eo sic tradente Hermolao Barbaro Patriarcha Aquil. M. L. Phosphoro Pontifici Signino scribente, inter epistolas Angeli Politiani *lib. 12. pag. mihi 411.* Namque *prima virtus est cognitio infirmitatis.* Diui Gregorij sententia *epistolar. lib. 6. epist. 5.* Cyriaco Episcopo Constantinopolitano. *Dicentes enim se esse Sapientes, stulti facti sunt.* ad Roman. 1. v. 22. Et *Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus.* ibidem cap. 9. v. 31. & 32. *Neque enim* (vt ex Imperatore Const. prodit Ioannes Ala de Christiano & Politico Decurione, quæst. 3.) *qui in omnibus sua prudentia fidit, hunc omnia bene facere finit Deus. Neque idem* (*cum Creator, creaturaque sua Moderator sit*) *consilij inopem per omnia ex imprudentia decipi permittit.* Tandem, *Superbo oculo veritas non videtur; sincero patet*, teste Bernardo *sermone 62. super Cantic. ad finem.*

Non igitur facilè aut leuiter à communi recedendum Iudici est, præ omnibus sibi, iudicioque suo fidenter arrogando. *Nam quisquis se præire omnes ratione æstimat, quid iste aliud quam solum se esse hominem exultat? Et sæpe contingit, vt cum per tumorem mens in altum ducitur, in despectu omnium, sui admiratione subleuetur. In cogitatione enim proprij fauores oriuntur, sibique de singularitate sapientia blandiuntur. Ipsa fatuitas pensat ea, quæ audierit, ac verba quæ profert, & miratur sua, & videt aliena. Qui ergo solum se sapere æstimat, quid aliud quam hanc tandem secum oriri sapientiam putat? Nam quam adesse aliis abnuit, soli sibi hanc tribuens, profecto intra tempora sua breuitatis claudit.* vt D. Gregorius *Moral. lib. 10. cap. 14. illud Iob c. 12. v. 2. Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur Sapientia?* seu vt ipse legit: *Et vobiscum oritur Sapientia?* inclyte explicans, ait.

Cum verò à communi deuiandum existimet Iudex, in aperto contra eam debet existere ratio, appareteque manifestè. Male enim noua placent, nisi antiqua bene displiceant. Tunc autem Antiquitati, Doctorumque multitudini proponenda Ratio. *Nec sit nouitas molesta, qua proba est*, veluti *lib. 3. epist. 17.* suadet Cassiodorus. *Quando enim Ratio opinionem superat, laudandum est ingenium; sed haud quaquam adhibenda fides* opinioni, vt *rerum antiquarum lib. 1. c. 4.* Diodorus Siculus litteris mandauit. *Quoniam id solum rectum est, quod Ratio præscribit*, vt, hoc ipsum latè prosequens argumentum. *Diuinar. institution. lib. 2. cap. 7.* Lactantius inquit. *Sed* (vt prædiximus, & proximè Diodorus nectit) *æquum est, vt qui aliquid pro comperto affirmat, aut certum suæ sententiæ afferat testem: aut eam ex concessis principiis probare.* vt & (præter iam numero præcedenti relatos) aduertunt Andr. Barbat. *in c. 1. de constitutionib. n. 112. & 113.* Diui quoque Hieron. auctoritate, ex eisque Augustin. Barbos. *in additionib. ad collectan capitis Prudentiam, 21. de offic. & potest. Iudic. deleg.* Nos *in Axiomatib. iuris, lit. A. n. 620. & sequenti.*

Quod

Quod si aliquid noui adinuenerit Iudex,
54 †quod non viderit multitudo, ad quodvè si attendetet, in eius probabiliter descendisset sententiam: gratias Deo humiliter pro beneficio, pro lumine agens, *ne dicas in corde tuo:* Fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt. *Sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit.* iuxta illius præceptum *Deuteronomij c.8. v. 17. & sequenti.* Qui sapientiam præstat paruulis, *Psalm.* 18. *v.* 8. absconditaque eis reuelat, *Matth.* 11. *v.* 25. Nec mordicus Antiquitatem rodas; sed lento gradu, sensim, leniterque, post maturam disquisitionem, interpone iudicium tuum, sciens ac prudens quod *non claudat fides opinionis antiquæ*, vt facetè Ennodius *lib.9.epist.17.* Quodque *multum auctoritatis affert Vetustas*, vt *Oratoriar. institution. lib.5.cap.9.* Quintilianus. *An forte, vt plerique garriunt, meliora quam veterum ingenia nostris sæculis orta sunt?* Ambrosius quasi rogando negat, *de vocatione Gentium lib. 2.c.* 5. Veteris potius & veneretis eam, Imperatoris Iustiniani exemplo *in l.2.§. Tanta autem, C.de veter.iure enucleand.* & (iuxta notata à Nobis *de priuil.miserabil.personar. 3.p.q.18. n.* 39. & 40.) excusa, eique gratulare. *Quoniam honoranda est semper Antiquitas*, vt inquit S.Leo *epist.*89.

Quamuis enim *naturalium quæstionum lib.6.cap.*5. Seneca dicat: *Opiniones Veterum parum exactas esse, & rudes* : idem tamen ipse excusationem parans, subiungit ibidem: *Circa verum adhuc errabatur, nouæ omnia erant primo tentantibus; post, eadem illa limata sunt. Et si quid inuentum est, illis nihilominus referri debet acceptum. Cum excusatione itaque audiendi sunt. Nulla res consummata est dum incipit.* Inferius addens: *Nec ars vlla consummatur ibi vnde ordiendum est. Sed* (Quintiliani discursu Oratoriar. institution. lib. 3. cap. 11.) *vt peruenire ad summa, nisi ex principijs non potest: ita procedente iam opere, minima incipiunt esse, quæ prima sunt.* Antiquitas quidem hausit, non exhausit peritiam: inuestigationi fores non clausit, sed aperuit. Cui acceptum referri debet; & quod incepetit, viamque monstrarit (*quoniam rude principium tale debuit habere commercium, quod prouocaret ingenia sequentium*, vt optimè Cassiodorus *lib.7.variar.epist.* 28.) & quod memoriam, gratiamque reseruarit in posteros.

Vrit enim fulgore suo, qui prægrauat artes
Infra se positas: extinctus amabitur idem.

vt Horatius inquit *epistolar.lib.2.epistol.* 1. *ad Augustum.*

Eia ergo *adiice splendorem, gratiam, venustatem: per te Posteritas intellecta grätuletur, quod ante vetustas non intellectum venerabatur.* cum Vincentio Lyrinensi, cuius exhortatio ista *commentar.2. aduersus profanas nouitates, cap.* 27. Quo quidem modo, non Veritati, non Ingeniis, non Antiquitati detrahitur; sed adiicitur. *Quid igitur? Damnamus Veteres? Minimè: sed post priorum studia, in domo Domini, quod possumus laboramus,* vt *Apologia contra Ruffinum* opposito respondet Hieronymus. *Nec quia nos illi temporibus anteceserunt; sapientia quoque anteceserunt: qua, si omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non potest. Quare cum sapere, id est, Veritatem quærere, omnibus sit innatum: sapientiam sibi adimunt, qui sine vllo iudicio inuenta Maiorum probant, & ab aliis, pecudum more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod Maiorum nomine posito, non putant fieri posse, vt aut ipsi plus sapiant, quia Minores vocantur: aut illi desipuerint, quia Maiores nominentur.* vt eleganter; prouideque Lactantius *Diuinar. institution. lib.2.cap.*8. Ferendi ne

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes?
Interdum vulgus rectum videt: est vbi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatque Poëtas,
Vt nihil ante ferat, nihil illis comparet: errat.
Si quædam nimis antique, si pleraque durè
Dicere credat eos, ignauè multa fateatur:
Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.
Indignor quidquam reprehendi, non quia crassè
Compositum, illepidevè putetur; sed quia nuper.
Quod si tam Græcis nouitas inuisa fuisset.
Quàm nobis: quid nunc esset vetus? aut quid haberet
Quod legeret, tereretque viritim publicus vsus?

Horatij, supra, Iustitiæ potius partes pro posse fouentes; multum (vt ostendimus) deferendum dicimus Antiquitati, antecedentiumque Doctorum opinionibus: sed magis Rationi. Illis indulgendum, huic seruiendum.

DE PRÆMIO, MERITOQVE Bonorum Iudicum, Pœna malorum. De vita Priuata, tranquilla, occupatique Otij laudibus, & exhortatione ad illud.

SVMMARIVM.

1 *Labor est virtus (quamuis & ipsa sui præmium sit) mercedem, præmiumque exigit, Nequitia supplicium.*

Præmio & Pœna vita moderatur humana. Vtroque continetur: nec de alio lis est, quam de Præmio, aut Pœna. Quæ duo Deos tantummodo putauit Democritus. His Iupiter Imperio potitus, post vitæ finem, Deus habitus. ibi.

2 *Iudicibus pro viribus, munera satisfacere*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

facere curantibus, quæ præmia Diuina humanaque polliceantur eloquia? Quibus eos muneribus ornent? quibusque pœnis Diuina humanaque leges afficiant malos? & num. 7.

Spes Præmij furatur labores, & metum abscondit periculi, ingenia acuit, fouet artes, merita, gloriamque sollicitat. ibi.

Iustus totus Beatus & Fœlix. ibidem. *Iniustus infœlix & miser.* d. num. 7.

3 *Quale bonorum Iudicum sit meritum? Et an Religiosorum æquet, vel etiam superet?* & numer. seqq.

4 *An maioris meriti sit vita actiua quàm contemplatiua, vel è contra?*

5 *Clericorum cœtus an honorabilior sit quam Monachorum?*

6 *Præmium meritis correspondet: Pœna culpæ. Deque pœna ad præmium valet argumentum; & è contra.* & numer. seq.

7 *Quanta Iudicum & Prælatorum pericula.* & numer. seqq. *maximè* n. 14. & 21.

8 *Quantum corporalis solitudo menti solitudini, & vitiorum fugæ conducat. Deque solitudinis laudibus: quamque fœliciar & beatior solitaria quam Ciuica popularisque vita sit?* & numeris seqq. vsque ad finem.

Solitudo non est ipsa essentia Perfectionis, sed Perfectionis instrumentum. ibi.

Præfecturam fugere, prima & singularis prudentiæ est. Et quare? ibidem.

9 *Vita solitaria an homini conueniat? Et an eam eligens, contra, vel præter naturam agat?* & num. seq. 12. 24. & 26.

11 *Antiquitas Senatores, Imperatores, & Duces vocabat ab agris.*

12 Academia, *Academicique vnde traxere nomen?*

Studijs & tranquillitati multitudo nouerca. Solitudo est Cœlestis doctrinæ schola, Diuinarum artium disciplina, & humanarum profectus. ibi. & num. 29.

Quieti & Tranquillitati Voluptatis *nomen dedere Philosophi?* ibid.

13 *Nihil minus est hominis occupati quam viuere. Omnis Potentatus vitæ breuis, etiamsi longissima sit. Quosque Principes celebriores recessus, quam Imperia fecerint?* ibi.

Solitudo dies multiplicat: Occupatio & publica negotia demunt. ibi.

14 *Omnium occupatorum, & sic humana, misera conditio est. Quia occupatio magna creata est omnibus hominibus, & Iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque ad diem sepulturæ. Miserior eorum, qui voluntarijs quoque occupationibus distrahuntur. Quantæque sint vitæ humanæ?*

15 *Principes & Iudices, etiam cum optima cesserit, serui sunt. Tantoque deterior eorum seruitus, quanto plurium subiiciuntur dominio.* & num. 17 & 18.

16 *Nihil seruitute miserius, morti non modò comparata; sed deterior morte.*

17 *Seruus publicus quis in iure dicatur? Et an Iudici istud conueniat nomen?* & num. seq.

18 Publicum *dicitur quasi* Populicum, *quodque est omnium in communi, nullius in particulari.*

Inæstimabile est, suum fieri. ibi.

19 *An nobis solum viuendum, aut negotijs & occupationibus aliorum vacandum?*

20 *Bona, quæ appellantur, quæque fortuna munera putantur, insidiæ sunt. Potestas arridet vt sæuiat; blanditur vt fallat; illicit vt occidat; excellit vt deprimat.* & num. seq.

21 *Regnantibus patus multò periculum est, quam iis qui iudicantur. Ante ipsos tervet Potestas sua, quos facit terribiles. In Imperio ipso supplicium est. Exigit pœnas de Potentiore Sublimitas. Solitudo vitaque priuata suos beat sectatores.* & num. seq.

23 *Maximam Gloriam Gloria Contemptio ministrat; estque Inglorioſorum vita ob id ipsum Beatior.*

24 *Auctoris desiderium, optatum vitæ genus, sibique ipsi ad recessum hortatus.* & n. seqq. & 30.

Solitudo Portus est. *Occupata vita* Fretum, *ibi, & num. fin.*

25 *Nihil dulcius, nullumque vitæ genus iucundius quam litterati hominis otium: omnium pulcherrima possessio, vberrimos ferens fructus.*

26 *Qua mala, quibusque ea soleat afferre solitudo? A quibus vitanda, quibusque colenda?* & numer. seqq.

27 *Locus an, & quatenus ad tranquillitatem conferat?* & duobus numeris seqq.

Volenti perperam agere, & desertum abundantiam habet, & nemus vmbram, & solitudo silentium.

Stultis & imprudentibus nequaquam vtilis solitudo est: prudentibus, & his qui ad Perfectionem tendunt, aptum quidem instrumentum illius. ibi.

Nihil prodest, quod non ladere possit idem. Sæpe saluti fuere pestiferæ. ibid.

30 *Propositum Auctoris, excusatio, & obiectioni quæ illi posset opponi, responsio. An, & quæ diuitiæ Philosophum deceant?* ibi.

ANNOTATIO finalis.

QVIA omnis labor † præmium exigit; Virtusque mercedem (quâ vis ipsamet vbertimum sui præmium sit, vt latè exornauimus *de priuileg. pauper. & miserabil. personar. quæst. 6. à num. 45. cum seqq.*) Nequitia verò supplicium, vt latè quoque *Rubrica 11. Annotatione prima* sumus prosequuti: ad Præmium bonorum Iudicum (quorum tantus, tamque indefessus labor est, vt expendimus sæpè) Pœnamque malorum, nos tandem materia, discursusque deduxit. 1

Quæ duo potauit Democritus tantùmodo Deos, vt Plinius prodit *naturalis historiæ lib. 1. cap.*

*cap.7.*traditque ex aliis D. Ioan.à Solorzan. *de parricid.cap.1.in princip.* Iupiter his duobus Imperio potitus,post vita finem à Gentilicio Deus creditus & habitus est Deorumque turbæ præpositus, Diodoro Siculo *rerum antiquarum lib. 4.c.5.*sic referente:*Iupiter superior Imperium assequutus,vniuersum orbem perambulauit, plurimum de genere hominum meritus. Viribus corporis, virtutibusque excellens, breui totius orbis Imperio potitus est.*Omne eius studium *In puniendis impiis,facinorosisque hominibus, ac In honorum Præmiis,communique populorum vtilitate versabatur? Quibus rebus,post vitæ finem,* Iouem *dixere,eo quod bene viuendi causa hominibus extitisset. Creditus verò Deus in orbe est ab iis de quibus bene erat meritus,sponte illũ omnibus & Deum & Dominum in sempiternum vniuersi orbis profitentibus.*

Etenim *Præmio & Pœna vita moderatur humana,*vt textus inquit *in c.Omnis,4.dist.3.* Nec de alio,*sed his est omnis aut de Pœna,aut de Præmio,*Quintiliano teste *Oratoriar.institution.lib.7.cap.5.*Pœnaque & Præmio Rempublicam contineri prædixerat Salon, cuius Cicero meminit *ad Brutum epistola 11.* Ne multa alia de Præmio, Remuneratione, & eius in iure specialibus repetamus,quę à Doctoribus passim traduntur.Iasone *in l.Ex hoc iure,D.de iustit.& iure,à n.52.& in l. si non sortem,§ Libertus,D.de condict.indebit.à n.8.* Tiraquel.*in l. si vnquam, C.de reuoc. donationib.verbo Donationę largitus,à num.11.*Ioan. Garz.*speciali tract.de donatione remuneratoria,post tract.de expens.& meliorationib.*quæque recètius congessit D.Ioan.à Solorzan.*de Gubernat. Indiar. lib. 2. cap.1.num. 50. cum seqq.*

2 Pro viribus itaque Iudicibus muneri suo satisfacere curantibus æterna & temporalia præmia Diuina humanaque pollicentur eloquia.Pleraque ex Diuinis (quamuis omnes etiam respiciant Iustos) Iudices maxime,cisque præcipue conueniunt.Deuteronom cap. 16.v.20.*Iustè quod iustum est persequeris vt vivas, & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi.*Ecclesiast.cap.2.v.30. *Qui operatur Iustitiam,ipse exaltabitur.*Sap. 3.v.8.*Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.*Prouerbior.3.v.3.*Non affliget Dominus animam Iusti.* vers. 6. *Benedictio Domini super caput Iusti.*vers. 7. *Memoria Iusti cum laudibus.*& vers. 24. *Desiderium suum Iustis dabitur.*& c.21.v. 21. *Qui sequitur Iustitiam & Misericordiam inueniet vitam,Iustitiam,& Gloriam.*Psalm.36.v.17 *Confirmat autem Iustos Dominus,*&c.Similia ex Diuinis quoque litteris in id ipsum retulimus *Rubrica 9. Annotatione 1.num.3.& Rubric.13.Annot.vnic. n.8.*adducitque Cassanæus *in Catalog. gloriæ mundi,p.5.consider.5.*Quæ omnia, eisque affinia occurrentia passim,etsi,vt prædiximus, ad Iustos etiam in communi pertinent, maximè ipsosmet Iudices complectuntur, quibus, præter communem cæterorum Iustitiæ obligationem, specialis in se, aliisque, ministrandæ accedit: ad quam tot cœlestibus sponsionibus inuitantur; tot remunerantur præmiis,vt etiam *numero sexto* apparebit inferius.

Beatos item Iudices Bonos *Psalmo 105.v.3.*sic decantat Psalmista:*Beati qui custodiunt Iudicium,& faciunt Iustitiam.*Iustumque totum *Beatum* & *Fœlicem,* ex Platone hac eadem thesi,Petrus Gregorius dixit *in prælud. optimi Iurisconsult.lib.1.c.15.num.4.* Ex Paulo Apostolo 2.*Corint.2.vot nemo facit miseros,*D.Ambrosius *in explic. Psalmi 37.vers. Miseriis afflictus sum,& curuatus sum;* similiter inquiens: *Nemo miserum eum qui sit Iustus appellet.* Sed Beatum, qui gladio, *si vtatur vt debet,non modicum Beatus existit,*vt ex eo *Psalmi 111.Potens in terra erit semen eius:generatio Rectorum benedicetur,* notat, deducitque Incognitus. *Probitates Fœlices* etiam & profitenter prophani, sic *rerum antiquar.lib.6.c.15.*Diodoro Siculo attestante. Tandem *Perfecta laus ante Deum,Iustum esse,*Ambrosius ait *in Euangel.Luca,c.1.* in illud:*Erant autem ambo Iusti.*

Beant & Rectos Iudices leges,& publicis acclamationibus eorum committunt laudes, ad easque *in l. 3.C. de offic. Rector. prouinc.* vniuersos ita Imperator Constantinus inuitat:*Rectissimos & vigilantissimos Iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus facultatem, vt honoris eis Auctores proferamus processus.* Antiquitusque motem fuisse gratiarum actionum bene se gerentibus in officio,ex Marcell. Donato *ad Tacitum lib. 5.* prodit Stephan. Gratian. *discepration. forens. capit. 184.numer. 34.* Aliisque insimul præmiis eos merito cohonestant. Quæ & Regiæ nostræ sanctiones sic ob oculos ponunt:*Buen galardon merecen auer los Iuzgadores, quando bien lealmente cumplen sus oficios. Esto es en dos maneras: La vna que ganan poriendo buen premio, e buena fama, e los Reyes los aman e los honrran, e todo el pueblo: La otra manera es, que le dan buena soldada, e fazerles algo en otras muchas maneras, fiandose en ellos, e poniendolos en sus lugares, para Iuzgar largentes derecho. E demas esperan de Dios buen galardon en este mundo e en el otro por el bien que fizieren.* Hæc *lex 23.tit.21.part. 3.* Item *lex 18.& 22.tit.9.part.2.in vtriusque fine.* Illa sic se habet:*E quando los Iuezes tales fueren, de bolos el Rey amar, e fiarze mucho en ellos; e fazerles mucho bien e honrra.* Hæc *E quando el Adelantado obiere en si todas las bondades sobre dichas,debele el Rey amar, e fiarse mucho en el, e fazerle grande honrra, e mucho bien.* Æquum enim est, vt *bonus quisque natura & industria, in honoribus & officiis præferatur.* vt Apulcius inquit *de Philosophia, pag. mihi 42.in fine* vt Plato *in Dialogo Rhetor.* cui titulum *Gorgias* dedit.*Certè qui talis fuerit, mirificè est colendus.*

Etenim *operari tu putas rusticum posse, si dixeris: Agrum peritia omni rusticitatis exerce;culturis diligenter insiste; sed nullam messem metes,nullam vindemiam premes; nullos oliueti tui fructus capies, nulla de arboribus*

poena decerpes? Vel si ei cui dominium est, vsum nauium suadeas, dicas: Materiam de excellentibus syluis mercare frater; carinam praualidis & electis roboribus iunxe; clauo, funibus, velis vt fabricetur atque armetur nauis, operare: Sed cum hæc feceris, fructum de actibus eius & cursibus non videbis: Præcludere est, atque abscindere iter. vt D. Cyprianus discurrit *epist.* 52. concinnatione Iacobi Pamelij, alias *lib.* 4. *epist.* 2. Præmij namque spes futurat labores, metum abscondit periculi, ingenia acuit, fouet arteis, merita, gloriamque sollicitat.

Morem inde antiquum referens, laudansque Claudianus *in Eutrope lib.* 1. ait:

Pridem mos ille vigebat,
Vt meritos colerent.

Carthaginensium, Sanctus Prosper, *numero septimo infra proximè* referendus. Communem, à Rerum publicarum cunabulis, Iustinus Historicus Trogi Pompeij sic historias exorsus: *Principio rerum, gentiũ, nationumque Imperium penes Reges erat. Quos ad Fastigiũ huius Maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat.*

Hos vt Virtus euehit; muneribus etiam expertos multo magis promouendos, ex merito
3 postulat. †Eximij namque meriti est, *arduum, ingentique laude dignum, vt quis in magna peccandi licentia constitutus Iustam transigat vitam, vt supra proxime* Plato prosequutus affirmat. Idque in Iudicibus adeo vt dixerint multi, eos mereri magis quam Religiosos fratresque Prædicatores. Ita censere Hostiensis *in proxim. summ. n.* 8. Iaso *in l.* 1. *n.* 8. *D. de iustit. & iure*, Nicola Boër. *tract. de statu & vita eremit. num.* 10. Gregor. Lopez *in l.* 1. *glos. fa* 1. *num.* 4. *part.* 3. Didac. Perez *in rubric. tit.* 13. *lib.* 8. *ordinam. glossa vnic. col.* 2. *ante med. vers. Reëls Iudices pag.* 264. In quod Chrysostomi auctoritas solet adduci *super Matth. Homil.* 44. *col. penult.* dicentis: *Volo enim maiori gloria virtutum coruscare vos, qui in medio vrbis versamini, quam illos, qui montes, & eremos petierunt. Quare sic? Quia magnam hinc vtilitatem cæteri consequuntur.* resumpsit eadem Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 85. addens patitet opinionis eiusdem Heredia *de Iudice, q.* 7. & Conrad. *in Templo Iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. *fol.* 6. *num.* 12. Ita & Cassanæus *in Catalog. gloriæ mundi,* 4. *p. consider.* 51. *vers. Ex hac consideratione.* Fusè quoque Carol. Tapia *de Religios. reb. cap.* 9. *per totum, præcipuè à numero* 9. Gretsibus iisdem Sigismund. Scaccia *de sentent. & re iudic. c.* 1. *glossa* 4. *q.* 1. *n.* 34. 35. & 36. præcitatis adiicicns Caccialupum *in tract. de Aduocato, quæst.* 2. *num.* 2. & Masuerium *in additionib. ad practicam Papiensem in forma libelli actionis realis, glossa Verũ, in verbo Aduocatus littera M.*

Rationem *dicto numero* 35. Scaccia præfat: *Nam Sacerdos sacrificat hostiam; sed Deo magis placet Iustitia, quam immolatio hostiæ. Prouerbior.* 16. *sub num.* 5. *Initium viæ bonæ, facere Iustitiam: accepta est autem apud Deum magis quam immolare hostias.* Adducere debuit *cap.* 21. *v.* 3. habens: *Facere Misericordiam & Iudicium, magis placet Deo quam victimæ.* Cui & illud *Ecclesiastici* 35. *v.* 1. conuenit: *Qui conservat legem, multiplicat oblationem. Sacrificium salutare est, attendere mandatis.* Quæ verba nominatim ad Iudicem refert Diuus Petrus Damianus *epistolarum lib.* 8. *epist.* 2.

Id quidem salutare: cætera ad vniuersalem hominis Iustitiam respicere censendum, quæ nihil aliud est quam non peccare, vt ex Hieronymo, Bernardoque diximus *Rubric.* 7. *Annot.* 1. *n.* 11. Quasi habeant Melius est facere Iustitiam, hoc est, non peccare, quam immolare hostias. Quia *victimæ impiorum abominabiles Domino. Proverbior.* 15. *v.* 8.

Aliam sic ibidem Scaccia nectit: †*Et ratio* 4
quare Iudices & Aduocati bene vtentes legibus meliorem quam Fratres eligant vitam, est, quia alij Religiosi inseruiunt vitæ contemplatiuæ; ibi verò vitæ actiuæ, quæ est maioris meriti. Alex. Stiac. in practic. iudic. c. 24. *sub n.* 26.

Sed & huic opponitur rationi Saluatoris nostri *apud Lucam c.* 10. *in fine*, Marthæ responsum: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ex quo D. Thom. 2. 2. *q.* 181. *art.* 1. determinat: Simpliciter & absolute vitam Contemplatiuam potiorem, & maioris meriti esse quam Actiuam: licet secundum quid & in casu magis sit eligenda vita actiua propter necessitatem. Insequitur Miranda *in Director. Prælator. tom.* 1. *q.* 9. *art.* 2. Quia radix merendi est charitas; & Deum diligere, secundum se, magis meritorium quam diligere proximum. *In contemplatione quippe principium, quod Deus est, quæritur: in operatione autem sub graui necessitatum fasce laboratur*, vt D. Gregorius inquit *Moral. lib.* 6. *cap.* 18. inferius subdens: *Quia enim contemplatiua vita, minor quidem tempore, sed merito maior est quam actiua: sacri Elogij verbis ostenditur, in quo duæ mulieres diuersa egisse referuntur. Maria quippe Redemptoris nostri verba audiens, ad pedes illius residebat: Martha autem corporalibus ministeriis insistebat. Cumque contra Maria etiam Martha quereretur, audiuit:* Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. *Quid enim per Mariam, qua verba Domini residens audiebat, nisi Contemplatiua vita exprimitur? Quid per Martham, exterioribus obsequiis occupatam, nisi Actiua vita significatur? Sed Marthæ cura non reprehenditur. Maria verò etiam laudatur. Quia magna sunt actiuæ vitæ merita; sed Contemplatiua potiora.* Et sic *Virtus Contemplatiua excellit; Actiua subditur.* veluti *lib.* 14. *capit.* 22. *de Ciuitate Dei* Sanctus Augustinus docet. *Quod bene ac breuiter Ezechiel Propheta exprimit, cum velantia animalia contemplatus ait:* Et similitudo manus hominis subtus pennas eorum erat. *Quid enim per* Pennas *animalium, nisi Contemplationes possumus seuire Sanctorum, quibus ad summa transuolant, & terrena deserentes se se in cœlestibus librant. Quid per* Manus, *nisi* Operationes *accipimus. Quia cum in proximi amore se dilatant, bonaque prædicant, etiam corporaliter*

admini-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

administrant. Manus *eorum sub* Pennis *sunt, quia actionis suæ* Opera *virtute Contemplationis vincunt.* vt perbelle Diuus idem Gregorius *supra proximè.* Repetitquè *lib. 1. in Ezechielem, Homil. 3. ex fine col. 2.* Late quoque Bernard. *de modo bene viuendi, Serm. 53.* Et ex Iuris Professoribus, Cassanæus *in Catalogo Gloriæ mundi, p. 12. consider. 33.* post Felinum, Ludouic. de Pen. & alios, quos in id laudat *3. p. consider. 51. vers. Ex hac consideratione.*

Potest tamen contingere, quod aliquis in operibus vitæ actiuæ plus mereatur quam alius in operibus vitæ contemplatiuæ. Vtrumque D. Thom. 2. 2. *d. quæst. 182. art. 2.* & Miranda *supra, art. 3.* Cum veluti prodesse multis actiua vita potest. *Et in hoc casu, recte præponitur sollicitudo Contemplationi, & Labor Quieti. Ad quod vtique designandum, Vnigenitus Dei Filius Iesus Christus non de Rachele secundum carnem natus est, sed de Lia. Nec legitur eum in domum suam Maria recepisse; sed Martha.* vt appendit textus *in cap. Licet, 18. vers. Si verò, de regularib. & transeuntib. ad Religion.* vt & appendit Bernardus *sermone 3. in Assumpt. Beatæ Mariæ.* Secundum quem *Sermone de verbis Psalmi 84.* Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus: *licèt non minoris fortosse meriti sit apud Deum humilis conuersatio Martha, sed de electione Maria laudatur. Quoniam illa quidem omnino, quoad nos spectat, eligenda: hæc verò, si iniungitur, patienter est toleranda.*

Quodque tunc æquare, vel etiam superare fortè valeat ista Contemplatiuæ merita (cum Diuo Thoma proxime) & illud mihi ostendit *Luæ 8.* Vbi ille à quo Dominus demoniorum legionem ejecerat, quique *ad pedes eius sanamenta* postmodum (vt quondam Maria, à qua septem quoque demonia ejecerat, eodem patiter *Luca ibidem in principio* referente) *sedebat: Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.* Qui prædicatione ista multorum lucrum, contemplationi illi expetitæ præposuit. Frequens item illa; ex intensa ad Patrem oratione, ad discipulos vt vigilarent, otatentquè conuersio, totiesquè repetita admonitio apud Matthæum *26. ex v. 39.* & Marcum *cap. 14. ex v. 35.*

Suo insuper insistens adhærensquè Scaccia
5 voto, † *numero 36.* ex eo sic infert, quasiquè suppositione firmitatis illius, progreditur: *Proinde honorabilior est Cœtus Clericorum quam Monachorum: quia illi inseruiunt vitæ Actiuæ, isti verò Contemplatiuæ. Ioan. Montaig. de auctorit. Magn. Concil. num. 4. vers. Item honorabili, post decis. Rotæ.* In quod & Diui Hieronymi conducit auctoritates *epistolar. lib. 2. epist. 6. ad Eliodorum*, Quem ad Eremum, demissumquè Monachatum reuocare contendens, ait: *Sed de hoc gradu pulsus prouocabis ad Clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certe in suis vrbibus commorantur? Absit vt de his quidquam siniſtrum loquar, qui Apostolico Gradui succedentes, Christi Corpus Sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus: qui claues Regni Cœlorum habentes; quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui Sponsam Domini sobria castitate conseruant: Sed alia (vt ante præstrinxi) Monachorum est causa; alia Clericorum. Clerici pascunt oues; ego pascor.* Post alia concludens: *Quod si te quoque ad eum adeundum Ordinem pia fratrum blandimenta sollicitant; gaudebo de Ascensu, timebo de lapsu.* Similiter, ex Augustino, textus *in cap. Legi epistolam, 36. 16. quæst. 1.* Glossa final. *in cap. Qualiter & quando, 24. de accusationib.* Menchac. *controuers. illustr. in præfat. num. 50.* Casanæ. *d. 4. p. consider. 51.*

Quæstionem istam (de prædictis mentione nulla facta) ad vtramque partem disputat Hieronymus Fernandez Otero *diuersar. quæstion. iuris p. 1. quæst. 4. per totam*, tandem *numero octauo* terminans: Religiosorum vitam esse perfectiorem, quò ad statum, seu vitam contemplatiuam, Clericorum sæculatium excellentiorem & digniorem quoad honores & dignitates; debereque Regulatibus in illis præferri.

Discriminis ratio, maioris Perfectionis, minoris ad munera Dignitatis, non satis nobis liquet. Alius repetenda quæstio ista foret, si nostrum tangeret institutum. Ex accidenti venit. Interim obiter Scaccia atque Oterus, quique eius sententiæ fuerint, Apostoli iussum, si forte pro eis, contra cosvè faciat, perpendant, *Corint. 1. cap. 7. v. 4.* præcipientis: *Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.* Quamque eidem Gregorij iungimus explicationem *Cura Pastoralis 2. p. cap. 7.* sic se habentem: *Vt ipsi videlicet dispensationibus terrenis inserniant, quos dona spiritualia non exornant. Ac si apertè dicat: Quia penetrare intima nequeunt; saltem necessaria foris operentur.* Quam & repetit *Moralium lib. 19. cap. 14.* præstitæ adhærendo: *Ac si apertè dicat: Qui minoris meriti sunt in Ecclesia, & nullis magnorum donorum virtutibus pollent: ipsi de terrenis negotiis iudicent, quatenus per quos magna nequeunt; bona minora suppleantur.*

Omissa autem contentione de Religiosorum, bonorumquè Iudicum æquali, maiorivè merito, Contemplatiuæ, Actiuæquè vitæ (de quo *solet inter pleroſque esse certamen, vtrum solitaria, an cum multis vita melior sit?* referente Hieronymo *epistolar. lib. 2. epist. 18. ad Demetriadem*) Scacciæ & sequatium rationibus quoque omissis (quæ ab oppositis, etsi pertactis leniter, vel superantur, vel redduntur debiliores:) omissa item solutione quæstioni huic præstitæ à patre Suarez *de Religione tomo 4. lib. 1. cap. 6. num. 11.* dicente; quod *quamuis quidam Iurista, vt suos labores exaggerent, suam vitam actiuam contemplatiuæ præferant, & illi etiam actioni, quæ in spiritualibus ministeriis circa proximos versantur: tamen vel per exaggerationem locuti sunt; vel non comparando status, seu rationes viuendi, sed personales labores, & merita:* Certum quidem est, † bonorum Iudicum eximium 6

esse meritum & præmium, magnamquè tales gloriam manere. *Quia enim opus excellens, & laboriosum valdè bene peregerunt; magno præmio coronabuntur*, vt hac in specie inquit D. Antoninus 3 *p. summ. tit. 1. cap. 1. circa principium*. Ostenditurquè *Matthæ. 19. v. 27. & 28.* vbi Petrus eximia Apostolatus breuiter merita proponens: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, Dominumquè de præmio rogans: *Quid ergo erit nobis?* Tot tantaquè merita iudicandi munetis cum Domino ipso pollicitationem summum præmium accipiunt: *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in generatione cum sederit Filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim Tribus Israel*. Quod & Sanctis indistinctè laborum, benequè actorum mercede concessum, *ad Corint. 1. cap. 6. v. 2.* sic Apostolus tradit: *An nescitis quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt? Neque enim* (vt Gregorius Moralium lib. 10 cap. 17. col. 3. antemedium) *plus quam duodecim Iudices illa interni concessus Curia non habebit: sed nimirum duodenario numero quantitas vniuersitatis exprimitur.*

Quòd si præmium meritis correspondet, *& vnusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem Corint. 1. cap. 3. v. 8.* ac *pro magnitudine certaminis præmij proponitur magnitudo*, (vt D. Petrus Chrysologus sit *in princip. Sermonis* 22. & exornauimus latè *de priuileg. pauper. & miserabil. personar. 1. p. quæst. 6. num. 34.*) Sanctorumque merita eam habent remunerationem: præclarum esse sequitur bonorum Iudicum meritum, repositamquè excellentem habere Coronam.

Hocquè argumento eam præcipuè rectis Iudicibus designatam mercedem, notat Incognitus *Psalmo* 149. Illud ipsis eiusdem Psalmi: *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. v. 2586.* ita accommodans: *Hic ostendit quod Sancti Iudices Christo associabuntur. Suus enim electis ait Christus Matthæi 19. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes &c. Ad Iudices autem spectat in manibus portare gladium, vt malos possint punire.* Vlterius firmans: *Nec dubium quin longè periculosior cæteris eorum sit administratio: tamen si benè administrauerint; gradum bonum sibi acquirent, & maiorem abundantiam, & superfluentem mensuram accipient pacis. Vt de eis merito dicatur. Quoniam super sanctos pacem loquitur Deus.* vt profitetur Bernardus *Sermone de verbis Psalmi* 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

Excellensquè Beatitudinis præmium his deberi multis, pro more suo, efficacibus argumentis rationibusquè eleganter confirmat D. Thom. *de Regim. Princip. cap. 9. per totum.* Ex Iuristis (præter iam relatos *à numero tertio*) multi apud Augustinum Barbos. *de offic. Episcop. 3. p. allegat. 79. num. 16.* & Ioannem Paulum Xamar. *de offic. Iudic. & Aduoc. p. 3. quæst. 1. num. 5.* Pensautmusquè iam *supra Rubric. 7. Annot. 2. num. 5. & 7.* cum Dino Gregorio, Sanctoquè Fulgentio. Idque S. Iob intuitus *cap. 29. v. 14.* dixit: *Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & Diademate iudicio meo.* Etenim *Iustorum iudicia rectè Diademati comparantur: quia per magni operis gloriam ad retributionis ducunt Coronam.* Diui Gregorij expositione *ibi Moral. lib. 19. cap. 13.* Quod neque Ethnicos suo latuit modo, Seneca *in Hercule Furent. actu* 3. præ-nunciante:

Quisquis est placide Potens,
Dominusque vitæ, seruat innocuas manus,
Et sæuientum mitis Imperium regit,
Animoque parcit: longa permensus dies
Fœlicis ævi spatia: vel cælum petit,
Vel lata fœlix nemoris Elysij loca.

Si igitur admonitus fuero vel foris ab homine, vel intus à spiritu de tuenda Iustitia, & seruanda Æquitate, istiusmodi salutaris suasio erit mihi profectò præmuntia imminentis aduentus Sponsi, & præparatio quædam ad dignè suscipiendum supernum Visitatorem, Propheta hæc mihi decantante, dicendo: quia Iustitia ante eum ambulabit. Et item loquitur Deo sic: Iustitia & Iudicium, inquit, præparatio sedis eius. Argumento, sensuquè Bernardi, cuius hæc, *Sermone 57. super Cantic. col. 2. in fine.*

Ad præmiumquè cœleste etiamsi in aliquo extra officium Iudices peccauerint, Iustitiam ipsam ad rectum eos statum perfracturam, aliasquè forsam redempturam culpas; sic *Proverbior. cap. 11. v. 4.* spem præstat, pollicenturquè Sapiens: *Iustitia autem liberabit à morte.* Et *v. 6. Iustitia Rectorum liberauit eos.* Et cap. 12. v. 28. *In semita Iustitiæ vita.* Iterumque cap. 16. v. 6. *Misericordia & Veritate redimitur iniquitas.* Namque *sicut vestimentum tegit à frigore; ita Iustitia munit à morte*, Diui Gregorij comparatione *Moral. lib. 14. cap. 16.* Si ad vniuersam hæc hominis iustitiam rendere dicas (præter relatorum specialitatem in particulari adhuc *Psalm. 118. v. 121.* (excusationem, argumentumque à Psalmista cape: *Feci Iudicium, & Iustitiam non tradas me calumniantibus me.* Ab Ecclesiastico c. 4. v. 10. *In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius Altissimi obediens; & miserebitur tui magis quàm mater.* Alibi item: *Quærite Iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite & arguite me, dicit Dominus* per Isaiam *cap. 1. v. 17. & 18.* eius continuò nomine spondentem: *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* Conueniuntque recensita *Rubric. 9. Annot. 1. num. 3.*

Miraculum in hoc exigis? à Diuo illud accipe Antonino. Qui *secunda parte summæ cap. 29. §. 1.* ex Petro Paludano, refert: *Quod in Francia dum quidam foderet in agro suo, inuenit humanam linguam viuam loquentem. Et interrogatus quis esset, respondit: Fuisse linguam hominis pagani, qui Iudex fuerat adhuc in paganismo mortuus & sepultus: & quia nunquam dederat sententiam iniquam; ideo Deus reseruauerat illi animam in illo membro suæ linguæ quousque baptismum reciperet. Vade rogans quod significaret hoc Episcopo ter, vt veniret ad baptizandum eum: & hoc esset signum veritatis prædictorum, si ipsa lingua baptizata, subito.*

subito in pulueren reuocaretur. Aduocatur itaque Episcopus cum Clero & Populo, & post locutionem de predictis coram omnibus, baptizata, subito resoluta est in pulnerem.

7 Iniquos verò Iudices † (quos totos miseros & infœlices, ex Platone Petrus Gregorius *in prælud. optimi iurisconsult. d. lib. 1. cap. 15. num. 4.* iam supra citatus appellat. Siquidem *Malitia miseros facit, Virtus beatos*, vt & Seneca nouit *epistola 81.*) & in hoc sæculo à Legibus humanis puniuntur acerbè; & à Diuinis in eo pariter & in futuro. Quemadmodum enim præmium debet merito commensurari, vt diximus: sic pœna delicto, culpæque respondere. *Apocal. 18. v. 7. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Multis exornauimus *in Axiomatibus iuris lit. D. num. 41.* Dequè Præmio ad Pœnam, & è contra argumentum procedere, multis similiter *ibidem lit. A. n. 585.* comprobauimus.

Vnde gratissimis isdem quibus & communibus acclamationibus, & eximiis præmiis bonos Iudices leges decernunt honorandos: eædem communibus vocibus accusandos, & pœnis absumendos statuunt. Post verba enim in bonorum Iudicum laudem & remunerationem *supra numero secundo* relata: in malorum supplicium & detestationem *in d. l. 3. C. de offic. Rectoris prouinciæ*, hæc Imperator Constantinus subscripsit. *E contrario, iniustos & maleficos querelarum vocibus accusandi* (damus scilicet facultatem) *Vt censura nostra vigor eos absumat.* In lege Iudices, 12. C. de Dignitatib. *Iudices qui furtis & sceleribus fuerint maculosè conuicti; ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti; inter pessimos quosque & plebeios habeantur. Ne sibi posthac de eo honore blandiantur, quo se ipsos indignos iudicauerunt.* Similiter Imperatores Valentin. & Theodosius *in l. 4. C. de offic. Præfecti prætor.* Gloriosissimequè nostri *in d. l. 18. & 22. in fine vtriusque, tit. 9. part. 2.* Ne & cæteras contra munerum receptores, & inique iudicantes (suis relatas locis) repetamus. Quibus nunc addimus Sanctum Prosperum, in id nullatenus omittendum, *de Promiss. de Glor. Sanctorum, in peroratione*, illud Apocalypsis 2. v. 7. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.* ita & Rectoribus aptantem; & Carthaginensium ad hoc morem referentem: *Habes Calculos in bonis operibus Candidos, in passione Purpureos, spectante illo, qui dicit: Vincenti dabo calculum, & per calculum, Nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit. In calculis Eburneis nomina Proconsulum conscripta Carthagini in foro coram populo, & præsente Iudice, sub certis vocabulis citabantur: & erat solemnis Albi citatione. Hi qui auaritiam superantes rempublicam fideliter egerant, absque flagitiis, fauoribusque, etiam absentes honorabantur: eos verò quos rapacitas vicerat, populus conuitiis sibilisque notabat.* Plautum quoque *in Pseudolo actu 4. Scena 7.* dicentem:

De improbis viris auferri Præmium & Prædam decet.

Diuinæ litteræ *quoniam Dominus amat Iudicium* Psal. 36. v. 18. *Iniusti punientur, & semen impiorũ peribit.* Isaiæ 1. v. 23. *Principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones: pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israël: Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis* &c. & cap. 10. v. 1. *Væ qui condunt leges iniquas: & scribentes iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes & vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent vidua præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Et vbi derelinquetis gloriam vestram, ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.* Ierem. 6. v. 26. *Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plena dolo: ideo magnificati sunt & ditati. Incrassati sunt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessime, Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super huiusce modi non vlciscetur anima mea?* Ezechielis 22. v. 27. & sequentibus: *Principes tui in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè ad sectanda lucra. Egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio* &c. *Et effudi super eos indignationem meam, in die iræ meæ: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.* Similiter *Michæa 3. v. 11. & 12.* Sophoniæ 3. v. 3. *& seqq.* aliisque iam citatis *Rubric. 9. Annot. 1. n. 1.*

His faciat finem, tum Imperatorum Leonis & Alexandri aduersus improbos Iudices iusta securaquè sententia, & cuius quo humanum effugerint iudicium; Diuini secutior imprecatio. *Si forte Nos effugerit* (aiunt) *peruigilem tamen atque insomnem oculum, cui nil non, quantumlibet occultum sit, patere poterit. Tametsi id ipsum imprecationibus quoque, dirisque execrationibus stabilire ac firmare, non abs re alienum censuimus. Inueniat itaque iste & Deum & Cœlestes omnes atque incorporeas Potestates sibi nunquã non aduersantes. Immaturè ex hac vita excidat potius quam excedat. Incommodis insuper afficiatur perpetuis. Ipsius ædium fundamenta ignis tandem deuoret; & posteritas eo dirigatur inopiæ, vt panem ostiatim quæritet.* Quam transcribit Menochius *in cohortatione ad Iudices, tractatu de Arbitrariis indic. post epistolam dedicatoriam.*

Tum *Sapientiæ cap. 6. v. 5.* sic comminantis: *Cum essetis Ministri Regni illius, nec custodistis legem Iustitiæ, ne secundùm legem Dei ambulastis: horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui præsunt fiet.* Quem latè explicans locũ Martinus del Rio *in Adagialibus Sacris 2. p. Adag. 550. pag. mihi 491.* cum Sancto Bonauentura, merito concludit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

concludit exclamans: *Cuius non aures ad hæc tinniant? Ex omnibus quippe* (vt D. Petrus Damianus epistolar. lib. 7. epist. 11. Gothifredo Tusci Duci scribit) *quibus nunc per regiminis officium præsines, districto Iudici rationem debes: & quanto nunc gloriosius est in obtinenda dignitate Fastigium: tanto durius erit in reddenda ratione iudicium.* Aliorum enim iniustitiæ iudicabuntur: Iudicum verò Iustitiæ quòque *psalmo* 74. *v.* 3. Domini comminatione, Psalmista dicente: *Cum accepero tempus, Ego Iustitias iudicabo.* Ergo *quid faciet de iniustis iudiciis, qui ipsas quoque Iustitias iudicabit?* vt ponderat Bernardus *epistola prima ad Robertum Nepotem suum.*

Cui ne Iudicum hæc minantia verba (quantumuis iuste munus suum adimplere conanti) timorem non incutient? Siquidem *sæpe Iustitia nostra ad examen Diuinæ Iustitiæ deducta, iniustitia est, & sordet in districtione Iudicis, quod in æstimatione fulget operantis*, vt prouida speculatione Gregorius explorat *Moral. lib. 5. cap.* 8. Quem & nonà foro auertent? Non modo *quia in hac tam insana hominum ambitione, tot calamitatibus in deterius retia torquentibus, parum tuta simplicitas est, & plus futurum semper est, quod obest, quam quod succedat*: Ex quo *à foro quidem & publico recedendum*, fuit Seneca voti *de Tranquillit. animi, cap.* 3. Sed ob illud præcipuè districtum grauiusquè iudicium, ob quod & Iacobus Apostolus *epist. Catholica* 3. *in principio* monet: *Nolite plures Magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.* Vt & *Rubrica* 1. *Annot.* 3. *n.* 10. & *Rubric.* 7. *Annot.* 1. *n.* 2. & *præcipuè* 3. latè sumus prosequuti.

Hoc flebilem illam Hieremiæ *cap.* 15. *v.* 10. vocem deprompsit: *Va mihi, mater mea, quare genuisti me, virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?* Secundumquè Diui Ambrosij *libro de fide Resurrectionis, col.* €. *in principio* lectura: *Heu me, mater, vt quid me peperisti, virum causam dicentem iudicij in omni terra?* Equidem *grandis honor, sed grauè pondus istius est honoris.* & Nos, cum Diuo Gregorio, *Homil.* 26. *in Euangel.* (etsi tam dissimiles moribus, tam spiritus prorsus dispare) sentimus.

8 *O quantis molestiis vacant, † qui nihil omnino cum populo contrahunt?* vt *Tusculanarum quæstionum lib.* 5. *pag. mihi* 613. expertus Cicero clamat. *O conditiones miseras administrandarum prouinciarum! In quibus Diligentia plena simultatum est: Negligentia vituperationum. Vbi Seueritas periculosa est, Liberalitas ingrata, Seruio insidiosus, Assentatio pernitiosa, Frons omnium familiaris, multorum animus iratus: Iracundia occulta, Blanditiæ apertæ.* vt Cicero idem *Oratione pro Flacco, mihi num.* 87. Caurè ideo Ecclesiasticus *cap.* 7. *v.* 4. & prouide consulit: *Noli quærere à Domino Principatum, neque à Rege Cathedram Honoris.* plenam, vt diximus, simultatum, non alienorum modo, seu extrancorum; sed suorum quoque; imo ipsorum fratrum, etiam aduersus optimos quosque. *Vsque adeò populi Præfectura, docendique munus res est offendiculis obnoxia; vt Mosi ne fratres quidem pepercerint: quin & Maria oblaquebatur, & Aaron conuiciabatur: ac Imperij onus importunum, naturalem concitauit benevolentiam, & amicissimos quosque viro laborioso vt insurgerent fecit.* Quemadmodum attentè discurrit Nyssenus *Oratione aduersus eos, qui castigationes ægrè ferunt, ad finem.*

Sapiens inde vox illa Adriani Pontificis meritò celebratur: *Pontificiam Sedem Spinosam esse, iter vndique obsitum sentibus*, vt *in Epitoma historiarum* Horatius Tursellinus prodit *lib.* 10. *cap. à Christo nato anno* 1520. In eius proinde sepulchro scriptum: *Adrianus VI. hic situs est, qui nihil sibi infœlicius in vita quàm quod Imperaret, duxit.* Prior ipso dignitate & sanctitate Gregorius Magnus *epistolar. lib.* 7. *epist.* 117. *Leandro Episcopo Hispalensi* & loci sublimitatem, & solitudinis amissam requiem corde sic deplorat: *Breuiter cuiusdam bonæ mulieris verba loquor*: Nolite me vocare Nœmi, ideſt *Pulchram*, sed vocate me *Mara*, quia amaritudine repleta sum. *Neque enim, bone vir, hodie ego sum ille, quem nosti. Multum, fateor, exterius proficiendo, interius cecidi. Neque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptum est*: Deiecisti eos dum alleuarentur. *Cum alleuatur enim dicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. Ego enim vias mei Capitis sequens, summopere esse decreueram opprobrium hominum, & abiectio plebis, atque in eius sortem currere, de quo rursus per Psalmistam dicitur*: Ascensus in corde suo disposuit in conualle lactymarum. *Vt videlicet tanto verius intus ascenderem, quantum per conuallem lacrymarum foris humilis iacerem. At me multum nunc deprimit Honor Onerosus, cura innumera perstrepunt; & cum se se ad Deum animus colligit, hunc suis impulsibus quasi, quibusdam gladiis, scindunt. Nulla cordis quies est. Prostratum in infimis iacet, sua cogitationis pondere depressum. Aut rara valdè, aut nulla hoc in sublimia penna contemplationis leuat. Torpet ignauia mens, & circum latrantibus curis temporalibus, iam penè ad stuporem deducta, cogitur modo terrena agere, modo etiam qua sunt carnalia dispensare. Aliquando verò, fastidio exigente, compellitur quædam etiam cum culpa disponere. Quid multa loquar? Victa suo pondere, sanguinem sudat.*

Miserabile prorsus Dignitatum seu Præfecturæ commercium. *Quam fugere* (vt mihi quidem videtur) *prima & singularis est prudentia. Propter hanc enim res omnes nostra iactantur, ac concutiuntur. Propter hanc, fines orbis terræ suspitione & bello flagrant, eoque surdo quodam modo, ac ne nomen quidem habente. Propter hanc, periculum est, ne qui à Deo creati sumus, hominum simus, ac Magnum illud, ac Nouum nomen amittamus.* vt argutè Nazianzenus *Oratione* 28. Iure inde Diogenes (vt *in eius vita* Laertius prodit:) *laudabat eos, qui vxores ducturi essent, & non ducerent: & qui nauigaturi, non nauigassent: quique accessuri ad Rempublicam, minimè accederent.* Prudens nihil inde *quæsitum, nisi vnde alios amens, alios insolens videare*, vt

bene

bene Petrarch. *de Remed. vtriuſque fortunæ lib.1.Dialog.46.O o fugite de terra Aquilonis. O Sion fuge,qui habitas apud filiam Babilonis. Quia hæc dicit Dominus* per Zachariam cap. 2.v. 6.& 7. *O quis dabis mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam* quas *pſalmo* 54.*v.*7.expetebat Pſalmiſta,vt pergeret, maneretque in ſolitudine.Volatum *Fugam*, Requiem, *Solitudinem* ſic ſtatim declarans:*Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Vbi enim Volatus,ibi Requies*, vt in locum iſtum Ambroſius *de fuga ſæculi cap.*5.Quam etſi ad Mentis ſolitudinem Diuus Gregorius referat, *Moralium lib.*4.*c.* 28. inquiens : *Fugiens ſe elongat,quia turbam deſideriorum temporalium in altam Dei contemplationem ſe ſubleuat : Manet verò in ſolitudine ; quia perſeuerat in remota mentis intentione.*Eodemquè ſenſu,*lib.* 30.*c.*12. accipiat illud *Iobi* 39.*v.* 6. *Cui dedi in ſolitudine domum , & tabernacula eius in terra ſalſuginis;*& dicat:*Hoc loco pro ſolitudine Corporis debemus intelligere ſolitudinem Cordis. Quid enim prodeſt ſolitudo corporis,ſi ſolitudo defuerit Cordis?*

Attamen Corporis ſolitudinem ad ſolitudinem Cordis, Mentiſquè conducere multum,& Gregorius ipſe proxime ſupra tranſcriptis verbis ſatis dolenter indicat. & alibi ſæpè,cuius & ſuis facimus mentionem locis; & docet D.Thom.2.2.*q.*188.*art.*8. dum ait : *quod ſolitudo, ſicut & ipſa paupertas , non eſt ipſa eſſentia perfectionis,ſed perfectionis inſtrumentum.* Eamque *Oratione prima* eſſe dicit Nazianzenus *velut ſociam , & adminiſtram Diuinæquè ſubiectionis parentem , atque adeo Diuinitatem afferentem mirificè.*Ad Perfectionem namque tendentes *quanto ſe à conuerſatione huius ſæculi ſubtrahunt:tanto magis oculis mentis præſentiam Dei, & Angelicæ ſocietatis frequentiam contemplantur. Quamuis enim Deus in medio hominum carnalium vitam electorum protegat:tamen valde rarum eſt,vt homo inter ſæculi voluptates poſitus à peccatis ſit alienus. Non erit ſemper ſecurus , qui periculo fuerit proximus.Bonum eſt vt homo ſit corporaliter remotus à mundo;ſed multo eſt melius vt ſit voluntate elongatus à ſæculo.* vt optime cõcinnat Bernard.*de modo bene viuendi ſerm.* 7.

Ad id vtraque ſibi præſtant manus.Et ſicut curarum turba negotiorumquè multitudo ab altiori animum contemplatione diſtrahit:ad eam ſolitudo trahit:reddit animum attentiorem,eleuat ad cœleſtia mentem , & Diuinis inſpirationibus facit aptiorem , iuxta illud *Oſee* 2.*v.*14.*Ecce ego lactabo eam , & ducam in ſolitudinem , & loquar ad cor eius.* Inde *Moyſes admixtus Ægyptiis quaſi vigilat, & ideirco vocem Domini non audiebat. Sed extincto Ægyptio, poſtquam in deſertum fugit , illic dum quadraginta annis degit , quaſi ab inquietis terrenorum deſideriorum tumultibus obdormiuit;atque ideirco Diuinam vocem percipere meruit. Quia per ſupernam gratiam quãto magis ab appetendis exterioribus torpuit : tanto verius ad cognoſcenda interiora vigilauit. Rurſus Iſraëlitici populi turbis prælatus, vt legis præcepta percipiat,in montem ducitur, atque vt interna penetret,ab externis tumultibus occultatur.* veluti expendit Gregor. *Moral. l.*23.*c.*12.*poſt principium.*Non enim capit ſublimia mens implicata negotiis,plurimuſquè intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Quia *terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem,*vt*c.*9.*v.*15.Sapientia ipſa docet.

Ex quo *ſæpè ſuſcepta cura regiminis cor per diuerſa intuendo diuerberat, & impar quiſque inuenitur ad ſingula, dum confuſa mente diuiditur ad multa. Vnde quidam ſapiens prouidè admonet dicens* : Fili , ne in multis ſint actus tui. *Quia videlicet nequaquam plene in vniuſcuiuſque operis ratione colligitur,dum mens per diuerſa ſparſa partitur. Cumque foras per ſolentem curam trahitur;à timoris intimi ſoliditate vacuatur,ſitque in exteriorum diſpoſitione ſollicita,& ſui ſolummodo ignara:ſcit cogitare multa,ſe neſciens.Nam cum plus quam neceſſe eſt ſe exterioribus implicat,quaſi occupata , in itinere obliuiſcitur quo tendebat, ita vt à ſtudio ſuæ inquiſitionis alienata , ne ipſa quidem quæ patitur damna conſideret , & per quanta delinquat,ignoret.* vt inclyte rimatur Gregorius *Curæ Paſtoral. p.* 1.*cap.* 4. *& Moralium lib.*18.*cap.*15. illud Iobi explicans *cap.* 28. *v.* 12.*Sapientia verò vbi inuenietur.*&c.& v.14. *Abyſſus dicit* : *Non eſt in me : & mare loquitur:Non eſt mecum.*poſtquam *Abyſſum* corda hominum eſſe dixit : *quæ & per lapſum fluida , & per duplicitatis ſunt caliginem tenebroſa;*id latius proſequens,nectit : *Et quia huic mundo mentes dedita præſentis vitæ curis & ſollicitudinibus perturbantur , & ideirco eiuſdem ſapientiæ tranquillitate perfrui nequaquam poſſunt : rectè ſubiungitur* : *Et mare loquitur : Non eſt mecum. Quid enim* Maris *nomine , niſi ſæcularium mentium amara inquietudo ſignatur , quæ dum ſe viciſſim inimicitiis impetunt , quaſi aduerſantes ſe vnda collidunt ? Rectè etenim* Mare *vita ſæcularium dicitur , quia dum procelloſis actionum motibus concitatur ; ab interna ſapientiæ quiete atque ſtabilitate diſiungitur. Quo contra bene per Prophetam dicitur* : Super quem requieſcet ſpiritus meus , niſi ſuper humilem , & quietum , & tremẽtem ſermones meos?*A terrenis autem mentibus tanto longius ſpiritus fugit;quanto apud has quietem non inuenit.* Multis omnia Sacræ Paginæ locis illuſtrat & confirmat. Ex eo item *Marci* 5.*v.*40.*Et cum eiecta eſſet turba,intrauit,& tenuit manum eius,& ſurrexit puella.*Et vt vulgata lectione habetur : *Ipſe vero eiectis omnibus* &c. *Foras ergo* (ait) *turba eiicitur,vt puella ſuſcitetur:quia ſi non prius à ſecretioribus cordis expellitur importuna ſæcularium multitudo curarum, anima quæ intrinſecus iacet mortua non reſurgit. Nam dum ſe per innumeras terrenorum deſideriorum cogitationes ſpargit,ad conſiderationem ſui nullatenus colligit.*

Ob hæc ſolitudinis amator Pſalmiſta *pſalmo* 26.*v.* 4.(eius ſæpè affectum indicans) *Vnam petij à Domino*(inquit)*hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. A frequentia quippe* (eodem ipſo Gregorio expoſitore ipſo libro 4. capite 28.) *terrenorum deſideriorum fugerat,& ad*

magnam videlicet solitudinem semetipsum contulerat, vbi eo tutius nihil extraneum concupisceret, quo incompetens nihil amaret. A tumultibus rerum corporalium magnam quendam secessum petierat. Quietam Mentem, in qua tanto purius Deum cerneret, quanto hunc cum se solo solum inueniret. Namque (vt itetum ipsemet ibidem in principio) *omnes qui vel illicita appetunt, vel in hoc mundo videri aliquid volunt, densis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur, dumque desideriorum turbas intra se excitant, prostratam mentem pede miserę frequentationis calcant.* A quibus etsi non omnino & per se solitudo eximat, eripiatvè; exemptionis tamen instrumentum, vt diximus, est. Quia

Turba grauis paci, placidaque inimica Quieti.

Aſt vbi Quies non est, ibi mens à proposito sapè deducitur. Vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus fit ab eo quod tollitur. Et vbi minus est, Perfectum non potest dici. veluti hoc ipso argumento, *libro 2. epistolar. epist. 6. ad Elidorum*, D. Hieronymus exhortationem ad solitudinem roborat. *In qua surgit solitarius, atque fœlix otiosus modica quiete recreatus, somnoque brevi, non fracto, sed expleto, & interdum pernoctantis philomenę cantibus experrectus, thoroque vix dum leniter excussus, pulsisque temporalibus, quietis horis psallere incipiens, ianitorem suorum laborum, vt aggressurus inde matutinis laudibus aperiat, devotus exposcit, & cordis sui Dominum in adiutorium vocat. Nihilque iam viribus suis fidens, & imminentium conscius, metuensque discriminum, vt festinet obsecrat: nullis texendis fraudibus intentus, sed Dei gloriam, & sanctorum laudes non in dies tantum, sed in horas, & indefesso lingua famulatu, & pro mentis obsequio repetens, ne quando forsan ingrato animo Diuinorum munerum memoria euanescat. Et sapè interea (mirum dictu) securi timoris, ac trepida spei plenus, memorque præteriti, ac futuri prauidens, lato dolore, & fœlicibus lachrymis abundat. Quem statum nulla voluptas occupatorum, nulla vnquam vrbana delitia, nulli Regnorum Fastus aquauerint. Inde suspiciens cœlum ac stellas & illic habitantem Dominum suum, tota mente suspirans, & patriam cogitans de exilij sui loco, protinus ad honesta cuiuspiam iucunda lectionis studium conuertitur. Atque ita, cibis pastus amanissimis, multa cum pace animi, ventura lucis initium præstolatur.* vt verè, pieque considerat, & quietæ vitæ commoda pensat Franciscus Petrarcha *de vita solitaria lib. 1. cap. 2.*

Ana *inuenit aquas calidas in solitudine, cum pascret asinos Sebeon patris sui, Genes. 36. v. 24. Reperiuntur autem istæ lachryma calefacientes, & pinguefacientes animam, in solitudine: scilicet cessando à strepitu mundanorum, & occupationum,* secundum Diui Antonini *4. p. summ. tit. 7. c. 6. §. 3.* explicationem. *Hi enim qui sine mundi strepitu viuunt, eo mentem in Dei visionem per desiderium & contemplationem figunt.* veluti Gregorius ait *in Cantic. Canticor. cap. 8.*

Nec modo ad Mentis, sed & ad corporis etiam curas angoresque leuandos aptissima solitudo est, vt & superiora monstrant; & ex *Ieremiæ c. 9. in principio* comprobat Nazianzenus *Oratione 17. post principium.* Vbi Propheta *lacrymarum fontem requirit, atque extremum quendam recessum exoptat, solitudinemque amplectitur, vt magnam mœroris sui partem exhauriat, atque ab interna plaga quodammodo leuetur, postquam Israelem quieto animo deplorarit.*

Sede itaque Solitarius vt turtur (Diui Bernardi monitu super Cantic. serm. 40.) *Nil tibi & turbis, nil cum multitudine cæterorum, etiamque ipsum obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. O sancta Anima sola esto, vt soli omnium seruies te ipsam, quem ex omnibus tibi eligisti? Fuge publicum, fuge & ipsos domesticos, secede ab amicis & intimis, etiam ab illo qui tibi ministrat. An nescis te verecundum habere sponsum, & qui nequaquam velit tibi indulgere præsentiam præsentibus cæteris. Secede ergo, sed mente, non corpore, sed intentione, sed deuotione, sed spiritu. Spiritus enim ante faciem tuam Christus Dominus, spiritusque requirit, non corporis solitudinem: quamquam & corpore interdum non otiose te separas cum opportune potes.* Ab ancipiti maxime Regiminis onere, ab importuna & inquieta negotiorum turba. Quia *nequaquam culmen contemplationis attingimus, si non ab exterioris curæ oppressione cessemus. Nequaquam nosmetipsos intuemur, vt sciamus aliud in nobis esse rationale quod regit; aliud animale, quod regitur, nisi ad secretum silentium recurrentes, ab animi exterius perturbatione sopiamur.* Gregorio *lib. 1. super Genes. c. 13.* assertore. *Ad hoc enim eligitur solitudo, vt soli Deo vacans anima cum in se per continentiam mactauerit voluptates, purgatis affectibus, ad cœlestia euolet, & videns Deum, oret, & adoret, & dulcedinis superne suauitatem pregustet.* Cyprianо *de Ieiunio & tentationibus, col. 4. post medium.* Ita *soli cum sumus, tunc nos offerimus Deo, tunc mentem ei nostram aperimus,* vt Ambrosius inquit *epistolar. lib. 4. epist. 31. Sabino Episcopo.*

Ex quibus iam† quam Solitaria vita homini 9
conueniat, liquet. Quamuis enim sit animal Ciuile, & Sociale, secundum Philosophum *Politicor. 1.* eiusque sententia ibidem: *eligens vitam solitariam, non est pars ciuitatis, sed aut bestia, aut Deus:* id de inhumana, aut hominum abhorrente congressus, intelligendum venit. Qualem Timonis fuisse Cicero *in Lælio* refert, Sophoclis, Philoctetis, Oedipi, & Colorei, de quibus P. Martinus del Rio *in Adag. Sacri Veteris Testam. 2. p. Adag. 200. pag. mihi* 379. Quorum meritò immanitatem damnat. Quia *Natura Solitarium nil amat*, veluti *eo loco, pag. mihi* 189. affirmat Cicero. Hanc improbat Cassiodorus, cum *variar. lib. 8. epist. 31.* dicit: *Mortalium voluntas plerumque detestabilis est, qua conspectum hominum probatur effugere. Nec potest de illo aliquid veraciter credi, cuius vita testis non potest inueniri.*

Nos

UAB Biblioteca de Ciències Socials

10 Nos † Solitariam & laudamus, & appetimus vitam, quæ non hominum consortium fugit, sed turbam, popularemquè (vitæ quietæ nocuam) multitudinem. *Solitariam Societatem* amamus, vt diserta, pulchraque Ambrosij vtamur loquela *de Iacob. & vita Beata lib. 1. cap. 7.* Hanc *priuatam vitam & solitariam, atque à vulgi commercio semotam & alienam, magnam quidem & præclaram, atque humanis rebus sublimiorem esse*, cum Gregorio Nazianzeno *Oratione 23. in laudem Heronis Philosophi:* iure optimo prædicamus. Namque *Solitaria vita non excludit omnem societatem, sed societatis tumultum*, vt *dicto Psalmo 54.* discernit Incognitus: propterea firmans: *Quod vitam solitariam eligentes non faciunt contra naturam hominis, sed supra naturam. Nonne* (addit) *Ioannes habitabat in solitudine, & tamen ad ipsum fluebat multitudo copiosa Iudæorum: Sic & de Beato Antonio, & aliis Anachoretis, qui tamen consocios habebant. Et tales non sunt bestiæ, sed meliores homine, qui plus mente tendunt ad illud, quod est supra hominem, scilicet ad Deum, quàm ad ipsum hominem.* Aliud quippe in tutamina, aliud in pericula educit. Aliud auget, aliud minuit hominem Vt enim *dixit quidam: Quoties inter homines fui, minor homine redij.* Thomæ à kempis relatione, *de Imitatione Christi, lib. 1. c. 20.* Propterea *Maximi Sanctorum humana consortia vbi poterant, vitabant, & Deo in secreto seruire eligebant.* vt ipse *ibidem.*

Eos etiam qui remissiore licèt spiritu mentequè donari non tam altam illam solitudinem, sed tranquillum honestumquè secessum eo optatunt, † non modo Ciuitatis, 11 aut Reipublicæ partem esse; sed potiorem, & maximè illi proficuam constituere, non desidè saltem sed occupatum otium profitentes: documentum præstat Antiquitas, testis est fœliciot Ætas. Apud quam *in agris erant Senatores*, vt fidem Cicero facit *in Catone Maiore.* Nam (vt & testatur Ouidius *l. 3. Fastorum*)

Cum colerent Prisci studiosius agros,
Et faceret patrio ruris Senator opus,
Et caperet fasces à curuo Consul aratro;

Ab illo, in Reipublicæ tutamen, Imperij culmen, ornamentum & decus, vocabantur Cutij, Cincinnati, cæteriquè memorati à Cicerone *supra, pagin. mihi 149. & seq.* quosque longa oratione recenset Hector Pinto *de vita solitar. cap. 14. & 5.* Iacob. de Collantes *in prolog. ad Lectorem pragmatica in fauorem rei frumentariæ*, vt omittamus alios, vno dempto Pecato *in Panegyrico Theodosio dicto* narrante (qua brevitate, qua elegantia solet) antiquorum in id factorum seriem. *Sic agrestes Curij* (ait) *sic veteres Coruncani, sic nomina reverenda Fabricij cum inducie bella suspendebant, inter aratra viuebant: & ne virtus quiete Languesceret, depositis in gremio Capitolini Iouis, laureis; triumphales viri rusticabuntur. Inde est, quod accipimus, datos serentibus Fasces, & missas cum Curulibus suis per rura palmatas: quod agricolas Consulares, pastoresque Trabeatos, & Dictatores inter armenta vexitos.*

Ab eo in nemorosa loca Philosophorum

recessu † *Academia* nomen sumpsit, Philo- 12
sophi *Academicorum*, generaliaquè vsque nunc studia nomen sumpsere, illorum ea appellatione & vocabulo vtimur, & tradit *in eo* Ambrosius Calepinus. Sicut enim Studiis est Multitudo Nouerca, & illis & tranquillitati *inimica est multorum conuersatio*, asserente Seneca *epistola septima*: ita è conuerso, *Solitudo negotiorum cœlestium Apotheca*, vt eam Bernardus appellat *Homil. super verbis Domini: Simile est Regnum cœlorum* &c. Et vt *de laudibus Eremi* Basilius: *Solitaria vita cœlestis doctrinæ Schola est, & Diuinarum artium Disciplina.* Quin & humanarum quoque. Vtrumque coniunxit Seneca *de breuit. vitæ c. 19.* Paulinum alloquens, & ad eam sic illum inuitans. *Expectat te in hoc genere vitæ multus bonarum artium amor, virtutumquè vsus, cupiditatum oblinio, viuendi, atque moriendi scientia, alta rerum quies,* Honesta Voluptas. *Philosophi quidem hoc nomen* Quieti, & Tranquillitati *dederunt. In ea gaudent, in ea etiam gloriantur.* veluti *lib. de Spectaculis, c. 28.* affirmat Tertullianus. Pulchrè in id ipsum *Donato* Cyprianus: *Dant secessum vicina secreta, vbi dum errati palmitum lapsus nexibus pendulis per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Bene hic studia in auras damus: & dum in arbores, quas videmus, oblectante prospectu, oculos amœnamus, animum simul & auditus instruis & pascit obtutus.* Huius & fuerat sensus Horatius, qui, postquam *Carminum lib. 3. ad Mœcenatem*, varia, diuersaquè hominum recenset studia, suum, à turba separatum, conscribendis carminibus otiosum sic pandit, & optat:

Me doctarum edera præmia frontium
Diis miscent superis: me gelidum Nemus,
Nympharumque leues cum satyris chori
Secernunt populo.

In communique, ipso attestante Horatio *epistolar. lib. 2. epist. 2.*

Scriptorum Chorus omnis amat Nemus, & fugit Vrbeis.

Nam *secretum quod dictando perit, atque liberum arbitris locum, & quam altissimum silentium Scribentibus maximè conuenire, nemo dubitarit,* & profitetur Quintilianus *Oratoriar. institution. lib. 10. cap. 3.*

Tanto autem plus hi Scriptis quam præsentia prosunt: quanto communis à singulorum, priuataquè causa excellit. Vtilis erit ille populo, ciuitati, aut prouinciæ cui præsidet: hic omnibus: præsentibus ille: hic etiam posteris: aliis & sibi viuit. *Non otiosus sedet, qui longe posita respicit*, vt *lib. de Abraham cap. 5.* D. Ambrosius prospicit. *Nam vnius ætatis sunt, quæ fortiter fiunt: quæ verò pro vtilitate Reipublicæ scribuntur, æterna sunt,* vt Vegetius protulit *de Re Milit. lib. 2. cap. 3.* Is *in priuato publicum negotium agit*, vt norum Seneca facit *de tranquillit. animi, cap. 3. & inferius pariteri numero 24.* cognitum quoque facimus. Hoc autem popularibus distento curis, publicis occupato negotiis non vtique licet. Etenim *inter omnes conuenit, nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato. Nam quoties per cogitationis motum*

nimium extra nos ducimur; & nos summi, & nobiscum non sumus, quia nosmetipsos minime videmus, per alia vagamur. Diui Gregorij trutina *Dialogor. lib. 2. cap.* 3. Imò necesse vide-
13 mur.† Quia *nihil magis est hominis occupati, quàm viuere.* Senecæ *de vita breuit. c.* 6. Idquè licet occupatorum longissima vita sit; vt in illorum faciem verba ista impingit ibidem: *Vestra mehercule, vita licet supra mille annos exeat, in arctissimum contrahetur.* Hæc sors Magistratuum, Rebusquè publicis Præsidentum. Quos præcipuos suæ vitæ breuitatis *c.* 10. *v.* 11. sic monitos Ecclesiasticus reddit: *Omnis Potentatus vita breuis.* Quin potius neque *Vixisse* hos, sed *Fuisse* tantummodo, verè dici posse; iterum Seneca *de tranq. c.* 8. hunc in modum asserit, ac probat: *Non est quod quemquam propter canos, aut rugas putes diu vixisse. Non ille diu vixit, sed diu fuit. Quid enim? Illum multum putas nauigasse, quem saua tempestas à portu exceptum, huc & illuc tulit, ac viribus ventorum ex diuerso furentium, per eadem spacia in orbem egit? Non ille multum Nauigauit, sed multum Iactatus est.* Non dissentit, sed conuenit Martialis *Epigram. lib. 6. Epigr. 70. ad Martianum*, dum ait:

Ætatem Priami, Nestorisque
Longam qui putat esse Martiane;
Multum decipitur què fallitur què.
Non est Viuere, *sed* Valere *vita.*

Hoc est, vita sibi meliore, tranquilla, occupatoque otio perfrui. *Quo primum die inuisum hoc officium domus tua limen attigit, tibi viuere desiisti. Libertas inde, & quies, & incunditas abiere. Pro his seruitus, labor, occupatio, metus, dolor, afflictio, & mordaces subierunt curæ. Iam non vinis, etsi spires. Occupatorum enim vita mors est. Qui cum miseri omnes sint; illi sunt omnium miserrimi, qui pro aliis, maxime qui pro Regibus, aut Tyrannis, seu quibuscunquè Potentibus occupantur.* vt *Dialog. 46. de Remed. vtriusquè fortunæ* taciocinatur Petrarcha. *Soli omnium otiosi sunt qui Sapientiæ vacant. Soli viuunt.* vera sententia Senecæ *de breuit. vitæ cap.* 14. Soli Regnant, qui bonæ mentis studio, non sæculi se vanitatibus dedunt.

De Saule *lib. 1. Regum cap.* 13. *in principio* Sacra Scriptura habet: *Duobus annis Regnauit super Israël.* Licèt multis Regnauerit annis. *Sed ecce omnia illa tempora ad Regnum ei deputata non sunt;* vt *in eius loci expositione, capite tertio.* Sanctus Gregorius notat. *Nam illa tempora, quæ in sæculi vanitate, & fluxu carnis vita consumpsimus, quasi perdita, minime memoratur.* subdit *ibidem.*

Fidem quoque faciat Simeles, Imperatoris Adriani Præfectus, qui post multa Reipublicæ munia gesta, ætatemquè longam; ad tus se conferens, septemquè in illo annos peragens: id sepulchro suo scribi mandauit: *Hic iacet Simeles, qui post longam ætatem, sonum septem annis vixit.* vt est apud Dionem Cassium *in vita Adriani Imperatoris.* Similem inscriptionem imposuisse suo alterum quoque Adrianum sextum, iam supra vidimus *numero* 8.

Idem professus est Suantocopius Boheniæ & Moraviæ Rex. Qui in prælio victus, & ad Eremum se conferens, multoquè tempore in eo incognitus degens, tandem motienis consocijs dixit: *Nondum qui fuerim nouistis. Rex ego Moranorum prælio victus ad vos confugi: & Regiam vitam & priuatam expertus morior. Nulla Regni fortuna est tranquillitati Eremi præferenda. Hic securus somnus dulces herbarum radices, atque vndas efficit, cura atque pericula nullum cibum, nullum potum amarum reddunt. Quod vita mihi fata dederunt apud vos, fœlix peregi in Regno, quidquid eius transactum est, mors verius quam vita fuit.* referente Æneæ Syluio *de histor. Bohem. cap.* 13. De quo & meminit (licèt non verbis istis) Matthæus Tymplus *in Specul. Princip. Signo* 11. *num.* 7. Apud quem *Signo* 33. Mastrillum *de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 13. *& seqq.* apud Turselinum, *in Epitom. historiar. lib.* 8. *cap. à Christo nato, anno* 1055. apud que Bellarminum *controuersiar. tom.* 1. *de translatione Imperij à Græcis ad Francos, lib.* 1. *cap.* 2. *mendacio* 3. *Illyrici*, & alibi sæpè plures Imperatores, Reges, Pontifices, & Magnates reperies, qui lubricam & periculosam ipsorum vitam conspicientes, ad priuatam se solitariamquè contulere, & transigere fœliciter. Quos celebriores secessus quam Imperia fecere. Cum quo sibi adeo bene, vt cum Diocletianus, curarum tædio vigesimo Principatus anno illum deposuisset, hortorum culturæ addictus hæsit: & quamuis ad Imperium sollicitaretur: *nunquam tamen à quieta illa vita abduci potuit, Rus Imperio præferendum ratus.* vt *in Epitoma historiar. lib.* 4. *c. à Christo nato anno* 287. Horatius Turselinus prodit. *Affirmabatquè tunc illuxisse sibi diem, & habuisse vitæ principium, quòd magnis molestijs esset liberatus.* vt & Pomponius Lætus *compend. histor. Roman. in vita Aurel. & Diocles.* Eandem texere narrationem Aurel. Victor. *in vita Diocles.* & Eutrop. *lib.* 9. *Roman. histor.*

De P. Scipione Cicero *de Amicitia* refert: *ex multis diebus, quos in vita celeberrimo, lætissimosquè viderit; illum diem clarissimum fuisse, cum Senatum dimissum, domum reductus.* &c.

Inuictissimus Imperator noster Carolus V. *rerum humanorum pertæsus, Imperium Ferdinando Cæsari fratri, Hispania Regnum Philippo filio per manus tradit cum imperasset annos XXXVIII. ipse in Monasterium Sancti Iusti secessit, pia tranquillaque vita anidus, egregio ad posteros exemplo. Imperator omni virtute ac fœlicitate secundus nemini.* Plus quam notum est, & litteris Turselinus mandauit, *lib.* 10. *à Christo nato anno* 1520. *in fine.*

Vnius alteriusvè satis fuerit huiusce modi retulisse casus; plures & apud citatos, aliosquè Historiographos occurrent legenti. Vnum ex litteris Sacris non possumus non ad institutum decerpere nostrum.

Sanctus Iob (populi Rector & ipse, quique *cap.* 29. dicere valuit: *Iustitia indutus sum: & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè*

diligentissimè inuestigabam Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam predam) hunc tamen adhuc finem exoptans, his continuo iungit: *Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut Palma multiplicabo dies.* Quasi dies ac vitam, quam publica negotia demunt; Solitaria priuataque instauret & renouet, Psalmæ adinstar. Est enim quæ moritur, & ex se nascitur: duplicia habet folia, nec decidunt: sed *virens semper manet conseruatione & diuturnitate, non imminutione foliorum. Nam quæ primo germinauerit folia, ea sine vlla substitutionis successione conseruat, vt expertum*, & deponit Ambrosius Hexamer. lib. 3. cap. 17. *Semper vestita foliis, semper parata victoria.* vt ipse idem *Dominic. 2. quadragesima, sermone* 38. Multiplices dulcesque fructus defert; panem simul & vinum. Tota denique humanis vsibus vtilis & medicinalis. Cæteras arbores proceritate excellit, altitudine inclyta quasi in cœlum tendens; densis tamen, gradatisque cotticum pollicibus, vt facilem se ad scandendum præbeat: grati saporis, & in cacumine medulla. Præcipuam namque cacumini virtutem immittens; nullam ramis disperdit, quorum expeditus est truncus: sicque cacumine sterilescit ablato. Non frangitur pondere, sed erigitur: tametsi alias inualida arbor. Vt omnia hæc Plinius prodit *naturalis histor. lib. 13. c. 4. lib. 6. cap. 20. & 24. lib. 17. c. 14. & lib. 23. c. 5.* Et hoc vltimum pro mirabili (ex Aristotele & Plutarcho) Aulus Gellius *noct. Atticar. lib. 3. cap. 6.*

Meritò ergo non ad cuiusuis alterius arboris similitudinem sed *Palmæ* dictum multiplicationem sanctus sibi Iob ex solitaria & priuata vita pollicebatur. Ex qua veluti moriens sæculo, Deo, sibique renascitur. Quæ ad cœlestem & indefectibilé ducat; ascensum in cacumen, hoc est, Deum, contemplatione præbeat aptum, dulci gratoque illius sapore recreet, ne ablato Cacumine sterilescat, iucundos vtilesque perdat fructus: nec tædio frangatur aut labore, sed erigatur, etiam si fragilis infirmaque natura nostra sit: quia *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. ad Roman. 8. v. 26.* Et in altum inclyte leuat non implicitam ramis terrenarum cogitationum, occupationumvè sæcularium, & negotiorum turba, sed expeditam. *Omnis namque arbor in suo robore, iuxta terram vastà subsistit; sed crescendo, superius angustatur, & quanto paulisper sublimior; tanto in altum subtilior redditur. Palma verò minor ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit; & qua tennis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit.* vt in eundem Iobi locum *Moralium lib. 19. cap. 16.* Gregorius considerat. Perinde nisi ad Palmæ vicissitudinem, & affinitatem, tumultuosæ vitæ honorumque amputentur rami; & sibi succum non proficuum, fugent; & arboti, fructuique dementi: nec manentem aut vtilem, sed apparentem, ad longumque diatium retinebunt ipsi virorem, marcidi postmodum, ignique tantummodo apti. *Gloria sæcularis, Honoris Reuerentia, Potestas Culminis, Claritas Dignitatis, Frequentia obsequentium, Affluentia rerum, sæculariter amata, dies est, sed quæ interficit.* ductore Gregorio ipso, *Regum 1. cap. 3.* in illud: *Sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua.* Et *Moral. lib. 4. cap. 15.* in illud *Iobi cap. 3. Pereat dies in qua natus sum &c. Quasi dies quædam est, cum huius mundi prosperitas arridet. Sed Dies iste in Noctem desinit.* Priuata, hotumque vita contemptrix die finitur nocte mentita, inani Gloria, & terrenis occupationibus redempta, dies multiplicat, viuidos reddit, rediuiuos potius exhibet, victoriam, Triumphosque parat & ornat.

Omnium quidem occupatorum † misera conditio est, vt & diximus, & Seneca ait *epistola 99. & de vita breuitate, cap. 9. & 19.* Occupationem grandem Natura hominibus dedit, *cap. 40.* Ecclesiastico dicente: *Occupatio magna, creata est omnibus, hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ.* Quod excuti nequit. *Quantum enim lachrymæ, quantum sollicitudines occupant? Quantum mors antequam veniat optata? Quantum valetudo? Quantum timor? Quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni? Dimidium ex hoc edormitur. Adiice labores, luctus pericula, & intelliges in longissima vita minimum esse quod viuitur,* vt dispungit Seneca *d. epistola 99.* Quid inanibus aliis, quantumuis speciosis occupationibus, terimur? Quid earum misera acquisitione fatigamur? *Non æstimemus pretium, sed impedimentum consideremus, ne præter ipsam, qua dura satis reputanda est, conditionis necessitatem, etiam cupiditatis visco inhærere: hic incipiamus, & inanis sollicitudinis nexibus irretij.* consilio Bernardi *Sermone de eo quod scriptum est: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* 14

Iure optimo eos, qui præter naturalem, humanamque occupationem, alias sibi voluntarias assumunt, Seneca iterum *de vita breuitate, cap. 10.* & Miseros, & quasi *Iugo pressos* † sic insimul profitetur: *Occupatorum animi velut sub Iugo sunt.* Sub quo Principes, Iudices, & Potestates actius laborant, premuntur miserius, trahuntur in gyrum, continuoque agone sudant. *Vnaquæque enim mundi huius actio Mola est, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertit.* vt illud Isaiæ *cap. 47. v. 2. Tolle molam, & mole farinam* explicans D. Petrus Damianus *opusc. 12. apolog. de Contemptu sæculi, cap. 23.* profitetur. Quanto magis Rectorum? quos *cum optimè cesserit, seruos scito.* dicterio Petrarchæ *de remed. vtriusque fortunæ, Dialog. 107.* 15

Quo nomine Tiberius Cæsar Imperium insigniuit, vt prænotauimus *supra Rubric. 1. Annot. 1. num.* 14. Vtque insolenti Potentia filio dixit Antigonus, *varia histor. lib. 4.* Æliano auctore: *An ignoras, fili, Regnum nostrum non esse aliud quam Splendidam Seruitutem?* Omnium onere pressam, iuxta illud Isaiæ 9. *v. 6. Cuius Imperium super humerum eius* illud item Iob. *cap. 9. v. 13. Sub quo curuantur, qui portant*

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

portant orbem. Quod in id expendit Gregorius *Moral.lib.9.cap.* 10. Moysisque querelam *Numer.*11. *v.* 11. *Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me?* Quod & nouisse Federicum Imperatorem refert, seu quasi nouisset, eum sic *Oratione ad ipsum* Hermolaus Barbarus collaudauit, & naturam expressit Imperij: *Ratus id quod est, non tam Honorem, quam Onus esse quod Regnas.* inter epistolas Politiani *lib.*12. Ad Neronem. Seneca de clementia, *cap.* 1. Dominandi cupido oculum excæcat rationis, & initio omnia læta, *Nemo vnus homo vni homini tam charus vnquam fuit, quam tu Populo Romano: magnum longumque eius bonum*; *sed ingens tibi Onus imposuisti.*

Dominandi cupido oculum excæcat rationis, & initio omnia læta, faustaque proponit; postmodum quod celarat, tenueratque vitus euomit, infestat grauedine. Sicque *elati omnes dum in hac vita assequi Honorum Celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quis hic altius erigitur tanto curis grauioribus oneratur, eisque ipsis populis mente & cogitatione supponitur, quibus superponitur Dignitate.* vt optimè perpendit Gregorius *Moral.lib.* 17. *cap.* 12. De his illud Iobi cap.26.v.5. *Ecce Gigantes gemunt sub aquis* intelligens & exponens. Equidem *magna est seruitus secularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur.* vt ipse idem *lib.* 30. *cap.*12. At in Fastigio grauius, in Regimine importunius. *Nam omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet.* Sæpè compellimur Gregorium compellare, hæc quoque dicentem *Moral.lib.*23. *cap.* 17. *col.* 2. *ad medium.* Quo fit, vt *sollicitudo nos in nostra Purpura verset, & acerrimis excitet stimulis.* Si teste veritas aut euidentia eget, testis Seneca est *epistol.*90. Prouide inde *Rex ille subtilis iudicij, quem ferunt, traditum sibi Diadema priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse, ac dixisse: O nobilem magis quàm fœlicem pannum! quem si quis penitus cognoscat quam multis sollicitudinibus, & periculis, & miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet.* apud Valerium Maximum *lib.*7. *cap.*2. §. 5. *ex externis.* Quidni?

Non enim gaza, neque Consularis
Summouet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.

vt Horatius bellè *lib.*2. *Carmin. ad Grosphum.* Tam abest, à fœlicitate, ista stultè existimata fœlicitas, vt ipsa exagitet, & sua Magnitudine laboret.

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Epod. Horatius idem. *Non est bonum, quod Magnitudine laborat sua,* vt arguit Seneca *de vita Beata cap.* 14. Quo imò excelsior, eo fortuna miserior, ipsius quoque iudicio *de Consolatione ad Polybium, cap.* 26. dicentis: *Magna Seruitus est Magna Fortuna.* Ad cuius Magnitudinis mensuram accedit, augeturque Magnitudo curarum, sollicitudinum vigilum, macerantium angorum. Vnum denique Principem Seruitus communis inuadit, totum occupat, possidet. Namque *bonus Princeps sibi dominatur, populo seruit,* vt aptè, Hildebertus Cœnoman. Episcopus *epistola* 25.

Summi inde Pontifices *seruos* se ipsos in litteris suis frequèter appellant, *in proœm. decretal. in proœm. quoque libri sexti, in capit. In Synodo,* 23. *vers. Ego Leo, dist.* 63. *in cap. Saluator.* 8. *prima quæstione* 3. *in cap. Relatum,* 37. *in fine, de sentent. excommunic.* Munusque Seruitutem, *Extrauag.* 1. *de election. Ioannis* 22. Cuius initium est: *Ad onus Apostolicæ seruitutis,* vbi & notat Glossa *eo verbo.* Semel & iterum Sanctus Leo *Sermone* 1. *&* 3. *in Anniuersario, die assumptionis eiusdem ad summi Pontificatus munus,* illud *Seruitutem* appellat. Sic & reliqui post Sanctum Gregorium, qui primus in epistolis se *Seruum Seruorum* appellauit, vt *in eius vita* Ioannes Diaconus prodit. Exornat Quintilianus Mandosius *Glossa Facultatum, in superinscriptione, verbo Seruus seruorum Dei.* Idemque Gregorius *epistolar. lib.*9. *epist.*83. ægerrimè ferens Rustitianam Patritiam ad eum scribentem *Ancilla* nomine sæpe vsam fuisse; sic eam leuetè reprehendit, & *Seruum* se officij, Dignitatisque nominat ac fatetur: *Vnum verò agrè suscepi, quia eisdem epistolis ad me, quod semel esse poterat sapius dicebatur:* Ancilla vestra, Ancilla vestra. *Ego enim qui per Episcopatus Onera Seruus sum omnium factus, qua ratione se illa mihi Ancilla dicit?*

Misertius autem † nihil est, quàm ex libero 16
fieri seruum: non modo morti comparatum (*l. Seruitutem,* 209. *D. de regul. iuris, l. Interdum,* 59. *in fine, D. de condit. & demonstrationib. l. Cum hic status,* 32. §. *Si donator, D. de donat. inter vir. & vxorem*) sed *postremum malorum omnium,* Ciceronis iudicio Philip. 2. & Philip. 10. *morte peius.* Conuenit elegans quidem *lex prima, tit.* 29. *part.* 2. lateque illustrauimus *de priuileg. miserabil. personar.* 3. *p. quæst.* 16. *a num.* 1. *cum seqq.* At, vt & diximus, & *lib.*1. *in Ezechielem Homil.* 3. *col.* 4. *post medium,* Gregorius repetit: *In sæculo Seruus est, qui per actinam vitam hominibus seruire decreuit.*

An ideo non seruus, quia non vnius, sed omnibus? vt, hanc ipsam insequens thesim, ab Eugenio Pontifice Summo percontatur Bernardus *de Consideratione ad ipsum, lib.*1. *cap.* 17
4. Tanto quidem deterior, † quanto plurium; detertima quanto omnium quis ponderi, & dominio subiicitur. *Tantorum quippe pondera vnusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur,* vt & expertus attestatur Gregorius *Moral.lib.*9. *cap.* 10. *in principio,* & ostendimus proximè. *Eo ille minor, ac plurium seruus est, quem Fœlicem vulgus appellat,* vt deducit Seneca *de vita Beata, cap.* 14. Iudex omnium quibus præest, vt in eo Marcellus adstruit *in l. Non aliter,* 18. *D. de adoptionib.* non aliter adoptionem pupilli admittendam inquiens, quam *si acuerit* Seruo publico *se restituturū ea, quæ ex bonis eius consequutus fuerit.* Quamuis enim *Seruum publicum* Glossa ibi intelligat *Tabellionem,*

&

& *in l.* 2. *verbo Seruum publicum*, *D. rem pupilli saluam fore*, sitque consimilis & expressior textus *in* §. *Cum autem, eodem illo titulo instituit. de adoptionib. Serui publici* loco *Personam publicam* reponens, quam *Tabellionem* esse dicit: At præcipuè Iudici conuenit, & textuum decisione, & Munere. Porro namque publicam *Magistratum* appellauit Iustinianus *in* §. *fin instit. de Attilliano tutore.* Imo & Principem ipsum, eodem argumento, Ouidius *Tristium lib.* 4. *Eleg.* 4.

Quia res est Publica Cæsar.

Qua nominatione, omnium quidem & Principem, & Iudicem esse monstrarunt; non
18 vtique sui. Id enim† *Publicum* dicitur, quod omnium est in communi, nullius in particulari, *l. In tantum*, 6. §. 1. *D. de rer. diuis.* §. *Publica, & paragraphis seqq. instit. eodem tit.* Quod enim Populi est, id *Publicum* nominatur quasi *Populicum*, vt *in* §. *Consequens, instit. de suspectis tutor. verb. quasi publicam*, recentior explicat Notula. Publica proinde persona, nempe Magistratus, populi est, non sui. Omnibus addictus, sibi ereptus, vt Imperatori Traiano *in Panegyri* Plinius dixit.

Quod *si præstat nemini Imperare, quã alicui seruire*, vt lippis & tonsoribus patet, & est apud Quintilianum *Oratoriar. institution. lib.* 9. *cap.* 3. facitque Dignitas *tantis se viuere, quantis præest*, vt diximus, & multiplicata sed digna repetitione, Gregorius *Moral. lib.* 24. *cap.* 25. Quanto magis præstabit non omnium fieri seruum? Quis natalem libertatem non quærit; Quis non sibi viuere optat, & *Iugo multigenæ seruitutis eximi?* iuxta D. Petrum Damianum *de fuga Dignitat. Ecclesiasticar.* in principio. *Hac ergo vita dicenda est, vnam discerpi ac diuidi animam in tam varias rerum ac personarum necessitates; tot hominibus seruire, tot viuere, sibi autem soli tempus omne viuendi penitus denegare?* vt cum Chrysostomo, ita Theodorum interrogante, *epist.* 7. in communi rogemus.

Equidem *non nobis solum nati sumus*, vt ex Platone Cicero inquit, *lib.* 1. *de offic. pag. mihi* 10. *& lib.* 2. *de finib. pag. mihi* 189. ex eoque similiter Apuleius *de Philosophia*, hunc in modum: *Illum quidem qui natura imbutus est ad sequendum bonum, non modo sibimetipsi natum putat; sed omnibus etiam hominibus. Nec pari, aut simili modo, verum etiam Patriæ vnumquemque conceptum esse; debinc proximis; & mox ceteris, qui familiari vsu, vel notitia iunguntur.* De hocque ita sibi *cap.* 24. *v.* 47. Ecclesiasticus gratulatur: *Non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem.* Iteremque *cap.* 33. *v.* 18. per eadem fere verba: *Non mihi soli laboraui sed omnibus exquirentibus disciplinam*, Generalemque *ad Roman.* 14. *v.* 7. sic præfinit Apostolus regulam: *Nemo nostrum sibi viuit. Quate alteri viuas oportet, si vis tibi viuere. Nec potest quisquam beate degere, qui se tantummodo intuitur.* sententia Senecæ epistola 48. *Qui namque sibi viuit soli, & omnes negligit, superfluus est, & nec homo, nec generis nostri*, vt ponderosissimè Chrysostomus *Homil.* 35. *ad populum Antiochenum, col. mihi* 5. *ad finem.*

Sed tamen *Attende tibi ipsi.* Id tibi præcipit, cum Apostolus Thimotheo, præcipit 1. *cap.* 4. *v.* 16. De quo & celebratissimum sermonem Basilius intexuit. *Nemo alij nascitur, moriturus* veluti *de Pallio c.* 5. Tertullianus inquit. *Vita meliore magis in secessu fruare quam in prompru. Sed ignaua infamique scilicet Patriæ, & Imperio: Reipublicæ viuendum est. Erat olim ista sententia*, ipsius ibi pariter arbitratu. *Ne proximos inuando, se deserat, ne alios erigens, cadat*, Diui Gregorij, *Curæ Pastoralis p.* 4. *cap.* 1. *in principio*, animaduersione. *Si totus vis esse omnium, instar illius, qui omnibus omnia factus est; laudo humanitatem, sed si plena sit. Quando autem plena, te excluso? Et tu homo es. Ergo vt integra sit & plena humanitas, colligat & te intra se sinus, qui omnes recipit. Alioqnin quid tibi prodest, iuxta verbum Domini, si vniuersum lucreris, te vnum perdens? Quamobrem cum omnes te habeant, esto etiam tu ex habentibus vnus.* vt Eugenio summo Ecclesiæ Præsuli *de consideratione ad ipsum lib.* 1. *cap.* 5. D. Bernardus consulit. Nemo prudenter se totum etogat aliis, nihil aut minimum sibi relinquens. Agat aliquando suam causam, qui insistit sempet alienis. *Hic aduocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat. Nemo sibi vindicat. Alius in alium consumitur. Hic illius cultor est, ille illius. Suus nemo.* vt Seneca dolet *de vita breuit. cap.* 2. Temperamento saltem adhibito *infra n.* 24. *præcipuè ex vers. Qua occupatio, & n. quoque seq.* Quid inanibus, quid etiam vtilibus sæculi occupationibus tetimur? *Iam te intelliges educendum ex istis occupationibus speciosis & malis*, ex Seneca ipso *epistola* 22. *in principio.* Maledictas Eugenij occupationes, quibus se totum regimini dabat, *eodem libro* 1. *de Consideratione, cap.* 2. appellauit Bernardus. *En quo te trahere habent hæ occupationes maledictæ*, eidem inquiens. *Et tamen Eugenius se totum impendebat occupationibus regendæ Ecclesiæ sibi à Domino commissæ*, vt Bernardi increpationem expendens, adnotat Celada *in Judith capit.* 4. *v.* 9. 10. *&* 11. §. 17. *num.* 71. Quid mirum tamen? *Humanus namque animus videre & deuitare peccata vtinam valeat vel quietus*, vt serio *Moralium lib.* 17. *capit.* 12. D. Gregorius appendit. *Occupationes occupationibus non inseramus*, vt Ambrosius consulit *Psalm.* 36. in illud: *Nouit Dominus vias immaculatorum.*

Illis mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi.

vt & Seneca Tragycus agnouit *in Tyeste actu* 2.

Consule ergo, attendeque tibi, *ignominiosa Gloriæ* (vt sæcularem nominat Augustinus *suarum Confessionum lib.* 1. *cap.* 12.) anfractus vita; miseram fuge voluntariam seruitutem, speciosis occupationibus ficte delinitam, pressam vere. Tuus saltem aliquando esto. *Tu quoque dic, quæso, vbi vnquam sis liber? vbi tutus? vbi tuus? Vbique strepitus, vbique tumultus, vbique ingens tua seruitutis te premit.* vt Bernardum eundem *repetito lib.* 1.

de

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

de Consideratione cap. 3. in fine. Eugenium sic alloquentem insequar. *Rectum iter, quod serò cognoui, & lassus errando, aliis monstro. Clamo: Vitate quæcunque vulgo placent, quæ casus attribuit: ad omne fortuitum bonum suspicioſi pauidique subsistite. Et fera, & pisces spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista fortunæ putatis? Insidiæ sunt. Quisquis nostrum tutam agere fortunam volet, quantum plurimum potest, ista vsitata beneficia deuitet: in quibus hoc quoque miserrimi fallimur, quod habere nos putamus; habemur. In præcipitia cursus iste deducit. Huius eminentis vitæ exitus, Cadere est. Deinde ne existere quidem licet, cum cepit transuersos agere fœlicitas. Aut rectus sta, aut semel fuge.* cum Seneca *epistola* 8. (postquam longum in Fortunæ Muneribus istis periculum fecimus) clamamus, monemus. Scitote ex ipso *de Moribus,*

21 † quod *Regnantibus peius multo periculum his, qui iudicantur.* Et ex altero Seneca, si alter est, *Thebaid. actu* 4. in Imperio esse supplicium, Grauesque Pœnas sic minatur in eo:

Pœnas soluet, & quidem graues.
Regnabit. Hæc est pœna.

Quos in sæculo Fœlices, *quos diuites opinaris, continuantes saltibus saltus, & de confinibus pauperibus exclusis, infinita, ac sine terminis rura latius porrigentes, quibus argenti & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium vel strulli aggeres, vel defossæ strues: hos etiam inter diuitias suas trepidos cogitationis incertæ sollicitudo discruciat, ne prædo vastet, ne percursor infestet, ne inimica cuiusque locupletioris inuidia calamitosis litibus inquietet. Non cibus securo somnusve contigit. Suspirat ille in conuiuio, bibat licet gemmas: & cum epulis marcidum corpus torus mollior alto sinu condiderit; vigilat in plumis: nec intelligit miser Speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri, & possideri magis quam possidere diuitias atque opes. O detestabilis cæcitas mentium, & cupiditatis insanæ profunda caligo! Cum exonerare se possit, & leuare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere. An tu illos putas tutos, illos saltem inter Honorum Infulas, & opes largas, stabili firmitate fœcundos, quos Regalis aulæ splendore fulgentes armorum excubantium tutela circumstat? Maior illis quàm cæteris metus est. Tam ille timere cogitur quam timetur.* vt (plus quam laudari possit, bellissimè, certissimeque per humanarum fœlicitatum miserias) discutrit Cyprianus infra proximè referendus. Et ne theoricè hæc dicta solummodò putes (quę quantumuis honoribus ac potentia tumens, imò ex eo potius ipso, practicè fateare necessum est) audi & expertum, hisque omnibus potientem, Saturninum Imperatorem, qui familiaribus suis dixit: *Nescitis, amici, quid mali sit Imperare: gladij nostris ceruicibus impendunt, imminent hastæ vndique, vndique (picula, ipsi comites formidantur.* quemadmodum *in ipsius vita* Flauius Vopiscus auctor est.

Vna igitur & firma Tranquillitas; vna sola, & firma & perpetua securitas; si quis ab his inquietantis sæculi turbinibus extractus, salutaris Portus statione fundatus, ad cœlum oculos tollat à terris, & ad Domini Manus admissus, ac Deo suo mente iam proximus, quicquid apud cæteros in rebus humanis sublime ac Magnum videtur, intra suam iacere conscientiam glorietur. Nihil appetere iam, nihil desiderare de sæculo potest, qui sæculo maior est. elegantissimè vt cætera proximè relata Cyprianus ad Donatum, *epist. 2. col. 7. ex fine*, ordine Ioannis Pameli.

O quantos Regum patiuntur corda tumultus!
Quamque procellosis motibus ipsa fremunt!
Inter Regales epulas, variosque paratus
Tabescunt curis, sollicitoque metu.
Non paucos metuit, multis metuenda Potestas,
Vixque alicui credit, dum cauet insidias.
Mille satellitibus cinctus, telliſque suorum;
Non valet è trepido pellere corde metum.
Dum iacet in plumis serico contectus & ostro,
Mordetur curis, inuigilatque dolis.
Non dat securos nec ebur nec purpura somnos,
Pauperias vili stramine tuta iacet.

vt qua lautitia, quo apparatu, quibus sententiis, fermeque vocabulis Potentum angores, & priuatæ commoda vitæ sermone soluto Diuus supra Cyprianus expressit; catenato Anselmus, versibusque complexus est *in carmine de contemptu mundi.*

Quisquam ne Regno gaudeat? O fallax bonum,
Quantum malorum fronte quam blanda tegis!

cum Seneca *in Œdip. Traged. actu* 1. & rogamus, & sentimus.

Præterea *audi & breuiter de Honoribus. Ducem te constitue: & data est tibi facultas vt Miser sis, & amplius non quiescas. Cumulatur materia sollicitudinum, & inter ærumnas, eor ipsum excedentes, necesse est, vultum induere gaudiorum. Nunquid in Honore sine Dolore, in Prælatione sine Turbatione, in sublimitate sine Vanitate quis esse potest? Miseri (iuxta Philosophum) mercedem Miseriarum amamus, & ipsas execramur.*

Audi & de Gloria. Si quæris Gloriam; omnibus inuidiæ semina præbuisti. Inflatus es, & ventilatorio plenus disrumperis, nec attendis quot te sequantur, sed quos præcedant. Conglomerantur omnes ad detrahendum tibi, ad male dicendum linguas acuunt: & argutissimus es, si vel manum vel linguam inuidorum possis euadere. Ecce vnde Glorioſus esse volebas, Inglorius esse conuinceris. Nullum enim inexorabilius persequitur multitudo, quam illum, qui sibi multitudinis arrogat Principatum. Hi Honorum, hi populatis Gloriæ fructus, quos

defetibit

deſcribit Bernardus *Sermone in feſto Sancti Nicolai Epiſcopi.* Quieti & Tranquillitati oppoſiti ad eo, vt quo paſſu angores illa conferunt, hæ auferunt: vt gradum ad ruinam altiora illa mentita præſtant; hæ ad ſecuritatem.

Vt alta ventos ſemper excipiunt inga,
Rupemque ſaxis, vaſta dirimentem freta,
Quamuis quietè verberant fluctus maris:
Imperia ſic excelſa Fortunæ ſubiacent.

vt aduertentet Seneca *ſupra dicta Trag. quinta, actu primo*, Auctoritate Superior, nec inferior metro, *præfato Carmine de Contemptu mundi*, ſic vtraque diſcriminat Anſelmus:

Vt rapit obſtantes fluuium violentia moles,
Plana ſatis placido permeat ille gradu.
Montes & ſcopulos ſæui maris obruit vnda,
Ad placidum littus mitior vnda venit.
Aerias Alpes niuibus candeſcere ſcimus,
Frigoribuſque premi, perpetuoque gelu:
Illic & rabies ventorum plurima ſeuit:
Temperiem gratam proxima vallis habet:
Sic vobis nunquam deſunt aduerſa, Potentes,
Nec eſt pax vobis vlla, nec vlla quies.

Itaque *in intimis perſecutionibus ſunt Reges & Præſides, terribiles iudicij Poteſtate* aſſertore Ambroſio *in expoſit. Pſalmi centeſimi decimiquinti, Octonar. vigeſimo*, in illud: *Multi perſequentes me, & tribulantes me &c. col. 2. poſt medium.* Et tamen id amatut, vt flebilius iterum cum Anſelmo doleam:

O dilectores mundi, falſique Potentes!
Et quid terrenas eſſe putatis opes?
Quid quoque mundanos, quos affectatis Honores?
Quorum perpetua Sollicitudo comes.

22 Fœlix qui veræ, † vtilis, ac ſalutatis iſtius cognitionis limina tangit; fœliciot, qui penetrat.

Beatus ille qui procul negotiis
(Vt priſca gens mortalium)
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur claſſico miles truci,
Nec horret iratum mare,
Forumque vitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.

Noſtro, Horatiique aſſenſu *Epod. Oda 2.* Quàm ſæpe Beatitudinem & compellat ipſe & compellant cæteri ruralis, priuateque vitæ, ſequaces.

Nouiſti ne locum potiorem rure Beato?

cum ipſo pariter interrogamus, *epiſtolar. lib. 1. epiſt. 10. ad Fuſcum Arietum.* Qui vt aſſer-

tionem adſtruat ſuam, pleraque Ruri eſſe, quibus, hominum exiſtimatione, fœlicitas conſtet, manifeſtè demonſtrat, inceptam ſic proſequens interrogationem.

Eſt vbi plus tepeant hyemes? Vbi gratior aura
Leniat & rabiem Canis, & momenta Leonis
Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutum?
Eſt vbi diuellat ſomnos minus Inuida Cura?
Deterius Libicis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis tendit aqua rumpere plumbum,
Quam qua per pronum trepidat cum murmure riuum?
Nempe inter varias nutritur ſylua columnas;
Laudaturque domus longos qua proſpicis agros.

Inſiſtens Martialis in idem *Epigrammat. lib. 10. Epigr. 96. ad Auitum*, ait:

Illa placet tellus in qua res parua Beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.

Ad idque verè, & facetè Rus ab vrbe diſcriminans, addit:

Paſcitur hic, ſibi paſcit ager: tepet igne maligno
Hic focus: ingenti lumine lucet ibi.
Hic pretioſa fames, conturbatorque marcellus:
Menſa ibi diuitiis Ruris operta ſui.
Quatuor hic æſtate toga, pluresve terumtur:
Autumnos ibi me quatuor vna tegit.
Colе nunc Reges; quidquid non præſtat amicus,
Cum præſtare tibi poſſit, Auite, locus.

Dixeratque iam *lib. 1. Epigram. 146. ad Linum*:

Egiſti vitam ſemper, Line, municipalem,
Qua nihil omnino dulcius eſſe poteſt.
Idibus & variis togula eſt excuſa calendis:
Duxit ad æſtates ſyntheſis vna decem.
Saltus aprum, campus leporem tibi miſit inemptum,
Sylua grauis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo venit de gurgite piſcis:
Vina rubens fudit non peregrina cadus.
Nec tener agricola, miſſus de gente miniſter,
Sed ſtetit inculti ruſtica turba foci.
Nec nocuit tectis ignis, nec Syrius agris,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Nec mersa est pelago, nec fluit vllarates.

Nec modo profani, sed beatissimam sæpe vitam solitariam, priuatam, & tranquillam sancti quoque Patres appellant, prænominibusque etiam excelsis condecorant Bernardus *Homil. super verbis Domini: Simile est Regnum cœlorum homini negotiatori.* Gregorius cæterique iam memorati, & recensendi infra.

Tanti insuper apud Augustum (*cui Dij plura quàm alij præstiterunt*) *priuata & tranquilla vita desiderium fuit; vt non desierit quietem sibi precari, vacationem à Republica petere. Omnis eius sermo ad hoc semper reuolutus est, vt sibi speraret otium. Hoc labores suos (etiam si falso) dulci tamen oblectabas solatio:* Aliquando se victurum sibi. *In quadam ad Senatum missa epistola, cum Requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem pollicitus esset; hæc verba inueni,* Seneca ait *de breuit. vitæ, c. 5.* Vltra progressus: *Sed ista fieri speciosius quam promitti possunt. Me tamen cupido temporis optatissimi mihi prouexit, vt quoniam rerum lætitia morabatur adhuc; percipiebam aliquid voluptatis ex verborum dulcedine.* Quæ sic verba ibi Seneca premit: *Tanta visa est res Otium, vt illam quia vsu non poterat, cogitatione præsumeret.* Tanta eidem ipsi Senecæ, vt *de benefic. lib. 3.* dixerit: *Hoc est Regnum, Nolle Regnare.* Et *epist. 73.* non contentus *Beatum* dicere *Otium:* Deos facere, sic dicere ausus est: *Quanti æstimamus hoc otium, quod inter Deos agitur, quod Deos facit?*

Et ne sine Magno Patrono videatur Senecæ ausus; Magni quoque Theologi Gregorij Nazianzeni (in Otij istius, solitudinisque amorem, laudes, mirandumque ipsius effectum, quem solitudini tribuit Seneca, inter querelas, quòd ab illa, suorũ flagitationibus esset auulsus) *Oratione 2. in principio* verba cape: *Quam* (solitudinem nempe) *ex omnibus rebus maximè complexus eram, ac velut sociam & administram, Diuinaque ascensionis matrem, ac Deum ex homine efficientem, mirifice suspexeram, totiusque vitæ ducem & moderatricem mihi statueram.*

Partius Angelus Politianus *in Sylua*, cui titulus *Rusticus*, hoc vitæ genus sectantes & Beatos, & Diis simillimos ita decantat:

Fœlix ille animi, Diuisque simillimus ipsis,
Quem non mendaci resplendens Gloria fuco.
Solicitat, non fasto si mala gaudia luxus:
Sed tacitos sinit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ.
Vrbe procul, voti exiguus, sortemque benignus,
Ipse suam fouet, ac modico contentus acervo,
Non spes corde auidas, non curam pascit inanem:
Securus quo Sceptra cadant, cui dura minentur
Astra, & sanguinei iubar exitiale cometæ.
Non illum fragilis fauor, indocilisque Potenti
Plebs seruare fidem, euictum popularibus auris,
Casuro imponit solio: nec ducit hiantem
Huc illuc vanos ostentans Purpura Fasces.
Non mentem pauet ipse suam, nec conscius omneis
Exhorret strepitus; nec edaci pectora culpa
Carpitur occultè: non opportuna iniqui
Iudicio vulgi, aut Celsa conspectus in Arce,
Degeneri patet inuidiæ: non ipse vicissim
Obliquo liuore marcet, fœtusque veneno
Æstuat, atque aliena oculis bona limat acutis.
Rure agit in vacuo, spaciisque indulget apertis
Æris, aut operi insudans, aut ille supinos
Enadens cursu in montes.

Beata plane vita, quæ non alienis æstimatur iudiciis, sed domesticis percipitur sensibus, tanquam sui Index. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit; neque pro supplicio pauet. Itaque quominus sequitur Gloriam, eo magis super eam eminet, Diui Ambrosij conceptu, *de Offic. lib. 2. cap. 1.*

Hac se gloriosus †Requie, Fœlicitate, & 23
Gloria priuat. *Fascibus ille oblectatus & honoribus, priuatus & inglorius esse non potest. Hic stipatus clientum cuneis, frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus; pœnam putat esse cũ solus est.* vt horum latentem, si latere potest, pandit naturam, & conditionem explicat Cyprianus *ad Donatum.* Cum potius gaudium, & his carere Gloria sit; illaque imo onerosa, fastidiosa, ad hanc lætam, gratamque obtinendam, fruendam,

Obest quoque Gloria multis.

vt Ouidius canit *Metamorphos. lib. 11. fabul. 8.* Securior fœlicitas sine turbine Quæsquam enim Honores negant; illorum ministrat Cõtemptus. *Multi inhonorati proferuntur, & quidem propter idipsum Beatiores, eorumque qui priuatum Otium negotiis publicis ante tulerunt, vita laudatur. Nec siletur illud Potentissimi Regis Anapestum, qui laudat senem, & Fortunatum esse dicit, quod Inglorius sit, atque Ignobilis ad supremum diem perueniturus.* Cicero prodit *Tusculanar. quæstion. lib. 6.* Qua de re Tertullianus *de Pallio c. 5.* sic merito Gloriatur: *Ego nihil Foro, nihil Campo, nihil Curiæ debeo. Nihil Officio aduigilo, nulla Rostra præoccupo, nulla Prætoria obserno, Cancellos non adoro, Subsellia non contundo, Iura non conturbo, causas non latro: non iudico, non milito, non regno. Secessi de populo.*

Id

24 Id si dicere mihi non datur, † summopere dicere opto, quod nectit ipse: *Vnicum negotium mihi est, nec aliud curo, quàm ne curem.* O quando videbo illud tempus, quo sciam tempus ad me pertinere, quo trãquillus placidusque sim, & crastini negligens, & in summa mei satietate? vt verba à Seneca mutuem *epistola* 32. idipsum optante Lucilo. Hoc à Deo optimo Maximo ex corde posco, ex intimis flagito, vtque in occupato Otio quidquid vitæ superterit, degam, animi saluti intentus, mei temporis arbiter, fori curis, sollicitudinibusque laxatus. Siquidem (Diui Ambrosij *epistolar. lib. 4. epistola* 29. *Floriano* sententia,) *Nemo potest amplecti Dei gratiam simul & sæculi. Difficile est cœlestibus & terrenis simul insistere. Difficile est, Deum simul & mundum diligere. Aurem quippe cordis* (Gregorij, Moralium lib. 23. cap. 12. ad principium) *terrenarum cogitationum turba dum perstrepit claudit: atque in secretario mentis quanto minus curarum tumultuantium sonus conspicitur: tanto amplius vox Præsidentis Iudicis non auditur. Neque enim homo sufficit ad vtraque diuisus.* Quocirca *à Fori strepitu remotus, Ruris otium, & Ecclesiæ cultum, placida in secretis domesticis tranquillitate, celebraui.* cum Diuo Paulino *lib. primo, epist. prima*, Hoc (verum fateor) semper me desiderium tenuit.

Quaque mea semper placuerunt Otia menti.
Carpere, & in studiis molliter esse meis.

Si & cum Ouidio licet. *Tristium lib. 4. Eleg.* 8. Facultatem inuida sors negauit. In contrarium pugnans, longè quidem meritum excedentibus meum, præmiis muneribusque deliniuit.

Solicita fugax Ambitionis eram.

Inuitum me ad Fora traxit, luctantem retinet, à chara Solitudine (potius quàm ab Horatio, *epistolar. l. 1. epistola* 10. *Ad Fuscum Aristum*, tametsi id proferat ipse) sæpè commonitum:

Fuge Magna.

Hisque *Tristium lib. 3. Elegia* 4. Ouidij quoque vocibus frequenter interpellatum:

Viue tibi, & longè Nomina Magna fuge.
Viue tibi, quantumque potes Præclustria vita.
Sanum Præclustri fulmen ab Arce venit.
Effugit hibernas demissa, antenna procellas,
Lataque plus paruis vela timoris habent.
Aspicis vt summa cortex leuis innatat vnda,
Cum graue nexa simul retia mergat onus?
Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipsum)
Sic cadit vt tacta surgere possit humo,
At miser Icarus tectus delapsus ab alto,
Occurrit Regi flebilis vmbra suo.
Quid fuit vt tutas agitaret Dedalus alas:
Icarus immensas, nomine signet aquas?
Nempe quod hic altè; demissus ille volabat,
Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Non forte Eumedes orbus, si filius eius
Stultus Achilleos non adamasset equos.
Nec natum in flamma vidisset in arbore natas,
Cœpisset genitor si Phaethonta Merops.
Tu quoque formida nimium sublimia semper.
Propositique precor contrahe vela tui.
Viue sine inuidia, mollesque inglorius annos.

A Seneca item memoratis *de beneficiis, lib. 6. cap. 7.*

Quo tantum mihi Dexter abis? Huc dirige cursum.

Et epistola 19. *Si potes, subduc te istis occupationibus; si minus, eripe. In Freto viximus; moriamur in Portu.* vt solitudinem *de officiis lib. 3. in principio* appellauit Cicero: Africanus habuit. *Ille enim requiescens à Reipublica pulcherrimis muneribus. Otium sibi sumebat aliquando, & à cœtu hominum, frequentiaque interdum se tanquam in* Portum, *in* Solitudinem *recipiebat.* Cicero ait.

Nec quasi ignarus fluctuum præmoneo, sed quasi nuper naufragio eiectus in littus, timida nauigaturis voce denuncio: In illo æstu Charybdis luxuria salutem vorat: ibi ore Virgineo, ad pudicitiæ perpetranda naufragia, Scyllacæum renidens, libido blanditur. Hic barbarum littus, hic diabolus pirata, cum sociis portat vincula capiendis. Nolite credere, nolite esse securi. Licet in modum stagni fusum æquor arrideat, licet vix summa iacentis elementi spiritu terga crispentur: magnes hic campus montes habet. Intus inclusum est periculum, intus est hostis. Expedite rudentes, vela suspendite, crux antemna figatur in frontibus. Tranquillitas ista tempestas est. cum Diuo Hieronymo *epistolar. lib. 2. epist. 6.* ad Eremum vocante Eliodorum, turbæ, sæculique pandente discrimina. Quę nullas quidem inducias præstant; simulant, & fucata facie decipiunt. *Tempestates animi quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit. Non deest forma, quæ sollicites oculos, non hostit: hinc monstra efferа, & humano crnore gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurium: hinc naufragia, & tot varietates malorum.* vt similiter eodem quoque argumento *epistola* 88. philosophatur Seneca.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quod Mare abruptius quam Saculum, tam infidum, tam mobile, tam profundum, tam immundorum spirituum flatibus procelloſum? vt & ſpeculatur Ambroſius *in proœmio ad quartum caput Euangelij ſecundum Lucam*, eundem diſcurſum, theſimque Hieronymi proſequens.

Fuge ergo ſæculi Mare, & naufragium non timebis. hortatore, expromiſſoreque eodem Ambroſio *ibi*, in illud: *Dixit autem diabolus: ſi filius Dei es* &c. Quia, vt nectit, *etſi frequenter arborum vertices ſpirantium verberent flabra ventorum: ſolidatis tamen radicibus nullus occaſus eſt: at in Mari furentibus ventis, etſi non omnium naufragium, omnino tamen periculum eſt.*

Sic, poſt longum fletum celſitudinis loci, negotiorum multitudinis, vt ſupra iam vidimus *num.* 8. vicemque ſuam D. Gregorius dolens *epiſtolar. lib. 7. epiſt. 127.* & Regimen *Fretum*, & ſolitudinem *Portum* compellat, Diuumque Iſidorum ita orat & obteſtatur: *Per omnipotentem Deum deprecor, vt in perturbationis Fluctibus lapſum, tua orationis manu me teneas. Quaſi enim proſpero flatu nauigabam, cum tranquillam vitam in Monaſterio ducerem: ſed Procelloſis ſubito motibus Tempeſtas exorta in ſua perturbatione me rapuit, & proſperitatem itineris amiſi, quia quietis mentis Naufragium pertuli. Ecce nunc in Vndis verſor, & tua interceſſionis Tabulam quæro: vt qui Naui integra diues peruenire non merui; ſaltem poſt damna ad Littus per Tabulam reducar.* Idem ſæpè repetens *in prologo Dialogorum*, eademque cauſa doloris: *Perpendo* (inquit) *quid tolero, ſed perpendo quid amiſi. Dumque intueor illud quod perdidi, fit hoc grauius quod porto. Ecce etenim nunc Magni Maris Fluctibus quatior, atque in Naui mentis Tempeſtatis validæ Procellis illidor: & cum prioris vitæ ſtatum recolo, quaſi poſt tergum reductis oculis, viſo littore ſuſpiro. Quodque grauius adhuc eſt, dum in mentis fluctibus perturbatus feror; vix iam* Portum *videre valeo quem reliqui.* In idem inſiſtens. *epiſtolar. lib. 12. epiſt. 16. Ioanni Abbati de Monte Sina*, eâdemque ſimilitudine vſus, item ait: *Vos ergo qui in tanta quietis veſtræ Serenitate, tranquillam vitam ducitis, & ſecuri quaſi in* Littore *ſtatis, nobis Nauigantibus, aut potius naufragantibus, orationis veſtræ manum tendite.*

Non diſſimiliter Seneca *de breuit. vitæ, cap. 18.* A cuius iterum ſic vocibus interpellor: *Excerpe te vulgo, & in tranquilliorem* Portum, *non pro ætatis ſpacio iactatus, tandem recede. Cogita quot Fluctus ſubieris, quot Tempeſtates, partim priuatas ſuſtinueris, partim publicas in te conuerteris. Satis iam per laborioſa & inquieta documenta exhibita Virtus eſt: experire quid in otio faciat. Maior pars ætatis, certe melior, Reipublicæ data ſit: aliquid temporis tui ſume etiam tibi.* Ceſſarunt ne in hanc Occupati Otij placidam ſtationem proclamata eius? Adhuc *epiſtola 19.* in auribus meis ſonant: *Satis multum temporis ſparſimus: incipiamus in ſenectute vaſa colligere. Tulit te longè à conſpectu vitæ ſalubris Rapida Fœlicitas Prouincia & Procuratio, & quidquid ab iſtis promittitur. Maiora deinde officia te excipient, & ex aliis alia. Quis exitus erit? Quid expectas? Donec deſinas habere quod cupias? Nunquam erit tempus. In hanc dimiſſus es vitam, quæ nunquam tibi miſeriarum terminum ac ſeruitutis ipſa factura ſit.*

Celſior item & validius reſonantis Ambroſij tubæ *Pſalmo 118. Octonar. 19.* in illud: *Præuenerunt oculi mei mane meditari verba tua, col. 3. ad finem*, hunc emittens fundenſque clangorem: *Quandiu te ſomnus, quandiu te ſæcularia tenent? Quandiu ſolicitudo iſtius vitæ? Quandiu terrena? Dimide ſaltem Deo & ſæculo tempora tua.* Bernardi inſuper, non tam ære recutuo, quàm ore mellito, vitalem eructanti doctrinam, *de Conſideratione ad Eugenium, lib. 1. cap. 1. & in Declamationib. ſeu de verbis Euangelij: Dixit Simon Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia* &c. *col. 2. ante medium*, pigritiæ tarditatique incutiunt verba pudorem, calcaria itineri iſti, expeditioni ſic pungentes ſtimulos addunt: *Quoties moues, nec promoues, Quoties conaris, & non datur vltra? Eniteris, & non obtines? Et dum adhuc ordiris, ſuccidunt te? Vis peruenire? Incipe tranſilire.*

Eia ergo, Te ſeruato, quidquam perdendi metum abiice. *Qui ſe habet, nihil perdit.* Senecæ *epiſtola 22. in fine* ſententia fida. *Huc cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remiſſurus, vt contentus ſis Temetipſo, & ex te naſcentibus bonis. Qua poteſt eſſe fœlicitas Deo proprior? Redige te ad parua, ex quibus cadere non poſſis,* eiuſdem *epiſtola* 20. prouido conſilio. *Nemo vllum auferat diem, nihil dignum tanto impendio redditurus. Sibi ipſe animus hæreat, ſe colat, nihil alieni agat, nihil quod ad Iudicem ſpectet. Ametur expers publica priuataque cura tranquillitas. de tranquillit. animi, cap. 1.* Et *epiſtola 53.* ex eo ipſo: *Omnia impedimenta dimitte, & vacua bona menti. Nemo ad illam peruenit occupatus.* Toto conamine ſæculi inſidioſos laqueos fuge. *O homo fuge homines.* à Bernardo *Homil. ſuper verbis Domini: Simile eſt Regnum cœlorum homini negotiari* &c. cautelam accipe. *Quantum potes in Philoſophiam ſecede: illa te ſinu ſuo proteget. In huius ſacrario eris aut tutus, aut tutior. Non arietant inter ſe niſi in eodem ambulantes.* à Seneca, *epiſt. 103. ad finem*, indicante Præſidium. Fugam ſine meru attripe. *Timebat Cain ne occideretur, quia fugere neſciebat.* Diuus Ambroſius inquit *de fuga ſæculi, capit. ſeptimo.*

Nec te ad ſegnem, aut inertem quietem voco (nequiſſima ſiquidem ſtultitia foret, quia *qui ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt*, Sapientis ore Prouerbiorum 12. v. 11.) *non vt ſomno, & charis turbæ voluptatibus quidquid eſt in te idolis viuæ demergas. Non eſt iſtud quieſcere.* cum Seneca *de vita breuit. capit. 18.* Pernicioſiſſima occupatio eſt, & vno quidem otio ad omnia vitia caſus. *Nam omne vitium docuit otium.* Diui Ioannis Chryſoſtomi ſententia, *in epiſtola Pauli*

Pauli ad Epheſ. cap. 4. Homil. 6. Atque *omnium tentationum malarum & inutilium ſentina Otium eſt*, ſecundùm Bernardum *de vita ſolitaria, col. 9. poſt medium.* Inquietiſſima Vacatio. Quia *indeſideriis eſt omnis Otioſus.*

Res eſt Segnities perniciosa nimis.
Vitanda improba Siren
Deſidia.

Vt Horatius monet *Sermon. lib. 2. Satyr. 3.* Occupata Quies, cupita Vacatio, obſtrepentium negotiorum curſus auerſus, *Fuga hæc neſcit frigus timoris, torporem lenitudinis*, vt diſcernit Ambroſius *de Fuga ſæculi, cap. 6.*

Vtiliter occupatum expetimus Otium, non iners aut deſidioſum.

(*Mors nobis tempus habetur iners.*)

Non quo enaneſcat virtus, ſed quo recreatur. Alterum enim etiam inertibus vitandum; alterum ſtrenuis quoque interdum appetendum. Illis ne vitam eneruem exigant; his vt tempeſtiua laboris intermiſſione, ad laborandum ſint vegetiores vt præclarè *lib. 9. cap. 8. in præfatione* Valerius Maximus. *Quod ad laudabile pertinet Otium*, ſecundum Auguſtinum *de Ciuitate Dei lib. 19. cap. 19. Multum enim intereſt, vtrum vita Otioſa ſit, an Ignaua.* diſerto Senecæ diſcrimine *epiſt. 55.* Hæc vitiorum nutrix: Virtutum illa comes, altiorum Indagatrix, officioſa Quies. Tale quidem *maxima actio eſt Otium*, non tam noſtro ſolummodo ſenſu, quam Nazianzeni *epiſt. 32. alias 23.* Ad quod ita *Pſalmo 55. v. 11.* Pſalmiſta inuitat: *Vacate & videte quia ego ſum Deus.* Vacate, *vt nulla animarum ſit occupatio; nec effuſio ſæcularium perturbationum interna oculum mentis obducat.* ibidem exponit Ambroſius. *Quia nequaquam mens ad ſuperna attollitur, ſi curarum tumultibus continuè infimis occupatur. Quid enim de Deo occupata obtineat, quæ de illo apprehendere aliquid etiam vacans laborat.* vt in eundem locum Gregorius bellè *Moral. lib. 5. cap. 8.*

Quæ occupatio Vacationi huic comparabilis? Qui labor æquabilis Otio ſibi aliiſque proficuo? *Namque nemo ſic debet eſſe otioſus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi. Parum enim proficit ſibi, qui alteri cum poteſt non prodeſt.* Bernardi doctrina *Meditationum cap. 11.* Sed *omni Perfecta anima diſcernendum eſt, & quando cœlesti contemplationi ſtudeat; & quando proximorum vtilitatibus inſeruiat*, vt Gregorius diſcernit *in Cantic. Canticor. cap. 2.* in illud: *Adiuro vos filia Ieruſalem per capreas, ceruoſque camporum &c.* latè etiam tranquilli Otij fructus recenſens. *Inter ſe iſta miſcenda ſunt: & quieſcenti agendum, & agenti quieſcendum eſt.* ex Seneca *epiſtola 3. in fine.* Namque *ſunt inuicem conturbernales hæ duæ, & cohabitant pariter. Eſt quippe ſoror Maria Martha*, vt Bernardus adaptat *ſuper Cantic. Sermone 51. col. 2. ad principium.* Hæc *ſolitaria vita, atque in ea contemplatio res plane ſacra eſt, & quæ ſuapte natura animas ad Deum ducit: neque iis tantum qui eam incolunt commodet; ſed etiam omnibus* &c. vt & Iuſtinianus noſter profitetur *nouella conſtit. 133.*

Inde *benè qui ſibi Solitudines conſtruunt etiam* Conſules *vocantur: quia ſic in ſe Solitudinem mentis ædificant; vt tamen in quo prauaalent, aliis per charitatem conſulere, minime deſiſtant*, vt appoſite noſtro, ſuoquè argumento denominationem accommodat Gregorius *Moral. lib. 4. cap. 18.* Hoc ſuum Otium *epiſtola 8.* ita deſcribit Seneca: *In hoc me recondidi, & fores clauſi, vt proderſe pluribus poſſem. Nullus mihi per Otium dies exit: partem noctium ſtudiis vindico: non vaco ſomno, ſed ſuccumbo, & oculos vigilia fatigatos, cadenteſquè in opere detineo. Poſterorum negotium ago, illis aliqua quæ poſſint prodeſſe conſcribo; ſalutares admonitiones, velut medicamentorum vtilium compoſitiones, litteris mando, eſſe illas efficaces meis vlceribus expertus.*

Sic *non defuere Romani Pontifices, qui ſibi Otia inter maxima negotia inuenirent. Obſidio Vrbi, & barbaricus enſis ciuium ceruicibus imminebat: nunquid tamen iſtud terruit Beatum Papam Gregorium quominus ſapientiam ſcriberet in Otio? Eo nempe temporis (quod ex eius præfatione liquet) obſcuriſſimam & extremam partem Ezechielis tam diligenter quàm eleganter expoſuit.* vt D. Bernardus notauit (ad ſeceſſum Eugenium prouocans) *de Conſideratione ad ipſum, lib. 1. cap. 9.*

Rarus cui ea fœlicitas contigit. Vtinam & quieto, inque mentis tranquillitate contingat. Cum & de hoc Ambroſij Sanctitas *lib. 4. epiſtolar. epiſt. 32.* (ſua ob id non modo corporis, ſed præcipuè animi diſcrimina timens) Seuero Epiſcopo ita conqueratur: *Remota enim veſtra ora littoris non ſolum à periculis, ſed etiam ab omni ſtrepitu; tranquillitatem infundit ſenſibus, & traducit animoſa terribilibus & ſæuis curarum actibus ad honeſtam quietem: vt ille commune omnium, ſpecialiter vobis videatur congruere, & conuenire, quod ait Dauid de Sancta Eccleſia:* Ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eam. *Etenim liber animus à barbarorum incurſibus, & præliorum acerbitatibus, vacat orationibus, inſernit Deo, curat ea quæ ſunt Domini, fouet illa quæ pacis ſunt & tranquillitatis. Nos autem obiecti barbaricis motibus, & bellorum procellis, in medio verſamur omnium moleſtiarum freto: & pro his laboribus & periculis, grauiora colligimus futuræ vitæ pericula.*

Non quòd Barbari abſint; hoſtes & viſibiles, & inuiſibiles deſunt, tantoquè grauiores, quanto occultius; clanculum læduntquè latenter: quibus nec totus pellendis integerquè ſufficit homo: minus in diuerſa tractus, curarumque turmis attritus. Fortunatus prorſus, ac terque quaterque beatus cui ſe voluntariis expedire ſaltem, carereque datum, & vel habere, vel mentem procurare tranquillam, occupatoque Otio perfrui, atque Eccleſiaſtici iuſſu *cap. 38.* ſcribere ſapientiam in eo. Non hominis tantummodo iſtud; ſed ſupernæ Gratiæ donum, vt *epiſtolar. lib. 6. epiſtola 6. ad finem*, Abbati, qui Abbatiæ renunciauerat cautus, Petrus Damianus ſcribens, & enunciat ita, & prudentiam paritet Otiumque extollit illius: *Dilectiſſime, ſatis laudabiliter*

laudabiliter & prudenter egisti, videlicet vt infœcundi laboris grauissimum pondus abiiceres, & leuigatis ceruicibus ad fructuosa quietis Otium conuolares. Hoc tibi consilium non caro vel sanguis attribuit, sed Diuina potius Miseratio cœlitùs inspirauit. Quandoquidem mens vacat, & de propria salute propensiori fieri cura sollicitum, & de tot animarum non reddenda multiplici ratione securum.

Fructuosum valdè, lucrosum, vtilequè commercium, † periculis quoque redemptis. Scire velis quale? *Sapientia Otia negotia sunt.* censore Bernardo *Serm. 25. super Cantic. col. 3. ante finem.* Quæ ad mensuram Otij crescit. Nam *quo Otiosior Sapientia, eo exercitatior in genere suo*, eiusdem testimonio *ibi.* Tantum deinde producentia fœnus, *vt nullum vitæ genus esse putem cum litterati hominis Otio, dummodo non sterili conferendum*, cum Angelo Politiano *epistolar. lib. 4. Cæsari Comento suo.* Namque si sterilescit, *Otium sine litteris mors est, & viui hominis sepultura*, congruo cognomine Seneca *epistola* 82. Bernardique *Sermone 63. col. 2.* in principio: *sic stultus eo ipso quod inutiliter viuit, viuens mortuus est.* Et ne sic inutiles facti, moriamur ante mortem, *lib. 4. de Consider. ad Engen. cap. 4.* optat vt simus *in Otio non Otiosi.* Occupatum enim tantum à morte & sepultura abest, vt in sæculo vitam absumptam, negotiorumque turbine demptam, instauret, & renouet, vt ad similitudinem Palmæ, supra expendimus, eius & fastidia pellat; & dulcem gratamque reddat. In eo, *si te ad studia reuocaueris, omne vitæ fastidium effugeris: nec tibi grauis erit, nec aliis supernacuus.* Seneca *cap. 3. de tranquillit. animi* sponsore. *Quo nihil dulcius.* Petrarcha iure optimo dixit *de Remed. vtriusque fortunæ, Dialog. 21.* & prius illo, Cicero *Tusculanar. quæstion. lib. 3. pag. mihi 613.* D. Augustinus supra, *Laudabile, & Sanctum* ex eoque D. Thom. 2. 2. *quæst. 189. art. 8. ad 4. Possessionem Pucherrimam*, Socrates, & cum eo Xenophon *in Simposio*, cumque aliis, Quintilianus Mandosius *in Glossa, Facultatum, §. Ac tam, verbo Negotiis, pag. mihi* 302. Qua fœlix sic Otrosus.

Natiuo cultu, & gaza pradiues agresti,
Ipse sibi viuit nullo subteste, suoque
Pendet ab arbitrio, sum ipse est Censor.

Vt *in Rustico* cecinit Politianus.

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat: non odio obscuro, morsuque venenat.

Vt *epistolar. lib. 1. epist. 14. ad Villicum sum*, Horatius.

26 Et quamuis ad casus † apta quoque solitudo sit: *vbi tentationes plurimæ, nisus ad virtutem difficilis, lapsus facilis ad errorem*, vt Ambrosius inquit *in comment. ad cap. 4. Euangel. secundum Lucam*, in illud: *Iesus autem plenus Spiritu Sancto* &c. multaque mala afferre solitariis possit, *Non habere Censorem*, vt & animaduertit Hieronymus *lib. 2. epistolar. epist. 18. ad Demetriadem*: ob idque *iniquitas incomitata residet.* Ambrosij patitur axiomate *de Iacob. & vita beata lib. 2. cap. 4.* Quid multa: *Omnia nobis mala solitudo persuadet*, sententia Senecæ *epist. 25.* Quorum enumerationem *epistola* 10. compegerat istam: *Tunc mala consilia agitant: tunc aut aliis, aut ipsis futura pericula struunt: tunc cupiditates improbas ordinant: tunc quidquid aut metu, aut pudore animus celabat, expromit. Tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat.*

At verò quibus id contingat, ab ipsomet Seneca *ibidem* accipe. Perditis nempe, stultis, seu imprudentibus. Nam *quod vnum Solitudo habet commodum: Non habere Iudicem, perit stulto, ipse se prodit.* De his (vt *dicta epistola* 25. rectè cauet) *nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse quàm secum.* Prudenti verò, virtutemque sectanti, non modo Solitudinem persuadet ibidem: sed & in turba, sui in se recessum, cum in ea esse cogitur. Quod & *Dominica 1. Quadragesimæ Euangel. Matth. c. 4. serm. 2. in fine, seu serm. 31.* Ambrosius suadet: Vt *habentes quidem conuersationem in Vrbibus, possideamus mente Desertum.* Nn omittenda Senecæ verba. *Tunc præcipuè* (ait) *in te ipse secede, cum esse cogeris in turba: si Bonus vir, si Quietus, si Temperans es. Alioquin in turbam tibi à te recedendum est. Quia* (vt dixerat epistola 10.) *nemo est ex imprudentibus, qui sibi relinqui debeat.* Meritoque hic, seu adhuc in virtute debilibus interdicitur solitudo; illis suadetur: *cum eadem sit Virtutis natura, quæ Nemorum: vt si adhuc exigua de terrenis ad superna se subrigunt, dum teneris ætas adolescit frondibus, fœui veneno dentis obnoxia, facile aut succidi possint, aut vri: si verò altæ se radice fundauerint, & ramorum sublimitate sustulerint: frustra iam vel feratum morsibus, vel lacertis agrestium, vel diuersorum flatuum procellis arbor robusta tenetur.* vt robusta quoque similitudine Ambrosius comprobat, *super d. cap. 4. Euangel. secundum Lucam*, in illud: *Iesu autem plenus Spiritu Sancto &c.*

Vana item, austera, seu potius stolida solitudo vitanda illa, cuius mentionem fecimus *supra numero* 9. periculis propriis casibusque exposita. Nec non sterilis, iners, seu desidiosa. Væ ita soli! *Neque putet homo se euasisse pericula cum in Eremum venerit; quia quanto subtilius, tanto difficilius à tentatore inuaditur. Qui cogitationum foribus assidens, omnium virtutum germina in ipso ortu strangulare molitur. Imaginem Christi delere cupiens, adulterinos colores naturali pulchritudini superducit, claritatem spiritus interpollat, & obnubit. Verum liberius anima expedita obuiat impugnanti, vbi compedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non nouerint. Securiorquè est congressus, vbi singula non bellicant dimicantem, nec inebriant animum lenocinia voluptatum.* vt eleganter, & aperta ratione Cyprianus *de Ieiunio & tentationibus, col. 2. ad finem, & sequenti.*

Nonne & qui pro virtute dimicat, solus est, Virtute comite ipsa, Dominoque virtutum? Is quidem *cum quo Deus est, nunquam minus solus est, quàm cum solus est. Tunc enim liberè fruitur gaudio suo: tunc ipse suus est sibi ad fruendum Deo in se, & se in Deo. Tunc in luce veritatis, in sereno mundi cordis vltro patet sibi pura conscientia, & libera se infundit affecta de Deo memoria; & vel illuminatur intel-*

lectus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lectu, & bono ſuo fruitur affectu; vel ſeipſum deflet humana fragilitatis defectu. vt de vita ſolitaria ad Fratres de Monte Dei, *col. 4. parum poſt medium*, eoſdem inſtruens Bernardus, huiuſcemodi ſolitariæ vitæ effectus, commodaquè depingit. Quorum quaſi epilogum, epitomamquè *epiſtolar. lib. 4. epiſt. 31.* Sabino Epiſcopo hunc in modum compegit Ambroſius: *Sola erat Maria, & loquebatur cum Angelo. Sola erat quando ſupervenit in eam Spiritus Sanctus, & Virtus Altiſſimi obumbrauit eam. Sola erat, & operata eſt mundi ſalutem, & concepit Redemptorem vniuerſorum. Solus erat Petrus, & totum per Orbem conſecrandarum gentium cognouit myſteria. Solus erat Adam & non eſt prævaricatus, quia mens eius adhærebat Deo. Poſtquam verò ei mulier adiuncta eſt, non potuit adhærere mandatis cœleſtibus, & ideo ſe abſcondebat quando Deus deambulabat in Paradiſo.* His epiſtolam inſuper, ſeriemquè concludens: *Liquet igitur ex his, quia ſoli cum ſumus, tunc nos offerimus Deo. Tunc mentem ei noſtram aperimus: tunc amictum fraudis exuimus. Solus erat Adam quando in Paradiſo conſtitutus eſt. Solus erat quando ad imaginem Dei factus eſt. Sed non erat ſolus quando de Paradiſo eiectus eſt. Solus erat Dominus Ieſus quando mundum redemit.* Argumento his finem imponit: Initium fecerat iſtis: *Nunquam minus ſolus ſum, quàm cum ſolus eſſe videor: nec minus Otioſus quam cum Otioſus.*

27 Etenim † *quorundam Otium occupatum eſt in villa, aut in lecto ſuorum in media ſolitudine, quamuis ab hominibus receſſerunt, ſibi ipſi moleſti ſunt. Quorum non Otioſa vita eſt, ſed deſidioſa Occupatio.* teſte Seneca *de vita brevit. c. 11. in fine.* Non prorſus ad tranquillitatem locus confert, *niſi ſibi præſtet animus, qui ſecretum & in occupationibus mediis, ſi volet, habebit.* eodem ipſo *epiſt. 104.* Quod & *lib. 1. epiſtolar. epiſt. 13. ad Iunnium Aſellam* agnouit Horatius, qui rectè ad animum, non ad locum ſic Beatitudinem refert:

Rure ego viuentem, tu dicis in Vrbe Beatum:
Stultus vterque locus immerito cauſatur iniquè.

In cauſa eſt animus, qui ſe non effugit vnquam.

Vidi ego in villa hilari & amæna mœſtos: vidi in media ſolitudine occupatis ſimiles. *Videntur quidem habere Tranquillitatem, videntur Quiete frui: ſed non eſt Quies vbi animus Inquietus eſt.* quemadmodum diſcutit Ambroſius *expoſit. Pſalmi 118.* in illud: *Greſſus meos dirige ſecundùm verbum tuum &c. parum poſt principium.* Sunt qui *cum Quieti ſunt ipſa deterius ſua Quiete fatigantur. Voluptatem namque ſentiunt, ſi actionibus deprimuntur.* vt *Cura Paſtoralis 2. p. c. 7.* deponit Gregorius. Quod & *Moral. lib. 6, c. 17 longe ante medium*, ſi inculcat: *Nonnulli hominum ita otioſæ mentis ſunt, vt ſi eos labor occupationis excipiat; in ipſa operis inchoatione ſuccumbant: & nonnulli ita inquieti ſunt, vt ſi vacationem laboris habuerint; grauius laborent. Quia tanto grauiores cordis tumultus tolerant; quanto eis licentius ad cogitationes vacat. Prava etenim mentes* (vt iterum ibi lib. 5. cap. 8.) *temporalium rerum tumultus intra ſemetipſos verſare non ceſſant, etiam cum vacant. In cogitatione enim ſernant depicta, quæ amant, & quamuis nihil exterius faciant; apud ſemetipſas tamen ſub pondere inquietæ Quietis laborant.*

Itaque † *volenti perperam agere, & Deſertum abundantiam habet, & Nemus vmbram, & ſilentium ſolitudo. Malum quippè quod nemo videt, nemo arguit.* vt optimè Bernardus *epiſt. 115.* At verò *timeat & iſte Nemoris aurem.* ipſius Bernardi monitu, ſeu commonitione *epiſt. 42. ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum, col. 8. poſt medium.* Pernicioſa huic ſua ſolitaria ſocietas. Quare nec indiſtinctè ſuadenda, aut ſine delectu, facilevè captanda. Sed *prudenter perpendendum eſt, quis admittatur ad habitandum ſecum. Qui enim habitat ſecum, non niſi ſeipſum qualis ipſe eſt habet ſecum. Malus autem homo nunquam tutè ſecum habitat, & nemo melior eſt, quam ipſe ſibi. Nam inſani & nimium dementes, & qui non ſatis quacumque de cauſa mentis ſuæ compotes ſunt, cuſtodiri ſolent, nec ſibi relinqui, vel committi, ne ſolitudine male vtantur.* vt Sanctus ipſe Bernardus *de vita ſolitaria.* & prior ipſe *d. epiſt. 10.* per eundem fere verborum concentum prædixerat Seneca. 28

Solitaria ergo vita damnanda? Abſit, cum (vt ex D. Thoma iam diximus) inſtrumentum Perfectionis ſolitudo ſit. Non iſtud ſolitudinis vitium, hominum eſt. Præter quam quod, *in omni conditione, & gradu optima mixta ſunt peſſima*, D. Hieronymi aſſertione *epiſtolar. l. 2. epiſt. 13. ad Ruſticum.* Ac ideò tandem

Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.
Igne quid vtilius? Si quis tamen vrere tecta
Comparat; audaces inſtruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina ſalutem:
Quæque iuuet monſtrat, quæque ſit herba nocens.
Et latro, & cautus præcingitur enſe viator:
Ille ſed inſidias; hic ſibi petit opem.
Diſcitur interdum vt agat facundia cauſas;
Protegit hæc fontes, immeritoſque premit.
Omnia peruerſas poſſunt corrumpere mentes;
Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.

Diſertè diſcurrit Ouidius *Triſtium lib. 2. Eleg. 1.* Similiter *Oratoriar. inſtitution. lib. 2. cap. 17.* Quintilianus: *Cibos aſpernemur; attulerunt ſæpe valetudinis cauſas: nunquam tecta ſubeamus; ſuper habitantes aliquando procumbunt: non fabricetur militi gladius; poteſt vti eodem ferro latro. Quis noſcit ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit vita (& ne terrenis immorer) ſolem lunamquè, præcipua ſiderum, aliquando etiam nocere.*

Eleganter proſequitur id ipſum D. Auguſt. *epiſt. 154. ad Publicolam*, † translatus ad *caput De occidendis, 8. 23. quæſt. 5.* Proſequunturque etiam Tertullianus, atque Nyſſenus. Ille *lib. de ſpectaculis, c. 2.* Hic *in Oratione de mortuis, ſeu quod non ſit dolendum de obitu eorum, qui in fide obdormierunt, poſt principium.*

Tam abundantia quàm inopia materia ſolet eſſe peccati, cum vel dives extollitur ad ſuperbiam; vel pauper proſilit ad querelam. epiſtolar. *lib. 4. epiſt. 33. Demetriadi Virgini* Ambroſius inquit.

Quid quod cum vtilibus etiam lethalia & pernicioſa

UAB Biblioteca de Ciències Socials

perniciosa generantur. Cum tritico conium, quod inter alimenta vitæ, noxium reperitur. vt idem ipse *Hexamer. lib. 3. cap. 9.* Qui postquam similia de helleboro, aconito, & aliis hominum insidiantibus vitæ, nec Naturæ ideo eorum productione detrahendum edocet: ad medicamina etiam hæc eadem nocua profuère sæpè, ostendit. Cur non?

Sapè saluti fnêre pestifera & lib. 1. de Ira, c. 12. Seneca ait; & *de Benefic. lib. 6. c. 8.* ita successibus monstrat: *In flumen alicui cecidisse frigore magno, causa sanitatis fuit: quorundam flagellis quartana discussa est: & metus repentinus animum in aliam curam reuertendo, suspectas horas fefellit.*

Eadem & vitam sustinent, & mortem afferunt. *Plerumque herba, quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt: & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat: & medicamentum, quod hunc morbum minuit, alteri vires iungit: & panis, qui vitam fortium roborat, paruulorum necat.* veluti *Moral. lib. 30. c. 4. ad principium* ratiocinatur Gregor. *Venenum mors quidem est homini, sed tamen vita serpenti,* vt ipse idem *ibi, lib. 3. cap. 7.*

Quod aliis cibus est, aliis fuit acre venenũ. Vt de his latè discurrens Lucretius *de rerum natura, lib. 4.* ait & lib. 5.

Quippe videre licet, pingue sescere sapè cicuta
Barbigeras pecudes; hominique est acre venenum.

Sol item & gignit; *& nimio calore spicas torret, adurit gignentium prima exordia.* Luna quandoque nocet; *& viantibus iter demonstrat, latronumque prodit insidias. Vnus itidem sol, & tamen vt sanis oculis splendorem offert; ita ægrotos, & imbecilles obscurat.* Nazianzenus pensat. *Orat. 17. ad Cives Nazianzenos.*

Vnum idemque miraculum, quod aliis lumen fidei præbuit; alios per inuidiæ tenebras à lumine mentis excæcauit. & ait, & exemplis manifestat Gregorius *Moral. lib. 27. cap. 13.*

Vinum res est bona; sed quoniam eo immodicè vsi sunt Iudæi; Deus sacerdotibus omnino prohibuit vsum eius fructus. Diuus Ioannes Chrysostomus inquit *ad Corint. 1. cap. 2. Homil. 7.* similibus quoque id illustrans.

Quid plura? *Vnus est Christus; idem tamen in ruinam, & resurrectionem positus est. In ruinam nimirum incredulis; in resurrectionem autem credentibus. Et aliis quidem petra offensionis est, ac lapis scandali; iis nempe qui nesciunt, neque intellexerunt, vtrum in tenebris ambulant: quales illi sunt, qui vel idolis cultum adhibent; vel ad litteram vsque dumtaxat prospiciunt, nec quidquam præterea splendoris haurire vel cupiunt, vel possunt: Aliis contra Lapis Angularis, & Petra laudabilis, his videlicet qui verbi Diuini vinculo constringuntur, eique insistunt.* discretione Nazianzeni d. *Orationi 17. ad Cives Nazianzenos.*

Etiam diaboli malitiam ad salutem prodesse hominibus, non quod diabolus prodesse velit, sed quod malitiam eius, etiam repugnantis, conuertit nobis Dominus ad salutem; Ambrosius dixit *lib. de Paradiso, cap. 2. Apostata quippe Angeli* (vt Moralium lib. 16. cap. 18. Gregorius in idem) *peruersa voluntas est; sed tamen à Deo mirabiliter ordinatur. vt ipsæ quoque eius insidiæ vtilitati bonorum seruiant. Quos purgant, dum tentant. Quia* (vt ipsemet lib. 34. cap. 7.) *cunctorum Opifex Deus scit ad bonorum custodiam etiam bene vti mala actione reproborum, lapsum cadentium vertit in profectum manentium.* Estque in id quoque text. *in cap. Relegentes, 45. & ibi Glossa verbo Bona, 23. quæst. 5.*

E conuerso, *nullum est in hac vita bonum, quo homo pro sua libertate non possit vti malè aliquo modo. Nam licet virtutibus non possimus vti tanquam principiis ad malos actus eliciendos; possumus tamen ex illis superbire, & ita illis aliquo modo male vti. Idemque est de peculiaribus auxiliis, aut fauoribus gratiæ.* vt *de Religione tom. 2. lib. 1. c. 17. n. 9.* Suarius inquit. *Bona sunt diuitum diuitiæ suæ, ne eos paupertatis molestia frangat. Bona sunt pauperum penuriæ suæ, quibus castigantur, ne per incontinentiam defluant. Fortium fortitudo, vt ad bona opera conualescant. Debilium imbecillitas, quia refrænantur, ne quod velint malum perficiant. Sapientium sua scientia, qua illuminantur vt proficiant. Insipientium sua simplicitas, qua humiliantur, ne superbiant. Omnino quicquid in hac vita nostra fragilitas possidet, Pius Conditor* (*quantum in sua bonitate est*) *ad bonum nostrum nobis quotidiè confert, scilicet ad correptionem prauitatis, vel ad profectum virtutis.* Hæc Bernard. *Dominic. post Pentecosten, Homil. de Villico iniquitatis, ex fine, col. 2.*

Sed heu. *Quæ ad vsum accepimus vitæ, ad vsum conuertimus culpæ. Valetudinem corporum in vsum conuertimus vitiorum: bona mentis in vsum expendimus vanitatis.* vt ex Gregorio traducit Bernardus *proximè.* Vsus itaque prauus bonum conuertit in noxam; bonus etiam in malis proficit. Omnia nobis Dominus in bonum contulit: malitia nos in malum conuertimus nostra. *Sic enim de magnis bonis mala oriri non minima solent,* vt & ait & exemplificat Bernardus idem *super Cantic. serm. 84. post principium.*

Igitur, ex tam longè petitis, aptissima quidem ad Perfectionem solitudo. Sed *quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus viuit, sed tumultibus conuersationis humanæ terrenorum desideriorum cogitationibus se inserit; non est in solitudine. Si verò prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, & tamen nullos curarum sæcularium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe.* Diui Gregorij proloquio *Moral. lib. 30. cap. 12.* Namque *in plateis, in triuiis suum Pietas habet secretum.* Diui Petri Chrysologi *serm. 9.*

Non locus est qui beat, sed animus. *Locus non facit sanctos, sed operatio bona locum sanctificat & nos. Peccauit enim Angelus in Cœlo, peccauit Adam in Paradiso: & tamen nullus locus sanctior illis erat. Si enim habitationem loca beare possent, nec homo, nec Angelus dignitate corruissent.* vt *Sermon. 27. ad fratr. Erem.* arguit Augustin. *Samaritana Messiam cognouit ad fontem, quem in Templo Iudæorum populus ignorabat.* vt Rustico *epistolar. lib. 2. epistola 13.* scripsit Hieronymus. *Lot in ipsa peruersa*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

peruersa ciuitate fuit iustus; in monte peccauit. vt Gregor. *epistolar. lib. 6. epist. 4. Cyriaco Episcopo Constantinopolitano.* Augustinumque insequens, subdit: *Quia Paradiso iucundus? Quid cœlo securius? Et tamen homo ex Paradiso, & Angelus de cœlo peccando cecidit.* Quod nullatenus fastidiosè, sed iucunde vtiliterquè potius *lib. 1. in Ezechielem, Homil. 9. col. 6. in fine, & 7.* repetit. *In Paradiso cum Adam diabolus decertat; in deserto cum Christo diabolus dimicat. Vbique insidiatur homini, vbique congreditur.* communi experimento, speciali Ambrosij schemate *Dominic. 2. Quadragesi. Sermon. 39.* Itaque *nusquam est securitas, neque in cœlo, neque in Paradiso, multo minus in Mundo.* vt idem prosequens argumentum, illud Bernardus claudit *Sermone de Ligno, fœno & stipula, à principio.*

Non tam corporis, quàm animi secessus Solitudinem, vt diximus, constituit. *Etsi omnes diuersorium non excipiat loci; animi tamen omnino necessaria est solitudo, vbi erecta specula mens sibi insopita prouideat detersa rubigine, coruscantibus armis importunum hostem terreat, & repellat.* animaduersione Cyprianí *de Ieiunio & tentationib. col. 4. ante medium.* Huic autem & intra Vrbem, vt prænotauimus, Eremus est *si versantes intra vrbem abdicet vsu vrbis, & conuersatione,* ex Ambrosio supra & in Eremo *habet populos Quies lata* alterno Cypriani sensu *de laude Martyrij, col. 11. ante medium.* Idcirco *requirenda sunt silentia, requirenda est Quies non solum locorum, sed & animi & propositi, & ad huiusmodi secreta inuitanda est anima. Si enim propositum Quietis gerat quis, nec in vrbis habitatione turbabitur.* Chrysostomi concordi sententia *de Compunctione cordis lib. 2. mihi col. 6. post principium.*

29 At verò plurimum & locum conferte Animo, † per se quidem patet, & satis, aperteque superiora manifestant. Illud item *Iob c. 28. v. 1. Et auro locus est in quo conflatur.* & v. 2. *Ferrum de terra tollitur.* Textuumque decisio *in c. 2. cum seqq. vsque ad finem, de filiis præsbyterorum.* Sacri etiam Concilij Tridentini *sess. 25. de reform. c. 15.* Quæ enim ad superiorum contemplationem incitamenta solitudo non præstat? Quæ non exempla virtutum? Quæ non oblectamenta cœlestia? Quam non litterato otio vacationem concedit? Cuiusquè laborem iucunditate, & vbertate fructuum affatim non compensat. *O Desertum Christi floribus vernans! O solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi Ciuitas Magni Regis extruitur! O Eremus familiarius Deo gaudens!* vt *epistolar. lib. 2. epist. 6. ad Eliodorum,* exclamat Hieronymus. *Hic est quercus illa Mambre. Hic ad cœlum ferens scala. Hic Angelorum castra, à Iacob conspecta. Hic solitudo, in qua populus purificatus legem accepit, & sic in terra promissionis Deum vidit. Hic Mons Carmelus in quo Elias commorans, Deo complacuit. Hic cãpus in quo secessu facto, Esdras omnes Diuinos libros, ex mandato Dei eructauit. Hic solitudo in qua Beatus Ioannes locustas edens hominibus pœnitentiam prædicauit. Hic mons oliuarum in quem Christus ascendit, ac orauit, nosque similiter orare docuit. Hic Christus, ille solitudinis amator. Ait enim: Vbi duo sunt aut tres congregati in nomen meum, illic sum in medio ipsorum. Hic arcta illa & angusta via, quæ ducit ad vitam. Hic Doctores & Prophetæ, qui in solitudinibus errant, ac montibus, speluncisquè, & foraminibus terræ. Hic Apostoli, & Euangelistæ, & Monachorum remota ab vrbibus vita.* Basilij Magni *epist. ad Chilonem discipulum suum* discursus iste. Similis etsi breuior Ambrosij *epistolar. l. 3. epist. 25. Vercellensi Ecclesiæ, col. 10. ad princip. pag. mihi 121.* inquientis: *Hinc illi processerunt viri Elias, Elisæus, Ioannes, qui pelliceis tunicis, & caprinis exuuiis induti, inopes atque egentes, angustiis & doloribus afflicti in solitudinibus errabant, inter alta & condensa montium, inuia rupium, speluncarum horrida, fouearum vadosa, quorum conuersatione dignus orbis terrarum non erat.*

Quis tam excelsa velleuiter pertingere valet? istud quidem supernum. Aprandum viribus onus. Recessu saltem à turba, negotiorum strepitu, seu turbine potius (nisi mea mihi infida mens est, non enim ei facile credo, in his præsertim quæ ad rectitudinem, & vitæ genus fortius tendunt, imbecillitatis meæ conscius) *Philosophiæ supremæ desiderio teneor, ac iuxta Ieremiam, extremum quendam secessum requiro, mecumque ipse solus vitæ consuetudinem habere concupisco.* Si cum Gregorio Nazianzeno *Orat. 29. in principio* & loqui, & optare mihi vtique licet. O vtinam iste mihi contingat secessus honestè, solitudinisquè iucunditatem, & fructum, ante mortem, si placuerit Domino, experiar. *Viderint quid alij senserint (vnusquisque enim suo sensu ducitur) mihi oppidum carcer, & solitudo Paradisus est.* Desiderio mihi, vt Diuo Hieronymo actu, hæc Ructico scribenti *epistolar. lib. 2. epist. 13.* Hoc votum.

Hoc petit: esse sui, nec magni ruris arator:
Sordidaque in paruis Otia rebus amat.
Quisquam picta colit Spartani frigora saxi,
Et matutinum portat ineptus Aue,
Cui licet exigui nemoris, iurisquè Beati
Ante focum plenas explicuisse plagas?
Et piscem tremula salientem ducere seta,
Flauaque de rubro promere mella cado?
Pingues inæquales onerat cui villica mensas,
Et sua non emptus præparat oua cinis?
Non amet hanc vitam quisquis me non amat opto;
Viuat & Vrbanus Albus in Officiis.

Cum Martiale *Epigrammat. l. 1. Epigram. 23. ad Frontonem*, & vitæ istius genus optamus; & Officia appetentibus, si quod ipse precatur. licet precamur: Nam

Me focus, & nigros non dedignantia fumos
Tecta iuuant, & fons viuus, & herba rudis.

Vt Martialem eundem *lib. 2. Epigram. 90. ad Quintilianum.*

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera magna soli;
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa fugent:
Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus
Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu.
Nec spes destituat; sed frugum semper acerbos
Præbeat, & pleno pinguia musta lacu.

Vt sibi expetit Tibullus *lib. 1. Eleg. 1.*

Hanc, ô Cœlicolæ Magni concedite vitam.
Sic mihi delicias, sic blandimenta laborum,

Sic faciles date ſemper opes. Hec improba ſunto
Vota tenus. Nunquam certe nunquam illa precabor.
Splendeat in rutilo frons inuidioſa galero,
Tergeminaquè grauis ſurgat mihi Mitra Corona.

Cum Angelo Politiano *in Ruſtico.* Cumquè Seneca *in Thyeſte actu* 2.

Stet quicumque volet potens
Aula culmine lubrico:
Me dulcis ſaturet Quies,
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar Otio.
Nullis nota Quiritibus,
Ætas per tacitum fluat.
Sic cum tranſierint mei
Nullo cum ſtrepitu dies.
Plebeius moriar ſenex.
Ille grauem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles, nautaque per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Se ſe ferre, ſenes vt in Otia tuta recedant
Aiunt.

Sermonum Satyra prima de his, naturaquè decæteris atteſtante. *Quid eſt ergo in quo erratur, cum omnes beatam vitam optent? Quod inſtrumenta eius, pro ipſa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Nam cum ſumma Beatæ vitæ ſit ſolida Tranquillitas, & eius incuſſa fiducia: ſollicitudinis colligunt cauſas, & per inſidioſum iter vitæ non tantum ferunt ſarcinas, ſed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt, ſemper abſcedunt, & quo*
27 *plus operæ impendunt, hoc ſe magis impediunt; & feruntur retro. Quod euenit in labyrintho properantibus, ipſa illos velocitas implicat.* vt introrſus Seneca intuetur *epiſt.* 44. Inextinguibilis diuitiarum cupiditas Tranquilli Otij cupiditate velatur. Non tam quæritur quam ſimulatur Quies. Exterius ſonat amor illius; viſcera interius auaritia depaſcit; & quod illi abunde, nihil huic ſatis. Tranquillitatis aſſimulant petere portum; cupiditatis, ambitioniſquè fluctuoſum nauigant mare. Cuius tandem procelloſis vorticibus abſorpti, miſerè pereunt.

Ego (cum illo apud Quintilianum declam. 13.) *in vitæ meæ ſecreto, remotus à tumultu ciuitatis ignobile æuum agere procul ab ambitu, & omnis maioris fortunæ cupiditatis conſtitui; & dum moleſta lege natura tranſiret ætas, vitam fallere. Hoc mihi paruulum terræ, & humilis tugurij ruſticum culmen æquitas animi Regna fecerat, ſatisque diuitiarum erat, nihil amplius velle.* Quid amplius quam non inuidioſis diuitiis inhiare? (*Habebit Philoſophus amplas opes, ſed nulli detractas, nec alieno ſanguine cruentas, ſine cuiuſquè inuidia partas, ſine ſordidis quæſtibus; quarum tam honeſtus ſit exitus quam introitus; quibus nemo ingemiſcat, niſi malignus.* Suppreſſo de ſe nomine Seneca *de vita Beata, c.* 22.) Quid amplius quam non procelloſis dignitatibus eſurire, bonis animi fatuta, & tranquilla perfrui mente? *Quid namque eſt Poteſtas Culminis, niſi Tempeſtas mentis?* aſſertore Gregorio *Cura Paſteral. p.* 1. *c.* 9. Qui & ſui ideo ſæpè, vt vidimus, dolet, & ſic denuò *epiſtolar. lib.* 1. *epiſt.* 5. Theotiſtæ, Imperatoris ſoroti, de eo, deque ſolitudinis tranquillitate amiſſa conqueritur: *Miror autem quod in me collatas dudum Continentias veſtras ex hac moderna Paſtoralis officij continentia diſtraxiſtis, in qua, ſub colore Epiſcopatus, ad ſæculum ſum reductum: in qua tantis terræ curis inſernio, quantis me vita laica nequaquam deſeruiſſe reminiſcor. Alta enim Quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, aſcendiſſe exterius videor. Vnde me à Conditoris mei facie longe expulſum deploro.* Vtriuſque ſtatus conſcius, vnius fœlicitatem expertus; alterius angores & diſcrimina horrens, omnibuſquè horrenda demonſtrans, *epiſtolar. l.* 6. *epiſt.* 26. Andreæ Scholaſtico ſeceſſus honeſti vtilitates, fructuſquè deſcribens, enixè perſuadet, vt *in pauco tempore delectabili receptaculo peregrinationis viuere ſtudeat, & quietam ac tranquillam vitam ducere, ſacris lectionibus vacare, & cœleſtia verba meditari, in æternitatis amore ſe accendere, de terrenis rebus, ſecundùm vires, bona peragere, & Regnum Perpetuum in eorum remuneratione ſperare. Sic autem viuere* (ait) *iam in æternitatis vita partem habere eſt. Hæc, magnifice fili loquor* (ſubiungit) *quia multum te diligo. Et quia in procellas, & fluctu cordis tendis* (epiſtolas commendatitias ad Munera Imperatori poſtulârat ab eo) *verborum meorum funibus te ad littus reuoco: & ſi trahentem ſequi volueris; quæ pericula euaſeris, qua gaudia inueneris; in ipſo Quietis tuæ Littore poſitus agnoſces.*

Mihi hæc, Senecæquè ad Lucilium *totæ epiſt.* 19. ſuo modo, proque ſuo captu non abſimiliter, ſcripta refero; nec modo perſuaſa, ſed deſideratiſſima ex corde habeo: vellemquè Lectorem ſeu ad Regiminis fretum vela pandentem, ſeu velificantem in eo, contrahat illa, ſeque in tutam quietis reuocet ſtationem. *Fuge maria, vndaſque declina, & excelſum illud atque à periculo captiuitatis immunem occupa locum.* Quem & vſque adhunc tibi tam pertinaciter monſtrauimus; & nunc quoque (licet Theodoſio ſcribat *epiſt.* 7. mihi, tibique pariter Chryſoſt. monſtrat.

Quiſquis amas mundum, tibi proſpice quo ſit eundum.
Hac via qua vadis, via peſſima, plenaque cladis.

Fuge ergo ô homo paululum occupationes tuas, & abſconde te modicum à tumultuoſis cogitationibus tuis: abiice nunc oneroſas curas, poſtpone laborioſas diſſenſiones: vaca aliquantulum Deo, & paululum requieſce in eo. Intra in cubiculum mentis tuæ, exclude omnia præter Deum, & qua valent ad quærendum eum. & ſermonis ſoluti efficacia, & Carminis melo ab Aug. inuitatus *Manuali cap.* 30.

Pro quanta gloria genti,
Iecieſſe manum fatis, vitaque repletis,
Quod ſupereſt, donare Deis!

Vt nouere quoque prophani, meritoquè exclamat Lucanus *de bello Ciuili lib.* 3.

Nec mihi quiſquam obiiciat, quod Cn. Lentulo Auguri Seneca obiicit *de benefic. lib.* 2. *c.* 7. Cui ingenium fuiſſe tam ſterile quam puſillum ait: tantam ſermonis inopiam, vt licet auariſſimus eſſet, citius emitteret nummos quam verba. *Cumquè omnia incrementa ſua Diuo Auguſto deberet, ad quem attulerat paupertatem; Princeps iam ciuitatis & pecunia & gratia: ſubinde de Auguſto ſolebat queri, dicens: Ab ſtudiis ſe abductum: Nihil tantum in ſe congeſtum eſſe, quantum perdidiſſet velitta eloquentia.*

Non enim eadem, ſed longè diuerſa mea cauſa eſt.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

est. Maximas, quas debeo, gratias Maximè verò Cæsari nostro ago, gratus de ascensibus reddo, humili & recognito animo refero, quibus (pro Munificentia sua *in decoro redempto ambitu*) ìæpè sum honestatus, supra merita sæpe fui evectus.

Satis superque me Benignitas sua
Ditauit.

Vt ab Horatio *Epod. lib. 1. ad Mecaenatem*, potiore iure verba mutuem. Non ab studiis me abductum conqueror, quibus hæret animus, etsi cum liberiora delectent. Non eloquentiam reliquisse, cuius me expertem, ignarumque profiteor. Lentulum in querelas istas ineptas deduxit auiditas, quæ (vt Seneca ipse ibidem) *non patitur quemquam esse gratum. Nec aliud habet malum cupiditas mains, quàm quod ingrata est.* illius quoque iudicio *epist. 71.* Cum qua (ni me propria cognitio fallit) nullum mihi commercium est. Ad Reipublicæ Munia me condecentis status decor pellexit (nec inanem meam cupiditatem excuso, sed dolco) Ad Solitudinis, occupatique Otij desiderium, natale genium, innataquè mens animo, sibi, Æterniſquè vacare præoptans sollicitat. *Accepi, fateor, meritis potiora; sed prorsus inferiora votis. Desiderio feror, non ratione. Ne quaeso causemini praesumptionem, vbi affectio vrget.* liceat mihi etiam vsurpare Bernardi verba *serm. 9. super Cantic.* cumque ipso *ibidem serm. 76 in fine*, pariter exclamare: *O seruitutem! O necessitatem! Non quod volo ago, sed quod odi, hoc facio!*

Pondera tandem, publicique discrimina Muneris (*ne quibusdam lenia videantur*) *praesentis libri stylo exprimo de eorum gravedine omne quod pensо, vt & hac qui vacat, incautè non appetat: & qui incautè expetiit, adeptum se esse pertimescat.* insimul cum Diuo Gregorio *in prologo prima partis Cura Pastoralis.* Aut credat expertis; aut saltem boni consulat desiderio nostro & cervicem duro subtrahendi iugo; & tandiu horrenti sustinere onus. Eo quidem gravius, quo acrius solitudinis, Vitæque privatæ vrgemur amore. Interim teneo quod fugio, exerceo quod vito. Deo vota committens. Cui sempiternus sit honor & gloria.

FInieram Opus, nec vota deserant: cum ecce Noster Magnus vtriusque orbis Monarcha Philippus (Quartus nomine, Celsitudine, rebusque gestis secundum nulli) Regali diplomate suo, ad Limensem Nos Cancellariam euexit. Noui ob id Granatensis Regni (cui inseruiebamus) Senatui vale dicto, tot, tantique (non sine Numine, seu vt vota necessitate saltem implerem, seu vt mei experimentum facerem) illico ægræ valetudini animi & corporis insuper accreuêre langores, vt non modo longi, sed breuis quoque accipiendi itineris ansum impedierint, compulerintquè vacationem à munetibus flagitare. Instanter peto, iterum atque iterum exigo, postulo; at in cassum. Causas, vt arbitror, efficaces & iustas repræsento, nec impetro: sed nihilominus vt ad Regiam Limensem Audientiam vadam, impetrataquè impleam, spe melioris salutis, assensuumque proposita, Regali pariter schemate iubeor. Supplicatione iterata existente ratione, persisto. Qua quoque similiter fraudor. In his, quatuor circiter elapsi anni. Quorum spatia partim valetudo contriuit; partim suspensa dilatio perdidit. *Maximum porro vitae iactura dilatio est. Illa primum quemque extrahit diem, illa eripit praesentia, dum vlteriora promittit. Maximum viuendi impedimentum est expectatio, quae pendet ex crastino.* Quid quæ pendet ex annis? Hos sæcula desideria fecere; quibus celeritas ipsa tarda est, minima etiam cunctatio longa; festina moratur, cuiusque anhelo pennata, aut retrocedere, aut procedere sensim iudicatur, lentitudinis, & pigritiæ insultationes suffert. Quidni? Vrar, furentiquè rogo medius ardeam, & non lentum, quantumuis celerem, reputabo liberatorem? *Spes quae differtur, affligit animam.* Eoque acrius, quo fit vicinior. Ita siquidem natura comparatum est, vt *quo propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas.* Per vitæ momenta ad mortem peruolat ætas, & in longingua referam vota, vagari desideria patiar, nec optabo propera, vt sit *lignum vitae desiderium veniens*, vacationis cupitæ?

Longa mora est nobis omnis quae gaudia differt.

Potiorem vitæ partem munetibus & Reipublicæ dedimus; aliquam & Nobis (quassam licet, fractamque laboribus) sumamus, & futuræ vindicemus oportet. In limine lethi stipata fascibus, mors ipsa tabida sistit. Lictoribus suis (langoribus nempe, canitie, milleque huiusce modi) præmissis satellitibus ditis: animæ quoque fores, vt fugientes leones, circuunt inimici cruenti: & fora cursitabo demens? prædæ, illorumque insatiabili auiditati faciam locum? Omnipotens id Deus auertat.

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas,
Inficit & nigras alba senecta comas:
Iam subeunt anni fragiles, & interior aetas.
Iamque parum firmo me mihi ferre graue est.
Nunc erat, vt posito deberem fine laborum
Viuere me nullo sollicitante metu:
Quaque meae semper placuerunt otia menti,
Carpere, & in studiis molliter esse meis.
In cana discuntur quassae naualia puppes,
Ne temerè in medijs dissoluantur aquis:
Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.
Miles vt emeritis non est satis vtilis armis;
Ponit ad antiquos, qua tulit arma lares.
Sic igitur tarda vires minuente senecta,
Me quoque donari, iam rude tempus erat.

Gabr. de Velasc.

Senec. *de breuit. vitae*, c. 9.

Prouerbiar. 13. v. 12. Plin. *l. 6. epist.* 1. *Tironi suo.* d. c. *Prouerbior.*

Ouid. *Hier. ad Laudium:*

Ouid. *l. 4. Eleg. 8. Trist.*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

Hieronyn. *l. 2. epist. 19. ad Furiam.* Quod aliud ſpectandum? Id cum Sanctis Patribus ſæpè repetere cogor: *Iam incanuit caput, dentes cadunt, & fronte obſenium rugis arata, vicina eſt mors in foribus, deſignatur regus prope. Iam oculi caligant, & ſolito amplius phlegmatis humores abundant; ruga ſubeunt, & dentium ruinam gengiuæ minantur. caput denique quod canis hactenus ſpargebatur, cygneo iam albore nitueſcit: vox raucit; virtus deficit:* Et cum omnia corporis in peius mutauerit ætas: non animi in melius ratio, iudiciumque mutabunt? Non totis mentis viribus hoc ſaltem vitæ veſpere in virtutem nitemur, cum toto illius die aut ſteterimus ocioſi, aut pernicioſiſſima vitiorum, negotiorumquè occupatione detenti, & crudeli, pariterque fœdo eorum agone fatigati? Cumque (vt diximus) mihi parum firmo, imo infirmo valde, memetipſum ferre graue ſit; impottabile iam debilibus humeris onus imponam, aut non prouide formidabo, cauteque recuſem? *Deponenda eſt ergo ſarcina, quam baiulare non poſſum: meliuſque eſt pondus abiicere, quàm cum detrimento Domini, cuius ſum ſeruus, fractis cernicibus interire.*

Idem Petr. Damian. *ſup. cap 7.*

Nazianzen. *Orat. 27. ad finem.*

Magnum Theologum audio dicentem Nazianzenum: *Nauem paulum exonera, vt leuius nauiges:* & onerabo amplius? vltra menſuram premam, vt ſæculi procelloſis fluctibus mergar, & fori vndique fragoribus obluctantibus illidar? *Spumantes procellarum cumulos, confragoſa volumina, Scylaam voraginem denno ſulcare contendam,* & non potius tot tantaque diſcrimina fugere, & ſcopulos vitare minaces?

Petr. ipſe Damian. *ſup. a. c. 7. ad finem.*

Horat. *Serm. l. 2. Sat. 6.*

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons,
Et paulum ſilue ſuper his foret. Auctius atque
Di melius fecere. Bene eſt. Nihil amplius oro.

In humanis; ſeceſſum ad cœleſtia poſco. Cuius ſpe læta animum demulceo mæſtum, dieſquè tardos fallo, ſuſtineo dira lentæ ſuſpendia moræ, & dubio quamuis, oblecto ſolatio mentem. *Inter ſolatia eſt, ſupereſſe quod ſperes.* Amara expertus, etſi non mihi dulcia fauſtaquè proponam, non tamen ita noxie mecum agere viſum, & perpetim peiora denunciem, triſtiaquè triſtibus addens ante tempus fiam, in dieſquè miſeriot reddar. *Adeo ad bonas ſpes pertinax animus eſt.* Quæ

Senec. *de Ira, lib. 3. c. 31. in fine.*

Idem *de benefic. l. 7. c. 31. in fin.*

Melius cras fore ſemper ait.

Tibul. *l. 2. Eleg. fin. ad Apollinem.*

Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris;
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.

Ouid. *de Ponto, l. 1. Eleg. 7.*

Qua confiſi, ex Hiſpania nunciis litteris, ſeu nuncia naui (eam Nauio de auiſo vocitamus) longo tempore ex animo petita, expectamus emerita faxit Deus Optimus Maximus.

Eccleſiaſtic. 2. *Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces veſtra. Qui timetis Dominum, ſperate in illum: & in oblectationem veniet vobis miſericordia. Scitote quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt. Quis innocauit eum, & deſpexit illum?* Omnis in illo ſemper ſpes mea, nec fefellit. Auguſti namque decima quinta die, Chriſti feræ Dominæ noſtræ Mariæ Virgini dicata, decurrentis anni 1651. fauſta nobis expectata venêre nuncia vacationis petitæ, iubili, ſeu iubilationis, etſi partem ſubtraxerit ſchedulæ dilatio Regiæ, nondum enim peruenit. Omnipotenti Deo gratias ago, Maximoque Cæſari noſtro.

Vnum mihi, inter alia, confracta mea damnum attulit valetudo, quod in Hiſpaniam eundi facultatem penitus dempſit, ſolumquè illuc mittendi librum Typographorumquè miſere exponendi incuriæ neceſſitatem reliquit. Ergo

Ouid. *Triſt. lib. 1. Eleg. 1.*

Sine me liber ibis in Vrbem.
Hei mihi quod domino non licet ire tuo.

Mendorum (ſi quæ extiterint, extabunt etenim, experti loquimur) poſtulat ratio veniam, non exprobationem.

Martial. *lib. 2. Epig. 8.*

Si qua videbuntur chartis, tibi Lector, in iſtis
Sine obſcura nimis, ſine latina parum:
Non meus eſt error; nocuit librarius illis,
Dum properat verſus annumerare tibi.
Quod ſi non illum, ſed me peccaſſe putabis;
Tunc ego te cerdam cordis habere nihil.

Excuſationis cum Martiale proponimus cauſam; non cum eo, ſi nec aſſequamur inuehimur.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM, memorabilium, quæ hoc Opere continentur.

A

Aaron.

AARON necessitate etiam ad munus tractus in periculum venit. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 12

Abbas Panormitanus.

Abbatis sententia respuitur. Rubric. 14. Annot. 4. num. 31. 232

Abraham.

Abraham Ægyptum ingressurus, vt mortem, quam ob Saræ pulchritudinem timebat, vitaret, quid illi dicere cõsuluerit? Rubric. 14. Annot. 4. num. 4. 222

Veritatem celari voluit, non mendacium dici. ibi, num. 32. 233

Abrogatio.

Abrogare & Derogare an, & quatenus differant? Rubric. 9. Annot. 6. num. 13. 110

Absalon.

Absalon ad populi, votum gratiamque captandam, qua vsus fuerit arte? Rubric. 1. Annot. 7. num. 10. 43

Abundantia.

Abundantia contumeliosa in se ipsa est. Rubric. 1. Annot. 3. num. 11. 15

Alia verbo *Raritas.*

Abyssus.

Abyssus quid in sacris litteris denotet? Rubric. 15. Annot. fin. n. 8. vers. *Ex quo.* 305

Academia, Academici.

Academia Academicique vnde nomen sumpserint? Rubric. 15. Annot. fin. numer. 12. 307

Acceptio personarum.

Acceptio personarum in iudiciis prohibita quandoque videatur haberi? Rubric. 14. Annot. 8. num. 1. 170

Peccatum necessariò est quando aduersatur Iustitiæ. Quodque peccatum ibi. n. 19. 174

An obliget ad restitutionem? ibid.

In mera solum iustitia committitur, non in gratia, & vbi nulla alteri patti iniuria fit. Exemplis monstratur. ibi. num. 21. 275

Accessorium.

Accessorium sequitur naturam principalis. Rubric. 9. Annot. 12. §. 4. num. 19. 155

Accursius.

Accursius carpitur. Rubric. 14. Annot. 4. numer. 29. 231

Alia circa eundem. verb. *Glossa.*

Accusatio.

Accusatio necessaria est ad priuationem vel suspensionem, nec sufficit exceptio. Rubric. 7. Annot. 3. num. 15. 78

Aconita.

Aconita hominibus venena, aliis vsui & saluti sunt. Rubric. 15. Annot. fin. num. 28. 319

Acquisitio.

Acquisitio facilius impeditur quàm tollatur ius quæsitum. Rubric. 9. Annot. 12. §. 4. numer. 17. 154

Actio.

Actio repetundarum quanto tempore duret? Rubric. 9. Annot. 11. num. 16. 123

Quanto actio concussionis? ibi, n. 17. & 18. 124

Contra iudices officij occasione nata, quanto? Et an, quando, & vbi post syndicatum moueri possit? num. 19. ibi.

Actus.

Actus contra prohibitionem legis fructus an & quando ea ratione sit nullus? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 15. & seqq. 134

Quid iure Canonico? ibi. num. 18. 135

Quid in conscientiæ foro? num. 19. ibi

Admonitio.

Admoneri bonus gaudet; pessimus quisque correptionem asperrime patitur. Rubric. 10. Annot. vnic. num. 7. 163

Alia verbo *Correptio.*

Adrianus.

Adrianus Imperator ad Imperiũ venit inuitus, & Cæsaris appellationem filio delatã respuit. Rubric. 1. Annot. 3. num. 6. 11

Adriani Pontificis summi vox celebris. Rubric. 15. Annot. fin. num. 8. 304

Quæ illius sepulchri inscriptio? ibid.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Adulatio, Adulator.

Quantum in Republica pernicioſa Adulatio, quamque à Rectoribus fugienda? Rubric.10.Annot.vnic.per tot. 160
Infatuat.ibi.num.1.& ſeqq. 161
Maximorum errorum cauſa eſt.d. num.1. 3. & 9. ibid.
Vitiorum adiutrix,ibi.num.7. 163
Quibus modis adulatio contingat?Quodque peccatum ſit? ibi. n. 8.remiſſiuè. 164
Adulatores inimicis peiores.ibi,num.2. 161
Adulatorum,& eorum qui commodum gratiamvè expectant, non ſpectandum iudicium,d.Rubric.10. Annot. vnic. n.6.163
Nulla Principibus peſtis adulatoribus pernicioſior.num.7. ibi.
Quot damna & pericula adulatoribus imminent?ibid.num.8. 164
Longe præſtat veris offendere,quàm placere adulando.Meliuſque eſt pro veritate ſupplicium pati, quàm pro adulatione recipere beneficium. ibid.

Alia verbo *Credulitas.*

Aduocatus.

An in opinionum conflictu,quam malit, etiamque minus probabilem tutè ſequi aduocatus poſſit?Rubric.14.Annot. 7. num. 6.7.8.& 9. 266
Aduocatorum malorum conditiones ſeu qualitates.d.Rubric.14.Annot.2.n.12. 214
Quatenus Iudex eorum verſutias refellere, vaniloquas linguas præcidere, & labia doloſa claudere debeat? ibid.& Annot. 1. num.15. 206

Æ, pete ſuo loco *lit.E.*

Affabilitas.

Affabilitas maieſtate condita laudatur. Rubric.6.Annot.vnic.num.2. 65
Affabilitatis & Maieſtatis pulchra coniunctio. ibid.
Quam multi referuntur,qui ea ſic vſi ſint.n. 2.cum ſeqq. ibid.
Circa tenuiores maximè attendi debet.n.11. 66. ibi.
Affabilis & acceſſu facilis Iudex eſſe debet. Rubric.1.Annot.7.num.10. 43

Alia verbo *Iuſtitia*, & verbo *Seueritas.*

Affectatio.

Affectatione nihil odioſius. Rubric. 6.Annot.vnic.num.2.65.& Rubric.1.Annot.6. num.6. 42
Plus placet in animis quidquid occurrit, quàm quidquid affectatum putaueris deferendum.ibid.d.Rubric.6.num.2. 41
Affectata nec durant,nec præficiunt,ſed inficiunt.Rubric.8.Annot.vnic.num.3. 82

Affectio, Affectus.

Affectio veritatem impedire ſolet.Rubric.11. Annot.2.num.13.& Rubric.14.Annot.8. num.25.& 26. 276
Non recipit falſitatem,nec vtitur ſimulatione Rubric.14.Annot.4.num.24. 218
Affectus verus *non facit præmium, non* captat beneuolentiam, nullo vtitur blanditiarum fuco,ſed nuda frondoſitate cogitata perorat. ibidem.
Iudicis ad Iuſtitiam qualis eſſe debeat? Quantumque bonus operetur? Rubric. 11.Annot.1.n.30.178. & Rubric. 15. Annot.1.num.45. 292
Nomen dat operi.num.46. ibid.
An & quale peccatum contrahat Iudex, qui iuſtè iudicat,ſed non affectu Iuſtitiæ? Rubric.11.Annot.1.num.28. 177

Alia verbo *Amor.*

Affinis, Affinitas.

Cognatorum nomine an contineantur affines?Rubric.9.Annot.3.num.2.& ſeqq.præcipuè num.8.& ſeqq. 91.92
Recuſari poſſunt.Et ad quem vſque gradum? num.9. ibi.
Teſtimonium dicere contra affines non coguntur. Et ad quem vſque gradum? ibi, num.10. 93
Neque pro eis admittuntur, aut integram fidem faciunt.d.Aubric.9.Annot.3.n.11. ibid.
Contra affines non coguntur eſſe procuratores,num.12. ibi.
Pro affine vſque ad quartum gradum, in iudicio admittuntur.num.13. ibid.
Poſtulant pro affine,& mortem accuſant affinis.num.14. ibid.
Præter ſucceſſionis caſum,ad quam non vocantur affines;in pleriſque cum conſanguineis conueniunt.d.Rubric.9.Annot.3. num.17. 93
An maior affinium quàm conſanguineorum ſit amor?num.18. ibi.
Delinquentium receptatores an & qualiter puniantur.num.19. ibid.
Qui hodie ex Concilio Tridentino affinitatis gradus matrimonium impediat?eadem ipſa Rubric.9.Annot.3. num. 15. 93

Alia verbo *Educatio.*

Africanus.

Africani laus in honoribus recuſandis. Rubric.1.Annot.3. num.5. 10

Alexander.

Alexander ab Alexandro defenditur à Tiberij Deciani morſu.Rubric. 1. Annot. 3.§. 1. num.15. 19
Alexander ſeuerus Imperator ſi prauum videret Iudicem, paratum habebat digitum, quo illi oculum eruetet.Rubric.3. Annot. vnic.num.9. 56
Egregiam cum ſeueritate comitatem præ ſe tulit. Rubric. 8. Annotat. vnic. n.4. 83
Magnus qualiter reſpuerit, fallaceſque publicauerit adulatores illum Iouis filium eſſe dicentes? Rubric. 10. Annot. vnic. num.2. 161

Alguacelli.

Alguacelli qualiter munera recipere prohibeantur?Rubric.9.Annot.12.num.24.129

Alia verbo *Concuſſio.*

Alienatio.

Alienandi facultatem non ſemper habet,qui dominium habet.Rubric.1.Annot.3.§. 3. num.9. 26
Quælibet res alienari prohibitæ, ob neceſſitatem alienari poſſunt,ibi,num.11. 30
Alienationes factæ poſt delictum ab eo cuius bona propter illud confiſcata ſunt, an validæ,nullæve ſint?Rubric.9.Annot. 12. §.3.num.43.& ſeqq. 151

Alia.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Alta.

Altiora frequentius in casus exposita sunt. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 12. Rubric. 4. Annot. vnic. n. 7. 59. & Rubric. 15. Annot. fin. num. 24. 315

Alia verbo *Vires.*

Alter.

Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. Rubric. 14. Annot. 4. num. 13. 224. & Annot. 5. num. 21. 248

Et quando id procedat? ibi, & num. 27. 520

Ambitio, Ambitiosus, Ambitus.

Ambitiosus indignum se muneribus præstat. Rubric. 1. Annot. 3. ferè per totam. 9

Ignorare videtur mala, quæ regimini latent. ibi, num. 10. 12

Dum altiora petit, in profundum vilitatis mergitur; natalium, cæteroſque defectus manifestat. ibi. num. 11. 14

Opprobrium incutit ambitio, & crux est ambientium. ibidem.

Quasi venalem se expositum ambitiosus habet, indecora quæque sufferens. ibidem, num. 13. 15

Ambitio humana nisi per metum damni non potest inhiberi. ibid. §. 1. num. fin. in fine. 20

Ambitionem ambitiosus ipse exosam habet, & celare conatur. d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 1. num. 14. 22

Qui Primatum desiderat in terra, confusionem inueniet in cœlo, num. 16. ibi.

Pretio munera iustitiæ ambientes vniuersum ius destruunt, illiusque subuertunt præcepta. d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 2. numer. 18. 22

Ad quid tunc ambiisse visi sint? ibidem.

An hi sacrilegi dicantur? ibidem.

Ambitiosos omne ius abhorret, & ab honoribus longè repellit. ibi. §. 4. numer. 15. 32

Ambitionis, & Ambitus nomen vnde descendant? An idem significent, vel in aliquo, & in quo differant? ibi, num. 1. 31

Quæ præcibus contrahitur, an prohibita, & punibilis æquè vt quæ pretio contrahitur, sit? vel saltem illicita? d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 4. per tot. 31

Satis pœnarum in se Ambitio ipsa continet. Quæque sint? ibi. & num. 14. & ipsa Annot. 3. num. 15. 15

An aliquo casu, aliquavè ratione sine pretio honestari possit? d. §. 4. per tot. 31

Quæ vitia malaque producat, eamvè sectentur? d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 5. num. 1. & seqq. 33

Auaritiam nutrit, num. 2. ibi.

Iudicum oculos excecat. num. 3. ibid.

Est mater hypocrisis, latebras amat, lucis impatiens est, in imo iacet, videt tamen omne sublime. d. Rubric. 1. Annot. 3. numer. 14. 16

De ambitu lex à quo tempore cœperit? Quæque in id, & à quibus fuerint latæ? d. Annot. 3. §. 1. per tot. 18

Adeo in populo Romano ambitus quondam exarsit, vt intra populares Patrũ procellas, & plebis certamina, turbulenta confusione, octo fere mensibus sine lege, sine Imperio, sineque Magistratibus Vrbs extiterit. ibid. num. 12. 19

Ambitus crimen ipsis qui postulant, indecorum; qui impetrant, graue; populis pernicioſum. num. 21. ibi.

Quibus legibus prohibitum, punitumque sit, & qualiter? d. Rubric 1. Annot. 3. §. 2. per tot. 20

Lex Iulia de ambitu an cessauerit vbi ad Principis curam non ad populi fauorem Magistratuum creatio pertinet? ibi. num. 9. & 10. 21

D. Ambrosius.

D. Ambrosius ne Mediolani Episcopus crearetur, in domum suam meretrices introduxit. Rubric. 1. Annot. 3. num. 7. 11

Amicitia.

Amicitia non vulgaris consanguinitatis vicem tenet: imo sæpe consanguinitate potentior est. Rubric. 9 Annot. 4. num. 1. 98. & Rubric. 11. Annot. 2. num. 4. 185

In quibus differant? d. Annot. 4. num. 13. & seq. 99. & Annot. 5. num. 21. 106

An, & quæ Iudicibus interdicta? Quantum, quamque delectabile bonum? d. Annot. 5. num. 5. 102. & Rubric. 11. Annot. 2. num. 9. 190

Moderatè exercenda. d. Annot. 5. num. 5. 102

Sine amicis, vita leonis, aut lupi est. ibidem.

An, & aliquo casu pœnæ remissioni locum faciat? d. Rubric. 11. Annot. 2. per tot. 182

Quantum illi tributum Philosophi existimauerint? Rubric. 14. Annot. 8. num. 10. & 27.

Dicterium commune: *In dubiis pro amico*, an verum sit? num. 8. 26. & seqq. ibi.

Qui prauis Iudicibus mos in amicorum inimicorumque causis, vt iniustitiam tegant? num. 29. ibi.

Alia verbo *Gratia*, & verbo *Gratificatio.*

Amor.

Amari iucundum, si cuterus ne quid insit amati. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 6. ad fin. 47

Amor & odium à Iudicibus abesse debet. Rubric. 11. Annot. 2. num. 5. & seqq. 185. & Rubric 14 Annot. 8. num. 12.

Carnalis sensus humanos hebetat, & opiniones præuertit. ibi, num. 25. & 26.

Amor Iustitiæ, vide verb. *Affectus.*

Amor popularis, *verbo* Laus, *& verbo* Gloria.

Alia *verbo* Odium, *& verbo* Luxuria.

Amphibologia.

Amphibologia & æquiuocatione an & quando vti liceat? Rubric. 14 Annot. 4. n. 36. & duobus sequentibus. 235

Anania.

Anania cur à Dius Petro ita punitus? Rubric. 11. Annot. . . num. 34. 180. & Rubric. 14. Annot. 4. num. 40. 136

Angeli.

Index Rerum,

Angeli.

Angeli cur albis vestibus pingantur? Rubric. 1. Annot. 1. num. 16. 5

Raphaël Angelus quomodo *Tobiæ 5. v. 7. & 18.* dixerit: *Ex filiis Israel. Ego sum Azarias Ananiæ Magni filius?* Rubric. 14. Annot. 4. num. 36. 235

Alia verbo *Peccatum.*

Anima, Animus.

Animæ periculis obuiandum est. Rubric. 9. Annot. 6. num. 10. 109

Omnibus rebus anteponenda, præcipuusque illius fauor. ibidem.

Animum pandere, aut celare cur debeat Iudex? Rubric. 14. Annot. 4. n. 2. & 25. 222. 230

Animus bene operandi quantum profit? Rubric. 15. Annot. 1. num. 42. 291

Animi duplicitas, verbo *Duplicitas animi.*

Alia verbo *Intentio*, & verbo *Maiestas.*

Annibal.

Annibal in quo à Carthaginensibus notatus? Rubric. 7. Annot. 2. num. 1. 71

Annata, verbo *Dimidia annata.*

Antiquitas.

Antiquitati quantum deferendum? Rubric. 15. Annot. 1. num. 53. & 54. 295. 296

Apostasia.

Apostasiæ nomen quid importet? Rubric. 4. Annot. vnic. num. 12. 60

Apparitores, verbo *Concussio.*

Appellatio.

Appellare licet à sententia iudicis, non vtique à sententia legis. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 27. 28. & 41. 148. vbi redditur discriminis ratio.

Appellari potest à sententia declaratoria pœnæ. num. 26. & 28. ibi.

A pœna legis appellari nequit. num. 27. ibid.

An detur à denegatione copiæ processus ante factam publicationem? Rubric. 14. Annot. 4. num. 23. 228

Alia in id, verbo *Copia.*

Per appellationem bene latè, quandoque sententia in peius reformantur. ibi. Annot. 5. num. 61. 257

Appetitus.

Appetitus laudis humanæ quasi latrunculus est, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vbex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 7. 48

Arbitrium.

Nullum arbitrium in arbitrariis etiam Iudex habet, quod non iuris præfinitionibus & causæ accidentalibus sit alligatum. Rubric. 11. Annot. 1. num. 24. 174. & Rubric. 12. Annot. vnic. num. 14. & 15. 194

Nullum habet nisi vbi lex deficit. d. Annot. vnica, num. 14. ibid.

Quantumcumque amplum datum sit, nec datum videtur, nec dari potest vt alteri detrahar, alteri verò tradat. Rubric. 14. Annot. 8 num. 16. 274

In mitiorem partem inclinandum est. d. Rubric. 11. Annot. 1. num. 24. 174

Alia verbo *Iudex*, & verbo *Breuitas*

Areopagita.

Areopagitæ cur de nocte iudicarint? Rubric. 11. Annot. 2. num. 8. 185

Argumentum.

Argumentum *si vinco vincentem te, à fortiori vincam te*, non veget in victo diuerso iure, ratione, vel ordine. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 39. 150

Procedit de pœna ad præmium, & contra. Rubric. 15. Annot. fin. num. 7. 305

Aristides.

Aristides pulsus est à patria, quod præter modum iustus esset. Rubric. 11. Annot. 1. n. 22. 171

Arma.

Arma leges vincunt. Rubric. 14. Annot. 4. num. 44. 230

Alia verbo *Insidiæ.*

Arrogantia.

Vix cuiquam contingit & abundare fortuna; & indigere arrogantia. Rubric. 4. Annot. vnic. num. 16. 61

Alia verbo *Superbia.*

Ascensio.

Ascendere, difficillimum, descendere, facillimum. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. ad finem. 12

Aspectus.

Aspectus iudicis satis est ad explorandam veritatem. Rubric. 2. Annot. vnic. numer. 2. 45

Qualiter debeat esse ferox? ibi, & tota Annotatione.

Iusti aspectus plerisque admonitio correctionis est. d. num. 2. ibid.

Assessores.

Assessores dicuntur locum tenentes Iudicum ordinariorum. Rubric. 11. Annot. 2. n. 26. 188

Locum tenentes ordinariorum, an inter maiores Magistratus reputentur? ibidem.

Astutia.

Astutia quid sit? Rubric. 14. Annot. 4. num. 8. & 41. 223. 237

Prudentia vult videri, & à Prudentia plurimum abest. d. num. 41. ibi.

An animi potentia sit? Et qualis? ibid.

Quàm omnibus, præsertim Iudicibus perniciosa? ibi. & num. final. 242

Auaritia.

Auaritia quantum Iudicibus maximè fugienda? Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 18. ad fin. 29

Quàm Reipublicæ perniciosa? Rubric. 9. Annot. 1. num. 1. & seq. 84. & Annotatione proxime decurrenti. 87

Forensis, perniciosior & detestabilior quàm in solitudine latrocinia. Et quare? d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 18. ad finem. 29

Alia verbo *Munera.*

Auctor.

Quod vitæ genus Auctor optet? Sui, aliorumque ad secessum hortatus. Rubric. 15. Annot. final. num. 24. & seqq. 315

Obiectioni quæ circa id formari posset, satisfacit. num. 30. ibi.

Audacia.

Audacia.

In audaces non eſt audacia tuta. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 15. 200

Auditores, Audire.

Auditores qualiter in officij ingreſſu iurare iubentur, & iurent? Rubric. 9. Annot. 3. num. 30. 97. & Annot. 12. numer. 24. 129

Quare ſic nominentur? Rubric. 14. Annot. 1. num. 14. poſt med. 205

An mutuam pecuniam à ſubditis accipere poſſint? Rubric. 9. Annot. 9. num. 12. 118

Quemquam inuiſere prohibentur. Rubric. 11. Annot. 2. num. 9. 184

Epiſtolas ſcribere vetantur inferioribus Iudicibus litium ratione, quæ coram eis agitantur. Rubric. 12. Annot. vnic. numer. 1. 193

An ſecundùm veritatem probatam in actis, vel ſecundùm quam ipſi priuatim norunt, & ex aquitate pro arbitrio, vt Princeps ipſe iudicare poſſint & debeant. Rubric. 14. Annot. 3. n. 6. 7. 8. & 10. 217. & ſeqq.

Intra quod tempus poſt viſam litem eam debeant terminare? Rubric. 15. Annot. 1. num. 13. 285

An pœnam à iure ſtatutam temperare pro arbitrio poſſint? Rubric. 11. Annot. 1. n. 4. 167

Audire omnia nullatenus expedit. Quantumque iudicantibus noceat? Rubric. 14. Annot. 1. num. fin. 211

Quando expediat? ibi. num. 14. 205

Auditas.

Auiditas non patitur quemquam eſſe gratum. Rubric. 15. Annot. fin. num. fin. ad fin. 320

Alia verbo *Cupiditas.*

Aures.

Aurium non ita acer vt oculorum ſenſus. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 12. 56

Auſteritas.

Auſteritas quàm Iudicibus pernicioſa? Quantum à Grauitate diſtet: Rubric. 6. Annot. vnic. num. 11. 66

Cum Manſuetudine miſcenda, aliter à Domino reprobata. Rubric. 8. Annot. vnic. n. 3. per tot. & præcipuè ad finem. 81. & ſeqq.

B

Bamba.

BAmba omnium conſenſu delatum Gottorum regnum non niſi minis ac terroribus coactus accepit. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 6. 56

Barataria.

Barataria nomen barbarum eſt, neque à legum conditoribus, neque à Latinitatis Profeſſoribus vſquam vſitatum: à Practicis inuentum ſeu excogitatum. Rubric. 9. Annot. 11. num. 1. 122

Pro Repetundarum crimine vſurpatur. n. 2. ibi.

An & quatenus ab eo differat? numer. 3. ibi.

Quæ illius pœna? numero 5. & ſeqq. ibid.

Quam deſideret probationem? d. Rubric. 9. Annot. 13. num. 6. 160

Barbatia.

Barbatia Tiraquelli iudicio, leuis & inconſtantis ingenij. Rubric. 9. Annot. 12. §. 5. num. 19. 159

Baſilius Magnus.

Magni Baſilij laus. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 14. 52

Grauis ſine triſtitia erat. Rubric. 6. Annot. vnic. num. 11. 66

Bellum verbo *Inſidiæ.*

Beneficia.

Beneficia compedes ſunt. Rubric. 9. Annot. 1. num. 1. 84

Non ſunt iniquitate miſcenda. Rubric. 14. Annot. 4. num. 19. ad finem. 226

Beneficium eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutione licite obtineri non poteſt: & ſic obtinens verus dicitur poſſeſſor. Rubric. 9. Annotatione 12. §. 2. num. 25. 138

Cum bona fide & titulo etiam colorato poſſeſſum quanto tempore præſcribatur? num. 27. ibi.

Benignitas.

Benigniora in dubiis proferenda ſunt. Rubric. 11. Annot. 1. num. 26. 176

Benignitas diſſoluta à Iudice relegenda. Rubric. 14. Annot. 1. num. 21. 207

Alia verbo *Miſericordia.*

Blandicia.

Blandiciæ etiam cum reiiciuntur placent. Rubric. 10. Annotatione vnic. numer. 2. 161

Boërius.

Boërij opinio refellitur. Rubric. 9. Annot. 3. num. 2. 91

Bona.

Bona eius qui in crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ incidit, ipſo iure à die commiſſi criminis ſunt confiſcata. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 41. & ſeqq. 150

Et an declaratoria ſententia, vt ea Fiſcus vindicet, neceſſaria ſit? ibi, & à num. 20. & 22. 146

Bona quæ appellantur putanturque fortunæ munera, inſidiæ ſunt. Rubric. 15. Annot. fin. num. 20. & ſeq. 311

Bona fides, verbo *Fides.*

Boni, Bonum.

Bonis nocet qui malis parcit. Rubric. 11. Annot. 1. num. 33. 179

Bonorum laus eſt condemnatio malorum. ibi.

Alia circa id, verbo Miſericordia.

Bonus vir appellatur Iudex. Et quare? Rubric. 1. Annot. 1. num. 8. 4

Vbi Bonum, ibi Iuſtum. Rubric. 7. Annot. 1. num. 4. 67

Bonus quis? ſententia Senecæ. Rubric. 1. Annot. 1. num. 11. 4

Bonus vera via vtitur. Rubric. 14. Annot. 4. num. 56. 142

Index Rerum,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Angeli.

Angeli cur albis vestibus pingantur? Rubric. 1. Annot. 1. num. 16. 5

Raphael Angelus quomodo *Tobiæ* 5. v. 7. & 18. dixerit: *Ex filiis Israel. Ego sum Azarias Ananiæ Magni filius?* Rubric. 14. Annot. 4. num. 36. 235

Alia verbo *Peccatum.*

Anima, Animus.

Animæ periculis obuiandum est. Rubric. 9. Annot. 6. num. 10. 109

Omnibus rebus anteponenda, præcipuusque illius fauor. ibidem.

Animum pandere, aut celare cur debeat Iudex? Rubric. 14. Annot. 4. n. 2. & 25. 222. 230

Animus bene operandi quantum profit? Rubric. 15. Annot. 1. num. 42. 291

Animi duplicitas, verbo *Duplicitas animi.*

Alia verbo *Intentio,* & verbo *Maiestas.*

Annibal.

Annibal in quo à Carthaginensibus notatus? Rubric. 7. Annot. 2. num. 1. 71

Annata, verbo *Dimidia annata.*

Antiquitas.

Antiquitati quantum deferendum? Rubric. 15. Annot. 1. num. 53. & 54. 295. 296

Apostasia.

Apostasiæ nomen quid importet? Rubric. 4. Annot. vnic. num. 12. 60

Apparitores, verbo *Concussio.*

Appellatio.

Appellare licet à sententia iudicis, non vtique à sententia legis. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 27. 28. & 41. 148. vbi redditur discriminis ratio.

Appellari potest à sententia declaratoria pœnæ. num. 26. & 28. ibi.

A pœna legis appellari nequit. num. 27. ibid.

An detur à denegatione copiæ processus ante factam publicationem? Rubric. 14. Annot. 4. num. 23. 228

Alia in id, verbo *Copia.*

Per appellationem bene latę, quando que sententia in peius reformantur. ibi. Annot. 5. num. 61. 257

Appetitus.

Appetitus laudis humanæ quasi latrunculus est, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vnex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 7. 48

Arbitrium.

Nullum arbitrium in arbitrariis etiam Iudex habet, quod non iuris præfinitionibus & causæ accidentalibus sit alligatum. Rubric. 11. Annot. 1. num. 24. 174. & Rubric. 12. Annot. vnic. num. 14. & 15. 194

Nullum habet nisi vbi lex deficit. d. Annot. vnica, num. 14. ibid.

Quantumcumque amplum datum sit, nec datum videtur, nec dari potest vt alteri detrahat, alteri verò tradat. Rubric. 14. Annot. 8 num. 16. 274

In mitiorem partem inclinandum est. d. Rubric. 11. Annot. 1. num. 24. 174

Alia verbo *Index,* & verbo *Breuitas*

Areopagitæ.

Areopagitæ cur de nocte iudicarint? Rubric. 11. Annot. 2. num. 8. 185

Argumentum.

Argumentum *si vinco vincentem te, à fortiori vincam te,* non veget in victo diuerso iure, ratione, vel ordine. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 39. 150

Procedit de pœna ad præmium, & contra. Rubric. 15. Annot. fin. num. 7. 303

Aristides.

Aristides pulsus est à patria, quod præter modum iustus esset. Rubric. 11. Annot. 1. n. 22. 171

Arma.

Arma leges vincunt. Rubric. 14. Annot. 4. num. 44. 230

Alia verbo *Insidiæ.*

Arrogantia.

Vix cuiquam contingit & abundare fortuna; & indigere arrogantia. Rubric. 4. Annot. vnic. num. 16. 61

Alia verbo *Superbia.*

Ascensio.

Ascendere, difficillimum, descendere, facillimum. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. ad finem. 12

Aspectus.

Aspectus iudicis satis est ad explorandam veritatem. Rubric. 2. Annot. vnic. numer. 2. 45

Qualiter debeat esse ferox? ibi, & tota Annotatione.

Iusti aspectus plerisque admonitio correctionis est. d. num. 2. ibid.

Assessores.

Assessores dicuntur locum tenentes Iudicum ordinariorum. Rubric. 11. Annot. 2. n. 26. 188

Locum tenentes ordinariorum, an inter maiores Magistratus reputentur? ibidem.

Astutia.

Astutia quid sit? Rubric. 14. Annot. 4. num. 8. & 41. 223. 237

Prudentia vult videri, & à Prudentia plurimum abest. d. num. 41. ibi.

An animi potentia sit? Et qualis? ibid.

Quàm omnibus, præsertim Iudicibus perniciosa? ibi. & num. final. 242

Auaritia.

Auaritia quantum Iudicibus maximè fugienda? Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 18. ad fin. 29

Quàm Reipublicæ perniciosa? Rubric. 9. Annot. 1. num. 1. & seq. 84. & Annotatione proxime decurrenti. 87

Forensis, perniciosior & detestabilior quàm in solitudine latrocinia. Et quare? d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 18. ad finem. 29

Alia verbo *Munera.*

Auctor.

Quod vitæ genus Auctor optet? Sui, aliorumque ad secessum hortatus. Rubric. 15. Annot. final. num. 24. & seqq. 315

Obiectioni quæ circa id formari posset, satisfacit. num. 30. ibi.

Audacia.

Audacia.

In audaces non est audacia tuta. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 15. 200

Auditores, Audire.

Auditores qualiter in officij ingressu iurare iubentur, & iurent? Rubric. 9. Annot. 3. num. 30. 97. & Annot. 12. numer. 24. 129

Quare sic nominentur? Rubric. 14. Annot. 1. num. 14. post med. 205

An mutuam pecuniam à subditis accipere possint? Rubric. 9. Annot. 9. num. 12. 118

Quemquam inuisere prohibentur. Rubric. 11. Annot. 2. num. 9. 184

Epistolas scribere vetantur inferioribus Iudicibus litium ratione, quæ coram eis agitantur. Rubric. 12. Annot. vnic. numer. 1. 193

An secundùm veritatem probatam in actis, vel secundùm quam ipsi priuatim norunt, & ex aquitate pro arbitrio, vt Princeps ipse iudicare possint & debeant. Rubric. 14. Annot. 3. n. 6. 7. 8. & 10. 217. & seqq.

Intra quod tempus post visam litem eam debeant terminare? Rubric. 15. Annot. 1. num. 13. 285

An pœnam à iure statutam temperare pro arbitrio possint? Rubric. 11. Annot. 1. n. 4. 167

Audire omnia nullatenus expedit. Quantumque iudicantibus noceat? Rubric. 14. Annot. 1. num. fin. 211

Quando expediat? ibi. num. 14. 205

Auiditas.

Auiditas non patitur quemquam esse gratum. Rubric. 15. Annot. fin. num. fin. ad fin. 320

Alia verbo *Cupiditas.*

Aures.

Aurium non ita acer vt oculorum sensus. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 12. 56

Austeritas.

Austeritas quàm Iudicibus pernicioſa? Quantum à Grauitate distet? Rubric. 6. Annot. vnic. num. 11. 66

Cum Mansuetudine miscenda, aliter à Domino reprobata. Rubric. 8. Annot. vnic. n. 3. per tot. & præcipuè ad finem. 81. & seqq.

B

Bamba.

BAmba omnium consensu delatum Gottorum regnum non nisi minis ac terroribus coactus accepit. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 6. 56

Barataria.

Baratariæ nomen barbarum est, neque à legum conditoribus, neque à Latinitatis Professoribus vsquam vsitatum: à Practicis inuentum seu excogitatum. Rubric. 9. Annot. 11. num. 1. 122

Pro Repetundarum crimine vsurpatur. n. 2. ibi.

An & quatenus ab eo differat? numer. 3. ibi.

Quæ illius pœna? numero 5. & seqq. ibid.

Quam desideret probationem? d. Rubric. 9. Annot. 15. num. 6. 160

Barbatia.

Barbatia Tiraquelli iudicio, leuis & inconstantis ingenij. Rubric. 9. Annot. 12. §. 5. num. 19. 159

Basilius Magnus.

Magni Basilij laus. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 14. 52

Grauis sine tristitia erat. Rubric. 6. Annot. vnic. num. 11. 66

Bellum verbo *Insidiæ.*

Beneficia.

Beneficia compedes sunt. Rubric. 9. Annot. 1. num. 1. 84

Non sunt iniquitate miscenda. Rubric. 14. Annot. 4. num. 19. ad finem. 226

Beneficium ecclesiasticum sine Canonica institutione licite obtineri non potest: & sic obtinens verus dicitur possessor. Rubric. 9. Annotatione 12. §. 2. num. 25. 138

Cum bona fide & titulo etiam colorato possessum quanto tempore præscribatur? num. 27. ibi.

Benignitas.

Benigniora in dubiis proferenda sunt. Rubric. 11. Annot. 1. num. 26. 176

Benignitas dissoluta à Iudice relegenda. Rubric. 14. Annot. 1. num. 21. 207

Alia verbo *Misericordia.*

Blandiciæ.

Blandiciæ etiam cum reiiciuntur placent. Rubric. 10. Annotatione vnic. numer. 2. 161

Boërius.

Boërij opinio refellitur. Rubric. 9. Annot. 3. num. 2. 91

Bona.

Bona eius qui in crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, vel humanæ incidit, ipso iure à die commissi criminis sunt confiscata. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 41. & seqq. 150

Et an declaratoria sententia, vt ea Fiscus vindicet, necessaria sit? ibi, & à num. 20. & 22. 146

Bona quæ appellantu rputanturque fortunæ munera, insidiæ sunt. Rubric. 15. Annot. fin. num. 20. & seq. 311

Bona fides, verbo *Fides.*

Boni, Bonum.

Bonis nocet qui malis parcit. Rubric. 11. Annot. 1. num. 33. 179

Bonorum laus est condemnatio malorum. ibi.

Alia circa id, verbo Misericordia.

Bonus vir appellatur Iudex. Et quare? Rubric. 1. Annot. 1. num. 8. 4

Vbi Bonum, ibi Iustum. Rubric. 7. Annot. 1. num. 4. 67

Bonus quis? sententia Senecæ. Rubric. 1. Annot. 1. num. 11. 4

Bonus vera via vtitur. Rubric. 14. Annot. 4. num. 56. 142

Bonum vndique perfectum est.d.Rubric. 1. Annot.1.num.9. 4
Bonum & æquum, Ius est.Rubric.14.Annot. 1.num.8. 205
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.Rubric.15.Annot.1.num.46.292
Homo frugi,Gentilium prouerbio, omnia rectè facit. ibid.
Boni appellatio soli Deo competit.d.Rubric. 1.Annot.1.num.11. 4
Bonum & vndique perfectum quantum ab humana fragilitate distet? numer. 22. ibi.
Quomodo potest ab humanis temperare, qui diuina violauit,& hominibus bonus esse,qui Deum læsit? Rubric.7. Annot. 1. num.11. 69

Bobadilla.

Bobadillæ refellitur opinio.Rubric. 9. Annot.3.num.24.& 25.95.96. & Annot. 9. num.12. 118

Breuitas.

Breuitas vel longitudo temporis arbitrio Iudicis remittitur.Rubric.9.Annot.8.n.3. 114
Breuitatem litium iura desiderant. Rubric. 15.Annot.1.num.13. 285

C

Cain.

CAin timebat ne occideretur,quia fugere nesciebat,ex Ambrosio.Rubric.15.Annot.fin.num.14. 315

C. Marius.

C.Marius in profundum vltimarum necessitatum abiectus, ex ipso vitæ discrimine, beneficio Maiestatis emersit.Rubric.6.Annot.vnic.num.fin. 66

Calliditas.

Calliditas an animi potentia sit, & qualis? Rubric.14.Annot.4.num.8. 223
Quantum fidei,prudentiæ, & probitati noceat?ibi,num.23.in fine. 228
Callidi prouocant iram Dei.ibi. num. 42. in fine. 237
Alia verbo,*Fraus*,verbo *Dolus*, verbo *Cauillatio*,& verbo *Simplicitas.*

Calor.

Calor sæpè excludit calorem exemploque monstratur.Rubric.13.Annot.vnic.n.10. 199
Candidati,Candor,verbo *Magistratus.*

Canon.

Canon latæ sententiæ non inducitur quoties pro sententia ferenda interpretatio fieri potest.Rubric.9.Annot.12.§.5. n. 12. 158

Canonicus.

Canonicus excommunicatus & suspensus canonicis horis assistens an ministerij stipendium percipiat?Rubric.9. Annot. 12. §.4.num.20. 155

Carentia,verbo *Raritas.*

Carolus V.

Inuictissimus Carolus V. Imperator noster, omnino virtute ac felicitate secundus nemini, rerum humanarum peritissimus imperium Ferdinando Cæsari fratri, Hispaniæ regnum Philippo per manus tradit, cum imperasset annos 38. ipse in monasterium S. Iusti secessit, piæ tranquillæque vitæ auidus, egregio ad posteros exemplo. Rubric. 15.Annot. fin. n.13. 308

Carthaginenses.

Carthaginenses qualiter Iudices bonos honorarint,malos punierint? Rubric.15.Annot.fin.num.7. 303

Castigatio.

Castigatio contumelia vacare debet.Rubric. 14. Annot.1.num.22. 207

Alia verbo *Correctio.*

Castitas.

Castitatis & pudicitiæ quatenus cultor amansque Iudex esse debeat?Rubric.1.Annot.1.per totam. 5
Castitas solitudinem quærit.d.Rubric.1.Annot.3.num.1. 9

Alia verbo *Virginitas.*

Casus.

Casus exceptus firmat regulam in contrarium.Rubric.9.Annot.4.num.11. 99
Omissus à lege,haberur pro omisso.ibi.Annot.12.§.1.num.14.& 15. 151

Alia verbo *Alta.*

Cato.

Cato quo minus petebat gloriam, eo magis illum sequebatur.Rubric.1.Annot.3.n. 5. 10
Primus, optimus orator,optimus Imperator, optimus Senator, plurimum odio laborauit. Rubric. 2. Annot. vnic. numero 6. 47
Quid illi ab Vticensibus exprobatum? Rubric. 7. Annotatione 2. numero 1. 71

Alia verbo *M.Cato.*

Cauillatio.

Cauillatio tenet quasi in profundo veritatem demersam.Rubric.14.Annot.2.n. 10. 214
Quæ sit eius natura? ibid.
Quatenus à Iudicibus repellenda? *verbo* Dolus, *verbo* Fraus, *verbo* Simulatio, *verbo* Astutia,& *verbo* Calliditas.

Causa.

Causæ nomen quid contineat?Rubric.9.Annot.8.num.6.ad finem. 116
Causa in iudicio inspicienda est,non persona. Rubric. 11. Annot. 2. numer. 7. 185
Quidquid est causa aliorum vt sint talia, id est maxime tale. Rubric. 14. Annot. 4. num.24. 228
Proxima & immediata debet attendi, non remota seu mediata.d.Rubric.14. Annot. 5.num.1. 246
Proxima & immediata propriè causa est, & causæ appellatione propriè venit, in quibusque hominum actionibus inspicitur,& est quæ damnum dat. ibi. num. 6. & 9. 247

Remota seu mediata, fictè & improprie causa est. num. 7. ibi.
Causa qualiter ab occasione differat? n. 8. ibi.
Qui causam homicidio dedit, an ad Sacros ordines promoueri valeat? num. 9. ibi.
Mediata seu remota, quæ necessariò in immediatam influit, æquè principalis vt immediata est. d. Rubric. 14. Annot. 5. n. 12. 247
Euentus tribuitur causæ immediatæ, non remotæ. num. 10. ibid.
Ratione damni dati, an, & quando etiam mediata seu remota attendatur? n. 11. ibi.
Causa causæ quando sit, dicaturque causa causari? ibi. num. 28. 250
Occasionalis non attenditur. ibi.
Alia verbo *Damnum*, verbo *Naturalis causa*, & verbo *Tale*, & verbo *Dispositio*.

Celeritas.

Celeritatis damna, maximè in grauibus. Rubric. 15. Annot. 1. num. 10. & 11. 284 285

Censura Ecclesiastica.

Censuræ Ecclesiasticæ ipso iure latæ secum executionem trahunt, neque declaratoria sententia egent. Et quare? Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 24. 147. & §. 4. num. 18. 154

Charitas.

Magistra bonorum omnium charitas, quæ nihil sapit extraneum, nihil asperum, nihil confusum, dolum non habet, nec recipit falsitatem. Rubric. 14. Annot. 4. n. 24. 228

Charondas.

Charondas cur administrationem & tutelam bonorum commiserit cognatis proximioribus; educationem Affinibus? Rubric. 9. Annot. 3. num. 18. 93
Eius memorabile factum ne leges aliqua ex parte labefactarentur. d. Rubric. 9. Annot. 3. num. 31. 97

Chilon.

Chilon ob quod oraculorum societatem adeptus? Rubric. 10. Annot. vnic. num. 1. 161

Christophorus Anguianus.

Christophori Anguiani sententia notatur. Rubric. 14. Annot. 1. num. 11. & 12. 204

Christus.

Christus est sapientia Patris. Rubric. 1. Annot. 1. num. 7. 3
Cum cognouisset quod eum Regem facere volebant, fugit in montem ipse solus. ibi. Annot. 3. num. 7. 11
Quare Regem fieri noluerit? ibid.
Cur circuncidi voluit, cum nihil peccato deberet: Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. numer. 15. 27
Cur baptizati & circuncidi voluerit, qui baptismo & circuncisione nullatenus indigebat? Rubric. 7. Annot. 2. num. 2. 72
Martyres non modò verbo, sed exemplo firmauit. ibid.
Christo Domino nostro vultus erat quem intuentes possent diligere, & formidare. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 4. 46
Cum Iudex apparuerit, & speciosus iustis, & terribilis erit iniustis. ibidem.
Nunquam visus fuit ridere; flere autem sæpius. Rubric. 5. Annot. vnic. num. 13. 63
Hilaris seruata grauitate. Rubric. 6. Annot. vnic. num. 11. in fine. 66
Cur maledixerit, sterilemque reddiderit ficum? Rubric. 14. Annot. 1. num. 17. 207
Mansuetudinis se exemplar exhibuit: & tamen erat increpatione terribilis. Rubric. 14. Annot. 1. num. 20. 207
Cur Pilato interroganti: Quid est Veritas? non reponderit? ibi. Annot. 2. numer. 8. 214
Cur Marci 5. v. 9. ab spiritu immundo quæsierit: *Quod tibi nomen est?* cum omnia sint manifesta illi? ibi. Annot. 3. num. 15. 219
Quomodo Lucæ 24. finxit se longius ire? d. Rubric. 14. Annot. 4. num. 35. 235
Quo sensu Ioannis 7. dixit: *Ego non ascendam ad diem festum istum*, & num. 36. ibi.
Non est inuentus dolus in ore eius. ibidem, num. 24. 228
Quare appelletur sacerdos *secundùm ordinem Melchisedech?* Rubric. 14. Annot. 8. num. 16. 276

Alia verbo *Pilatus.*

Cicero.

Cicero litteras Græcas (quarum fuit auidissimus) in senectute didicit. Rubric. 15. Annot. 1. num. 47. 293

Circuncisio.

Circuncisio quem effectum habuerit in veteri lege? Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 15. 27

Clara.

Clara excludunt coniecturas. Rubric. 11. Annot. 3. num. 4. 189

Claudius Cæsar.

Claudius Cæsar nota infectus quod causidicorum procacitatem ad contemptum vsque sufferret. Rubric. 14. Annot. 1. num. 15. 206

Clausula.

Clausula in principio posita ad se trahit sequentes, eisque suam naturam & qualitatem tribuit. Rubric. 9. Annot. 12. §. 5. n. 2. 156
Præcedens fortius in sequentia influit quàm è contra ibi. num. 4. 157
Perfecta & per se stans an ad alias extendatur referaturve? num. 10. ibi.
Et quid si post dictam clausulam dictio copulatiua in cæteris apponitur. ibid. n. 15. 158
In materia relationis clausularum an possibile sit dare certam regulam? d. Rubric. 9. Annotatione 12. §. 5. numer. 22. 159
Sola veritate attenta, seu *La verdad sabida*, quem recipiat intellectum? Rubric. 14. Annotatione 3. numer. 11. 218
Quos habeat effectus? ibi numer. 12. remissiuè.

Intellige vt Annot.seq.num.30. 251
Ante propositam accusationem nec copiam dare, de stylo & consuetudine iure approbata, astringetur Iudex; nec appellatio à denegatione conceditur.ibi.n.23. 249

Alia verbo *Raritas.*

Corpus.

Corporis appellatione quid designetur?Rubric.15.Annot.1.n.46. 292

Correctio.

Corrigere qui vult alios à vitiis liber esse debet.Rubric. 3. Annot. vnic. num.2.& 13. 53. 56. & Rubric 7. Annot.2. numero 2. 72
Correctio legum nullatenus inducenda est, sed modis omnibus vitanda.Rubric.9.Annot.3.n.18.96.& Annot.12. §. 1. num. 10. 131
Ad id omnis est interpretatio facienda.d.Rubric.9.Annot.5.n.16. 105
Ex coniecturis inducitur.Et quæ sint?d.Rubric. 9. Annot. 12. §. 1. num. 11. & 12. 131
Correctionis verbum ad exactam iustitiam pertinet.Rubric.14.Annot.1.num.12.in fine. 204
Corrigere negligens quæ potest emendare, facientis culpam habet, maiorique etiam pœna quam committens facinus, dignus. Rubric.11.Annot.1.n.20. 171
Correctione propria non periclitatur vt aliena, corrigentis auctoritas: retractatique oportet quod male gestum est. Rubric. 14. Annot.5.n.39. 252
Malorum adhuc contemnenda non est. Rubric.7.Annot.4.n.9.& 10. 80

Alia *proximè sequenti verbo.*

Correptio.

Correptio etsi in principio displiceat, postmodum suscipitur & laudatur. Rubric. 1. Annot.vnic.n.11. 51
Debet eam gratiosè admittere Iudex.ibid. & Rubric.10.Annot.vnic.n.7. 163
Vbi multis comprobatur.
Omnes in correptione sumus. ibid.
Admoneri bonus gaudet; pessimus quisque correptionem aspernimè patitur. ibidem.
Correptio Iusti quàm sit proficua? d. Rub. 10.Annot.vnic.n.9.ad finem. 164
Sine contumelia & ita cumque discretione temperata esse debet.Rubric.14. Annot. 1. n.21.& seqq. 207
Esse debet, quam ferre possint aures hominum, mentes non refugere, non pauere animi num.22. ibi.

Alia *verbo proximè præcedenti.*

Corruptio, verbo *Repetundarum crimen.* verbo *Barataria*,& verbo *Proxeneta*
Creditor, verbo *Debitor.*

Credulitas.

Credulitas iusta nascitur ex facto Iudicis Rubric.14.Annot.5.n.24. 249
Facilis nimiæque credulitatis vitium, sui quoque ipsius, à Iudice relegandum. Quæque ex eo oriantur mala?Rubric.10.Annot. vnic.per tot.maximè,n.8. 161.164. & Rub. 14.Annot.1.n.34. 211

Alia verbo *Mansuetudo.*

Cretenses.

Cretenses Iouem cum oculis, & absque auriculis pingebant. Et quare? Rubric. 3. Annot.vnic.n.11.& Rubric.10.Annot.vnic. n.7. 163

Crimen.

Crimina excepta de quibus Iudex interrogare de consociis reum debet, quæ sint? Rubric.14.Annot.5.n.73. 260

Alia verbo *Exceptio* & proximè, verbo *Culpa.*

Crudelitas.

Crudelitas est inclinatio animi ad asperiora. Rubric.11.Annot.1.n.37. 181
Ob crudelitatem an priuari officio Iudex possit? ibid.

Culpa.

Culpa criminosior est vbi honestior status. Rubric.1.Annot.2.n.22.8.& Rubric.7.Annot.2.n.5. 74
Culpam facti habet, qui facinori, cum potest, desinit obuiare. Deque materia ista remissiuè.Rubric.11.Annot.1.num.20. 171
Tolerabilior est si lateat, quam si culpæ vsurpetur auctoritas.Rubric.14.Annot.4.n.40. 236.

Alia verbo *Correptio*, verbo *Peccatum*, & verbo *Pœna.*

Cultus.

Cultus nimius quantum virginitatis detrahat existimationi?Rubric.1.Annot.5. n. 1. & 2. 37
Multò longè viros quàm fœminas dedecet. num.3.& 4. ibi.
Turpissimus in Iudicibus est, & Reipublicæ maximè nocuus.ibi.n.5. 38
Indicium morum & animi est. ibid.
Qui Iudicibus congruus?n.6. ibid.
Nimiè nitidus superbiam manifestat.num.6. ibi.
Sordidus regit. ibidem.
Clericorum qualis esse debeat? ibidem.
Ita immodicè delicatus damnatur, vt sordidus & squalidus d.Rubric.1.Anno.5. n. 8. 39
Si in aliquam partem declinaturus est; in tenuiorem decentem incliner. ibi. n. 9. 40
Quibus Magistratibus, Regibus, & Imperatoribus modicus fuerit, ad detractionem vsque?n.10. ibid.
Insanum demonstrat, vt disertum prudentemque mutis vocibus prædicat numer. 11. ibid.
An peccatum sit pretiosarum vestium vsus? ibidem.

Cunctatio.

Cunctatio prouida est,& Iudicibus maximè necessaria.Rubric.15.Annot.1.n.10.& duobus seqq. 284.285
Quæ conueniens sit.num.12. ibi.

Cupiditas.

Cupiditas dominandi cunctis affectibus flagrantior est: nec abstinere nouit à vitiis, nec gaudere concessis.Rub.1.Annot.3.§.5.n.1. 55

Alia verbo *Ambitio.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Curiositas.

Curiositas, inquirendique voluptas quid in se dictum sit, magna ferè incommoda, iracundiam præcipuè. Rubric. 14. Annot. 1. in fine. 211.

Custos.

Custodes ciuitatum vel terminorum non deferentes crimina ad quorum delationem constituti sunt, an ad restitutionem eorum quæ non detulerunt, teneantur? Rubric. 21. Annot. 3. n. 12. & seqq. 190

Custodes carcerum, vide verbo *Concussio.*

S. Cyprianus.

S. Cypriano quæ Grauitas, quæ Comitas, quæ tristitia, aut lætitia, quisque fuerit vultus? Rubric. 6. Annot. vnic. numero 1. 64

Cyrus.

Cyrus laudatur quod exemplo suo ad illius subditos mouebat actiones. Rubric. 7. Annot. 2. n. 5. 74

Qualiter Imperatorem iure imperium gerere existimabat? ibi. Annot. 1. numero 4. 67

D

Damnum.

DAmnum an sit non condemnare reum in pœna pecuniaria, applicanda Fisco? Rubric. 11. Annot. 3. n. 16. 191

Quid sit? n. 17. ibi.

Damno potius quàm aduentitio lucro subueniunt iura. ibidem.

Damnorum differentia, remissiuè. ibid.

Damni sui causam qui potuit impedire nec impediit, ipse sibi damni causa est. Rubric. 17. Annot. 5. num. 13. 18. 25. & 26. 247. & seqq.

Damnum quod quis sua culpa sentis, sibi non alij debet imputare, nec tunc dicitur damnum sentire. num. 14. & 17. ibi.

Damna non veniunt in simplici expensarum condemnatione vel appellatione. ibi. n. 53. 251

Damnorum condemnatio an improbum litigatorem sequatur in exteriori & interiori foro? num. 54. ibi.

Sæpè profuêre damnosa. Rubric. 15. Annot. fin. n. 28. 319

Dauid.

Dauid (qui tanta Dei mysteria prophetico spiritu valuit contemplari) alienam coniugem concupiuit, & abstulit, eiusque virum, cum damno sui exercitus, interemit. Rubric. 1. Annot. 2. n. 4. 6

Dauidis simulatio coram Abimelech, qualiter à peccato excusetur. Rubric. 14. Annot. 4. n. 33. 234

Increpationem subditi humiliter audiuit. Rubric. 10. Annot. vnic. n. 7. 163

Debitor.

Debitor & creditor eiusdem rei quis esse non potest. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 7. 26

Deceptio.

Deceptio est contra charitatem & ius naturale. Rubric. 14. Annot. 4. n. 25. 230

An intra dimidium iusti pretij licita. ibi. n. 27. 231.

Alia verbo *Princeps*, verbo *Iudex*, & verbo *Mendacium.*

Declaratio.

Declaratio pœnæ incursæ, vel criminis patrati, etiam vbi pœna ipso iure incurritur, desideratur. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 9. cum sequentibus. 144

Parte citata iudiciarioquè ordine fieri debet. ibi. n. 25. 148

Declarans, nil de nouo facit, sed quod latet detegit. ibi. n. 35. 149

Alia verbo *Appellatio*, verbo *Pœna*, & verbo *Lex.*

Defensio.

Defendere pusillos, magnanimi viri, imò Regium est. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 3. 196

Delegatus verbo *Iudex.*

Deliberatio, verbo *Celeritas*, & verbo *Festinatio.*

Delictum, verbo *Dignitas.*

Derogare.

Derogare & Abrogare an & quatenus differant? Rubric. 9. Annot. 6. n. 13. post med. vers. Abrogaras. 110

Descendere, Descensus, verb. *Ascensio.*

Desiderata.

Desiderata plurimi, possessa patui fiunt. Rubric. 1. Annot. 3. num. 12. & 15. vbi in id multa. 15. & seq.

Desiderius.

Desiderius cœnobij Cassinatis Abbas ter cunctis suffragiis Pontifex creatus, quàm ægrè, quámque inuitè Pontificatum susceperit. Rubric. 1. Annot. 3. n. 7. 11

Desuetudo, verbo *Consuetudo.*

Determinatio.

Determinatio vna respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare. Rubric. 9. Annot. 12. §. 5. n. 1. 156

Detractio.

Indocti detrahunt, non vtique periti. Epistola ad Lectorem in fine.

Deus.

Deus pro Iudice in sacris litteris accipitur. Rubric. 7. Annot. 1. n. 2. 67

Non vult mortem impij, sed vt conuertatur à via sua, & viuat. Rubric. 11. Annot. 1. n. 2. 166

Terribilis sæpè in Sacris litteris appellatur. Et cur? Rubric. 14. Annot. 1. numero 13. 205

Qualiter irasci, & furore corripi dicatur, sitquè intelligendum? ibi. n. 32. 211

Non patitur lumen veritatis inquirentem vagari per tenebras exteriores. ibid. Annot. 2. n. 15. 215

Sapientiam præstat paruulis, eisque secreta reuelat. A quo lumen directioque à Rectoribus postulanda, de eo, non de scientia sua confisi. Rubric. 15. Annot. 1. n. 53. & 54. 295. 297

Etsi æquitate iustus est: abundantior tamen creditur in miseratione pius. Et ad misericordiam promptior quàm ad seueritatem. d.

Rubric.

Rubric.11.Annot.1.num.1.in fine. 166
Neque sine iudicio misereatur, neque sine misericordia iudicat.ibid.num, 25. vbi in id mulct. 174
Qualiter dicatur irasci, aut ita moueri? Rubric.14.Annot.1.n.32. 211
Malitiam diaboli, lapsumque cadentium bonis conuertit ad salutem.Rubric.15.Annot. final.n.28. 319
Cui omnia patent, vt nos instruat seruat ordinem cognitionis. Rubric. 14. Annot. 5. n.15. 247

Diabolus.

Diabolus mendacij pater.Rubric.14.Annot. 4.n.24. 228
Diaboli est infirmitas & malitia, solumque prævalet mendacio, insidiis, dolo, fraude, nequitia. ibidem.

Dictio.

Dictio *Vel* diuersimode sumitur.Et qualiter? Rubric. 1.Annot.3.§.4.n.8. 31
Dictio *Nil penitus* & *Omnis*, cuius sint virtutis?Rubric.9.Annot.5.n.17. 105
Vniuersalis negatiua plus negat quàm affirmatiua affirmat.n.18. ibi.
Dictio *Et* est copulatiua, naturam & qualitatem eandem cum præcedentibus tribuens. Rubric.9.Annot.12.§.5.n.5. 157
Est repetitiua præcedentium qualitatum, non solum cum verba aut rationes cohærent; sed etiam si sint separatæ. numero 6. & 7. ibi.
Limitatur cum de contraria mente disponentis apparet.n.8. ibid.
Aliis etiam modis. Et an & quando disiungat, & pro dictione *Vel* sumatur?ibid.n. 15. 158
Quandoque pro causatiua *Quia* accipitur. Rubric.14.Annot.1.n.13. 205
Dictio *Omnino, penitus*, similesvè latam sententiam significantes si apponantur verbo sententiam ferendam significanti, an latam sententiam importent?Rubric.9.Annot.12.§.5.n.19.& seq. 158
Dictio *Ante* quid importet?ibi,§.3.num.16. 146
Dictio *Vt*, vide verbo *Interiectio.*

Dies.

Dies vita iusti, nox accipitur peccatoris. Rubric.15.Annot.vnic.n.3. 196
Sufficit diei malitia sua.Rubric.14.Annot.8. n.30.ad finem. 278
Prosperitas humana dies est, quæ in noctem definit.Rubric.15.Annot.final. n.13.ad finem. 308

Differentia.

Differentiæ inter sententiam iniustè latam, & iudiciarios actus processus contra vel præter ordinem iuris factos, ad Iudicis obligationem partisque consensum vel dissensum arguendum.Rubric.14.Annot.5.n.60.& sequentibus. 257

Diffidatio, verbo *Pœna.*

Difficultas.

Difficilia appetuntur.Rubric.1.Annot.3.n.12. 15

Alia verbo *Facilitas.*

Dignior, Dignitas.

Dignitates qui recusauerint, quæque ad id effecerint?Rubric.1.Annot.3.num.6.& seq. 11
Ad dignitates confragosa via est. ibi. n. 10. 12
Dignitas delictum aggrauat.Rubric.1.Annot. 2.n.22. 8
Dignitates dignioribus conferendæ sunt, & hi habent ad Reipublicæ munera actionem.d.Rubric.1.Annot.3.§.2. num. 18. remissiuè, 22.& §.3.per tot. præcipuè, n.10. 24.27.& Rubric.7.Annot.1. n. 4. & seqq. 67
Maximè cum per suffragia fit electio. d. §.3. n.11. 27
Dignitatis honorisquè altitudo in terribile curarum pelagus demergit. d.§.3.num. 10. ibid.
Ad dignitates Virtus euehere, non Ambitio debet.d.§.3.per tot. 24
Dignitates superbiæ vitio laborant. Rubric. 4.Annot.vnic.n.16. 61
Humiles faciunt dedignari parentes.ibid.n.6. 59
Alia verbo *Munera*, verbo *Ambitio*, verbo *Honor*, & verbo *Superior.*

Dilatio.

Dilatio modici temporis non est in consideratione.Rubric.14.Annot.4.n.12. 224
Non est damnum dilatio vbi certior fit ex dilatione victoria.Rubric.15.Annot.1.n.12. 285
An, quæ, & qualiter ob amicitiam concedi possit?Rubric.14.Annot.8.num.29. 278

Diligentia.

Diligentia summopere in Iudicibus desideratur. Rubric.1. Annot. 7.num.9.& proximè 43
Est mater omnium virtutum, seu requiritur in qualibet virtute, maximè in disciplinæ studio, cuius, vt cæterarum artium, mater est. Rubric. 15. Annot. 1. num. 14. & 16. 286
Diligens quilibet præsumitur.num.31. ibi.
Quæ in Iudice ad causarum discretionem diligentia requiratur, vt à peccato & restitutionis obligatione, etiam si erret, excusetur? n.45. ibi.

Dimidia annata.

Dimidiam annatam necessitas in Hispaniam introduxit; qua cessante forsam cessabit & ipsa.Rubric.1.Annot.3.§.3.n.22. 30

Diocletianus.

Diocletianus vigesimo Imperij anno illud deposuit, hortorum culturæ addictus, & quamuis ad illud iterum solicitaretur, nunquam à quieta illa vita abduci potuit, Imperio ipsam præferendam ratus, tunc sibi diem illuxisse affirmans.Rubric.15. Annot. fin.n.13. 308

Disciplina.

Disciplina est Custos spei, Retinaculum fidei, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, Magistra virtutis, Magistra Religionis, Magistra veræ Pietatis: quæ nec ideo increpat vt lædat, nec ideo castigat vt noceat. Rubric.11.Annot.1.n.32. 178

Notes

Mores hominum irata corrigit, inflammata custodit. Rubric. 14. Annot. 1. numero 16. 206.
Alia verbo *Studium*, & verbo *Mansuetudo*.

Discordia.

Discordia quid sit? Rubric. 14. Annot. 4. num. 10. 223

Discretio.

Discretio est quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrix affectuum, & motum doctrix, eaquè sublata, virtus vitium erit. Rubric. 14. Annot. 1. n. 24. 208

Displicere, verbo *Malus*.

Dispositio.

Dispositio quælibet quantumuis generalis sit, secundùm subiectam materiam intelligi & restringi debet. Rubric. 9. Annot. 3. num. 10. 93

Loquens in casu vero an extendatur ad fictum? d. Rubric. 9. Annot. 4. numero 14. 100

Generalis includit parua. ibi. Annot. 5. num. 19. 105. & Annot. 6. num. 13. vers. Abrogatas. 111

Quæ reducit ad ius commune primæuum, fauorabilis est, & extenditur etiam in correctoriis. ibid. d. Annot. 6. n. 17. ibid.

Dispositionis effectus non impeditur etiam si illius vna causa deficiat, superstitibus aliis. Rubric. 14. Annot. 5. n. 2. 246

Alia verbo *Lex*.

Dissensus, verbo *Consensus*.

Dissimulatio.

Dissimulatio insidiosa dolus malus est. Rubric. 14. Annot. 4. n. 31. 232

Dissimulatio opposita est simulationi, eiusque antitheton. Quidque vtraque sit? ibi. n. 32. 233

Dissimulare qui nescit, regnare nescit. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 8. 50

Alia verbo *Simulatio*, verbo *Dolus*, & verbo *Fraus*.

Diuersitas.

Diuersitas nominum diuersitatem rei denotat, Rubric. 14. Annot. 2. n. 1. 212

Et an diuersa nomina virtutem, & significationem eandem retinere soleant? ibid. n. 3. 213.

Diuitiæ.

Diuitiæ non tollunt, imminuntve curas, sed augent. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 11. & Rubric. 15. Annot. fin. n. 21. An Philosophum deceant? Rubric. 15. Annot. fin. n. 30. 29. 321

Doctrina.

Non facile erroris vitio sordescit, quem doctrina purgauerit. Rubric. 15. Annot. 1. n. 6. 284

Alia verbo *Studium*.

Dolus.

Doli præsumptionem excludit præsentia Iudicis. Rubric. 13. Annot. vnic. n. 1. 195

Dolus vnius alteri non nocet. Rubric. 14. Annot. 4. n. 13. 224

Nec præbet actionem. ibi. n. 45. 239

Bonus, quis dicatur? ibi. n. 2. & 25. 222. 230

Dolum non committit qui fraudem excludit. ibid. n. 8. 223

Intellige vt n. 40. 236

Dolus & Vis æquiparantur; sed dolus odio dignus maiore. d. Rubric. 14. Annot. 4. n. 21. & 43. 227. 238

Maximè tribuitur locutioni, & per eam principaliter committitur. ibi. numero 19. 226

Vim mendacij habet, mendaciumque est. ibidem.

Cuilibet homini fœdum est dolis aut fraudibus insidiari. Iudicibus turpissimum. ibi. n. 24. 228

Dolum qui mendacium, fraudem aut simulationem continet, nec bonum Leges appellant, nec appellare aut efficere possunt. ibi, num. 25. 230

Dolo vti non licet etiam ad repellendum dolum. d. Rubric. 14. Annot. 4. numero 40. 236

Dolus est versutiæ executio. ibi, numero 41. 237

An voluntatem tollat? ibid. numero 43. 238

Præponderat culpæ. ibid. Annot. 5. num. 66. 258.

Quanto in periculo dolo si Iudices versentur? d. Rubric. 14. Annot. 4. n. 24. 40. 42. in fine. 44. & 56. 228. & seqq.

Domitianus.

Domitiani sæuissimi Principis quæ in acerbioris sententiæ prolatione fuerit consuetudo? Rubric. 11. Annot. 1. n. 27. 175.

Dominium, Dominus.

Dominium potest quis habere, & alienare non posse. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 9. 26

Dominus qui furtum rei suæ prohibere potuit, nec prohibuit, furti actione caret. Rubric. 14. Annot. 5. n. 13. 247

Dona, Donatio.

Dona imitantur hamos. Rubric. 9. Annot. 1. n. 1. 84

Donatio an ex consanguinitate præsumatur? ibi. Annot. 3. n. 24. 94

Iudici facta an gratuita, vel per concussionem censeantur facta? ibidem.

Præsumitur vt delicti præsumptio excludatur. ibid.

Benemerentiam ipsius potius contemplatione quàm officij ratione facta videatur? ibidem.

Cum prohibitio donandi recipiendique adest non donatio sed concussio præsumitur. ibidem.

Episcopo consanguineo, vel affini facta simpliciter, ipsius non Ecclesiæ, vel externa alia contemplatione facta videtur. d. Rubric. 9. Annot. 3. n. 20. & d. num. 24. 94. & seqq.

Etiam si nomine dignitatis facta sit. ibidem.

Donationis prohibitione an remuneratoria includatur? d. Rubric. 9 Annot. 7. per tot. 112

Remuneratoria non est proprie donatio, sed beneficij recepti compensatio, solutio & obligationis redemptio. n. 2. ibid.

Non præsumitur, & quælibet potius quàm donationis præsumptio sumitur. d. Rubric. 9. Annot. 10. n. 11. 110

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Facta Iudici officio finito, an pacti vel promissionis ratione facta præsumatur? ibi. n. 12. 121
Dans aliquid Iudici vt quid faciat, vel omittat quod facere vel omittere debet? qualiter delinquat? An causam perdat, & dari repetitione priuetur? d. Rubric. 9. Annot. 12. n. 11. 127
Et quid si non datum est timore iniuriæ, sed instar muneris liberalis, vt maiorem quam solet, quamque tenetur diligentiam in causa adhibeat? n. 12. & 14. ibi.
Sponte nec officij ratione Iudici facta, iure naturæ, nec ex parte dantis nec ex parte recipientis illicita est. ibi. n. 16. 128
Quid iure positiuo? n. 17. ibid.
Facta à consanguineo an officij, vel potius consanguinitatis intuitu facta censenda sit? d. Rubric. 9. Annot. 3. n. 24. 94
Facta Episcopo consanguineo vel affini, an personæ intuitu non Ecclesiæ facta videatur in dubio? n. 20. ibid.
Alia verbo *Remuneratio.*
Dos.
In dubio doti fauendum est. Rubric. 14. Annot. 8. n. 13. 273
Dubium.
Dubium quid sit. Rubric. 14. Annot. 6. n. 12. 264
Qui dubitans practicè aliquid operatur, peccat. n. 15. ibi.
Quid si cum conscientia dubia speculatiuè. n. 14. ibi.
In dubiis pro quibus iudicandum iura decernant. d. Rubric. 14. Annot. 7. n. 12. & 13. 267. & Annot. 8. n. 15. 273
Dubietas fere nunquam sic contingere potest cum de pura iustitia agitur, vt in alteram partem Iudicantis animum causa iurisque ratio non inclinet. d. Annot. 8. n. 14. ibid.
Dubia plus torquent mala. verb. *Mala.*
Duplicitas.
Duplicitas animi fraudi doloque cognata est, maximè Iudicibus fugienda. Rubric. 14. Annot. 4. n. 19. 24. & 40. 226. 228. 236
Mendacium est. ibi. d. num. 19. & 26. 226. 230
Intellige vt num. 31. & 56. 232. 242
Alia verbo *Fraus*, verbo *Dolus*, verbo *Simulatio*, verbo *Calliditas*, & verbo *Cauillatio.*

E

Ecclesiastici.
Ecclesiastici reorum laicorum fori sequi debent. Et an similiter in reconuentionis iudicio? Rubric. 9. Annot. 9. numero 8. 117
Alia verbo *Clericus*, & verbo *Monachus.*
Educatio.
Educatio orphanorum apud Athenienses, Charondæ legibus, affinibus committebatur, consanguineis exclusis ab ea. Et quare? Rubric. 9. Annot. 3. numero 18. 93
Effectus, verbo *Dispositio.*
Ægyptij.
Ægyptij per oculi patentis hieroglyphicum Iustitiam perfectumque Iudicem denotabant. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 8. 56.
Caput Iustitiæ in cœlum abscondebant. Et quare? Rubric. 11. Annot. 2. numero 8. 183
Apud eos iudicij Princeps signum variis ornatum lapidibus à collo suspensum gestabat, quod appellabant Veritatem. Et quare? Rubric. 14. Annot. 2. n. 5. 213
Electio Electus.
Electionis ius an perdat, qui in termino à Prætore designato vt eligat, non eligit, & indiciali adiudicationi locus sit? Rubric. 14. Annot. 8. n. 17. 274
Electus ad munera publica an & quando acceptare omnino debeat, nec illa respuere in conscientia valeat? Rubric. 1. Annot. 3. n. 17. & sequentibus. 17
Eleemosyna.
Quot, & quæ sint eleemosynarum genera? Rubric. 11, Annot. 1. n. 32. 178
Elias.
Elias laudatur, quòd in diebus suis non timuit Principem. Rubric. 13. Annot. vnic. n. 4. 197
Quæ prima illius actio cum populo exhibitus est? Rubric. 14. Annot. 1. n. 17. 206
Quare nulla parentum illius mentio fiat, nec alicubi nominentur? d. Rubric. 14. Annot. 8. n. 26. 276
Emanuel Rodriguez.
Emanualis Rodriguez lapsus. Rubric. 14. Annotatione 5. numero 33. 38. & 39. 251. & seqq.
Emendare, verbo *Iudex*, & verbo *Correctio.*
Emere.
Qui emit muneta, vendit. Rubric. 1. Annot. 3. §. 2. num. 18. 22. & §. 3. numero 18. 29
An iustitiæ muneta vendi & emi queant? vbi toto eo §. 3. 24
Alia verbo *Negotiatio*, & verbo *Iudex.*
Æmulus.
Æmulus nulli defuit vnquam. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 4. vers. Formidabilem, & numeris sequentibus, præcipuè numer. 7. 46. 48
Episcopatus, Episcopus.
Episcopatus qui recusarint, quæque ad id effecerint? Rubric. 1. Annot. 3. n. 7. 11
Episcopus an ob simplicem fornicationem depositionis pœnam incurrat? ibi. Annot. 2. num. 11. 7
Alios Episcopatus ambiens ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinet, vt de illis suis cognatis & familiaribus valeat prouidere, an grauiter peccet. Rubric. 1. Annot. 3. §. 5. n. 8. 34
Irreprehensibilis esse debet. d. Rubric. 1. Annot. 1. n. 12. & seq. 4
In quanto Episcopi sint periculo? ibi. Annot. 3. n. 10. 12
Castus eligi debet, vt omnia vitæ propriæ integritate purificet. d. Rubric. 1. Annot. 2. num. 1. 5

Alia verbo *Gratificatio*, & verbo *Superior*.

S. Ephren.

S. Ephren insanum se, vt Episcopatum fugeret, simulauit. Rubric. 1. Annot. 3. numer. 7. 11

Epistola.

Epistolas Iudicibus vt iustitiam facerent, qui Principes conscribere noluerint? Rubric. 12. Annot. vnic. n. 9. 194

Quibus tales epistolas conscribere Regiæ prohibeant Leges? Quidque de conscriptis efficere iubeant? num. 10. ibi.

An eadem communi iure prohibitio extet? ibidem.

Æqualitas.

Æqualitas omnimoda in iudiciis, & in pœnis seruanda est. Rubric. 11. Annot. 2. n. 8. 183. & Rubric. 14. Annot. 8. num. 30. & 31. 278. 279

Quibus id in casibus fallat? ibid. & d. Rub. 11. Annot. 1. n. 23. 173

Summa æqualitas summa iniquitas vbi ius discriminat. ibid. Annot. 2. n. 8. 183

Nihil tam inæquale esse solet quàm æqualitas ipsa. Rubric. final. Annot. 1. num. 51. in fine. 294

Æquitas.

Quam debeat æquitatem seruare Iudex? Rubric. 11. Annot. 1. n. 12. & seqq. 169. præcipuè à n. 15. 170

Quæ iuri non se conformat, iniquitas est. d. n. 15. ibid.

Quid sit? Rubric. 14. Annot. 1. num. 2. 5. 9. & seqq. 202. 205

Cerebrina, ad voluntatemque formata, iniquitas est, & simia æquitatis. ibid. d. n. 5. 205

Æquitas sine bonitate crudelitas est. Rubric. 11. Annot. 1. n. 25. 174

An contraria sit rigori? d. Rubric. 14. Annot. 1. n. 3. & seqq. & n. 12. 202. & seq.

Æquitas scripta, Iustitia ipsa est, & Iustitiæ nomine includitur. ibidem, num. 9. præcedentibus & seqq. 103

Commissione vt procedatur secundùm æquitatem, vel de æquitate, quid concessum videatur? n. 6. ibid.

Æquitate an aptè incutiatur terror? d. Rubric. 14. Annot. n. 1. & seqq. 202

Est Iustitiæ maximè propria, & Illius comes. n. 5. ibi.

Est Iustitiæ obiectum, correspondet Iustitiæ legali, & quodammodo continetur sub ea, & quodammodo excedit eam. ibid. d. num. 5. & 11. 202. 203

Quibus soleat nominibus appellari? num. 7. ibi.

Æquitas est quæ seueras delinquentibus pœnas imponit. ibi. n. 12. 204

Fastigia dignitatis non respicit. d. Rubric. 14. Annot. 1. n. 13. 205

Eremus, verbo *Solitudo*.

Error.

Error voluntatem tollit. Rubric. 14. Annot. 4. n. 43. 238

Quid sit? ibid.

In processu apparens nullam sententiam reddit. Rubric. 15. Annot. 1. n. 41. 191

Quod homines errent vt homines, non mirandum, sed talis excusatione dignus error, n. 42. ibi.

Retractari oportet. Rubric. 14. Annot. 5. n. 39. 252

Eruditio verbo *scientia*.

Esculenta.

Esculenta an hodie recipi à Iudicibus possint? Rubric. 9 Annot. 4. n. 18. 100. & Annot. seq. n. 3. 7. & seqq. 102

Alia verbo *Munera*, & verbo *Iudex*.

Esdras.

Esdras in solitudine, ex mandato Dei, Diuinos libros eructauit. Rubric. 15. Annot. fin. n. 29. 321

Euentus, verbo *Causa*.

Exceptio.

Exceptio criminis impedit promouendum; sed non deiicit iam promotum. Rubric. 7. Annot. 5. n. 14. 78

Non sufficit ad priuationem vel suspensionem, sed necessaria est accusatio. num. 15. ibid.

Firmat regulam in contrarium. Rubric. 9. Annot. 4. n. 11. 99

Quatenus id procedat? ibidem.

Excessus Prælatorum, verbo *Pœna*.

Excommunicatio, verbo *Censura*.

Excusatio.

An in aliqua causa Iudices, superiores saltem, excusare se possint, vel recusatio necessario expectanda sit? Rubric. 14. Annot. 8. num. 29. 278

Exemplum.

Exemplum Superiorum quàm efficax hortamentum in bonum vel in malum sit? plene Rubric. 7. Annot. 2. per tot. 71

Exemplis non iudicandum, sanaque ratio exemplis anteponenda. Rubric. 14. Annot. 4. n. 31. 232

Exorabilis.

Exorabilis quatenus Iudex esse debeat? Rubric. 12. per tot. 193. & Rubric. 11. Annot. 2. n. 19. & seqq. 186

Expectatio.

Expectatio futuri grauis est tormenti species Rubric. 14. Annot. 4. n. 42. 237. & Rubric. 15. Annot. 1. n. 12. 285

Expensa.

Expensarum condemnatio an & quando sub restitutionis obligatione facienda? Rubric. 11. Annot. 3. n. 4. 189

Expensarum condemnatione seu appellatione an veniant damna? Rubric. 14. Annot. 5. n. 53. 255

Expressum.

Expressa nocent, non expressa non nocent. Rubric. 14. Annot. 4. n. 51. 240

Extensio.

Extensio de similibus seu æquiparatis ad similia seu æquiparata vt fiat, omnimoda similitudo desideratur, imò rationis identitas. Rubric. 9. Annot 4. n. 12. 99

Fieri debet cum iisdem qualitatibus. n. 15. ibi.

In odiosis, exorbitantibus, & correctoriis non fit, etiam ex identitatis ratione. n. 16. ibi.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

F

Facilitas.

FAcilia contemnuntur. Rubric. 1. Annot. 3. numero 12. 15. & seqq. & Annot. 7. n. 7. 43

Alia verbo *Credulitas*, & verbo *Affabilitas.*

Facta.

Facta per Religiosum testamenti executorem absque superioris licentia, an nulla sint? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. n. 28. 139

An nulla sint per militem procuratorem datum? n. 29. ibi.

Per mulierem? Per minores? petenda à suis locis.

Metu, fraude, vel dolo an tata sint? Rubric. 14. Annot. 4. n. 23. & 40. 228. 236

Fieri ante vel paulò post, paria sunt. Rubric. 9. Annot. 9. n. 15. 119

Facto alterius non debet alius prægrauari. d. Rubric. 14. Annot. 4. n. 13. in fine. 224

Facta cuiusque clamant, vel ipso tacente. Rubric. 10. Annot. vnic. n. 5. in fine. 162

Alia verbo *Correctio.*

Facies verbo *Vultus.*

Facientes.

Facientes & consentientes par pœna constringit. Rubric. 11. Annot. 1. n. 20. 187

Facundia.

Facundia sæpè inualidæ causæ robur dedit. Rubric. 14. Annot. 2. n. 11. 214

Fallacia.

Per fallaciam nec vita hominis defendenda est, multoque minus per eam vitæ hominis insidiandum. Rubric. 14. Annot. 4. n. 17. 225

Fallaciam cuilibet reprehendere licet. ibi. n. 24. ad finem. 228

Alia verbo *Astutia*, verbo *Calliditas*, verbo *Fraus*, verbo *Dolus*, & verbo *Mendacium.*

Falsitas, Falsum.

Falsi crimen publicum est. Rubric. 9. Annot. 11. n. 11. 123

Quædam falsa speciem veri ferunt. Rubric. 15. Annot. 1. n. 3. 282

Falsitas non est idonea via ad Veritatem. Rubric. 14. Annot. 4. n. 24. 228

Aperta non germinat. ibi. n. 21. 227

Fama.

An & quatenus famæ sit curandum? Rubric. 2. Annot. vnic. numero 5. & sequentibus. 47

Familiaritas.

Familiaritas Iudicibus inhibetur. Et quare? Rubric. 1. Annot. 7. n. 4. & seqq. 42

Contemptum gignit. ibi, n. 5. & 7. & Annot. 3. n. 12. & 15. 15. 16

Odium parit. ibi, d. Annot. 7. n. 8. 43

Alia verbo *Amicitia*, & verbo *Affectio.*

Fasces.

Fasces cur suprematum dignitatem insignia fuerint? Rubric. 14. Annot. 1. n. 24. 208. & Rubric. 15. Annot. fin. n. 11. 307

Fatuitas.

Fatuitatem suam sibi quis debet imputare. Rubric. 14. Annot. 4. n. 13. 224

Fauius Maxim.

Fauius Maximus oblatum filio tespuit Consulatum. Rubric. 1. Annot. 3. n. 6. 11

Erat in illo Comitas Grauitate condita. Rubric. 6. Annot. vnic. n. 2. 65

Fauor.

In dubio, parivè causa quibus inre sit fauendum? Rubric. 14. Annot. 8. n. 13. & seqq. 273.

Iniquus est Iudex, qui aut inuidet, aut fauet. ibi. n. 11. 272

Non debet in odium retorqueri. ibid. n. 30. in fine. 278

Alia verbo *Amor*, verbo *Amicitia*, verbo *Anima*, & verbo *Gratia.*

Felicitas.

Quo sublimior sedes, eo grauior casus. Rub. 1. Annot. 3. n. 10. vbi in id alia. 12

Mentem extollit, & in superbiam effert. Rubric. 4. Annot. vnic. n. 16. 61

Nihil est ab omni parte beatum. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 4. 46

Securior fælicitas sine turbine quies. Rubric. 15. Annot. fin. n. 25. 314

Alia verbo *Diuitia*, & verbo *Dies.*

Fœnerator.

Fœnerator est, qui mutuam pecuniam dans, plus expectat quàm dedit. Rubric. 9. Annot. 7. n. 11. 113

Festinatio.

Festinationis damna quæ? Rubric. 15. Annot. 1. n. 10. & seq. 284

Qui cupit, festinat, & qui festinat, cuertit. ibid.

Festinatio improuida est & cœca, inimica consiliis, nouerca Iustitiæ. ibi. vbi & in id alia multa, & verbo *Dilatio.*

Festa.

Festis diebus an crimina puniri queant? Rubric. 11. Annot. 1. n. 34. 180

Fictio.

Fictio veritati opponitur. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. n. 17. 28

Legis in his quæ iuris sunt idem operatur quod veritas. Rubric. 9. Annot. 12. §. 4. n. 10. 153.

An sit mendacium semper? Et quando non? Rubric. 14. Annot. 4. n. 30. 232

Ficta diuturna esse non solent. In principio vernat: in processu tanquam flosculus dissipatur & soluitur, à vera virtute aberrat. Rubric. 8. Annot. vnic. num. 5. 82. & Rubric. 14. Annot. 4. numer. 19. ante finem. 226

Fides.

Fides humani pectoris bonum, à quolibet, à Iudice maximè seruanda. Rubric. 14. Annot. 4. n. 22. 227

Et fundamentum Iustitiæ. ibi.

Pro Dea ab Antiquis habebatur, templumque illi sacratum ab ipsis. ibidem.

Hosti etiam seruanda, hoste & ab hoste priuatur: amatur in propriis. ibid. num. 45. 239

Est ligamen societatis humanæ, basis & fundamentum Iustitiæ. ibi. d. numero 22. 227

Simplex fidei promissio an æquè vt iuramentum

cum affligat? ibi, num. 25. 228
An periurij pœnas simplex patiatur infidus? ibidem.
Bonam fidem præsumitur non habere, qui contra legem operatur. d. Rubric. 14. Annot. 5. num. 71. 259

Fiducia.

Fiducia solet opinione arrogantiæ laborare. Rubric. 15. Annot. 1. num. 53. 295
Perniciosè vires præuenit. ibid.
Alia verbo *Præsumptio.*

Filius.

Filij illegitimi an bonorum paternorum sint incapaces? Et an ad restitutionem acceptorum teneantur? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 7. 37. & 48. 133. 141. & seqq.

Finis.

Neque ad bonum finem peruenire oportet falsis aut simulatis mediis. Rubric. 14. Annot. 4. num. 41. 237
Cuius finis bonus est, eius quoque opus bonum est, & è contra. Rubric. 15. Annot. 1. n. 17. 286. vbi in id alia. Finis legis, verbo *Ratio*, & verbo, *Lex.*

Fiscus.

Fiscus hæretici bona occupans ante sententiam declaratoriam, licèt delictum adeo notorium sit vt nulla possit tergiuersatione celari, an peccet, & ad restitutionem teneatur? Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 22. 147
An vendicet bona eius cui ob delictum ipso iure confiscata sunt à die commissi criminis, declaratione sequuta, etiamsi alienata sint: ibid. num. 43. & 44. 151

Flaminius Prætor.

Flaminius Prætor Maiestatis accusatus, quod inter cœnam rogatus à meretrice, vnum ex damnatis occiderit. Rubric. 1. Annot. 2. num. 8 7

Forma.

Formæ existentia dat esse actui. Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 36. 141
Formam quando lex inducere censeatur? ibidem.

Fornicatio.

Fornicatio simplex peccatum mortale est, acerbè à Catholica Religione damnatum. Rubric. 1. Annot. 2. num. 19. 7
An & quatenus ciuili iure damnetur. num. 18. & seqq. ibi.
Alia verbo *Episcopus.*

Fortitudo.

Fortitudo qualiter definiatur? Rubric. 13. Annot. vnic. num. 2. & 7. 195. 198
Quæ sine virtute & Prudentia est, laudem non meretur? d. num. 2. ibi.
Sine Iustitia & Prudentia iniquitatem & temeritatem contineret. ibid. & numer. 4. 197
Est Prudentiæ filia. d. num. 2. 195
Est omnium virtutum robur, eaque cedente, omnium virtutum fabrica per discrimina, imò per præcipitia labitur. ibid.
Alia verbo *Timor.*

Fortuna.

Fortunæ munera insidiæ sunt. Rubric. 15. Annot. fin. num. 10. & seq. 318
Alia verbo *Fœlicitas.*

Forum iudiciale, verbo *Bellum.*

Franciscus Suarez.

Francisci Suarez opinio impugnatur. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 16. & seqq. 146

Fraus.

Etiam ad repellendam fraudem fraude vti non licet. Rubric. 14. Annot. 1. num. 30. 211
Fraudibus via modis omnibus præcludenda est. Rubric. 9. Annot. 4. num. 17. 108
Fraudem non committit qui fraudem excludit. d. Rubric. 14. Annot. 4. numer. 4. 222
Fraus vim mendacij habet, & mendacium est. ibi. num. 19. 226
In cassum proprios fundit labores. ibid.
Metui æquiparatur, & odio digna maiore quàm vis aut metus. Et quare? ibi, num. 21 227
Intellige vt num. 40. 236
Quantum Iudici fugienda? tota ea Annot. 4. ex num. 16. cum seqq. 225
Alia verbo *Dolus*, verbo *Simulatio*, verbo *Calliditas*, verbo *Cauillatio*, & verbo *Simplicitas.*
Frequentia, verbo *Raritas*, & verbo *Familiaritas.*
Fructus, verbo *Possessor.*

Fucus.

Fucatum nihil placet. Rubric. 1. Annot. 6. num. 6. 42

Fulmina.

Fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu. Rubric. 11. Annot. 1. n. 54. 180

Furor Dei.

Furor Dei est supplicium peccatorum. Rubric. 14. Annot. 1. num. 15. 206
Alia verbo *Ira.*

Fur, Furtum.

Fur quandoque furta persequitur. Rubric. 7. Annot. 4. num. 9. 80
Criminaliter pro furto damnatus & punitus, ad rei ablatæ nihilominus restitutionem satisfactionemque est condemnandus, nec ante eam à carcere relaxandus. Et an cedendo bonis iure Regio liberetur? Rubric. 11. Annot. 3. num. 20. 192
Alia verbo *Festum.*

G

Garrulus.

GArrulus iure optimo grauibus afficitur pœnis. Rubric. 1. Annot. 4. n. 9. 36

Geminatio.

Geminatio actuum, consensum arguit, deliberatam & enixam voluntatem indicat. Rubric. 14. Annot. 5. num. 60. 257
Gesta, verbo *Facta.*

Gloria.

Gloria, fugientes magis ac magis sequitur. Rubric. 1. Annot. 3. num. 4. & seqq. 10
Vmbra virtutis est, etiam inuitos comitatur. num. 5. ibi.

Appetitores sui deserit, appetit contemptores. ibidem.
Soli virtuti debetur, & fallax est quam virtus non parturiuit, cuius vera mater virtus est d. num. 4. ibid.
Tunc est pulcherrima, cum sequitur, non cum accersitur. num. 5. ibi.
Inanis cum videtur contemni, quæritur? d. Rubric. 1. Annot. 5. num. 7. 39
Gloriam præcedit humilitas. Rubric. 4. Annot. vnic. num. 3. 58
Quæ ad gloriam compendiaria via? Rubric. 10. Annot. vnic. numer. 4. & seqq. 162
Quàm omnibus, Iudicibus præmaximè inanis gloriæ cupiditas perniciosa? Rubric. 2. Annot. vnic. per totam, præcipuè ex n. 4. 45. 46
Sæua bellua, horrendus demon, pestis orbis terræ, venenata vipera. ibid.
Quæ mala ex illius cupiditate proueniant? ibi. num. 7. 48
Gloriam vanam insequens opus magni precij vili nummo exhibet venalem. ibid.
Gloriæ cupiditas ex ignorantia nascitur, & scientiæ defectum manifestat. ibid. n. 12. 51
Difficile factu est gloriam virtute superare. Rubric. 14. Annot. 8. num. fin. 279
Gloriæ popularis discrimina. Rubric. 15. Annot. final. num. 21. 312
Gloriæ vanæ contemptio magnam gloriam comparat. num. 25. ibi.
Obest gloria multis. ibid.

Alia verbo *Laus.*

Glossa.

Glossa *verbo A sobrinis in l. 1. D. ad legem Iuliam repetundar.* an proferat id ad quod allegari solet, idvè probet? Rubric. 9. Annot. 4. 98
An similiter id ad quod allegatur *in l. Duo Iudices, 28. D. de re iudic?* Rubric. 14. Annot. 8. num. 23. 116

Gratia.

Gratia seu amore, vt odio quid Iudicibus fieri prohibetur. Rubric. 11. Annot. 2. num. 5. & seq. 183. & Rubric. 12. Annot. vnic. n. 5. 193. & Rubric. 14. Annot. 8. n. 11. & 12. 272
Intellige vt d. Rubric. 12. num. 11. & seqq. 194
Quæ Gratia apud homines appelletur? d. Rubric. 14. Annot. 8. num. 22. 276

Gratificatio.

Grattfications, & pœnæ temperamento an & quando in criminalibus, seu ciuilibus etiam arbitrariis, ob amicitiam locus sit? Rubric. 11. Annot. 2. n. 19. 186. & Rubric. 14. Annot. 8. num. 3. & 20. 270. 275
Vt gratificationi huic locus sit, quæ requisita desiderentur? d. Annot. 2. num. 20. & seq. 186
In dubiis, an, quando, & quibus gratificari liceat? d. Rubric. 14. Annot. 8. num. 5. & seqq. 271
In electionibus ecclesiasticis quatenus gratificari liceat? num. 4. & 21. ibi.
Gratificari non licet nisi in casibus à iure espressis. Et quando liceat? ibi. num. 15. 18. & seqq. 273. 274

Grauitas.

Grauitas est leuitatis priuatio. Quid significet? Quidque grauitatis nomine contineatur? Quàm in quolibet laudabilis sit? Qnàmque in Iudice necessaria? Rubric. 6. Annot. vnic. num. 1. 64
Affabilis & comitate condita laudatur. ibi. num. 2. 65
Referuntur multi, qui sic illa vsi sunt. ibid. & num. seqq.

Alia verbo *Maiestas.*

S. Gregorius Magnus, & Nazianzenus.

S. Gregorius, primus se in epistolis seruum seruorum Dei appellauit. Rubric. 15. Annot. final. num. 15. 309
Quo tempore extremam Ezechielis partem conscripserit? ibid. num. 24. ad finem.
Nazianzenus quàm solitudinis amator? numer. 22. ibidem.

Guttur.

Gutturis officium quod? quidque denotetur per illud? Rubric. 14. Annot. 2. numer. 6. 215

H

Habitus, verbo *Cultus.*

Hæresis.

HÆreticis omnibus vna semper intentio fuit, captare gloriam de singularitate scientiæ. Rubric. 2. Annot. vnic. numer. 7. 48

Helleborum.

Helleborum hominibus venenum, cibus animantibus aliis. Rubric. 15. Annot. final. num. 28. 319

Herodes.

Herodes cur apposuerit apprehendere Petrum? Rubric. 2. Annot. vnic. num. 7. 48

Hilaritas.

Hilaritas quæ Iudicem deceat? Rubric. 15. Annot. vnic. per tot. præcipuè à num. 7. 282. & Rubric. 6. Annot. vnic. num. 11. 69

Alia verbo *Tristitia*, & verbo *Affabilitas.*

Homines.

Homines odio habendi non sunt, sed peccata. Rubric. 11. Annot. 1. num. 27. 175
An natura homo homini præferatur? Rubric. 14. Annot. 1. num. 14. 205

Honestas.

Honestas naturalis pars est Iustitiæ potentialis. Rubric. 1. Annot. 3. num. 16. 17
Honesta non sunt omnia quæ licent. ibi. §. 4. num. 12. 32

Honores.

Honores sibi assumere nemo debet, sed vocatus à Deo. Rubric. 1. Annot. 3. per totam, vbi latè. 9
Honorum sublimitas sine onere peccati vix tenetur. num. 10. ibi.
In terribile curarum pelagus honorum altitudo resorbet. ibidem.
Honor sæculi abiit antequam venerit. ibid.

Leuiores

Leuiores efficit labores. Rubric. 7. Annot. 2. num. 2. ante med. 72
Honor id est, sollicitudo. Nec minus qui inter sollicitudines, quam qui inter honores lætitiam, gaudiumvè quærit, errat. d. Rubric. 1. Annot. 3. n. 10. 12. & Rubric. 15. Annot. final. 7. 8. 13. & sequentib. 303. 304
Honorum discrimina. ibi. num. 21. 312
Alia verbo *Vir bonus*, verbo *Ambitiosus*, verbo *Munera*, & verbo *Dignitas*.
Hostis, verbo *Fides*.
Humanitas.
Humanitas an & quando efficiat vt in definita oratio æquipoleat vniuersali? Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. numer. 17. & seqq. 146
Alia verbo *Seueritas*, verbo *Affabilitas*, & verbo *Interpretatio*.
Humilitas.
Humilitas, quæ, & quantum Iudicibus seu superioribus decora & necessaria sit? Rubric. 4. Annot. vnic. per tot. 57
Est quæ virtutes beatificat & perennat. ibi. n. 3. 58
In honore honor est ipsius honoris, & dignitas dignitatis. ibidem.
In paupere grata est; in diuite, gloriosa. ibidem.
Verè magnus est, qui in se paruus est, & pro nihilo omne culmen honoris ducit. ibidem.
Præcedit gloriam, ad eamque euehit. ibi.
Virtutum thesaurophylatium est, magistra omnium materque. ibidem.
Humilitate familiarius proprinquare Diuinitas solet, ibi. in fine.
Dignitati stabilimentum affert. d. Rubric. 4. num. 15. 61
Amorem generat. ibidem.
Dignitati superaddit Dignitatem. d. Rubric. 4. Annot. vnic. num. 3. 58
Assequitur Regnum, & Iustitiæ consummationem. ibidem.
Humilibus Deus magna reuelat. Rubric. 15. Annot. 1. num. 54. 297
Alia verbo *Superbia*.
Hypocrisis.
Hypochrisis maximè in iure punibilis. Rubric. 15. Annot. vnic. num. 6. 284
Hypochritarum fraudes multos à recto vtroque iudicio auertunt. Rubric. 12. Annot. vnic. num. 4. 193
Multa contra Hypochrisim. Rubric. 14. Annot. 4. num. 40. 256

I

Iactantia.

IActantia scientiæ, aut philosophiæ quàm periculosa? Qualiterque ea vtendum sit? Rubric. 2. Annot. vnic. numer. 12. 51
Iacob.
Iacob vt ab Isaac benedictionem præriperet & primogenium obtineret, qua vsus fuerit arte? Qualiterque in ea non interuenerit mendacium? Rubric. 14. Annot. 4. num. 5. & 33. 222. 234
Ignauia, verbo *Otium*.
Ignorantia.
Ignorantia iuris neminem excusat, culpa lata est, dolo comparata; crasque & supina, affectata reputatur. Rubric. 14. Annot. 5. num. 16. 25. & 64. 248. 249. 258
Sua cuique nocet, non alij, ibi. numer. 17. 24.
Iuris, an, & quando pro damno vitando excuset? ibi. num. 19. & seqq.
Iudicem deturpat. ibi. num. 71. 259
Inuincibilis, seu vincibilis quæ dicatur? d. Rubric. 14. Annot. 6. num. 6. 263
Iudicis plerumque est calamitas innocentis. Rubric. 15. Annot. 1. num. 3. in fine. 283
Ignorans ea quæ ad officium suum rectè peragendum necessaria sunt, quam contrahat culpam? ibid. num 34. 289
Ignoratio est humanitatis; Diuinitatis scientia. ibid. num. 42. 291
Ignoratio sui quam pernicios a? Rubric. 10. Annot. vnic. num. 1. & seqq. 161
Alia verbo *Propheta*, & verbo *Imperitia*.
Ignota.
Ignotum omne pro magnifico est. Rubric. 1. Annot. 7. num. 7. 43
Similia ex num. 4.
Illatio.
Illatio non fit à diuersis. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 38. 150
Impatiens, Impatientia.
Impatientia Potestati inimica penè semper est, & quod ipsa sentit, Potestas exequitur. Rubric. 14. Annot. 1. num. 22. 207
Alia verbo *Patientia*.
Impedire.
Impedire qui potuit suum damnum nec impediit, ipse sibi causa immediata & efficax videtur, volens pati, competenti sibi actioni aut iuri renunciare, gestisque consentire. Rubric. 14. Annot. 5. num. 13. 18. 25. 26. 27. & 64. 247. & seqq.
Imperator.
Imperatores olim sæpè ex agris vocabantur. Rubric. 15. Annot. fin. numer. 11. 307
Imperiale non est dicendi libertatem denegare. Rubric. 14. Annot. 1. num. 14. 205
Alia verbo *Regnare, Reges, Regna*, & infra, verbo *Imperium*.
Imperitia.
Imperitia Rectoris vt perfidia ipsi & Reipublicæ nocet. Rubric. 7. Annot. 1. num. 12. ad finem. 70
Imperitia culpæ annumeratur. Rubric. 15. Annot. 1. num. 37. 290
Ad quid teneatur male per imperitiam iudicans? ibi. & numeris seqq.
Imperiti nolunt discere, quia nunquam didicerunt. ibi. num. 2. in fine. 283
Alia verbo *Ignorantia*, & verbo *Iudex*,
Imperium.
Facultas imperandi incentiuum solet esse peccandi. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 12

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Imperium flagitio quæsitum nullus vnquam bonis artibus exercuit. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 8. 26
Nullum maius quàm impetare sibi. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 2. & 3. 53. 54
Malorum, fluidum, bonorum, nimis confortarum. Rubric. 3. num. 8 & 9. 56
Neque appetendum, neque abnuendum si dat imperium Deus. Rubric. 1. Annot. 3. n. 17. & seqq. 17
Est cura salutis alienæ, Rubric. 13. Annot. vnic. num. 17. 200
Est splendida seruitus, tantoque durior quanto plurium dominio subiecta. Rubric. 15. Annot. fin. num. 15. 16. & seq. 309. 310
Alia verbo *Regnare*, & verbo *Potentia*.

Importunitas.

Importunitas sæpè quod rogatur extorquet. Rubric. 11. Annot. 2. num. 18. 186

Impotens. verbo *Index.*

Imprudentia, verbo *Prudentia.*

Impudicitia.

Impudicitia conuentus amat. Rubric. 1. Annot. 3. num. 1. 9
Alia verbo *Pudicitia*, verbo *Luxuria*, verbo *Virginitas*, & verbo *Negligentia.*

Impunitas.

Impunitas quæ mala afferat, & producat? Rubric. 11. Annot. 1. num. 32. & sequentib. 178
Alia verbo *Correctio*, verbo, *Pœna*, & verbo *Vindicta.*

Incessus.

Incessus modestus, & appositus corporis motus maxime in Virgine & Iudice desideratur. Rubric. 1. Annot. 6. n. 1. & seqq. 41
Animi index est. num. 2. ibi.
Incompositus, animi leuitatem & imprudentiam demonstrat: sedatus magnanimitatem. num. 3. ibi.
In amorem & venerationem trahit. ibidem.
Sapienti viro modestior conuenit. num. 5. ibi.
Compositus esse debet sine affectatione & studio. ibidem, num. 6. 42
Increpatio verbo *Correptio*, & verbo *Terror.*

Indefinita.

Indefinita oratio quando æquipolleat vniuersali? Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 17. & seq. 146

Indignatio.

Indignatio Iudicis temperanda ratione, à contumeliaque vacare debet. Rubric. 14. Annot. 1. num. 22. 23. 24. & 25. 207. & seqq.
Nec frequens sit, nec à virtute dulcedinis aliena. ibi. num. 28. 209
Alia verbo *Correptio*, & verbo *Ira.*

Inditia, verbo, *Copia.*

Infamia.

Infamibus portæ sunt dignitatum præclusæ. Rubric. 9. Annot. 12. §. 4. num. 3. 152
An ante sententiam, declaratoriam saltem, à iure imposita incuratur? ibi, num. 11. & seqq. 153

Infidus.

Infidus fidei esse solet exactor acerrimus. Rubric. 7. Annot. 4. num. 9. &c.
Alia verbo *Fides.*

Inferior.

Inferior legem superioris tollere non potest. Rubric. 9. Annot. 6. num. 4. 108

Ingenia.

Ingenij pigri est contentum esse his, quæ ab aliis sunt inuenta. Rubric. 15. Annot. 1. n. 52. in fine. 295
Fauendum ingeniis est. ibid.
Alia verbo *Maiestas.*

Inhabilis, Inhabilitas.

Inhabilis redditus à lege ad officia seu beneficia an fructus ex eis perceptos ante quamlibet sententiam restituere teneatur? Rubric. 9. Annot. 12. §. 4. num. 17. & seqq. 154
An inhabilitas ad officia, beneficia, suffragiavè præstanda, ante sententiam, etiam declaratoriam, contrahatur? num. 18. & seqq. ibid.
Alia verbo *Priuatio.*

Inimicitia.

Inimicitiæ tarde suscipiendæ. Rubric. 9. Annot. 5. num. 5. 102
Alia verbo *Amicitia.*

Iniquitas.

Iniquitas si non odiatur, non diligitur perfectè Iustitia. Rubric. 11. Annot. 1. n. 27. 175
Nullum inter eas commercium, est. Rubric. 1. Annot. 1. num. 5. post med. 2
An à peccato differat? Quodque propriè contineat? ibidem.
Benignitatis obumbrata velamine, grauior magisque nocua. Rubric. 14. Annot. 4. n. 23. in fine, 128. & num. 40. 236
Incomitata residet. Rubric. 15. Annot. final. num. 26. 318
Alia verbo *Peccatum*, & verbo *Iustitia.*

Iniuria.

Iniuriarum occasio nasci non debet vnde iura nascuntur. Rubric. 14. Annot. 1. num. 13. 205. & Annot. 4. num. 22. 227
Iniurias non accipit, qui nescit. d. Rubric. 14. Annot. 1. num. fin. 221
Alia verbo *Correptio.*

Iniustitia, Iniustus.

Iniustitia nulla capitalior quàm eorum qui cum maxime fallunt, id agunt vt viri boni esse videantur. Rubric. 14. Annot. 4. num. 40. 236
Iniustus totus infœlix est. Rubric. 15. Annot. fin. num. 7. 303
Qui præter intentionem facit iniustum, iniustus non dicitur nisi materialiter. d. Rubric. 15. Annot. 1. num. 46. 292
Cum qualitatibus saltem expetitis, ibidem & à num. 41. cum seqq.
Iniusti miseri, & infœlices. d. Rubric. 15. Annot. fin. num. 2. & 7. 299. 303
Ignari sunt, & insipientes. Rubric. 7. Annot. 1. num. 12. 70
Alia verbo *Imperitia*, verbo *Restitutio*, verbo *Iustum*; *Iustus*, & verbo *Peccatum.*

Innocens, Innocentia.

Innocens qui ex actis nocens apparet, quibus modis liberari possit? Quique de eis egerint?

egetint? Rubric. 14. Annot. 5. num. 22. 219
Et in id alia per totam eam Annot.
Innocentia est, vbi non est nocendi voluntas. Rubric. 15. Annot. 1. num. 46. 192

Inquisitio.

Inquisitio fieri non debet contra non diffamatum. Rubric. 14. Annot. 4. num. 13. 214. & Annot. 5. num. 20. 248
Limitatur ibidem d. Annot. 5.
Quid si ad eam Iudex procedat, & reus confiteatur? ibi. num. 47. & d. Annot. 5. num. 18. & 20. 248

Insidiæ.

Insidiæ in bello iusto an licitæ sint? Et quare? Rubric. 14. Annot. 4. num. 10. & 44. 223. 238
An deceant? d. num. 44. ibid.

Intemperantia.

Intemperantiæ genus est, plus velle scire quam sit satis. Rubric. 1. Annot. 3. §. 2. numer. 5. 20

Intentio.

Intentio dat operi nomen. Rubric. 15. Annot. 1. num. 46. 192
Vbi & alia de intentione, & verbo *Animus*.

Interdictum, verbo *Censura*.

Interiectio.

Interiectio *Va* in litteris sactis æternam damnationem importat. Rubric. 7. Annot. 2. num. 3. 67. & Rubric. 14. Annot. 4. numer. 56. 242

Interpretatio.

Interpretatio stricta facienda est vbi de contrahenda obligatione agitur. Rubric. 9. Annot. 3. num. 12. 93
Optima est quæ ab aliis iuribus dimanat. ibi. Annot. 5. num. 16. 105
Benignior in dubiis facienda est. ibid. Annot. 12. §. 3. num. 14. 145. & §. 5. num. 11. 157
Quoties pro sententia ferenda fieri potest, pro lata facienda non est. ibid. num. 12. 158

Inuidus.

Iniustus est Iudex, qui inuidet, aut fauet. Rubric. 14. Annot. 8. num. 12. 273

S. Ioannes.

S. Ioannis parentes cur apud Lucam recenseantur: taceantur Eliæ? Rubric. 14. Annot. 8. num. 26. 276

Ira.

Ira quatenus deceat, dedeceatvè Iudices? Rubric. 14. Annot. 1. ferè per totam, maximè num. 16. & seqq. 206
Affectus naturæ est, non potestatis. ibi. n. 22. 207
Rationi committenda est, nilque ab irato agendum antequam concitata mens redeat ad tranquillitatem. ibi. n. 24. & seqq. 208
Qui iratus accedit ad pœnam, nunquam mediocritatem illam tenebit, quæ inter nimium & parum est. ibi. num. 25. 209
Commotionis tempore iustum omne putat, quod fecerit, & id rectũ videri vult, quod iudicauit, etiã crudelitet factũ. ibi. & n. 28.
Per iram sapientia perditur, vita amittitur, Iustitia relinquitur. d. numero 28. ibidem.
vbi multa alia in huius vitij detestationem remissiuè.
Ira furor breuis est. num. 25. ibid.
Fulmen est, vbi cum Potestate habitat iracundia. ibid.
Grauis, est magistra peccati? ibid. num. 29. 210
Sæpè obtentu Iustitiæ, mentem vastat. d. Rubric. 14. Annot. 1. num. 31. 211
Omnibus in rebus repudianda est, à Iudicibus maximè. num. 33. ibi.
Rationabilis in Iudice expedit. ibi. num. 29. 210
Ex charitate amore Iustitiæ, & prudenti zelo ibi. num. 30. & seqq. 211
Quos pariat effectus? ibi. d. num. 29. 210
Irati descriptio. ibidem.
Ira Dei est iusta vindicta, & delinquentium pœna. ibi. num. 32. 211
De sententia lata per iracundiam, verbo *Sententia*.
De cõtractu facto per eam. verbo *Contractus*.

Irregularitas.

Irregularitatis pœna secum executionem trahit, neque declaratoria sententia eget. Et quare? Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. n. 24. 147

Irreprehensibilis.

Irreprehensibilem quem existere, penè contra naturam est. Rubric. 1. Annot. 1. num. 12. 4
Qua ratione irreprehensibilem Episcopum Apostolus desideret? num. 13. ibi.
Alia verbo *Index*, & verbo *Perfectio*.

Irritare, Irritatio.

Irritare, & Prohibere, an & quatenus differant? Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. num. 24. 147
Irritio actis à lege facta, pœna est, in odium contrauentionis. Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 40. 142

Iter verbo *via*.

Iudex.

Iudex omni ex parte perfectus omnium virtutum & animi dotium splendore ornatus, mente & corpore integer, quoad humana fert natura, esse debet. Rubric. 1. Annot. 1. à num. 1. per totam. 2 *Perfectio.*
Sanctus, optimus, irreprehensibilis, & longè cæteros antecellere. Rubric. 7. Annot. 1. & sequenti per totam. 67
Dei minister. num. 1. ibi.
Timorem Dei ante omnia præseferre debet. ibid. num. 6. & seq. 68
Hominum exuere. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 5. & seq. 197
Est Iustitia ipsa animata, d. Rubric. 1. Annot. 1. num. 5. 2. & d. Rubric. 7. Annot. 1. n. 11. 69
Vir bonus in iure nominatur. Et quare? d. Rubric. 1. Annot. 1. num. 8. & 14. 4. & Rubric. 14 Annot. 4. num. 17. 215
Dij Iudices appellantur: & Deus pro Iudice accipitur in litteris sactis. d. Rubric. 7. Annot. 1. num. 2. 67
Apud Ethnicos pro Diis, habiti sunt, num. 3. ibi.
Quasi cœlites esse debent. ibi. numer. 10. 68

Index Rerum,

In iure sacerdotes nominantur. Et quare? n. 9. ibidem.

Virginitas, Castitas. Virginitatis, castitatis & pudicitiæ cultor acerrimus esse debet. Quamque in Iudicibus maxime sit pernicioſa luxuria? plenè d. Rubric. 1. Annot. 2. à num. 1. cum ſequentib. 5

An, & qualiter pro delictis carnis puniantur? ibi. num. 20. & 21. 8

Secessus, & iterum infra. E ſeceſſu ſuo rogatus & perquiſitus, quaſi è latebris ad forum iudicialeque munus extrahendus eſt. Rubric. 1. Annot. 3. num. 2. & 5. 9

Quem amare ſeceſſum, quamque vitare frequentiam debeat? ibi. Annot. 7. per totam. 42

Ambitio. Tot debet qualitates habere, in eoque deſiderantur, vt ſalua humilitate nemo ſe muneri huic dignum ſufficientem & aptum reputare valeat. d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 5. num. 4. 34

An honeſtè munus deſideret non vt præſit, ſed vt proſit, etiam ſi ſecundario & minus principaliter illud ob honorem & fructus optet? num. 5. & 7. ibid.

Quid ſi euidens neceſſitas immineret, neque adeſſet qui aſſumere vellet onus, aut idoneus non reperiretur? num. 6. ibi.

Virtus, Vitium. Verba, Sermo. Affabilis, & infra verb. *Egreſſus.* Virtutes & vitia Iudicum in aperto ſunt. d. Rubric. 1. Annot. 4. num. 3. 35

Non niſi ponderoſa & neceſſaria verba in gratia ſale condita profetre debet Iudex, eſſeque tardiloquus. d. Rubric. 1. Annot. 4. num. 4. & 5. 35. 36

Sermone affabilis, & acceſſu facilis populi gratiam comparat. ibid. Annot. 7. num. 10. 43

Cultus, Habitus, Inceſſus. Quo vti debeat cultu? d. Rubric. 1. Annot. 5. per totam. 37

Quo inceſſu & corporis motu? ibi. Annot. 6. per tot. 41

Dignitatem ſuam augere debet. ibid. Annot. 7. num. 6. 43

Secessus, Egreſſus. Criminoſos conquirere debet, ditionem ſuam luſtrare, ſtatis horis foro aſſiſtere, facilem & benignum aditum litigantibus præbere, & adhuc in ſe ſecedere, & facere de turba ſecretum cum in turba eſſe cogitur. d. Rubric. 1. Annot. 7. num. 9. & 10. 43

Antiquitùs Iudices in portis ciuitatum morabantur. ibidem num. 11. 44

Formidabilis & infra. Gratia, Gloria. An & quatenus formidabilis Iudex eſſe debeat? Num omnibus placere valeat ant prudenter ſtudeat? Rubric. 1. Annot. vnic. per totam. 45

Aſpectus, Vultus. Solo aſpectu veritatem explorat, & diſſipat omne malum intuitu ſuo. num. 2. ibi.

Decor Iudicis eſt, non ſine timore aſpici: indecens illum ſubmiſſio auræ cupida popularis dehoneſtat, fœdat. numer. 3. ibid.

Pati contemnereque maledicta decet. ibi, n. 7. & ſeqq. 48

Maledicta, Odium. An ſatis ſuæ famæ conſulat vanæ gloriæ cupidus, & is quem nullus odit. ibid. numer. 12. 51

Malis formidabilem, bonis humanum, mitem, placidum, vereque parentem ſe exhibeat. ibi. num. 13. 52

Vitia ſua prius corrigat vt emendet, aliena. In ſe prius lynceos oculos conuertere debet, in ſubditos inde. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 2. & ſeqq. 53

Prius contra ſe, deinde contra malos erigatur. ibid. vbi in id multa, d. num. 2.

Non aliam de ſua cauſa, aliam de aliena ſententiam ferat. ibi. num. 5. 55

Oculus. Bonus Iudex per oculi patentis hieroglyficum apud Ægyptios ſignificabatur. ibid. num. 8. 56

Eos qui ad præfecturam mittebantur, *Regium Oculum* quidam appellabant. ibid.

Non magis auritus quàm oculeus eſſe debeat? d. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 12. ibid.

Sol, Argus ipſe, imò totus oculus eſſe debet. ibi & num. præcedent.

Temperatè, modeſtè, ac placidè oculorum aciem intendat, nihil detrahens maieſtati, nil attrocitati permittens. ibi. num. 14. 56

Humilitas, Superbia. Quatenus humilis eſſe debeat, & ſuperbiam fugere? Rubric. 4. Annot. vnic. per totam. 57

Superbus ſibi ipſe dedecus & infamiam irrogat, ſuique detegit vilitatem. ibi. num. 5. & ſeqq. 59

Qui factum in ſublimitate caſtigat, docet ſe meruiſſe quod adeptus eſt. ibid. num. 10. 60

Superbus apoſtaſiæ crimine inuoluitur. numer. 12. ibi.

Nobilitas. Triſtitia. Grauitas. In medio ſedens, & infra. Bonis debet eſſe natalibus. num. 9. ibidem.

An & quam oſtendere triſtitiam debeat? Rubric. 5. Annot. vnic. per totam. 61

An grauis, & qualiter eſſe debeat? Rubric. 6. Annot. vnic. per tot. 64

In medio ſedens appellatur. ibi. num. 1. in fine, & Rubric. 14. Annot. 8. num. 13. 273

Signum ad ſagittam. Sancti, verb. Perfectio *infra.* Quaſi ſignum poſiti ſunt ad ſagittam. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 6. 47. & Rubric. 7. Annot. 2. num. 7. 75

Qui boni & iuſti non ſunt, nomini non reſpondent. d. Rubric. 7. Annot. 1. num. 11. 69

Criminoſus. Criminoſus aut in peccato mortali exiſtens an Iudex eſſe poſſit? Rubric. 7. Annot. 3. per tot. 76

Facilius à iudicando quàm teſtis à teſtimonio repellitur. ibi. num. 4. 77

An & quatenus id procedat? ibid. num. 17. 79

An & quando officio durante accuſari poſſit? num. 18. remiſſiuè. ibid.

Criminoſus eodem vel maiore crimine implicitus alium iudicans ſeu condemnans, an mortaliter peccet, aut liceat illi abſque noui reatus crimine alium iudicare, vel etiam debeat? d. Rubric. 7. Annot. 4. per tot. 79

Quid facere debeat exiſtens in publico ſcandaloſo peccato alium eiuſdem criminis reum condemnaturus? ibid. num. 7. 80

Seueritas. Recuſatio. An & quatenus ſeueritatem preferre debeat? Rubric. 8. Annot. vnic. per totam. 81

An propter nimiam ſeueritatem à iudicando

cando tepelli possit, sitque ob eam recusationi obnoxius.ibi.num.3. 82

Corruptio Dona. Incorruptus sit omnino oportet. Rubric. 9. Annot.1.& seqq. 84

Munerum acceptor equus & mulus redditur. d.Annot.1.num.1 - ibid.

Quibus afficiatur pœnis? ibi. Annot. 2. per tot. 87

Quid iurare in officiorum ingressu iubeatur? ibi.num.15. 90

An à consanguineis vel affinibus, à quibusque & quando munera licite recipere valeat?d.Rubric.9. Annot. 3. per totam. 91

In dubio an consanguinitatis,vel officij ratione datum seu receptum videatur ? ibi. num.24. 94

An ab amicis licitè munera recipere possit ? d.Rubric.9.Annot.4.per tot. 98

An in parua saltem quantitate?ibi.Annot.5. per tot. 101

Post nouiora iura an esculenta recipere valeat?d.Annot.4.num.18. 100

Iustitiam vendens, quantumuis paruo pretio,an simoniæ vitium contrahat? ibi. d. Annot.5.num.1. 102

Vltra salarium & sportulas taxatas an quidquam exigere vel recipere valeat?ibi.num. 3.13.& seqq. 102.104.& seq.

Statuta.Consuetudo. Iuramentum. Qui statuta seruare iurauit,ad eorum obseruantiam, quæ contraria consuetudine abrogata sunt,non astringitur. d. Rubric. 9.Annot.6.per tot. 107

Qui rectè iudicat,& præmium remunerationis spectat, fraudem in Deum perpetrat. ibi.num.5. 108

Ob spem solam aliquid consequendi, repetundarum crimine inuoluitur.num. 7.ibi.

An à subditis quibusque, præter exceptos, munera recipere prohibeatur?d.Rubric. 9. Annot.8.per totam. 114

Notorium. Iudex in sua causa. Recusatio. In notoriis qui iudicat,non tam Iudex quàm executor habetur.ibi.num.6. 116

In notoriis an possit in propria causa iudicare,insèque commissum facinus vindicare? ibidem.

In notoriis recusari non potest. ibidem.

Mutuum. Corruptio item.Dona. An à subditis licitè mutuum recipiat, vel mutuum det?d.Rubric.9.Annot.9.per tot. 117.

An ab alterius ditionis forivè hominibus in qualibet quantitate dona munerave recipere possit?d.Annot.9.per tot. ibid.

Quoad alterius ditionis homines, priuatus iudicatur.num.2. ibid.

Territorium. Iurisdictionem contentiosam extra territorium suum exercens qualiter puniatur ? num.3. ibid.

Non subditos iudicans,vsurpansque iurisdictionem letaliter peccat. Et an & quando ad restitutionem teneatur ? num.4. ibidem.

Alia in id verbo *Iurisdictio.*

Negotiatio. Negotiari an prohibeatur cum alterius ditionis hominibus ? d. Rubric. 9. Annot. 9. num.5.6.& 12. 117.& seqq.

Quibusque aliis in casibus?ibid.& num. 13. 118

Quid cum subditis,si perpetuus, vel ad placitum Iudex sit?num.11. ibi.

An post sententiam,vel officium saltem depositum munera accipere possit ab iis,qui coram ipso litigarunt?d.Rubric.9.Annot. 10.per tot. 119 *Expensa. Stipendia.*

Delegatus an post officium finitum aliquid à litigantibus sine crimine accipiat ? ibi. num.14. 121

An,quando, & quare aliquas expensas recipere posse,ordinarius nequeat ? ibid.

Repetundarum crimine irretitus, quibus pœnis implicitus extet?d. Rubric. 9. Annot.11. per totam, præcipuè numer.13. 122

Sportulas indebitas, vel in plus quam debeatur extorquens, qualiter puniatur ? ibid. num.28. 125

An & quando ad restitutionem eius, quod in officio præter salarium stipendiaque debita recipit,teneatur?ibid.Annot. 12. per tot. 125

An & quando maiora stipendia quàm constituta sunt per el Arancel recipere licitè valeat?ibid.num.12.14.& 15. 127

Restituere an debeat sponte donata? ibid. n. 16.& seqq. 128

Qui aliquid gratuitum accepit an ad restitutionem eius ante sententiam in conscientiæ foro teneatur?d.Rubric.9.Annot.12.§. 2.per tot. 132

An conuentionis, vel iuramenti virtute accepta munera debeat restituere?ibi. n. 25. 136

Dominium & possessionem suo solo iussu transferre non valet.d.Rubric. 9. Annot. 11.§.3.num.4. 144 *Dominium. Possessio.*

Quatenus fugere vitareque adulationem debeat?Rubric. 10. Annot. vnic. per totam. 160 *Adulatio.*

Qualiter aduersus assentatorum ictus se defendere & præmunire,debeat?ibid.num.2. & seqq. 161

Quos debeat vitare,quibusque obsequi? ibi. num.7. 163

Non solum mendacibus laudatoribus credere non debet,sed nec sibi ipsi ex integro cum mens blanditur,quæ sæpè de se ipsa mentitur.ibid.num.8. 164

An & quatenus misericors esse debeat aut possit,legumque seueritatem lenire ? Rubric.11.Annot.1.per totam. 166 *Misericordia. Clementia. Princeps.*

Princeps appellatur.num.2. ibi.

Non debet se clementiorem ostendere Lege: nec de legibus iudicare, sed secundùm eas stateram in manu habens dexteram aut sinistram non declinans: nihil ex arbitrio suo faciens, nec propriæ indulgens voluntati.ibid.num.12.cum seqq. 169. & n.36. 181

Iuramenti Religioni ad id arctatur.d.Rubric. 11.Annot.1.num.14. 169

Inscij ignarique iuris ad æquitatem pleraque referunt.ibid.num.15. 170 *Æquitas.*

Quam debet seruare Iudex ? ibid. & num. seq.

Qualiter puniatur qui vel pœnas legibus designatas remittit, vel leniores imponit. *Infra verb. Restitutio.*

imponit, d.Rubric.11.Annot.1. num.16. & seqq. 170

Curare debet vt quantum minus potest, de lege peteat: & si in aliquam partem declinandum est, in benigniorem inclinet. ibi. hum.24. 174

Qualiter & quando ad punitionem debeat peruenire? numero 25. ibid.

Pater, Pastor. Patentis, Pastorisque vicem gerere debet. ibid.num.27. 175

Cum Iustitia misericordiam misceat.d. Rubric.11.Annot.1.num.37. 181

Promptior esse debet ad absoluendum quàm condemnandum.ibid.num.26. 175

Dolenter pœnam imponere debet, ex ossa habens maleficia, non homines. numer. 27. ibid.

Odium. Vindicta. Iustè & secundùm leges iudicans, gaudens ex odio, an & quam culpam contrahat? ibid.num.28.29.& 30. 177.178

An vindictæ animo licitè pœnas à delinquentibus sumat? ibi. & num.31. 178

Affectus ad Iustitiam. Violatio legum. Quem ad Iustitiam debeat affectum habere? ibid.d.num.30.& Rubric.15. Annot. 1. n. 46.& 47. 292

Plus cæteris in legum violatione delinquit. d.Rubric.11.Annot.1.num.36. 181

Iniquitatis vltionem inter splendidiores triumphos numeret. ibidem.

Crudelis. Crudelis officio priuari potest, numer. 37. ibid.

Amicitia. An amicitiæ ratione pœnam minuere valeat? d. Rubric. 11. Annot. 2. per totam. 182

Prouincialis. Esse prohibetur in ea prouincia cuius existit Prouincialis; oriundus est, in qua larem constituit, domicilium habet, vxorem vè duxit. Et quare? ibi, num. 10. & 12. 184.185

Quid apud Chinenses & Indos? ibidem.

Falsa alla. Ex falsis actis, rationibus seu allegationibus sententiam latam an possit idem Iudex reuocare? d.Rubric. 11. Annot. 2. num. 17. 186

Arbitrium. In arbitrariis pœnas iuxta animi sui motum valet temperare.num.18. ibid.

A solito in arbitrando recedere non debet. ibi.num.23. 187

Pœnam temperaturus de Maioribus Magistratibus esse debet. numero 23. ibidem.

Maiores Magistratus. Qui Maiores Magistratus dicantur? ibi. n. 25.26.& 27. 187.188

Mulcta. Mulctam indictam ex causa remittere potest. ibi.num.29. 188

Et an pœnam Fisco applicatam? ibidem.

Pœnam non imponens, aut mitiorem vel rigidiorem quàm Lex præfinit infligens, an ad restitutionem teneatur? Rubric. 11. Annot.3.per tot.189. & Rubric. 15. Annot.1.num.30. 189

Restitutio ex mitiori vel rigidiori sententia. Victum ad partis petitionem non condemnans, an & quando ad restitutionem teneatur? d.Annot.3.num. 4. 189

Non tenetur ex iustitia commutatiua contra delinquentem procedere, sed ex iustitia legali.ibid.num.8. 190

An inexorabilis esse debeat, & precibus nullatenus moueri aut inclinari? Rubric. 12. Annot.vnic.per totam. 195 *Inexorabilis Precer.*

Vultum legis induere debet.num.1. ibi.

Etiam in arbitrariis accidentibus causæ alligatus est, neque pro voluntate arbitrium habet.ibid.num.14. & 15. 194

Quam potentiam vi & maiestate præsefere debeat? Rubric.13.Annot.vnic. per totam. 195 *Potens, Impotens.*

Pusillis leuamen præstet: superbis, potentibusque incutiat timorem. ibi. num. 3. & seqq.num.8.& 10. 196.& seqq.

Impotentem se ad resistendum potentioribus agnoscens,& iudicandi muneri se ingerens, mortaliter peccat, præstatque ille obedire quàm impetare.ibid.num.5. 197

Pro gloria si contemptum, pro amore reportabit odium.ibid.num.6. 198

Et locum perdet.ibid.num.9. 199

An excusetur tyranni metu sententiam proferens iniustam, quam alias non proferret? ibi.num.14. 200

Propriam vtilitatem negligere debet, amare communem.num.17. ibid. *Vtilitas publica.*

Quibus & qualiter terrorem incutere, quos increpare, quorumque impatiens esse debeat, aut possit? Rubric.14. Annot. 1. per tot. 202 *Terror, Patiens.*

Nomen Iudicis, terribile. verbo *Nomen.*

Increpare.reprehendere & irasci quandoque Iudicem decet,& necessum est; sine iniuria tamen.ibi.num.16.& seqq. 206. præcipuè num.24.& 29. 208.210

Mitis & humanus quatenus qualiterque esse debeat? ibid.per tot.præcipuè num.14. & seqq. 205 *Mitis, Humanus.*

Non ex abrupto ad punitionem, vel ad causæ decisionem feratur, obiiciendi respondendique præstita patientia, toto negotio perspecto, etiam si quædam supervacuè dicantur num.14. ibi.

An recusati ob increpationem possit? d.Rubric.14.Annot.1.n.22.& 23. 207. 208

Verbo aut facto iniuriam subditis inferens, maiorem quam alius pœnam incurrit.ibidem.

Nec sit nimis terribilis; nec benignitate dissoluta.num.21. ibi.

Quatenus veritatem colere & amare debeat? d.Rubric.14.Annot.2.per tot.212.& Annot.4.num.1.& seqq.221.num.17.& seq. 225.& num.24.& 25. 228 *Veritas, scientia particularis.*

An secundùm allegata & probata, vel secundùm veritatem, quam priuatim nouit, iudicare possit vel debeat? ibi.Annot.3.per tot. 216

Veritati debet adhærere, sed ei, quam secundùm ius agnouit.ibi.num.4.& seq. & Annot.seq.num.11.& 45. 224.239

Num arte, fraude, vel dolo veritatem extorquere, aut immunitatem reo vt eam fateatur promittere possit, & adimplere promissum teneatur, vel promissione non obstante sic confessum reum iure punire valeat? Rubric.14.Annot.4.per totam. 222 *Dolus, Fraus, Calliditas. Vultus.*

Qualiter animi motum vultu regere debeat?

Qualiter

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Qualiterque ante sententiam votum pandens teneatur?ibi. n.2.& 29. 222.251
An præter scientiam & sapientiam,astutia & sagacitate prædictum esse Iudicem oporteat & ad quid?ibi.n 8.& 41. 225.237
Inquisitio. Ad inquisitionem contra non diffamatum, & non data inditiorum seu probationum copia,an nequeat procedere ? ibi.n. 13. & 47. 234.240

Alia in id verbo *Inquisitio.*

Simplicitas. Nullo modo fallax, sed omnino simplex & rectus esse debet.ibi.n.17.& seqq.& n.24.& seqq. 225.228
Fides. Promittendo immunitatem, quam seruare non intendit,grauiter peccat. d. Annot. 4. n.20. 227
Iudicis verbo nemo decipi debet.numer.22. ibi.
Iustitiæ capax non est, veritatis extraneus. ibi.n.24.in fine. 228
An fidem datam reo, qui ad Ecclesiam confugit,si exeat,seruare debeat? ibi.d.n.22. n. 53.& 54. 241
Immunitas. Extrahens reum per vim ab Ecclesia,promissione aut doloris verbis ad exitum inducens,an ad damnorum inde euenientem restitutionem teneatur?n.55- ibi.
Secularis retinens Clericum, nec suo Iudici remittere volens ad interesse partis & iudicis cui remissio fieri debebat,tenetur.d.Rubric.14.Annot.4.d.n.55. ibid.
Ordo iuris. Confessionem fraude dolovè extorquens contra vel præter iuris ordinem inquirendo,testes aut socios criminis sic interrogando,an ad damni ea ratione prouenientis restitutionem teneatur?d.Rubric.14. Annot. 5.per tot. 246
Inferior præter aut contra iuris ordinem crimen extorquens an infligere pœnam Legis pro eo impositam debeat, aut processum errorem vt emendate valeat?ibi.n.3.33.39. & sequentib. 246.251.252
Indebitè reum interrogans ad restitutionem damni ex tali confessione,an teneatur?ibid. d.num.3.15.& seqq.23. & seqq. 246. 247. 249
Restitutio & infra. In iudiciis & in his, quæ ad eius officium pertinent, omnia ritè & rectè facere præsumitur.n.24. ibi.
Non modo potest sed debet, parte maximè petente,inordinatum emendare processum, in debitumque statum reponere.d. Rubric. 9.Annot.5.n.27.& 33. 250.251
An ad restitutionem teneatur propter errorem in aliquo iuris ordine in quo Princeps potest dispensare? ibi.n.36. 252
Ante diffinitiuam sententiam saltem ? ibi. n. 40.42.& 45. 253
Quando etiam post diffinitiuam ? num. 44. ibid.
Ex inordinato processu iudicare non astringitur.d.Rubric. 14. Annot. 5. numero 39. 252
Petitam à reo indiciorum seu probationum notitiam præstare debet, non etiam processus informatiui copiam. ibi. num. 30. 251
Copia probationum. Qui denegata inditiorum seu probationum notitia à reo petitam, illum cogit indebitè respondere, ad quid teneatur ? numero 32. ibi.
Si ex inordinato processu ad sententiam deuenit,quid facere possit qualiterque illum terminare ? d.Rubric.14.Annot.5.num.41. 253
Liberè procedere valet in causa in qua ab interloquutionibus appellatum est,si earum errorem aut grauamen tollat, appellatione non obstante ; nisi talis sit error de quo possit meritò dubitari.n.42. ibi.
Inordinatum processum non emendans ad partis petitionem, ad quid & qualiter teneatur?Ad quid etiam si emendet ? ibi. n. 45. 254
Restitutio. Ad quam hodie solemnitatis obseruantiam iudiciarij ordinis astrictus sit, vel non ? Ad quidvè ex non obseruantia teneatur ? ibi.n. 49.& seqq. 255
Iniquè iudicans an ad expensas & damna in interiori & exteriori foro parti teneatur ? d. Rubric. 14. Annot. 5. numero 54. 256
Ex quo dolo vel metu, ad restitutionem teneatur per dolum vel metum confessionem extorquens.n.5.55.& seqq. ibi.
Male iudicta. Restitutio. An qui contra ius sententiam protulit, litem suam faciat, proquè interesse in syndicatu possit conueniri,tametsi pars grauata non appellet,& in rem iudicatam sententia transierit?d Rubric.14.Annot. 5. num.57. 256
Quid si pars appellet, appellationem tamen deferat, seu pendeat appellatio aut sententia confirmata à superiore sit? ibid.
Siue bene,siue male diffinitiue pronunciando functus est officio suo, desinit esse Iudex, nec sententiam emendare potest.ibi. n. 62. 257
Quandoque bene latas sententias in peius per appellationem superiores reformant. ibidem.
An ex processu inordinato per sordes, æquè vt ex sententia per sordes lata obligatus existat Iudex in interiori & exteriori foro ? d. Rubric. 14. Annot. 5. numero 66. 258
Approbatio expressa sententiæ latæ, cuius approbans fuit ignarus an à restitutionis obligatione in exteriori aut interiori foro Iudicem liberet. ibid.
Et quid si per impetitiam solum iniusta sententia lata sit? ibid.
Ordo iuris. Qui inordinate se in processu gessit, non ob sordes, sed inordinato quoque iustitiæ zelo,vindicandique crimina,an excusationem aliquam interiori & exteriori foro habeat?ibidem,n.67. 258
Interrogatio de sociis. De consociis in casibus non exceptis interrogare non potest reum Et an interrogando peccet,& ad restitutionem socio teneatur damni ex confessione socio prouenienti?d.Rubric. 14.Annot.5.n.68.& seqq. 259
In criminibus exceptis tenetur in conscientia reum de consociis interrogare. n. 72. ibi.

Et an non interrogando, ad restitutionem teneatur? ibidem.
Cur in his interrogare debeat? ibi. num. 73. 260
Reum de consociis interrogans in casibus non exceptis, si is socium reuelet, sit ei ad restitutionem obligatus? d. Rubric. 14. Annot. 5. n. 69. & 71. 259
Rempublicam & partem representat. n. 72. ibid.

Conscientia.

Qualiter secundùm propriam conscientiam iudicare debeat? Rubric. 14. Annot. 6. per totam. 262
An in opinionum conflictu seu æqualitate, quam velit opinionem sequi possit, vel minus probabilem contra propriam opinionem, quàm probabiliorem putat? Et quid in æquali, vel efficaciore probatione? d. Rubric. 14. Annot. 7. numero 10. & seqq. 266. & Annot. 8. numero 7. 25. & 30. 271. & seq.

Amicus. Gratia. & infra proximè.

An in opinionum varietate gratificari amico possit, proque illo sententiam ferre? d. Annot. 7. num. 13. 267. & d. Annot. 8. per tot. 270
Quando ad compositionem partes compellere possit? d. Annot. 7. num. 13. remissiuè. 267
An & quatenus expediat iudicem habere benevolum? d. Annot. 8. n. 5. 20. 30. & seq. 271. & seqq.
An secluso iure positiuo, soloque naturali attento, iniuriam vel iniustitiam, faciat qui aliquid accipit vt in opinionum varietate, cumque Iudici liberum est opinionem eligere, in aliam inclinet? num. 7. ibi.

Medium inter litigantes.

Cur *Medium* inter litigantes dicatur? ibid. n. 13. 273

Arbitrium.

Quoad iustitiam commutatiuam, pœnam pecuniariam pro delicto à lege determinatam, partisque interesse, arbitrium non habet vt aliquid ob gratificationem vel gratiam detrahere vel concedere valeat. Rubric. 14. Annot. 8. n. 19. 274
Neque in iudicio in quo de iustitia distributiua agitur, licet arbitrium Iudici datum sit, iuxta modum saltem ibi taxatum. ibidem.

Amicus.

Personam amici ponit, cum Iudicis induit. Exemplisque monstratur. ibid. numer. 27. 276
Personam amici non exuet, vt ambiciosè inimici induat. ibid. n. 29. 278
An honestè se in amici causa excuset? n. 29. ibid.
In præparatoriis ad sententiam, interminis, vel tempore ad eam, peroratione, vel similibus, an gratificari amico possit, & alteri concedere, quod alteri negat. ibi, num. 3. & seqq. 270

Studium. Labor. Opinio.

Qualiter studio litterisque vacare debet? Quam iuris habere peritiam? Quam in litibus discutiendis & terminandis diligentiam adhibere, & opinionem sequi? Rubric. 15. Annot. 1. per tot. 282
Quare librorum cumulo circunstante pingatur? n. 1. ibi.
Nullum tempus vacatum à labore, litteraturmque exercitio habere debet, sed esse librorum inseparabilis comes. ibi, & num. 8. 284

Festinatio. Deliberatio.

Doctissimos & studiosissimos Iudices esse oportet. ibi. n. 3. 282
Nil præcipitanter aut impronida festinatione facere debet. ibi. n. 10. & seq. 284
Curare debet vt breuem, bonumquè lites recipiant finem. d. Rubric. 15. Annot. 1. n. 13. 285
Intra quod tempus diffinitiuè vel interlocutoriè pronunciare debent superiores, inferioresquè Iudices? ibid.
Quanto tempore iuri operam dare debuerit futurus Iudex? ibid. n. 9. 284
Sapientia, scientiaque pollere debet, vt versutias aduocatorum refellat, fallacias pandat, cauillationes propellat, disputatione, si opus est, conuincat. Rubric. 14. Annot. 2. n. 11. & 12. 214
Duos sales habere debet, scientiæ & veritatis. ibi. n. 14. 215
Sapientiæ & Conscientiæ. d. Rubric. 15. Annot. 1. n. 5. 283

Prudentia. Imprudentia.

Prudentia pollere debet. d. Rubric. 14. Annot. 4. n. 8. 223
Ex imprudentia quasi ex delicto tenetur. d. Rubric. 15. Annot. 1. n. 16. 286

Negligentia. & infra proximè. Restitutio.

Negligens in administranda iustitia an faciat litem suam, & ad totale partis interesse teneatur? d. Rubric. 15. Annot. 1. n. 18. & seqq. 286
Peritus, qui quia materiam studere, librosquè reuoluere neglexit, iniustam sententiam protulit, ad restitutionem in conscientiæ foro tenetur. ibi. n. 19. 287

Dolus.

Qui per dolum iudicat, litem suam facit, ad totale partis interesse tenetur, mortaliter peccat, & ad restitutionem obligatus existit. n. 31. & 33. ibi.
An grauius delinquat Iudex negligens (& sic in omittendo) quàm in committendo, per imperitiam male iudicando? ibi. n. 23. 287
Ex dissoluta negligentia syndicatur & punitur. Quidque ex leui, de iure & consuetudine? Rubric. 15. Annot. 1. n. 26. 288
Et quæ in Iudice dissoluta negligentia sit? n. 27. & seqq. ibi.
Non tenetur impartiri officium suum non requisitus. d. n. 27. ibid.
Rite & recte omnia Iudicem executurum Ius confidit. ibi. n. 31. 289

Imperitus. Restitutio.

Sic imperitus & iudicandi muneri insufficiens, vt verisimile sit aliquid inde notabile detrimentum proximo euenturum. illud acceptans, indignitatis suæ conscius, acceptando, & retinendo mortaliter peccat, & ad restitutionem damnorum inde secutorum tenetur. n. 35. & seq. ibid.
Male per imperitiam iudicans, quasi delicti reus est. Et an, quando, ex quavè imperitia litem suam faciat, ad totale interesse, vel pro iudicantis religione teneatur? d. Rubric. 15. Annot. 1. numero 37. & seqq. 290
Qualiter puniatur per imperitiam absque dolo male iudicans, sententiamque exequens in

In causa capitali? ibid. n. 40. 291
Pro sententia nulla executioni non mandata qualiter & ad quid teneatur? num. 41. ibi.
Diligentia. Mediocriter peritus, qui in facto iureque discutiendo congruentem diligentiam adhibuit, veritatis attingendæ desiderio, & adhuc humana fragilitate erauit, iniustamque sententiam protulit, vel pœnam alias non relaxandam relaxauit, an in interioti & exterioti foro excusatus sit, nec ad restitutionem teneatur? num. 42. & seqq. ibi.
Quam debeat diligentiam adhibere, vt etiam si erret, à peccato & restitutionis obligatione liberetur? ibi. n. 45. 292
Qui iudicat ex amore iustitiæ, etsi præter intentionem iniustè iudicet, an contra iustitiam iudicare, aut iniustus dicatur? ibid. n. 47. 293
Opinio communis. Communibus opinionibus adhærere debet. Rubric. 15. Annot. 1. n. 48. 293
Limita & intellige vt numero 51. & seqq. 294
Contra communem iudicans an in syndicatu teneatur, litem suam faciat, & ad partis interesse obstrictus sit? num. 50. & seqq. ibi.
Ingenio & inuentioni suæ nimis confidere non debet, maximè aduersus communem. Quidque cum sibi communis opinio displicet agere debeat? ibi d. n. 48. & seqq. præcipuè n. 53. 295
Non tam aliorum opinione quàm sua iudicare debet. ibi. d. n. 51. 294
Præmium. Meritum. Quibus præmiis boni Iudices afficiendi sint? Quibusque pœnis mali? Rubric. 15. Annot. fin. per tot. 298
Boni, *Beati* appellantur. ibi. n. 2. 299
Quale bonorum Iudicum sit meritum? Et an Religiosorum merita æquet, vel etiam superet? ibi. n. 3. & seqq. 300
Pericula. Cautæ. Quanta sint Iudicum pericula? ibi. n. 7. & 8. 303. 304
Etiam si optimè cesserit, serui sunt. ibid. n. 15. 309
Tanto eorum seruitus deterior, quanto plurium subiiciuntur dominio. ibid. n. 17. & 18. 310. 311

Iudicia.

Qualia iudicia sunt in ciuitate, talis est totius ciuitatis status. Rubric. 9. Annot. 1. num. 2. 86
In iudiciis omnia solemniter acta præsumuntur. Rubric. 14. Annot. 5. num. 14. 249
Iudicium suis solemnitatibus carens valet, si à parte non opponantur. ibi. numero 48. 254
Iudicia iusta & recta, quæ? Rubric. 11. Annot. 1. n. 28. 177
Recta, quæ desiderent? ibi. n. 30. 178
Alia verbo præcedenti, verbo Sententia, verbo Celeritas, & verbo Vsurpatio iudicij.

Iudith.

Iudith laudatur non quia mentita sit Oloferni, sed propter affectum, quem habuit ad salutem populi. Rubric. 14. Annot. 4. n. 33. 234
An à mendacio excusetur? ibidem.

Iulius Cæsar.

Iulius Cæsar causam audiens in iudicio, longum cum veterano litigatore sustinuit sermonem. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 6. 26.
Quid ille vitio versum, notatumque? Rubric. 7. Annot. 1. n. 1. 67

Iupiter.

Iupiter vnde à Gentilitio post vitæ finem Deus creditus & habitus est. Rubric. 15. Annot. fin. n. 1. 298

Iuramentum.

Quid Iudices in officiorum ingressu iurare iubeantur? Rubric. 9. Annot. 2. numero 15. 90
Iuramentum debet in specifica forma seruari. ibi. Annot. 3. n. 27. 96
Simpliciter generaliterque probatum, secundùm ius, illiusquè restrictionem seu limitationem interpretandum & intelligendum est, secundumque naturam actus cui apponitur. ibi. n. 30. 97
Non acerbè, aut amarè accipiendum est, intelligendumve per illud immodice quem obligare se velle. n. 31. ibi.
Generaliter præstitum, restringendum est quantum fieri potest vt minus obliget iurantem. n. 32. ibi.
Generaliter præstitum intentione obligandi se in omni quidem obligatur. d. Rubric. 9. Annot. 3. n. 33. ibid.
A Iudicibus præstitum de nihil recipiendo à persona qualibet. quem aptè sensum recipere valeat? ibi. d. n. 3. & seqq. 92. & Annot. 5. n. 24. 107
De seruandis legibus, aut constitutionibus, ad eas quæ contrario vsu abrogatæ sunt, non extenditur, neque de illis præstitum intelligitur. d. Rubric. 9. Annot. 6. num. 21. 112
De legibus seruandis, intelligitur quatenus sunt in vsu, & nulla ratione reuocatæ. ibi. Annot. 12. §. 1. n. 17. 131
Per metum extortum, an & quando seruandum sit? Rubric. 14. Annot. 4. n. 9. 43. & 46. 223. 238. 240
Iuramenti calumniæ omissio an & quando processum vitiet? ibid. Annot. 5. n. 46 & 49. in fine. 254. 255
Iurata promissio an & quatenus à simplici promissione, quoad implementi obligationem differat? verbo *Fides.*

Iurisdictio.

Iurisdictio an vendibilis sit? Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. n. 4. 24
Vsurpatæ iurisdictionis crimen qualiter puniatur? Rubric. 9. Annot. 9. n. 3. 117. & Annot. 11. n. 14. & 25. 124. 125
Grauiter peccat Iudex alienam iurisdictionem vsurpans. d. Annot. 9. num. 4. 117

Ius.

Ius, Bonum & æquum est. Rubric. 14. Annot. 1. n. 8. 203
Iuri publico pacta priuatorum non derogant. ibi. Annotatione 4. num. 11. 224. & Annot.

Annot.5.num.46. 254
Ius alicui quæsitum, sine facto suo auelli nequit ab eo.ibi.d. Annot. 4. numero 13. 224
Ius summum, summa iniquitas. Rubric. 11. Annot.1.n.22. 171
Ius Canonicum principaliter animarum saluti intendit.d.Rubric. 14. Annot. 5. n. 46. 254

Alia verbo *Acquisitio*, & verbo *Lex*.

Iustitia.

Iustitia Virgo est. Quidque virginali denotet forma? Rubric.1.Annot.1.n.4. 2
Est virtutum præclarissima, aliarum mater & nutrix, estque omnis virtus, seu omnes virtutes complectitur. Et quare? numero 5. ibid.
Diffinitur, demonstraturque. ibid. & num. 7. 3. Rubric.9.Annot.5. num. 6. 103. & Rubric.14.Annot.2. num.2.remissiuè. 212
Cœlestis & sanctissima est, & vendi nequit. d.Rubric.1.Annot.3.§.3.n.4. 24
Cur oculis subclausis pingatur? Rubric.3.Annot.vnic.n.13.56.& Rubric.11.Annot.2.n. 8. ad fin. 183. & Rubric. 14. Annot. 8.in princip. 270
Oculi Acris cognomine dicta & per oculi patentis hieroglyficum designata. præfata Rubric. 3.Annot.vnic.n.8. 56
Nihil aliud est quam non peccare. Rubric. 7. Annot.1.n.11. 69
Nihil iniustum pati potest. ibidem.
Vbi Iustitia, ibi sanctitas. ibid.n.4. 67
Sine seueritate stare non potest. Rubric. 8. Annot.vnic.n.2. 28
Sine manibus apud Thebanos pingebatur. Et cur? Rubric.9.Annot.1.n.1. circa finem. 84.
Est rerum publicarum firmamentum, qua sublata turbatur & quasi fluctuat orbis terrarum vniuersus, informis & quasi caos remaneret.d.Rubric. 9. Annot. 1. num. 2. 86
Neque paruus hominum cœtus, nec domus quidem seruari potest, ea sublata. ibid.
Nihil aliud, ea dempta, sunt Regna quàm latrocinia. ibid.
Sui amore potius quam pœnarum metu sectanda.d. Rubric. 9. Annot. 2. numero 14. 90
Pro sola æterna retributione distribuenda. Rubric.10.Annot.vnic.n.8. 164
Est quasi anima Principis. Rubric.11.Annot. 1.n.4. 167
Impia est, humanæ fragilitati non ignoscere. ibi.n.21.in fine. 171
Nimia incurrit peccatum, temperata facit perfectos.n.22. ibi.
A misericordia abesse non debet. ibi.num.25. 174
Sine pietate crudelitas est. ibidem.
Perfectè non diligitur, nisi odiatur iniquitas. ibi.n.27. 175
Contraria iniquitati est. Nec possumus cognoscere, quæ sit forma Iustitiæ, nisi cognoscamus quæ sit iniquitatis effigies? Rubric. 1.Annot.1.n.5.ante finem. 2
Iustitiæ legalis violatio an obliget ad restitutionem? d.Rubric. 11.Annot.3. n.8.11.12. 13.&19. 190.& seqq.
Punitiua an sit species distincta à commutatiua & distributiua? ibi. num. 23.remissiuè. 192.
Vnde, & quare sic appellata? Rubric.13. Annot.vnic.n.1. 195
Labatet sine fortitudine. ibi.n.4. 197
Est turris fortissima, Dei potentia, Rectores liberat, exaltat & eleuat. ibid. num. 8. & 9. 198.199.& Rubric.15. Annot. fin. num. 6. 301
Aliis potius quàm sibi nata, propriam vtilitatem negligit.d.Rub.13.Annot.vnic.n.17. 200
An sit idem cum Veritate? Rubric.14.Annot. 2.à n.1.cum seqq. 212
Iustitia & Veritas collactaneæ sunt.n.2.in fine. ibi.
Est fundamentum perpetuæ commendationis & famæ, sine qua nihil potest esse laudabile.d.Rubric.14.Annot. 4. numero 24. 228
Est amica bonis, peruersis contraria. Rubric. 13.Annot.vnic.n.3.in fine. 195
Facit vt nullus sit fraudis metus. Rub.14. Annot.5.n.24. 249
Non nouit patrem aut matrem, amicos aut inimicos. Rubric.14.Annot.4. numero 26. 230
Distributiua an faciat locum gratificationi? Rubric. 1. Annot. 3.§.3.num.10.& 11.27. & Rubric.14.d.Annot.8.num.8.& 19.271. & seqq.
Seruari non nisi à Sapiente potest. Rubric. 15.Annot.1.n.3.& seqq.præcipuè n.6. 282. 284
Iustitiæ officia quæ sint? Rubric.11.Annot.1. n.21.171.& Rubric.13.Annot.vnic.n.3. in fine. 196
Si modum non habet, crudelitatem gignit, & in eam cadit. Rubric.11.Annot.1. n. 37. 181
Iustitia nostra ad examen Diuinæ Iustitiæ deducta, sæpè iniustitia est, & sordet in districtione Iudicij, quod in æstimatione fulget operantis. Rubric.15.Annot.fin. n. 7. ad finem. 303

Alia verbo *Lex*.

Iustum, Iustus.

Iusta ab iniustis petere, insipientia est. Rub.7. Annot.1.n.11. 69
Iusta iustè exequenda sunt. Rubric.11.Annot. 1.n.28.177.& Rubric.14.Annot.4.num.20. 217
Iustum vnde & quare sic appellatum? Rub. 13.Annot.vnic.n.1. 195
Iustus prior est accusator sui. Rubric. 3.Annot.vnic.n.2.in princip. 53
Fauere sibi nescit, rigorem iudicij etiam circa se non nouit inflectere. ibid. & in fine.
Iustus est Sapiens. Rubric.7. Annot. 1.n.12. 70
Iustus nimium an debeat esse Iudex? d. Rubric.11.Annot.1.n.21. 171
Iustis lex imposita non est, sed iniustis & peccatoribus. Rubric.9.Annot. 2. n. 14. 90

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Sibi ipsi Lex est. Quidque sit sibi legem esse? ibidem.
Iustus multiplici benedictione cumulatur. d. Rubric. 9. Annot. 1. num. 3. 86. Rubric. 13. Annot. vnic. n. 8. & seq. 198. & Rubric. 15. Annot. fin. n. 2. 299
Totus beatus est. d. Rubric. 15. Annot. fin. n. 2. & 7. ibid.
Iusti inuentio difficilis est. ibi. Annot. 1. n. 3. 282
Iustum & Veritas conuertibilia sunt. Rubric. 14. Annot. 2. n. 2. 212
Iustus inter minas intertritus, inter pericula securus, inter ruinas casusque impauidus. d. Rubric. 13. Annotatione vnic. num. 8. 198
Iustum esse, perfecta laus apud Deum. Rubric. 15. Annot. fin. n. 2. vers. Beatos. 299
Alia verbo *Iustus*.

L

Labeo.

LAbeo consultus oblatum sibi ab Augusto Consulatum renuit. Rubric. 1. Annot. 3. n. 6. 11

Labor.

Anxium & indefessum laborem legalis disciplina desiderat. Rubric. 15. Annot. 1. n. 1. & seqq. 282
Qui longa etiam ætate & valetudine impediti illum accurate impendetint? num. 1. ibid.
Labor ipse disciplina sit, non oneri futurus, sed vsui. ibi. n. 8. 284
Præmium exigit. d. Rubric. 15. Annot. fin. n. 1. 298
Maioris laboris ratione quam Iudex impendere tenebatur, an aliquid à partibus accipere possit: Rubric. 9. Annot. 12. n. 12. & 14. 127

Lascivia, verbo *Luxuria*.

Latrocinium.

Latrocinij crimen an publicum sit? Rubric. 9. Annot. 11. n. 12. 123
Est de criminibus exceptis in quo de sociis interrogari potest reus. Rubric. 14. Annot. 5. n. 13. 247

Laus.

Laus malorum in dedecus cedit. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 13. 52
Non modo non appetenda, sed fugienda prorsus. Rubric. 10. Annot. vnic. per tot. maxime ad finem. 160
Popularis nullatenus quærenda. d. Rubric. 2. ex n. 4. cum seqq. vbi in id multa? & qualiter intelligendum. 46
Bonos cruciat, malos lætificat. ibid.
Satis prolixa laudatio est, quæ non quæritur, sed tenetur. d. n. 4. ibi.
Falsò laudatus obligatur ad non credendum id quod de se dicitur cum scit esse falsum. Rubric. 10. Annot. vnic. n. 5. 162
An & qualiter peccet, qui falso panegyrico assentitur & gaudet? n. 4. remissiuè. ibi.
Quæ ad laudes compendiaria via? Quæque Sapienti desideranda. n. 4. & 5. ibi.
Merentem laudare Iustitia est. d. n. 4. ibid.
Alia verbo *Gloria* verbo *Appetitus*, & verbo *Iustus*.

Lectio.

Lectio ad Meditationem, Meditatio ad sapientiam, scientiamque assequendam, necessaria. Rubric. 15. Annot. 1. n. 8. 284

Ladere.

Nil prodest, quod non lædere possit. Rubric. 15. Annot. fin. n. 28. 288

Lenitas.

Sine Lenitate hominibus non plus quam Deo sine fide placere possibile est, Diui Bernardi sententia. Rub. 6. Annot. vnic. n. 11. 66
Alia verbo *Affabilitas*, verbo *Mitis*, & verbo *Mansuetudo*.

Leo.

Leo, quasi Rex quidam, plurium dedignatur consortio. Rubric. 1. Annot. 7. n. 4. 42
Leonem aucata iuba dedecet. ibidem.
Facies Leonis Iudices & superiores magis quàm simiæ decet. Rub. 2. Annot. vnic. n. 4. 46

Leuitas.

Leuitatis nomine quid denotetur? Rubric. 6. Annot. vnic. n. 1. 64

Lex.

Lex externos actus non internos punit. Rubric. 1. Annot. 3. §. 2. n. 2. 20
Cum Iustitia virgine solum conuersatur. ibi. Annot. 7. n. 3. 42
Iustis imposita non est, sed peccatoribus. Rubric. 9. Annot. 2. n. 14. 90
Propter transgressiones tradita est. ibi.
Non debet esse vinculum iniquitatis, aut viam aperire peccato. ibi. Annot. 3. n. 24. 94
Generaliter loquens generaliter est intelligenda, neque distinguendum est vbi non distinguit ipsa. ibid. n. 26. 96
Quæ totum dicit, nihil excludit. ibid.
Vna generaliter & indistinctè loquens, seu affirmatiue seu negatiue loquatur, per aliam distinctè loquentem intelligitur & limitatur, vnaque aliam supplet, etiam si prior abrogata sit. d. Rubric. 9. Annot. 3. n. 28. 96. & Annot. 12. §. 3. n. 19. 146
Seu antiquior, seu recentior sit. ibi. Annot. 8. n. 3. 114
Etiam si in recentiori adsit clausula: *Non obstante* &c. d. Annotatione 3. numero 28. 96
Nec ex altera solum recipit intellectum, sed ex sola ratione particulari. d. Rubric. 9. Annot. 5. n. 29. 97
In præsumptione fundata an obliget in conscientia si deficiat præsumptio in aliquo particulari casu, seu in his quibus deficit veritas præsumptionis? ibi. Annot. 5. n. 23. 106
Si in aliquo casu cesset finis adæquatus, & ratio legis, an cesset obligatio illius? ibidem.
Continens aliquid non propter se particulariter, sed ad aliquem finem, an illaqueet transgressores ad pœnam, etiam ratione peccati mortalis, si finis ad quem principaliter tendit non violetur? ibidem.

Index Rerum,

Variatur ex temporum accidentiumquè varietate.d.Rubric.9.Annot.6.num.9. 109
Aliam declarans, declaratæ naturam retinet, veluti quæ solum declarat quod in antiqua latebat.ibi.Annot.8.n.4. 115
Abrogata per consuetudinem quoad pœnam, abrogata simul maneat quoad culpam.d.Annot.6.n.19. 112
Ciuilis obligare potest etiam in his,quæ naturali aut ciuili iure non continentur. Iusteque prolata obligandi vim & potestatem habet in animæ foro ad venialem & mortalem culpam, iuxta materiæ grauitatem.d. Rubric. 9. Annot. 12. numero 17. 128
An id procedat in Lege merè pœnali? n.18. & seq. ibid.
Humana aliquid præcipiens & pœnam temporalem addens an ad culpam obligare nolle videatur, satisque sit, trangressorem periculo se pœnæ obtulisse? numero 20. ibid.
Quam culpam contrahat pœnalis legis transgressor, Lege eam non expresse dictante? ibi.n.21. 129
Pœnalis an obligare transgressorem in conscientia possit ad subeundam pœnam ante Iudicis sententiam. d.Rub. 9.Annot.12.n. 22.& seq. ibid.
Et an non modo in actibus natura sua malis, sed in his etiam quæ natura sua mala non sunt, sed ob bonum publicum, iustisquè respectibus prohibentur? num. 24. ibi.
Regiæ leges in conscientiæ foro ad restitutionem, cæteras pœnas in eis designatas ante sententiam obligantes, an iustæ sint, & vi sua,pacti,veliuramenti obligent, aut recentioribus aliis,seu desuetudine,quatenusque sint derogatæ?d.Rubric. 9. Annot. 12.§.1.per tot. 130
Ad pœnam in conscientiæ foro obligantes ante Iudicis sententiam, an naturæ repugnent,sintque obligatoriæ?ibid.§.3.num.12. 145
Posteriores an & quatenus prioribus derogent?ibid.d.§.1.n.7.& seqq. 131
Nil frustra agunt.d.Rubric.9.Annot.3. n. 3. & seqq.92.&.d.Annot.12.§.1.n.13.131.& d.§.3.n.6. 144
Casum omissum consulto Lex habet omissum.d.§.1.n.14. 131
Vbi vult,exprimit.n.15. ibi.
Posteriore pœnas immutante an sit locus priori pœnæ à posteriore omissæ?d.Rub.9. Annot.12.§.1.n.16. ibid.
Iuris communis Leges non vt superiorum in Hispania & Gallia seruantur,sed vt sapientium dicta.ibi.§.2.n.17. 135
Lex non minus potest quam Iudex.ibi.d.§.3. n.3.& 4. 143.144
Intellige vt n.36.& seqq. 149
Dominium & possessionem ipso iure transferre valet.ibi.d.n.4. 144
Futuri temporis verbis vtens,si dictiones *Omnino*, *Penitus*,& similes adiiciat,an ipso iure disponere intelligatur?ibi.§.5.n.20. 139
Non potest omnes casus comprehendere. Rubric.11.Annot.1.n.25. 173
In hominum emendationem Leges sanctæ sunt.ibid.n.34. 180
Et ne fortior omnia posset.Rubric.13.Annot. vnic.n.4. 197
Transgredi possunt ob criminis immanitatem.d.Rubric.11.Annot.1.n.24.174.& Annot.3.n.22. 192
Lex res surda & inexorabilis est. Rubric. 12. Annot.vnic.n.1.
Est virtus armata. Rub. 13. Annot.vnic.n.2. 193
Vel scriptam continet æquitatem, vel non scriptam Iudicis arbitrio commissam, qua secundùm iuris regulas vtendum est. Rubric.14.Annot.1.n.10. 204
Nulla est,vel esse debet, quæ non præseferat æquitatem,sine cuius erubescit consortio.d.n.11. ibid.
Nescit irasci.ibid.n.33. 211
Quid sit?d.Rubric.14.Annot.2.n.1.remissiuè. 212
Lex Legi non miscetur, sed quælibet sua via it,nec eadem sancita multiplicat.Rubric.9. Annot.3.n.6. 92
Leges nil valent nisi Auctoris idonea voce munitæ. Rubric.14.Annot. 1. numero 16. 206

Alia verbo *Dispositio.*

Liber, Libertas.

Liber est qui sibi imperat,qui voluntatis suæ est arbiter,ad rationemque reducit arbitrium & is solus liber est.Rubric.3.Annot. vnic. n.3. 54
Libertati in dubio fauendum est.Rubric. 14. Annot.8.n.13. 273

Libido.

Vbi dominatur libido, innocentiæ leue præsidium est. Rubric. 1. Annot. 2. numero 24. 8
Vbi multa in id.tota Annotatione.
Alia verbo *Cupiditas*, verbo *Virginitas*, & verbo *Luxuria.*

Lycurgus infra suo loco.

Lis.

Litis nomine quid contineatur? Rubric. 9. Annotatione 8.num. 6. ad finem remissiuè. 116
Lites breuiari debent. Et intra quod tempus sint terminandæ?Rubric.15.Annot.1.n.13. 285

Alia verbo *Dilatio.*

Locus.

Locus etsi ad tranquillitatem animi non prorsus conferat,multum tamen conducit. Rubric.15.Annot.fin. num. 27. 28. & 29. 319
Locus superior quot quantisquè discriminibus subiaceat?Rubric.1.Annot. 3.n. 10. 12

Alia verbo *Dignitas*,& verbo *Pericula.*

Locum tenentes Ordinariorum Iudicum, verbo *Assessores.*

Longitudo.

Longitudo vel breuitas temporis, arbitrio Iudicis committitur. Rubric. 9. Annot. 8. n.3. 114

Loquax, verbo *Garrulus.*
Loquela, verbo *Sermo.*
Loth.
Loth in ipsa peruersa ciuitate fuit Iustus, in monte peccauit. Rubric. 15. Annot. fin. n. 28. ad finem. 319
Lucrum.
Lucrum ex ludo à Lege prohibito an restitui necessario debeat? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. n. 2. & 15. 133. 134
Ludus, superiori proximo verbo.
Luna.
Luna interprete non eget, habet fulgorem interpretem sui luminis. Rubric. 10. Annot. vnic. n. 3. in fine. 162
Quandoque nocet, sæpè prodest. Rubric. 15. Annot. fin. n. 28. 319
Luxuria.
Luxuria sensus tardos, graues, & obtusos reddit, intelligentiam stupefacit, & à recto diuertit, à negotiis abducit, à ratione reuocat. Rubric. 1. Annotatione 2. numero 3. & 4. 6
Quæ præterea mala sæpè tulerit? ibi. n. 7. & 9. & tota Annot. 7. & seqq.
An facilem habeat veniam, quantosque torqueat? ibi. n. 19. & 20. 7. 8
Lycurgus.
Lycurgus dum Spartanorum Regnum tenuit, nihil lege vlla in alios sanxit, cuius non ipse prius in se documenta daret. Rubric. 7. Annot. 2. n. 2. 72
De quo à Lacedæmoniis notatus? ibi. num. 1. 71

M

Magnitudo.
Magnitudo non habet certum modum, comparatio illam aut tollit, aut deprimit. Rubric. 9. Annot. 5. n. 4. 102
Magistratus.
Qui antiquitus Magistratus petebant, cur albis induti vestibus candidatique prodirent? Rubric. 1. Annot. 1. n. 14. 4
Magistratum in ea prouincia à qua oriundus quis est, non absque sacrilegij crimine desiderat. ibi. Annot. 3. §. 4. num. 9. 31. & Rubric. 11. Annot. 2. num. 10. & 12. 184. 185
Matrimonium contrahere cum oriunda à prouincia quam administrat, officio durante, prohibetur, & ibi filio volenti nubere consentiri. ibid. n. 12. 185
Magistratus vitium ostendit. Rubric. 4. Annot. vnic. n. 8. 60
Maiores Magistratus qui dicantur? d. Rubric. 11. Annot. 2. num. 25. 26. & 27. 187. 188
Magistratus perpetuus an negotiari licitè valeat? Rubric. 9. Annot. 9. n. 11. 118
Officio durante an accensari seu conueniri possit? Rubric. 7. Annot. 3. n. 18. 79
Alia verbo *Iudex*, & verbo *Vendere.*
Maiestas.
Maiestas & grauitas plus animo ingenio & moribus quam splendido nimium cultu commendatur. Rubric. 1. Annot. 5. num. 10. 46
In potentiores non modò decorat; sed defendit actuetur. Rubric. 6. Annot. vnic. n. fin. 66
Mala.
Mala non sunt facienda vt eueniant bona. Rubric. 14. Annot. 4. n. 19. 226
Dubia plus torquent. ibi. n. 42. 137
Malus, infra suo ordine.
Maledicta.
Qui iustus est, & iniusti maledicitur, præmium accipiet. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 8. 50
Malitia.
Malitia corrumpit iudicium, & errare facit circa iudicia practica. Rubric. 15. Annot. 1. n. 46. 192
Malitiis qualiter obstandum? Rubric. 14. Annot. 4. n. 33. 234
Malitia sua dici sufficit. ibid. Annot. 8. n. 30. ad finem. 178
Miseros facit. Rubric. 15. Annot. final. num. 7. 303
Palam minus semper nocuit d. Rubric. 14. Annot. 4. n. 21. 227
Malus.
Malus nunquam tutè secum habitat, nemoque molestior est ei quàm ipse sibi. Rubric. 15. Annotatione fin. numero 27. 319
Ascendit in altum vt lapsu grauiore ruat. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 12
Quanto perditior quisque est, tanto actius vrget. Rubric. 7. Annotatione 4. numero 9. 80
Sæpè de famulis iniquitatis ministri prodiere iustitiæ. ibi. n. 10. 81
Malus Iudicis officio ineptus est. d. Rubric. 7. Annot. 1. per tot. maximè num. 1. & seqq. 67
Qui sibi malus est, cui bonus esse potest? ibi. n. 11. 69
An Iudex esse possit, & similiter peccantem punire? d. Rubric. 7. Annot. 1. & 3. per tot. 67. 76
Malus etiam maleficia persequitur. ibi. Annot. 4. n. 9. 80
An absque noui reatus crimine similiter vel grauius peccantem condemnare possit? tota ea Annot. 79
A malis etiam salubria consilia & proficuæ admonitiones captandæ sunt. ibid. num. 9. 80
Omnis malus ignatus est, & malus nemo nisi stultus. d. Rubric. 7. Annot. 1. numero 12. 70
Malorum condemnatio, bonorum laus est. Rubric. 11. Annot. 1. n. 33. 179
Malorum victimæ abominabiles Domino. Rubric. 15. Annot. final. num. 3. in fine. 300
Alia verbo *Bonus*, verbo *Iustus*, & verbo *Sapientia.*
Mansuetudo.
Quæ in Iudice conueniens necessariaque mansuetudo? Rubric. 11. Annot. 1. num. 25. & 32. 174. 178. Rubric. 14. Annot. 1. n. 14. & seqq. 205

Index Rerum,

Non iraſci vbi non eſt iraſcendum, & iraſci vbi eſt iraſcendum, virtus manſuetudinis eſt.ibi.n.29. 210

Alia verbo *Affabilitas*, & verbo *ſeueritas*.

Marcus Antonius, M.Cato, M.Craſſus.

D. Marcus.

Marcus Antonius qualiter Cleopatræ amore fuerit immutatus?Rubric. 1. Annot. 2. numero 5. 6

M.Cato ad Cenſuram obtinendam. *Inexorabilis* nomine tituloque ſe præmuniuit.Quo ante omnes Cenſor creatus eſt. Rubric. 12. Annot.vnic.n.2. 193

M. Craſſus ſemel tantum in vita riſit. Rubric.5.Annot.vnic.n.12. 65

D. Marcus ne ad ſacerdotium euehetetur, pollicem ſibi amputari feciſſe dicitur. Rubric.1.Annot.3.n.7. 11

Mare.

Maris nomine ſæculum & ſæcularium mentium amara inquietudo ſignatur. Rubric. 15. Annotatione final. num.8.& 24.304. 313

B. Maria.

Beata Maria Virgo Domina noſtra nec peccatum veniale vnquam commiſit.Rubric. 1.Annot.1.n.10. 4

Cur purificari voluerit, quæ purificatione nullatenus indigebat?Rubric. 7. Annot. 2. n.2. 72

Matrimonium.

An & quando per diutinam cohabitationem præſumatur matrimonium?Rubric. 9. Annot.22.§.2.n.26. 138

Alia verbo *Magiſtratus*.

Maximus.

Maximius Romanus Imperator vnde *Triſtis* cognomen adeptus ſit. Rubric. 5. Annot. vnic.n.10. 63

Maximus.

Maximi nomen, verbo *Optimus*.

Medicina.

Medela facilis eſt, vbi plaga perſpicua eſt. Rubric.14.Annot.4.n.11. 217

Mediocritas.

Mediocribus eſt natura contenta.Rubric.15. Annot.1.n.44. 292

Meditatio verbo *Lectio*.

Medium.

Iudex Medium tenens appellatur. Et quare? Rubric.6.Annot. vnic. num.1.ad fin.64.& Rubric.14.Annot.8.n.13. 273

Eſt conſecratiuum rei. ibi.

Omnis virtus conſiſtit in medio. ibi.

Præ omnibus aliis virtutibus Iuſtitia conſiſtit in Medio. ibidem.

Melchiſedech.

Melchiſedech incogniti parentes & genealogia.Rubric.14.Annot.8.n.26. 276

Quid eius nomen ſignificet? ibidem.

Memoria.

Memoria omnium habere, & in nullo peccare,Diuinitatis potius quàm humanitatis eſt.Rubric.15.Annot.1.n.42. 291

Mendacium, Mendax.

Fraus, vel dolus an mendacium ſit? Rubric. 14.Annot.4.n.19. 226

Quid ſit mendacium? Et an operibus etiam committatur? ibid.

Principaliter tribuitur locutioni. ibid.

Mentiri nulla ratione, vtilitate aut neceſſitate, nec pro hominis quidem vita licet. ibi. n. 17. 225

An quodlibet mendacium in iudicio mortale ſit?ibi.n.18. 226

Quàm proximum periurio. ibid. numero 23. 228

Omni iure,Diuino maximè,improbatum eſt. Rubric. 14. Annot. 4. numero 25.in fine. 230

An ad mendacij naturam, fallendi intentio neceſſaria ſit?ibi.n.19. 226

Nihil habet ſolidi,tenue eſt,perlucet, ſi diligenter inſpexeris. ibid.

Graue eſt iter mendacij.ibid.n.56.in princip. 242

Graue & tenebroſum iter mendacij. ibi.

Nec iuſtè litiganti pro iure ſuo tuendo,repellendavè fraude,licet mendacio vti.ibi.n.40. 236

Sæpè mendacium ſpecie veritatis obcluditur. Rubric. 15. Annotatione 1. numero 3. 282

A mendace quid verum dicetur? Rubric.14. Annot.4.n.24. 228

Alia verbo *Fictio*.

Mens.

Mens ſæpè ipſa de ſe ſibi mentitur. Rubric. 10.Annot.vnic.num.8. 164

In plura diuiſa,ad ſingula minor eſt.Externiſque occupata negotiis ſublimia non capit.Rubric. 15. Annot. final. num.8.& 24. 304.313

Merita, verbo *Virtus*.

Metus.

Metum excludit præſentia Iudicis, nec præſumitur in Curia Principis Republica vel loco vbi iuſtitia miniſtratur.Rubric.13.Annot.vnic.n.1. 195

Eſt malus diuturnitatis cuſtos. ibi. num.9. 199

Viciat omnes actus.Et an ſententiam nullam ipſo iure reddat,vel exceptione vt elidatur indigeat?ibid.n.14. 200

Humanus,naturalis homini eſt.Quidque Iudicem deceat,dedeceatvè.n.15. ibi.

An voluntatem tollat?Rubric.14. Annot. 4. n.43. 238

Eſt ſpecies tormenti, & quandoque grauius ipſo ſpectato tormento.n.42. ibi.

Metus & dolus æquipatantur.ibi.n.21.& 40. 227.236

Alia verbo *Timor*, verbo *Stultitia*, & verbo *Sapiens*.

Miles, Militia.

Miles arma alienans, vel illicitè perdens,qualiter puniatur?Rubric.14.Annot.1.num.1. 202

Militia litterata in iudiciali foro exerceatur. ibi.Annot.4.n.10. 225

Minima.

Minima attendi non ſolent,neque in conſideratione haberi.Rubric.9.Annot. 6. n. 15. verſ. Abrogatas. 111

Limita & intellige vt ibi.

Alia verbo *Parvitas*.

Minor.

Minor.

Minor contrahens sine cõsensu propinquorum à statuto requisito, an nulliter contrahat? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. numer. 55. 141

Miraculum.

Miraculum consuetudine marcescit. Rubric. 1. Annot. 7. num. 7. 43

Misericordia.

Misericordia quatenus Iudex vti debeat aut aut possit? Rubric. 11. Annot. 1. per tot. 166

De virtutis huius excellentia multa. ibidem.

Vbi licitè impendi potest, Iustitia ipsa est. ibid. num. 12. 168

Contra leges iniusta est. ibidem.

Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam melius que est de misericordia quàm de crudelitate rationem reddere. d. Rubric. 11. Annot. 1. num. 24. 33. & 37. 174. & seq.

Ita cum Iustitia temperanda est, vt nunquam à Iustitia absit. num. 25. ibi.

Sine bonitate crudelitas est. ibidem.

Exercetur cum iustè pœna infligitur. ibid. num. 35. & tribus seqq. 179. & seq.

Iniusta pluribus & bonis nocet. ibidem.

Misericors non dicitur ex hoc quod eleemosynam dat; sed si recto animo dat Rubric. 15. Annot. 1. n. 46. ad fin. 292

Misericors non est veritatis alienus. Rubric. 14. Annot. 4. num. 24. in fine. 218

Miseratio sola rectum quoque Iudicem inclinat. ibid. Annot. 3. num. 15. 273

Alia verbo *Deus.*

Mitis.

Mitis quatenus Iudex esse debeat? Rubric. 14. Annot. 1. num. 14. seqq. & 21. 205

Alia verbo *Affabilitas.*

Moderatio, verbo *Correptio*, & verbo *Modus.*

Modestia.

Modestia soluitur dum affectatur vrbanitas. Rubric. 5. Annot. vnic. num. 7. 62

Modus.

Modus in inferendo supplicio tenendus. Rubric. 11. Annot. 1. num. 22. & 24. 171. 174

Alia verbo *Ira*, & verbo *Correptio.*

Monachus.

Monachus absque superioris licentia executor testamenti esse non potest. Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 28. 139

Si absque ea exequatur, an excutio teneat? ibidem.

Monachorum cœtus an honorabiliot sit, quam Clericorum? Rubric. 15. Annot. fin. num. 5. 301

Monitio.

Monitio acerbitate carere debet. Rubric. 14. Annot. 1. num. 22. 207

Alia verbo *Correptio.*

Mors.

Mors expectata multo grauior est quàm illata. Rubric. 14. Annot. 4. numer. 42. 257

Casualis verbo *Pœna.*

Motus.

Animi sui motum an regere vel pandere debeat Iudex? Rubric. 14. Annot. 4. num. 2. & 15. 222. 230

Motus corporis, verbo *Incessus.*

Moyses.

Moyses an munere regimineque periculum obierit? Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 12

Multa.

Mulctam indictam an ex causa remittere valeat Iudex? Rubric. 11. Annot. 2. num. 29. 188

Mulier.

Mulier contrahens sine consensu propinquorum ab statuto requisito, an nulliter contrahat? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. n. 55. 141

Alia verbo *Facta.*

Multitudo verbo *Melior.*

Munera.

Munera publica deneganda desiderantibus, fugientibus offerenda. Rubric. 1. Annot. 3. num. 2. & seqq. 9

Eis se indignum præbet, qui illa appetit, dignum qui respuit. ibid.

Neque abnuenda si dat Deus, neque appetenda. Suscipiendaque muneris sarcina propter charitatem. ibi. num. 17. 17

Neque ad contumaciam & proteruiam vsque resistendum. num. 18. ibi.

Tanta potest esse electi necessitas vt sub mortali reatu sibi delatum munus acceptare teneatur. d. Rubric. 1. Annot. 3. num. 20. ibid.

An vendi & emi queant? ibid. §. 3. per tot. 24

In bene meritorum præmium, secundario saltem, à Republica instituta sunt. ibi. num. 10. 27

Quæ mala ex horum munerum venditione nascantur? ibi. num. 18. 29

Iustitiæ administrationem non habentia, sed solam executionem, licet vendi possint pretio tamen aut precibus renuntiari transferrivè Hispana Lex grauibus pœnis inhibet. ibi. num. 23. 30

Non nisi viris bonis, cæterisque melioribus & conferenda & acceptanda sunt. d. Rubric. 1. Annot. 1. num. 16. 5. & Rubric. 7. Annot. 1. num. 4. & seqq. 67

Munera fortunæ. verbo *Bona.*

Munera Iustitiam præuertunt, oculos etiam iustorum excæcant, verba sapientum mutant, mulum & equum Iudicem reddunt, vniuersum ius conturbant, à Diuinis & humanis litteris damnantur, Rubric. 9. Annot. 1. num. 1. 84

Datio seu receptio munerum suo genere, seu ex suo obiecto mala non est, nisi ex circumstantiis fiat. ibi. Annotatione 4. num. 5. 98

Et quando fiat? ibi. num. 20. 100

Officij ratione nec nimium quidem recipere Iudex potest. d. Rubric. 9. Annot. 5. n. 1. 102

Simoniæ vitium in ecclesiasticis munerum receptio inducit. ibidem.

Parua gratuita recipere an Iudicibus sit interdictum?

terdictum? d. Annot. 5. per tot. præcipuè à num. 7. cum seqq. 103
In remunerationem concessa an Iudicibus sint prohibita? d. Rubric. 9. Annot. 7. per tot. 113
An à consanguineis? ibi. Annot. 3. per totam. 91
An ab amicis ? ibid. Annot. 4. per totam. 98
An à subditis quibusque? ibid. Annot. 8. per tot. 114
An ab alterius ditionis, sotivè hominibus? d. Rubric. 9. Annot. 9. per tot. 117
An post sententiam, seu officium saltem depositum licita munerum receptio sit? ibi. Annot. 10. per tot. 119
Quot sint munerum receptiones? Rubric. 11. Annot. 2. num. 6. 183

Mutatio.

Quæ nouiore constitutione non mutantur, ex antiqua durant. Rubric. 41. Annot. 5. num. 49. 255

Mutuum.

Mutuum dare vel recipere, an, aut quibus Iudicibus liceat? Rubric. 9. Annot. 9. à num. 9. cum seqq. 118

N

Natura.

CAusa naturalis longè potentiores effectus producit quàm accidentalis. Rubric. 9. Annot. 4. num. 13. 99
Quælibet res ad naturam suam facile reuertitur. ibi. Annot. 6. num. 17. 111

Necessitas.

Necessitas non habet legem humanam, facitque licitum quod non erat, in ea Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 21. 30
Non subduntur necessitati, quæ Iudicis facultati relinquuntur. Rubric. 14. Annot. 8. num. 20. 275

Negatiua.

Negatiua vniuersalis magis negat quàm affirmatiua affirmat. Rubric. 9. Annot. 3. n. 26. & Annot. 5. num. 18. 105
Præposita verbo *Debet*, necessitatem imponit, & aliter fieri posse vetat. d. Annot. 5. num. 1. 102

Negligentia.

Negligentia inuenitur in quolibet peccato. Opposita est virtuti Prudentiæ, Disciplinæ, & Eruditioni cuius est noucrca. Omnia lædit. Vbique culpabilis est, & à Iure multi facere punitur. Rubric. 15. Annot. 1. num. 15. & seqq. 286
In Iudice dolus est, seu proxima dolo. ibi. num. 20. 287
Negligentiæ grauior culpa quàm imperitiæ vel imprudentiæ. numer. 23. & seq. ibi.
Qui negligit facere quod officij ratione tenetur, quam culpam contrahat ? num. 24. ibi.
Quæ in Prælatis mortalis culpa sit? num. 24. & 25. ibid.
Dissoluta quæ in Iudice dicatur ? ibi. num. 26. & seqq. ibid.

Alia verbo *Iudex.*

Negotiatio.

Negotiari cum subditis Iudices prohibentur. Rubric. 6. Annot. 9. num. 5. 117
Quibus id in casibus liceat? ibi. num. 11. 12. & 13. 118
Quid cum alterius ditionis hominibus. ibid. num. 6. 117

Nerua.

Nerua ex seueritate *Tristis* fuit nomen adeptus. Rubric. 5. Annot. vnic. num. 8. in fine. 63

Nimium.

Nimium iustus an Iudex esse debeat? Rubric. 11. Annot. 1. num. 21. & 22. 171
Omne nimium vitiosum graue & odiosum. d. num. 22. ibid.

Nobilitas.

Nobilitas maxima in Iudice qualitas. Rubric. 4. Annot. vnic. num. 9. 60

Nocere.

Multis nocent multa, quæ aliis prosunt. Rubric. 11. Annot. 1. num. 8. 185. & Rubric. 15. Annot. fin. num. 18. 319

Nomen.

Nomen *Iudicis*, terribile. Rubric. 14. Annot. 1. num. 13. 205

Alia verbo *Diuersitas*, & verbo *Optimus.*

Notorium.

Notorium non habet vires ad aliquem deponendum, vel priuandum, ni depositionis vel priuationis sententia sequatur. Rubric. 7. Annot. 3. num. 10. & seqq. 78
An operetur vt quis in sua causa Iudex esse possit? Rubric. 9. Annot. 8. num. 6. 116
Et an in his recusari possit Iudex ? ibidem.

Nouitas verbo *Antiquitas.*

Nox.

Nox vitam denotat peccatoris. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 3. 196

Alia verbo *Deus.*

Noxia supra verbo *Nocere.*

O

Obiurgatio.

OBiurgatio contumelia vacare debet. Rubric. 14. Annot. 1. num. 21. 207

Alia verbo *Correptio.*

Obligatio.

Obligari immodicè quem se velle præsumendum non est. Rubric. 9. Annot. 3. n. 11. 93
Vbi de obligatione contrahenda agitur, stricta interpretatio facienda est. n. 12. ibi.
Obligatio legis an cesset, si in aliquo casu particulari cessat finis adæquatus & ratio legis. ibid. & *verbo* Lex.
Naturalis an nascatur ex stipulatione alteri facta? d. Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 31. & 32. 139
Quatenus efficax sit ? Et an ex lege naturali obligatio, insurgens absque peccati mortalis culpa eius implementum omitti possit ? ibid. numer. 33. 140

Obscurum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Obſcurum.

Obſcurum eſt, quod multiplicitèr dicitur. Et vbi pluralitas, ibi obſcuritas. Rubric. 15. Annot. 1. num. 16. 286

Obſtetrix.

Obſtetrices Ægyptiæ, quæ Regem fefellere Hebræorum filios in partu opprimere iubentem qualiter excuſentur? Et ob quid, qualeque meruerint præmium? Rubric. 14. Annot. 4. num. 6. & 34. 222. 234

Obuiare.

Obuiare delicto an & quando quis teneatur? Rubric. 11. Annot. 1. num. 20. 171

Occaſio.

Occaſio an & qualiter à cauſa differat? Rubric. 14. Annot. 5. num. 8. 247

Occupatus.

Occupatus magis eſt extra ſe quam intra ſe & nihil minus eſt hominis occupati quam viuere. Rubric. 15. Annot. fin. num. 13. & ſeq. 308

Alia verbo *Otium.*

Oculus.

Ægyptij quid oculi pictura ſignificarint? Rubric. 3. Annot. vnic. num. 8. 56

Quidam *Oculum Regium* eos qui ad Præfecturas mittebantur vocabant. ibidem.

Oculorum acriot quàm aurium ſenſus, n. 12. ibi.

Per *Oculum* denotatur Intentio. Rubric. 15. Annot. 1. num. 46. 292

Acris eſt Iuſtitiæ oculus in redarguendo, & in occultis, abſconditis & nefariis rebus in lucem proferendis. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 2. 45

Odium.

Iudices, quantumuis probi, plurimorum odium incurrunt. Rubric. 1. Annot. vnic. n. 6. & ſeqq. 47

Odium qui nimium timet Regnare neſcit. ibi. num. 9. & 12. 50. 51

Odio habenda culpa, non perſona. Rubric. 11. Annot. 1. num. 27. 175

Qui iuſte & ſecundum leges punit, gaudet tamen ex odio, an & quam contrahat culpam. ibid. num. 28. & ſeq. 177. & Rubric. 14. Annot. 1. num. 30. 211

A iudiciis abeſſe debet. d. Rubric. 11. Annot. 2. num. 5. & ſeqq. 183

Nihil odio aut gratia facturos Iudices iurare iubentur. Rubric. 12. Annot. vnic. n. 7. 193

Odio haberi exitiale eſt. d. Rubric. 11. Annot. 2. num. 6. ante finem. 183

Odium & fauor æquè à Iudicibus debet abeſſe. Rubric. 14. Annot. 8. numer. 12. 273

Alia verbo *Preces.*

Offenſio.

Offendere veris longius præſtat quàm placere adulando. Rubric. 10. Annot. vnic. n. 8. in fine. 164

Officium.

Qui officiũ tenue acceptauit aut inſufficiens eſſet, aliquid vltra ea ratione exigere nequit. Rubric. 9. Annot. 5. n. 14. 105. Ad beneplacitum, an perpetuum cenſeatur? ibi. Annot. 9. num. 12. 118

Iuſtitię adminiſtrationem habens gerere quis prohibetur in ea prouincia cuius prouincialis exiſtit oriundus eſt, larem habet, duxitvè vxorem. Et quare? Rubric. 11. Annot. 2. num. 10. 184

Nec officium Fiſcalis is ibi poteſt habere. ibi. num. 11. 185

Quid apud Chinenſes, Indoſque noſtros? num. 12. ibi.

Alia verbo *Munera*, & verbo *Vendere.*

Oleum.

Oleum ſymbolum Miſericordiæ eſt. Rubric. 11. Annot. 1. num. 1. 166

Omiſſio.

Omiſſio Iudicis, & eorum qui ex officio aliquid facere tenentur vicem commiſſionis tenet, & culpæ annumeratur. Rubric. 11. Annot. 1. num. 19. 170

Opera verbo *Facta.*

Opinio.

Opinio quid ſit? Rubric. 14. Annot. 6. n. 19. 265

An cuique liceat contra propriam opinionem, quam probabilem putat, probabili aliorum ſententiæ adhærere? ibi. Annot. 7. per tot.

Opinionibus communibus, & antiquis, an & quantum deferendum ſit? Rubric. 15. Annot. 1. num. 48. & ſeqq. 293

Non quia multorum opinio, ideo melior eſt, neque ex numero, ſed ex pondere æſtimanda. ibid. num. 51. & ſeq. 294

Non tua ſed mea quærenda eſt. d. num. 51. ibi.

A communi quando deuiare liceat? ibi. n. 52. 295

Oppoſitio partis, verbo *Iudicum*, verbo *Renunciatio*, verbo *Teſtes*, & verbo *Taciturnitas.*

Optimus.

Optimi nomen nomini *Maximi* præcellit. Quidque importet? Rubric. 7. Annot. 1. n. 5. 68

In omni conditione & gradu optimis mixta ſunt peſſima. Rubric. 15. Anton. final. num. 28. 319

Optio verbo *Electio*, & verbo *Clauſula.*

Ordo.

Ordo tribuit modum, decorem & perpetuitatem. Rubric. 14. Annot. 1. num. 24. 208

Iudiciarius verbo *Renunciatio.*

Origenes.

Origenes in ſuis erroribus an Pilato deterior? Rubric. 2. Annot. vnic. numer. 7. 48

Tractus ad errores duce peſſimo, Aura populari. ibidem.

Ornatus, verbo *Cultus.*

Oſtentatio, verbo *Iactantia.*

Othon.

Othon Imperator quàm exoſum habuerit imperare. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. ad med. 12

Otium.

Otium occupatum ad petendum. Deque eius laudibus, quamque proficuum ſit. Rubric.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bric.15.Annot.fin. numer. 12. & seqq. 307
In eis omne vitium docuit.ibi.num. 24. post med. 313
Sine litteris mors est,& viui hominis sepultura num.25. ibi.
Nil minus est hominis occupati quam viuere.ibi.num.13. 308
Omnium occupatorum misera conditio est: miseriorum qui voluntatis occupationibus distrahuntur.d.Rubric. 15. Annot. fin.num.14. 309
Nihil occupato otio dulcius, omniumque possessionum pulcherrima. ibi. num. 25. 313
Littus seu portus est, vita occupata fretum. num.24.& fin. ibi.
Alia verbo *Solitudo*,verbo *Vita*, verbo *Sapientia*,& verbo *Locus*.

P

Pacta.

PActa priuatorum iuri publico non derogant.Rubric.14.Annot. 4. numer. 12. 224

Palma.

Palmæ qualitates.Rubric.15. Annot. fin. n. 13.ad finem. 308

Paniculus.

Quid in Paniculo à Thebanis notatum?Rubric.7.Annot.2.num.1. 71

Parcere.

Parcendum fæpe aliis,sibi ipsi nunquam.Rubric.3.Annot.vnic.num.5. 55
Pusillis parcendum, resistendum superbis. Rubric.15.Annot.vnic. num. 3. & seqq. 196

Paritas.

Paria sunt fieri ante,vel paulò post.Rubric.9. Annot.9.num.15. 119
Alia verbo *Scire*,verbo *Sententia*,verbo *Statutum*,& verbo *Vis*.

Particeps.

Particeps in corruptione Iudicis, repetundarum tenetur. Rubric.9.Annot.13. num. 2. 159

Alia verbo *Proxeneta.*

Parsimonia.

Parsimonia si specialem malitiam non habent, an generali dispositione contineantur, vel censeantur exceptæ?Rubric. 9. Annot. 5. num.19. 105
Alia verbo *Minima*,& verbo *Simonia*.

Passio,verbo *Seruitus.*

Patientia.

An & quam patientiam præstare debeat Iudex?Rubric.14.Annot.1.num.14. & seqq. 105
Patientia Iudicis magna pars Iustitiæ est. ibidem.
Patienter ferendum est male audire,cum quis bene fecerit.Rubric.2.Annot.vnic.num.7. & seqq. 48
Alia verbo *Affabilitas*,& verbo *Mitis*.

Paulus Apostolus.

D. Paulus apud Fœlicem Iudææ Proconsulem verba faciens,quid præcipuè vt illum officij admoneret,ingerendum vtilius iudicauerit? Rubric. 1. Annot. 2. numero 11. 7
Alia verbo Petrus *Apostolus.*

Peccatum.

Sine peccato nullus. Rubric. 1. Annot.1. num.9.& seq.4. Rubric.7.Annot.3. num. 7.& 13.77.78.& Rubric.10.Annot. vnic. num.7. 163
Peccatum primi Angeli fuit aliis causa peccandi,non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens.d.Rubric.7. Annot.2.num.2.ad princip. 72
In corpore subdito peccatis non habitat sapientia,& iuxta mensuram vniuscuiusque peccati,intelligentiæ cæcitas generatur in sensibus.d.Rubric.7.Annot.1.numer. 12. 70
In nullo peccare Diuinitatis est.Rubric. 15. Annot.1.num.42. 295
Iudicandi potestas peccato non perditur. d. Rubric.7.Annot.3. num. 5. & seqq. 77
Quibus modis committatur?Rubric. 11. Annot.1.num.23. 173
Odio habenda sunt peccata, non homines. ibid.num.27. 175
Peccatum opponitur Rectitudini. ibi. num. 28.in fine. 177
Quod sit cuius dicitur:Deum non misereri? Rubric. 14. Annot.4.num. 40. ad finem. 236
Grauius delinquit,qui scelus dum punit admittit.ibidem,num.14. 228
Peccatum exigit supplicium.Rubric.15.Annot.fin.num.1. 298
Alia verbo *Sapientia*,verbo *Correctio*, verbo *Dignitas*,& verbo *Iniustus*

Pœna.

Pœna crescere debet crescente delicto. Rubric.1.Annot.2.num.23. 8
Non nisi in casibus à iure expressis irrogatur.ibi.Annot.3.§.4.num.5. 31
Casum proprium non excedit.Rubric.9.Annot.12.§.5.num.13. 158
Pœnæ in Iudices munera recipientes, quæ? ibi.Annot.2.per tot. 87
An omnes simul in hac re sanctæ in suo quoquo casu imponi possint & debeant, vel posterioris legis sit attendenda sanctio, eiusque pœnis sublatæ cæteræ videanturibi.num.8.& seqq. 89. & Annot. 11.num.27. 125
Prioris legis pœna an duret per posteriorem immutata vel omissa?d.Rubric.9. Annot. 12.§.1.num.16. 131
Legi prohibitiuæ adiecta an actui contra eã gesto valorem dedisse videatur, pœnaque Legem fuisse contentam?ibi.§.2.n.21.136
A lege imposita irritationis actus,an ante Iudicis sententiam in conscientiæ foro incurratur?ibid.num.41. 142
Et quid si interesse contineat?d.Rubric.9.Annot.12.§.2.num.45. ibid.
Fisco applicata criminalem naturam induit, redditque criminale iudicium.ibi n.43.142

Arguit

Arguit ius quæsitum.d.§.2.num. 47. ibid.
Parti & Fisco applicatæ differentia.d.Rubric. 9.Annot.11.§.2.num.44. 141
Post Iudicis sententiam in conscientiæ foro debetur.ibi.§.3.num.2. 143
Limitatur & intelligitur.ibi num.29. 148
Ante Iudicis sententiam,declaratoriam saltem,in conscientiæ foro non debetur.ibi. num.8.144.& Rubric.11.Annot.3.num.6. 190
Etiam cum *Ipso facto*, aut similibus verbis latam sententiam significantibus pœnam Lex imponit.d.Rubric.9. Annot. 12. §. 3. num.9.& seqq. 144
Ampliatur.num.15.& seqq. vsque ad n. 34. 146.& seqq.
Ipso facto à lege imposita à tempore commissi criminis incipit deberi, suspensa eam præstandi obligatione vsque ad Iudicis declarationem.ibi.n.42. 150
In diffidantes an ipso iure absque aliqua declaratione contrahatur? d. Annot.12. §. 4. n.18. 154
Vt cuitetur,non fit de capitulo ad capitulum illatio ibi.§.5.num.13. 158
Nec in odiosis & exorbitantibus à iure n.14. ibi.
De pœnis Iudicem corrumpentis, qui plene egerint?d.Rubric.9. Annot. 3. num. 1. 91
Ex quibus causis minui,temperarique possit? Rubric.11.Annot.1.num.23. 173. & Annot.1.num.8. 183
Augeri ex circumstantiis potest.d. Annot. 1. num.24.174.& Annot.3. num. 11. 192
Quando,qualiterque imponenda?ibi. d. Annot.1.num.13.14.& 25. 173. 174
Multa metu pœnæ, potius quam pœna ipsa coërcentur.num.24. ibidem.
Ideo imponitur, vt quos Diuinus timor à malo non reuocat;temporalis saltem pœna cohibeat à peccato.Rubric.9.Annot 1. num.3. 86
Non ex odio,cum illam exigit delictum,infligenda.d.Rubric.11.Annot.1. n. 15.& seqq.170.22.& seqq. 171
Vnius,multorum medicina est, infligiturque non quia peccatum est, sed ne peccetur. ibi.num. 34.& seq. 180
Impunitate nutritur audacia,pœna vitia iacent. ibidem.
Neque exasperanda odio; neque gratia vel amore temperanda.ibi.Annot.2.num.5.& seqq. 183
Æqualiter imponenda.num.8. ibi.
Et an & quando pro eodem delicto diuersa vni quam alij imponatur? ibidem.
Excessus Prælatorum,& mortis casualis arbitraria est.ibi num.17. 186
In arbitrariis pœnam Iudici licet temperare iuxta animi sui motum.d.Rubric.11. Annot.1.num.18. ibid.
Augenda est in solito delinquere.ibi.n.20.187
Pecuniaria parti vel Fisco legis dispositione applicanda,remitti aut temperari nequit. num.22. ibi.
An post sententiam temperari possit cùm alias temperari valeat?ibi.n.28.& 29. 188

Præfinita à lege an mutari, vel minui possit; num.30. ibi.
Transgredi potest ob criminis immanitatem. d.Rubric.11.Annot.1.n.14. 174
Pœna reorum quædam est absolutio delictorum.Rubric.15.Annot.1.num.15. 285
Respondet culpæ d.Rubric. 15. Annot. fin. num.7. 303
Grauior grauius arguit delictum.ibi. Annot. 1.num.23. 287
Pœnam & præmium duos tantummodo putauit Democritus Deos.d.Rubric. 15.Annot.fin.num.1. 298
Irregularitatis pœna,verbo *Irregularitas*.
Alia verbo *Irritatio*, verbo *Princeps*, verbo *Restitutio*,verbo *Æqualitas*,& verbo *Lex*.

Perdere.

Perdere velle suum nemo præsumitur. Rubric.14.Annot.1.num.61. 211

Perfectio, Perfectum.

Perfectio ipsa nostra, culpa non caret. in Epistola ad Lectorem.
An aliquis in hac vita possit esse perfectus? ibi.
Quatenus ad perfectionem enitendum? ibid.& Rubric.1. Annot. 1. numer. 12. & seqq. 4
Perfectum est,cui nihil deest, seu cui nihil accedere potest.d. Rubric.& Annot.1. num.10.& 11. ibid.
Perfectus solus Deus. ibid.
Quis sententia Senecæ?num.11. ibid.
Perfectorum est,non facile mundanis moueri,non turbari metu, non exagitari suspitione,non terrore concuti, non dolore vexari, sed quasi in littore tutissimo aduersum insurgentes fluctus furiarum procellarum mentem immobilem fida statione placidare.Rubric. 13. Annot. vnic. num.8. 198
Perfectus est qui malitiam nescit,nec dolum nouit.Rubric.14.Annot.4.num.fin.in fine. 243

Pericula.

Pericula & incommoda Rectorum quanta? Rubric.1.Annot.3.num.10.Rubric. 1. Annot.vnic.num.4. & seqq. 46. & Rubric. 13.Annot. fin. ex n.7. & seqq. 303.maximè ex num.14.& num.21. 309.312
Peritia, Peritus verbo *Sapientia*, & verbo *Scientia*.

Periurus.

Periurus quandoque mendacia persequitur? Rubric.7.Annot.4.num.9. 80
Est infamis.Rubric.9. Annot.12.§.4.num.2. 152
Est ad dignitates inhabilis num.3. ibi.
An adeptis priuetur?ibi.num.4.& seq.
An infamiam & inhabilitatem,ipso iure incurrat?ibi num.7.11.& 12. 153
An fructus,seu prouentus perdat, nec faciat suos?d.§.4.num 8. ibid.
Et quid in eo,qui pro periuro à lege habetur quoad hanc & alias in periuros pœnas? ipsa Rubric.9.Annot.12.§.4.n.11.& seqq. 153

Index Rerum,

Verus, seu pro periuro à lege habitus, dum declaratoria sententia non fertur, an licitè officium seu beneficium retineat, percipiatque fructus? Et quatenus declaratoria lata, teneatur? ibi. n.15. & seqq. 154

Persona.

Persona in iudicio inspicienda non est, sed causa. Rubric. 11. Annot. 2. num. 7. 183

Alia verbo *Acceptio personarum*, & verbo *Dignitas.*

Persuasio verbo *Preces.*

D. Petrus Apostolus. Petrus Nauarrus.

Petrus Apostolus increpationem Pauli libenter accepit. Rubric. 10. Annot. vnic. numero 7. 165

Quare sic Ananiam punierit? Rubric. 11. Annot. 1. num. 34. 180. & Rubric. 14. Annot. 4. num. 40. 236

Petri Nauarri aduertitur lapsus. Rubric. 14. Annot. 5. num. 33. 38. & 39. 251. 252

Philosophia.

Philosophia vera, qualis? Rubric. 14. Annot. 4. num. 14. ad finem. 228

Pietas.

Pietas inordinata Principis est confusio plebis, meretur iram Dei, nutrit impietatem, ad insolentiam effrænat. Rubric. 11. Annot. 1. num. 22. 171

Pro nihil indomitum. Rubric. 14. Annot. 1. num. 14. 205

Pietas fraudem non habet. ibi. Annot. 4. n. 24. 228

Alia verbo *Misericordia.*

Pilatus.

Pilatus vt populo satisfaceret, Iesum Christum Dominum nostrum flagellis mortique tradidit. Rubric. 1. Annot. vnic. n. 7. 48

Placere.

Placere omnibus impossibile est Iudices præsertim. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 4. & vers. *Formidabilem*, & numer. seqq. 46

Plaga, verbo *Medicina.*

Plato.

Plato etiam iuuenis, non nisi modicè risisse deprehensus. Rubr. 5. Annot. vnic. n. 11. 60

Plutarchus.

Plutarchus magister fuit Traiani Imperatoris. Rubric. 1. Annot. 3. n. 5. circa finem. 10

Poculenta.

Poculenta an Iudices recipere possint? Rubric. 9. Annot. 5. num. 3. & seqq. 102

Alia verbo *Munera.*

Pompeius.

Pompeius ab inimicis notatus quod vnico digito caput scalperet. Rubric. 7. Annot. 2. num. 1. 71

Pontifex.

Pontifex infamia non præcedente potest inquisitionem delegare. Rubric. 14. Annot. 5. num. 36. 252

Si aduersus aliquem specifice nominatum super certis criminibus proprio motu inquisitionem committat; illum approbat diffamatum. ibid.

Pontifices post D. Gregorium, in epistolis se seruos seruorum Dei appellant. Rubric. 15. Annot. fin. num 15. 309

In magnis occupationibus otium quæsiuêre. ibi. num. 24. ad finem. 313

Populus.

Populus nullius rei bonus Auctor; in omnibus inconstantissimus. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 6. 47

Alia verbo *Vulgus.*

Possessa, Possessor.

Possessa parui fiunt, desiderata plurimi. Rubric. 1. Annot. 5. num. 12. & 15. vbi in id multa. 15. 16

Possessus verus dicitur, qui absque Canonica institutione & titulo beneficium ecclesiasticum possidet: & ab eo spoliatus, absque Canonici tituli probatione, restitutionem obtinebit. Rubric. 9. Annot. 11. §. 2. n. 25. 138

Possessor decennalis an teneatur de titulo docere? ibi. num. 16. 135

Malæ fidei an fructus suos faciat? ibi. §. 4. n. 17. & 22. 154

Mercedem laboris in vtilitatem rei impensi percipit, iureque deducit. ibid. num. 20. 155

Qui non tam à re ipsa restitutioni obnoxia, quàm à labore & industria prouentus seu fructus percipit, an eos restituere teneatur? num. 21. ibi.

Vt fructus suos faciat, malam fidem abesse sufficit. uum. 22. ibi.

Possessori in causa dubia fauendum. Rubric. 14. Annot. 8. num. 13. 275

Æquè de possessione litigantibus, seu in profanis, seu super beneficiis, quid sit agendum? ibi. num. 24. 276

Posteriora.

Posteriora prioribus derogant. Rubric. 9. Annot. 12. §. 1. num. 7. 151

Potentia, Potestas.

Potentia magna est subdere se legibus & Rationi. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 15. & seqq. 27. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 2. & seqq. 53. & Rubric. 14 Annot. 8. num. fin. ad longum. 279

Ratione cohibenda potestas. ibi. Annot. 1. n. 24. & 28. 208. & seq.

Mala potestas, posse quod non liceat. d. Rubric. 14. Annot. 8. num. fin. 279

Prompta res est ad scelus. ibidem.

Qualiter ea vtendum? Quantumque eius rectus valeat vsus? ibidem.

Nec coëunt virtus & summa potestas. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 12

Bona, quæ quod per Iustitiam non licet, nec per potestatem licere cognoscat. ibidem.

Tyrannicum est respicere quantum possis, non quod liceat. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 2. 195

Amica Potestati penè semper Impatientia est. d. Rubric. 14. Annot. 1. num. 22. 207

Arridet vt fœuiat, blanditur vt fallat; illicit vt occidat; extollit vt deprimat. Rubric. 15. Annotatione fin. num. 20. & seq. 311

Quid aliud est potestas culminis, nisi tempestas mentis? d. Rubric. 15. Annot. fin. num. fin. 321

Alia verbo *Imperium*, verbo *Pericula*, & verbo *Superior.*

Praxis.

Praxis.

Praxis est optima legum interpres, pro lege est, legem superat, & iniquè iudicat, qui contra eam iudicat. Rubric. 14. Annot. 7. num. 19. 269

Preces.

Preces amicorum quàm sint potentes. Num per eas pœna minui iure valeat? Et an licitè interponantur? Rubric. 11. Annot. 2. n. 2. 19. & seqq. 183. 186. & Rubric. 12. per totam. 193

Rogantibus pestifera largiti, blandum & affabile odium est. d. Rubric. 11. Annot. 2. num. 21. 187

An precibus vt muneribus corrumpi Iudex dicatur, & pretij loco preces succedant? Rubric. 12. Annot. vnic. num. 5. 6. & 8. 194

An eandem vtrumque vel dissimilem malitiæ speciem contineat? num. 11. ibi.

Qui Principes togati, nec epistolas tantummodo, *vt Iudices Iustitiam facerent*, concedere noluerunt? num. 9. ibidem.

Præfectus custodiæ.

Præfectus custodiæ vrbis, qui iurauit se accusaturum quos post campanæ sonum inuenerit, an non accusando, ad restitutionem teneatur? Et quid si damnum facere videat, & ei cui damnum illatum est non denunciet? Quidque de Præfectis confinibus Regnorum, prouinciarum, aut ciuitatum, qui res vetitas exportari permittunt? Rubric. 11. Annot. 3. num. 18 192

Prælati.

Prælatorum, seu superiorum quanta sint pericula? Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. & seqq. 12. & Rubric. 15. Annot. fin. num. 7. & 8. 303. 304

Prælati oculi sunt, Solis gerunt officium, esseque debent oculati. Argi. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 11. & seq. 56

Terroribus & periculis obnoxij viuunt; & tamen fiunt ipsis terroribus ac periculis glorioſi. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 8. 198

Alia verbo *Superior.*

Præmium.

Præmia quanta bonos expectent Rectores? Rubric. 9. Annot. 1. num. 3. 86. & Rubric. 15. Annot. fin. num. 2. & seqq. 299

Præmium exigit labor. Rubric. 15. Annot. fin. num. 1. 298

Præmium & pœnam, duos tantummodo Deos putauit esse Demochritus. ibid.

Multa de præmio & remuneratione. ibid. remissiuè.

Quanta operetur? ibi. num. 12. 299

Meritis correspondet. ibi. num. 6. 301

De vno ad aliud procedit argumentum. ibid. num. 7. 303

Alia verbo *Spes.*

Præsentia rerum & personarum.

Præsentia despiciuntur, æstimantur longinqua. Rubric. 1. Annot. 7. num. 4. cum seqq. præcipuè num. 7. 42. 45

Præsentia Iudicis metum dolumque excludit. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 1. 195

Quos alios operetur effectus? ibid. remissiuè.

Præses.

Præsides Audientiarum ad litium relationem quid attendere debeant? Rubric. 14. Annot. 8. num. fin. in fine. 279

Præsumptio.

Præsumptio scientiæ, abundantiaque proprij sensus, quàm Iudici damnosa? Rubric. 15. Annot. 1. num. 53. 295

Inuerecundiæ portio est. ibidem.

Est pro Iudice quod bene processerit, nisi contrarium constet expressè. Rubric. 14. Annot. 5. num. 24. 249

Non tamen illi necessariò per reum standum est, quòd eum Iudex legitimè interroget. ibi. num. 30. 251

Veritati cedit. ibid. num. 28. in fine. 250

Maximè in conscientiæ foro, cui etiam præsumptio iuris non officit. ibid. & Rubric. 9. Annot. 5. num. 23. 106

Principes.

Principes olim ipsi iudiciis præerant, Magistratusque officium per se ipsos exercebant. Rubric. 1. Annot. 3. 5. 3. num. 6. 25

An & quibus legibus soluti sint? ibi. num. 12. & seqq. 27

Princeps Legi contraueniens an eiusdem speciei peccatum committat vt subditi alij contra illam peccantes? num. 15. ibi.

Quæ Ægypti Regum in id obseruatio? ibid. num. 16. 28

An non solum de honestate, sed de necessitate ad legum obseruantiam adstrictus sit? ibidem.

Non tantum se bonum dumtaxat præstare debet, verum etiam pro subditis diligentiam gerere vt quàm optimi sint futuri. Rubric. 7. Annot. 2. num. fin. in fine. 75

An & quando bona confiscata donare possit? Rubric. 9. Annot. 12. num. 22. in fine. 129

An pro arbitrio, & qualiter pœnas temperare, & remittere possit? Rubric. 11. Annot. 1. à principio, præsertim, num. 5. & seqq. 166. 167. & Annot. 2. num. 14. & 15. 185

Pœnam remittens absque legitima causa, legem violando, an & qualiter peccet? ibi. d. Annot. 1. num. 8. 168

Quæ ad remissionem legitima sit in Principe causa? num. 9. ibid.

An etiam post sententiam legem valeat temperare? d. Rubric. 11. Annot. 2. numer. 28. 188

An ad restitutionem condemnationis omissæ parti læsæ applicandæ teneatur? ibi. Annot. 3. num. 3. 189

An & quando ex priuata scientia contra id quod actis probatum est iudicare possit? Rubric. 14. Annot. 3. n. 14. & seqq. vsque ad numerum 22. 218. & seq.

An eius assertioni plenè credatur? ibi. n. 16. 219

Principis verbo seu auctoritate nemo decipiendus est. ibid. Annot. 4. num. 22. 127

Qui Principes cultu moderato, ad detractionem vsque, sint vsi? Rubric. 1. Annot. 5. num. 10. 40

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Qui facilem ad se aditum negotiantibus præbuerint?ibi.Annot.7.num.10. 45
Qui vanas populi voces,rumorem, & maledicorum conuitia contempserint?Rubric. 2.Annot.vnic.num.8. 50
Qui rogati,epistolas concedere noluerint,vt Iudices iustitiam facerent?Rubric.12.Annot.vnic.num.9. 194
Qui ad Principatus inuiti venerunt?Rubric. 3.Annot.vnic.num.5.& 6. 55.56
Qui obtentum dimiserunt ?Rubric. 15. Annot.fin.num.13. 308
Nil magis Principem quàm Misericordia decet.Rubric.11.Annot.1.num.1. 166
Principes appellantur Iudices.num.2. ibi.
Principes, etiam cum optimè cesserit, serui sunt.Rubric.15.Annot.fin.num.15. 309
Boni sibi dominantur; populo seruiunt. ibidem.
Tanto eorum seruitus deterior,quanto plurium dominio subiicitur.ibi. n. 17.& 18. 310.311
Princeps censetur velle iuris dispositiones seruari,cumque eis voluntatem suam conformare. Rubric. 14. Annot. 5. num. 35. 252
Potest non præcedente diffamatione inquirere,seu inquisitionem delegare.num. 36 & seq. ibi
Et vndecunque crimina claruerint,punire.d.. num.37. ibi.
Veritatem attendit, & ex ea apicibus seu ambagibus iuris prætermissis iudicat,censeturque iudiciatij ordinis nullitates purgare. ibidem.
Naturale ius immutare nequit. num. 38. ibi.
Respublica est.Rubric.15.Annot. fin. n. 17. 310
Alia verbo *Reges*, verbo *Pontifex*, & verbo *Superior*.

Principium.

Difficile est vt bono peragantur exitu,quæ malo sunt inchoata principio. Rubric. 1. Annot.3.§. 2.num.18. 22.& §. 3.n.18.29.
Nulla res consummata esse potest dum incipit. Rubric. 15. Annot. 1. num. 54. 297

Priuatio.

Priuatus ipso iure beneficiis seu dignitatibus,ad aliavè inhabilis redditus, an fructus seu prouentus perdat,nec faciat suos? Rubric.9.Annot.12.§.4.num 8.& seqq.& num.13. 153

Probatio.

In corruptione, seu barataria quæ probatio sufficiens sit?Rubric.9.Annot.13.num. 6. 160
Quæ in secreti violatione?Rubric.1.Annot. 4.num.10. 36
Probationum copia an & quando reo danda? verbo *Copia*.
Testium numero, vel dignitate superior debiliorem vincit, & omnino enetuat. Rubric.14. Annotatione 7.num.14. 264
Cum omnino æqualis est,potest Iudex eligere quam malit. ibidem.

Probus Imperator.

Probus Imperator delatum ab exercitu sibi Principatum inuitus accepit. Rubric. 3. Annot.vnic.num.6. 56

Prodere.

Prodere se an quis teneatur ? Rubric.9.Annot.12.§.4.num.15.ad fin.154 & Rubric. 14.Annot.4.num.13. 224

Alia verbo *Reus*.

Prodesse verbo *Nocere*.

Prodigus.

Etiam notoriè prodigus validè contrahit dum per sententiam suorum bonorum administratione non interdicitur.Rubric.7. Annot.3.num.11. 78

Prohibere. Prohibitio.

Prohibere,& Irritare an & quatenus differant?Rubric.9.Annot.12.§. 2. num. 15. 134
Prohibitio alienationis dominij translationem non impedit. Rubric. 1.Annot.3.§. 3.num.9. 26
Ne Iudices munera recipiant, publicum respicit fauorem.Rubric.9.Annot.4.num.16. 100.& Annot.12.num.24. 129

Alia verbo *Desiderata*.

Promissio, verbo *Fides*.

Prophetia.

Ad prophetiæ veritatem non interest ignoratio eius quod prophetatur. Rubric. 14. Annot.4.num.30. 232

Prosperitas verbo *Felicitas*, & verbo *Dies*.

Proxeneta.

Proxeneta in corruptione Iudicis Reperundatum crimine tenetur.Rubric.9. Annot. 13.num.2. 159
In obtinenda gratia,vel iustitia apud sedem Apostolicam precio vel muneris datione, an vt principalis dans excommunicationem incurrat?num.3. ibi.
Crimen corruptionis reuelans an contra se pœnas sancitas euitet?ibi.n.4.& 5. 160

Prudentia.

Prudentia est mater fortitudinis, quia sine prudentia temeritas erit.Rubric.13.Annot. vnic.num.2. 195
Sine Iustitia Prudentia nil valet ad faciendam fidem.ibi.num.13.in fine. 200
Nec sine Iustitia Prudentia esse potest. Rubric.14.Annot.4.num.41. 237
Quid sit?ibid.num.8. 223
Quàm in Iudicibus necessaria;quodque eius officiũ?ibi.& Rubric.15.Annot.1.n.15.186
Quasi delictum in Iudice in prudentia vindicatur.d.Rubric.15.Annot.1.n.16. ibid.
Alia verbo *Sapientia*.& verbo *Ratio*.

Publicum.

Publicum dicitur quasi *Populicum*. Est omnium in communi,nullius in particulari. Rubric.15.Annot.fin.num.8. 311

Pub. Sextius.

Pub.Sextius præclarissimus virtutum ornamentis decoratus,honoribus non tam vti voluit,quàm dignus videri.Rubric.1.Annot.3.num.5. 10

Pudicitia, Pudor.

Pudicitia secretum quærit.Rubric.1. Annot. 3.num.1. 9

Nihil ornamentorum quærit, decus suum ipsa est. ibid. Annot. 5. n. 1. 37
Est Honor corporum, Ornamentum morum, Sanctitas sexuum Vinculum pudoris, Fons castitatis, Pax domus, concordiæ Caput, virorum pariter ac fœminarum præcipuum fundamentum, quasi Fastigium, omniumque consummatio virtutum, & omnium pariter concentus. d. Rubric. 1. Annot. 2. n. 1. 5

Alia verbo *Virginitas.*

Pudor fieri vetat, quod non vetat fieri Lex, d. Rubric. 1. Annot. 3. §. 4. n. 12. 32
Individuus Virginitatis esse debet, sine quo existere Virginitas non potest. ibi. Annot. 5. n. 1. 37

Pulchritudo.

Pulchritudo audita nec visa plus desideratur. Et quare? Rubric. 1. Annot. 5. n. 15. 16

Pupillus.

Pupillus, an, quando, quatenusque absque tutoris auctoritate obligari possit? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. n. 30. 139

Alia verbo *Tutor.*

Purpura.

Purpura qui usi sunt? Rubric. 1. Annot. 5. n. 6. vers. *Qua ratio.* 38
Maioribus stimulatur curis persecutionibus, & angoribus. Rubric. 15. Annot. fin. n. 14. & 21. 309. 312

Q

Quantitas.

QVantitas parua vel magna non præfinitos habet terminos, sed ex temporum personarumque conditione metitur. Rubric. 9. Annot. 5. n. 4. 102

Quies.

Quies etsi ex corde appetenda est, pro multorum tamen lucro postponenda. Rubric. 1. Annot. 3. n. 17. 17

Alia verbo *Otium.*

R

Raritas.

RAritas in admirationem trahit. Rubric. 1. Annot. 3. num. 15. 16. & Annot. 7. n. 71. 43
Rarum omne pretiosum, & ardentius appetitur. d. Annot. 3. n. 12. 16

Alia verbo *Familiaritas.*

Ratio.

Ratio vbi est eadem, idem est ius, non per extensionem, sed comprehensionem. Rubric. 9. Annot. 3. n. 21. 94
Ratione, vel fine Legis cessante in aliquo particulari casu an Legis obligatio cesset etiam in conscientiæ foro. Rubric. 9. Annot. 5. n. 22. & 23. 106
Ratio, quam vocant status, an recta ratione, iustitiaque non modo diuersa, sed illi contraria, virtutum nouerca, Prudentiæ maximè, cuius se emulatricem contendit, Rectoribus longè fugienda. Rubric. 13. Annot. vnic. n. fin. 201

Rebeca, verbo *Iacob.*

Rectitudo, Rector, Rectum.

Rectitudo, aut Rectum quid sit, quidque comprehendat? Rub. 11. Annot. 1. n. 28. 177. Rubr. c. 14. Annot. 1. n. 14. 206. & Rubric. 15. Annot. 1. n. 46. 292
Quantum distet ab Vtili Rectum? Rubric. 15. Annot. 1. n. 17. 200
Rector, verbo *Iudex*, verbo *Superior*, & verbo *Prælatus.*

Recusatio.

Recusari an possit affinis, & ad quem vsque gradum. Rubric. 9. Annot. 3. n. 9. 92
Recusari an possit in notoriis Iudex? ibi. Annot. 8. n. 6. 116
Ob increpationem, vel reprehensionem an recusari possit? Rub. 14. Annot. 1. n. 22. & 23. 207. 208
Recusari an possit, qui ante sententiæ prolationem votum suum pandit? ibid. Annot. 4. n. 29. 231
Absque recusatione an superiori Iudici liceat in causa honesta se excusare ratione, vel recusario necessario expectanda sit? ibidem. Annot. 8. n. 29. 278

Regere, Reges, Regnare, Regna.

Regendi munus, ars omnium summa & difficilior. Rubric. 15. Annot. 1. numero 4. 283
Reges ipsi olim iudiciis præerant, & Magistratus officium per semetipsos exercebant. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. numero 6. 25
Quid circa hoc glorioſissimi Principes nostri statuerint? ibid.
Ob populorum multitudinem optimos quosque in oneris partem iudicandi munere assumpsere, mercede laboris de Fisci annonis persoluenda. n. 7. ibi.
An id à iure quoque Diuino ortum habeat? n. 8. ibi.
Dicuntur Iustitiæ debitores. n. 7. ibi.
Quam à Populo dispensandi officia facultatem habeant? n. 9. ibid.
Regnare nescit, qui nescit dissimulare. Rub. 2. Annot. vnica, n. 8. 50
Et qui odia, irrisiones que nimium timet. n. 9. ibid.
Apud Ægyptios, Reges ex Sacerdotibus creabantur. Rubric. 7. Annot. 1. numero 9. 69
Reges Israël plerunque Sacerdotes erant. Romanorum pariter ante Consules. ibidem.
Regum Imperatorumque creandorum, quæ causa fuerit? Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 5. 24. & Rubric. 13. Annot. vnic. num. 4. 197
Regnum est splendida seruitus. Rubric. 15. Annot. fin. n. 15. & seqq. 309
Regnantibus peius multo periculum est quam his, qui iudicantur. ibi. Annot. fin. n. 21. 312
Regnate, pœna grauior. ibidem.
Regna sublatâ iustitiâ, nihil aliud sunt quàm latrocinia. Rub. 9. Annot. 1. n. 2. 86

Instabile Regnum est vbi non est pudor, sanctitas, pietas, fides, & cura iuris. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 19. 199
Reges Ægyptij legibus tenebantur vt priuati. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. n. 16. 28
Regnum est, Regnare nolle. Rubric. 15. Annot. fin. n. 22. 313
Alia verbo *Imperium*, & verbo *Dissimulatio*.

Regula.

Regulæ standum & inhærendum est, dum de exceptione non constat. Rubric. 9. Annot. 4. n. 10. 99

Relatio.

In materia relationis impossibile est certam regulam constituere. Rubric. 9. Annot. 12. §. 5. n. 22. 159
Alia verbo *Pœna*, & verbo *Clericus*.

Religio, Religiosus.

Religio quid sit? Quidque latius, strictiusvè sumpta denotet? Rubric. 7. Annot. 2. n. 8. 75
Religiosus verbo *Monachus*, verbo *Facta*, & verbo *Clericus*.

Remissio, verbo *Impunitas*.

Remuneratio.

Multa de Remuneratione remissiuè. Rubric. 15. Annot. fin. n. 1. 298. & verbo *Donatio*.

Renuntiatio.

Renunciare ordini iudiciario, eius solemnitatibus, aut iuramento calumniæ an & quatenus liceat? Rubric. 14. Annot. 5. num. 46. 254
Renunciatio tacita multis in casibus plus operatur, & maioris efficaciæ est quàm expressa. n. 47. & seqq. ibid.

Repente, verbo *Celeritas*.

Repetitio.

Turpiter danti denegatur repetitio. Rubric. 9. Annot. 12. n. 8. 126
Alia verbo *Dona*.

Repetundæ.

Repetundarum crimen an & quatenus à barattaria differat? Rubric. 9. Annot. 11. n. 3. 122
Quæ illius pœna? num. 5. & seqq. ibi.
An concussionis crimen contineat, vel è contra? ibi. n. 8 15. & 10. 123. 124
Publicum est, & eius cuilibet de populo accusatio competit. n. 9. ibid.
Falsi pœnam trahit. n. 10. ibid.
Iudices repetundarum crimine irretiti, an furti & latrocinij crimine teneantur? Quibusque aliis impliciti quoque videantur? n. 13. ibi.
Actio repetundarum quanto tempore duret? n. 16. ibi.
Repetundarum crimine an proxenetæ & participes teneantur? verbo *Proxenetæ*.
Repetundarum facinus reuelantes an excusentur? d. Rubric. 9. Annot. 13. num. 4. & 5. 159. 160
Quam probationem crimen istud exigat? n. 6. ibid.

Reprehensio, verbo *Correptio*.

Res.

Res transit cum suo onere. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. num. 9. 26
Quælibet ad suam naturalem facilè reuertitur. Rubric. 9. Annot. 6. n. 17. 111
Eadem diuerso iure censeri non debet. Rubric. 11. Annot. 2. n. 8. 183

Respublica.

Reipublicæ interest ne delicta maneant impunita. Rubric. 14. Annot. 4. numero 13. 224
Tunc demùm ad vindictam ius habet, cum de delicto secundùm ius eiusque tramites constat. ibi. n. 45. 239
Fictum & inanimatum corpus habet. ibid. Annot. 5. n. 72. 259
Consistere non potest nisi is qui imperitat habeat sapientiæ studium. Rubric. 15. Annot. 1. n. 7. 284

Restitutio.

An & quando necessariò facienda sit restitutio eius quod proiustitia, vel iniustitia facienda Iudex percepit? Rubric. 9. Annot. 12. per tot. 125
Acceptum pro iniqua occisione an necessaria restituendum sit? ibid. n. 6. 126
Acquisita in ludo prohibito an restitui debeant? verbo *Lucrum*.
Acquisita per actum prohibitum alicui certo generi personarum, alicuius virtutis respectu, excepta iustitia, restitutioni obnoxia non sunt. d. Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. n. 22. 136
Restitutio cum duplo à Lege 56. tit. 5. lib. 2. nouæ Reg. collection. fieri iussa, pœna est, ibi. num. 39. & seqq. vsque ad n 46. 141. & seqq.
Simplex restitutionis obligatio pœna non est, sed quædam vitatio culpæ. num. 39. ibi.
Ad restitutionem fructuum, vel prouentuum rei, ex eo tempore ex quo ad rei ipsius restitutionem quis tenebatur, tenebitur & non antea. d. Rub. 9. Annot. 12. §. 4. n. 19. 155
An ex violatione iustitiæ legalis, vel iustitiæ solum commutatiuæ aut distributiuæ restitutionis obligatio nascatur? Rub. 11. Annot. 3. n. 8. 11. 12. 13. & 19. 190. & Rubric. 14. Annot. 8. n. 19. 274
An necessariò restitutio facienda sit, cum damnum meo facto proximo sequitur, quod ex officio vitare debebam? Rub. 14. Annot. 5. n. 3. & seqq. 246
An restituere teneatur Iudex propter errorem commissum in aliquo iuris ordine iniquo Princeps potest dispensare? ibid. num. 36. 252
Restitutionis obligatio an ex leui culpa insurgat, vel ex graui solum, & quæ peccatum mortale contineat? Rubric. 15. Annot. 1. n. 16. 288

Retractatio.

Retractari oportet, quod male gestum est. Rubric. 14. Annotatione 5. numero 39. 252

Reuelatio.

Dictum per Diuinam reuelationem, etsi alio sensu loquatur is cui reuelatur; à mendacio abest. Rubric. 14. Annot. 4. numero 30. 232

Alia circa delictorum, vel secreti reuelationem, verbo *Proxeneta*, verbo *Repetunda*, verbo *Secretum*, verbo *Votum*, & verbo proximo *Reus*.

Reus.

Reus contra quem inquiritur, indiciis famaque non præcedentibus, seu probationibus petitis non ostensis, aut saltem notitia earum petita, nec data, respondere non cogitur. Rubric. 14. Annot. 4. n. 13. 224. & Annot. 5. n. 30. 251

Et an Iudici sic interroganti legitime interrogare, credere, & obedire reus teneatur? ibidem.

Facultatem, imò necessitatem appellandi tunc habet, ne sibi præiudicet. ibidem.

Si de facto respondere cogatur, licitè verbis ambiguis illudere Iudicem poterit, dum mendacium absit. d. Annot. 5. numero 31. 251

Et an tunc directè veritatem negare possit? n. 32. ibi.

Quid cum reus de sociis in criminibus non exceptis interrogatur? ibid. n. 68. 259

Simpliciter respondens, sociumque propalans, nullis ad non respondendum iuridicis remediis vtens, an ad damnum ex reuelatione teneatur? n. 69. ibid.

Sic occultum delinquentem reuelans an Iudicem interrogantem ad restitutionem sibi habeat obligatum, casu quo ex reuelatione socio ipse teneatur? d. Rubric. 14. Annot. 5. n. 70. ibid.

Cur in exceptis criminibus de sociis interrogari possit, & debeat, vel etiam ante interrogationem socios propalare? Quæque in id excepta crimina dicantur? ibi, n. 73. & 74. 260

Legitimè à Iudice interrogatus, sub peccato mortali veritatem respondere debet. Et an idem sit, siue interrogatus solus, seu cum aliis delinquentem nouerit, cum in generali inquisitione, certo existente delicto, Incerto verò delinquente, interrogatur. d. Rubric. 14. Annot. 4. n. 38. 237. & Annot. 5. n. 75. & 78. 260

Quando legitimè ad id interrogatus reus dicatur? ibi. d. Annot. 5. n. 29. 250

Reo fauendum est potius quàm actori in ciuili & criminali causa. ibi. Annot. 7. n. 13. 267

Rei nomen non ad criminalem solum causam, sed etiam ciuilem refertur. ibidem.

Non legitimè interrogatus non se tenetur prodere. d. Rubrica 14. Annot. 4. num. 13. 224

An & quando pœnam reddere, seu præstare teneatur? verbo *Pœna*.

Rigor verbo *Mansuetudo*.

Risus.

A derisu non procul abest risus. Rubric. 5. Annot. vnic. num. 11. 60

Rogatio, seu Rogatus, verbo *Preces*.

S

Sacerdos.

Sacerdotis nomen quid significet? Rubric. 7. Annot. 1. n. 9. 69

Sacerdotes quàm apud Germanos in plectendo potestatem habuerint? ibidem.

Apud quas nationes extiterint Reges? verbo *Reges*.

Sagacitas.

Sagacem oportet esse Iudicem. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 6. 198. Rubric. 14. Annot. 2. num. 11. 214. & Annot. 4. numero 8. 223

Salomon.

Salomon, qui prius Deo templum construxerat, assiduitate mulierum ad hoc vsque perductus, vt templum idolis fabricaret. Rubric. 1. Annot. 2. n. 4. 6

Occisionem pueri simulauit, quam exequi non intendebat. Rubric. 14. Annot. 4. n. 3. 222

An mendacium eius continuerit simulatio, vel significationem, quæ mendacium excludit? ibi. n. 30. & seq. 232

Salus.

Saluti sæpè fuêre pestifera. Rub. 15. Annot. fin. n. 28. 319

Samuël.

Samuëlis aduentus in Bethlehem? cur populo pepetit admirationem? Rubric. 1. Annot. 7. n. 7. 43

Qualiter iudiciali munere fungebatur? n. 9. ibidem.

Sanctitas.

Sanctitas quid sit? Quidque significet? Rub. 7. Annot. 1. n. 1. 67

Vbi Sanctitas, ibi Iustitia. n. 4. ibi.

Sanguis.

Sanguinis nomen culpam denotat. Rubric. 15. Annot. fin. n. 8. 304

Sapientia, Sapiens.

Sapientia hominis lucet in vultu eius. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 2. 45

In maleuolam animam non introiuit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Rubric. 7. Annot. 1. numero 12. 70

Cognata virtuti est. ibidem.

Vbi sapientia ibi virtus animi, ibi constantia & fortitudo. Rubric. 13. Annot. vnic. n. 13. 200

Sapientiæ studium omnino in Rectore necessaria. Rubric. 15. Annot. 1. n. 6. seq. & 34. 284. 289. & Rub. 14. Annot. 2. n. 11. & seq. 214

Principaliter circa veritatis considerationem insistit. Rubric. 14. Annot. 2. n. 11. ibid.

Callida, non est de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. ibi. Annot. 4. n. 17. 215

Iustorum, mundique describitur. ibi. num. 56. 242

Docet prudentiam & iustitiam. Rubric. 15. Annot. 1. n. 6. 284

Quid

Quid sit, quámque in Iudice necessaria? ibid. n. 4. 285
Sapientes abscondunt scientiam. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 12. 51
Sapiens ad omnem incursum munitus est, & intentus. Non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur. Idem est animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus, defectus rerum ignorat, & varium animum nescit. Rubric. 13. Annot. vnic. numero 13. 200
Rectum discernere à prauo, solus scit sapiens. d. Rubric. 15. Annot. 1. n. 3. 282
Ad mensuram Otij crescit. Quoque otiosior Sapientia, eo exercitatior in genere suo. ibi. Annot. fin. num. 25. ad princip. 318

Saturninus Imperator.

Quantum malum sit Imperare, qualiter dixerit, monstrauerit que Saturninus Imperator. Rubric. 15. Annot. fin. n. 21. 312

Saul.

Saul, qui se indignum considerans, Regnum fugerat, vt Regni gubernacula suscepit, intumuit, & ipsum qui se in Regem vnxerat abscidit, inque discrimina venit. Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. 12. & Rubric. 4. Annot. vnic. n. 6. 59
Quomodo duobus annis regnasse super Israël dicatur, cum multis regnarit? Rubric. 15. Annot. fin. n. 13. 308

Scandalum.

Scandalum, quod dicatur? Et quando per illud lethalis culpa contrahatur? Rub. 7. Annot. 1. n. 3. 74
Pusillorum est exagitari scandalo. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 11. 51

Scientia, Scire.

Scientia sapientum fugit ostentationem. Rubric. 2, Annot. vnic. numero 7. 11. & 12. 48. 51
Scientia, est Diuinitatis; ignoratio, humanitatis. Rubric. 15. Annot. 1. n. 42. 291
Nisi Dei scientia coronemur, nihil nobis prodest omnium rerum eruditio. ibi. num. 8. 284
Ciuilis, an differat à sapientia? ibi. num. 4. 283
Eminens, vix reperitur, neque in Iudice necessario requiritur, sed sufficiens. ibid. n. 44. 291
Nulla hic perfecta. Et quare Deus voluit pluta remanere dubia & non aperta in via, etiam circa Diuinas scripturas, & circa alias artes? ibi. ad finem.
Multa, inflat. ibid.
Scire, Scire debere, scire posse, & negligere scire, paria sunt. Rubric. 14. Annot. 5. n. 64. ad fin. 258
Alia verbo *Index*, verbo *Sapientia*, & verbo *Zelus*.

Scipio Africanus, Nasica.

Scipio Africanus nunquam Consulatum petiit: bis Consul factus. Rubric. 1. Annot. 3. n. 5. 10
Somnolenti à Populo notatus. Rubric. 7. Annot. 2. n. 1. 71
Ex multis quos habuit dies lætissimos, nullum habuit lætiorem quàm cum Senatu missus, domum reductus est. Rub. 15. Annot. fin. n. 13. 308
Nasica præ cæteris sui æui laudatissimus vir, in toga candida bis repulsa notatus à Populo, nec tandem ei in patria mori licuit. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 6. post med. 47

Scrupulus.

Scrupulus multipliciter diffinitur, seu describitur. Rubric. 14. Annot. 6. n. 15. 264
An deponendus omnino sit ad licitè operandum? n. 16. & seq. ibi.
An rationabiliter contemnendi scrupuli sint, & consultius sit contra illos operari. n. 18. ibi.
Remedia contra scrupulos. ibidem.

Secessus.

Secessus, virginalis pudoris index est, & in sui desiderium atque amorem trahit. Rubric. 1. Annot. 3. num. 1. 12. & 15. 9. 12. 16
Qui illum amarint, dignitatesque renuerint? ibi. n. 7. 11
Acerbos vitat morsus. ibi. n. 8. 12

Alia verbo *Solitudo.*

Secretarij, Secretum.

Secretarij Regij qualiter munera recipere prohibeantur? Rubric. 9. Annot. 12. n. 25. 129
Secretum reuelans etiam qui naturali solum honestate ad eius obseruantiam solum tenebatur, an mortaliter peccet? Rub. 1. Annot. 3. §. 3. n. 16. 28
Seruare nequit garrulus secretum. ibi. Annot. 4. n. 5. 36
Quas patiatur pœnas, qui in Reipublicæ perniciem, contraque fidem datam, illud violat? Quodque nomen teneat? & num 9. ibi.
Quæ probatio ad pœnarum inflictionem contra istum secreti violatorem sufficiens sit? d. Rub. 1. Annot. 4. n. 10. ibid.
Qui secretum detegit, se Hispanum negat, aut Hispani nominis originisque se indignum exhibet. n. 6. ibi.
Eximia est virtus, & non laboriosa, secretum seruare. n. 7. & 8. ibi.
Diuitiis, nullum secretum esse potest. Rub. 7. Annot. 2. n. 1. 71

Semita.

Semita angustior est quàm via. Quidque Semitæ nomine denotetur? Rub. 11. Annot. 1. n. 22. 171

Senator.

Senatores antiquitus ab agris vocabantur. Rubric. 15. Annot. fin. num. 11. 307

Alia verbo *Auditores*, & verbo *Consiliarij Regij.*

Sensus verbo *Mens.*

Sententia.

Sententia Iudicis & Legis à pari procedunt, idemque operatur ficta à Lege quàm lata ab homine. Rub. 9. Annot. 12. §. 3. n. 3. 143
Quandoque Legis plus operatur. ibi. num. 4. 144
Limitatur & intelligitur. n. 36. 37. 38. 39. & 40. 149. 150

Falsis

Falsis actis, rationibus, seu allegationibus lata, an nulla sit, vel aliqua, & ab inferiore etiam possit Iudice reuocari? Rubric. 11 Annot. 2. numer. 19. vers. *Ex dictis.* 187
An & quando in melius sententiam reformare valeat Iudex: ibid. num. 16. 188
Cum consilio assessoris lata, Iudicis non assessoris reputatur. num. 26. ibid.
Iudicis pretio corrupti nulla est ipso iure. Rubric. 12. Annot. vnic. num. 11. 194
Ob preces lata rescindenda venit, num. 12. ibi.
Ob metum, an nulla sit ipso iure? Rubric. 13. Annot. vnic. num. 9. remissiuè. 199
Per iracundiam, an valeat, & executionem mereatur? Rubric. 14. Annot. 1. num. 26. 209
Interlocutoriam potest quandocumque ante diffinitiuam Iudex reuocare. ibi. Annot. 5. num. 40. 253
Appellatione etiam non obstante, si causa postulet. num. 42. ibi.
Amplia duobus numer. seqq
Diffinitiuam emendare nequit. num. 43. ibi.
Limita num. seq.
Sententia finem imponit. d. Rubric. 14. Annot. 5. num. 61. 257
Repente, sine deliberatione & librorum reuolutione lata an valeat? Rubric. 15. Annot. 1. num. 10. 284
Contra communem an sit nulla? ibi. n. 49. & seq. 294
Reuisionis an & quando nouum studium, librorumque postulet reuolutionem? ibi. num. 12. 285
De cuius errore in processu apparet, nulla est. d. Rubric. 15. Annot. 1. num. 41. 291
Ex sententia nulla ad quid & quando Iudex teneatur? verbo *Iudex.*
Pro sententia præsumendum. Rubric. 14. Annot. 5. num. 24. 249
Ex sententia iniuste probata à qua pars non appellauit, an & quatenus Iudex teneatur? ibi. num. 57. & seqq. 256

Sequentia.

Sequentia ex præcedentibus declarantur, & quæ dicuntur in præcedentibus, tacitè in sequentibus repetita creduntur. Rubric. 9. Annot. 12. §. 5. num. 3. 156

Sermo.

Sermo est imago, seu vultus animi, & fructus cogitationis. Rubric. 1. Annot. 4. n. 2. 35

Seruitus, Seruus.

Seruitus est Imperium. Rubric. 15. Annot. fin. num. 15. 309
Seruitute nihil miserius, non modo morti, comparata, sed morte deterior. ibi. n. 16. 310
Seruus publicus quis dicatur? ibi. num. 17. & 18. 310. 311
Seruum non decet dominari Principibus. Rubric. 7. Annot. 1. num. 11. ad fin. 70
Qui facit peccatum, seruus est peccati; totque dominis addicitur, quot vitiis

Gabr. de Velasc.

Rubric. 3. Annotatione vnic. numer. 3. 54
Seruilis est omnis passio. ibidem.

Seueritas.

Seueritas quos præstet effectus, quamque vtilis virtus sit, in iustitia præcipuè ministranda? Rubric. 8. Annot. vnic. num. 1. 81
Quid sit? ibi.
Temperata in Iudicibus desiderantur, ne atrocitatis speciem Iustitia sumat; ne cõtemptus occasionem nimia præstet humanitas. ibi. num. 3. 82. & Rubric. 14. Annot. 1. num. 8 & seq. 203
Nimia, quæ afferat damna? d. Rubric. 8. n. 3. 82
Difficulter seueritas cum lenitate coniungitur; coniungi tamen necessario debent, & fœliciter coëunt. numer. 4. ibid.
Saluaris vincit inanem speciem Clementiæ. Rubr. 11. Annot. 1. n. 12. 169

Silentium.

Silentium est Iustitiæ custos. Rubric. 1. Annot. 4. num. 4. & seqq. 35
Alia verbo *Secretum*, verbo *Iudex*, & verbo *Taciturnitas.*

Simeles.

Simeles quid sepulchro suo inscribi mandauerit? Rubric. 15. Annot. fin. num. 15. 308

Simonia, Simon Magus.

In Simonia nec ex parte rei, nec ex parte pretij dati paruitas potest, quin mortale contineat. Rubric. 9. Annot. 5. numer. 1. 102
An & quando in ordinum, seu beneficij Ecclesiastici postulatione, aut concessione ita pretio vt precibus contrahatur? Rubric. 12. Annot. vnic. numer. 6. 193
Simon Magus ideo volebat emere spiritum sanctum, quia vendere volebat Spiritum Sanctum. Rubric. 1. Annot. 3. §. 2. n. 18. 22. & §. 3. num. 18. 29

Simonides.

Quid Simonidi ab Athenienſibus obiectum? Rubric. 7. Annot. 2. num. 1. 71

Simplex, Simplicitas.

Simplex quis dicatur? Rubric. 15. Annot. 1. num. 46. 292
Simplicitas legibus est amica. Rubric. 14. Annot. 4. num. 24. 228
Quatenus simplicitatem profiteri debeat Iudex? ibi. vbi multa de simplicitatis laudibus, & num. 40. 42. in fine, 44. & 56. 236. & seqq.
Alia verbo *Iudex*, & verbo *proximo sequenti.*

Simulatio.

Simulatione qui ad veritatem eruendam in iudicio fuerint vsi? Rubric. 14. Annot. 4. n. 3. & seqq. 222
An licita in iudicio sit, & bonum vitum deceat? ibi. num. 7. 17. 18. 24. 26. 30. & seqq. 223. & seqq.
Omnis simulatio, quæ non continet significationem mendacium continet & peccatum. ibidem. num. 31. 232

Dolus malus dicitur. ibidem.
Quantum à Dissimulatione differat?ibi.n.52. 233
Simulatores prouocant iram Dei.ibi.n. 42. in fin. 237
Alia verbo *Dolus*, verbo *Fictio*, & verbo *Mendacium*.

Sinceritas, verbo *Synceritas*.

Sobrinus.

Sobrini, qui dicantur?Rubric.9.Annot.3.n.1. & 2. 91

Socius.

Socius criminis, an & quando de sociis interrogari possit aut debeat, & in conscientia paritet veritatem respondere? Rubric. 14. Annotatione 5. numero 68. & seqq. 259
An teneatur ad restitutionem ob reuelationem de socio factam? numero 69. & 71. ibi.
Socij dictum neque sufficit ad condemnationem, neque ad inquisitionem aut torturam iudicium facit, neque aliud generat, præiudicium per se saltem & absque aliis indiciis.d.n.71. ibi.
Cur in exceptis criminibus de sociis interrogari potest?Et an etiam ante interrogationem eos debeat propalare?ibi.num. 74. & seqq. 260
In generali inquisitione vt quilibet alios testis interrogatus, an veritatem licitè celet? ibid.n.77. 261

Sol.

Solem iudiciis præesse Bithini dicebant. Quidque hoc significarent?Rubric.3.Annot.vnic.n.10.& seq. 56
Solis officium est, omnia pandere, eique notanter oculi tribuuntur.n.11. ibi.
Interprete non eget, habet fulgorem interpretem sui luminis.Rub. 10. Annot.vnic. n.5.in fine. 162

Solemnitas.

Quæ iudiciorum solemnitates iure Regio sint resecatæ, ad quarumque obseruationem teneatur, nonvè teneatur Iudex?Rub. 14.Annot.5.n.49.& seqq. 255

Solertia.

Solertia pars virtutis Prudentiæ est, in Iudiceque desideratur.Rub.14.Annot. 4.n. 2. 222
Quatenus à dolo differat? Quid denotet? Quidque eo nomine contineatur?ibi.& n. 25.& 28. 230

Solicitudo.

Solicitudo quam in Iudicibus necessaria. Rub.1.Annot.7.n.9. 43
Alia verbo *Diligentia*, verbo *Occupatus*, & verbo *Ocium*.

Solitarius, *Solitudo*.

Solitarij cur, & vnde Consules dicantur?Rubric.15.Annot.fin.n. 24. 315
Solitudo Virginem decet.Rubric. 1. Annot. 7.n.1. 42
Corporis solitudo mentis solitudini fugæque vitiorum multum conducit, fœlicior quàm publica vita, longeque beatior. d. Rub.15.Annot.fin.n. 8. & seqq. vsque ad finem, vbi in id pluta. 304
Solitudo non est ipsa essentia perfectionis, sed perfectionis instrumentum.d. num. 8. ibi.
An homini conueniat, & an eam eligens, contra naturam, vel supra naturam faciat? Quæque solitudo improberur?ibi.num. 9. & seqq.& numero 24.& 26.306. 315. & seqq.
Est cœlestis doctrinæ schola, diuinarum artium disciplina, negotiorum cœlestium apotheca, Deum ex homine efficiens, sententia Diui Gregorij Nazianzeni. d. Rubric.15.Annot.fin.num.12. 25.& 29.307. & seqq.
Vitam diesque multiplicat. ibid. num. 13. 308
Internas externasque curas & angores magna ex parte leuat.ibi.n.8. 304
Etiam intra vibem est, si animus versantes intra vrbem abdicet vsu vribis. In vrbe item est solitarius, si animus popularibus distrahitur curis.ibidem.& n.27.28. & 29. 319.320
Portus est.ibi.num.24.& 31. 315. 322
Quæ mala, quibusque afferre soleat? A quibus vitanda? A quibus colenda, quibusque apta & proficua?ibid. num. 26. & seqq. 318
Volenti perperam agere, & desertum abundantiam habet, nemus vmbram, & silentium solitudo. ibid.
Quantum, quamque Auctor solitudinem optet? ibi n.24 & seqq. 315

Alia verbo *Otium*, & verbo *Vita*.

Sordes.

Sordes quid significent.denotentve? Rubric. 9.Annot.4.numero 2.& 19. 98.100
An per sordes iudicare dicatur, qui gratia vel amore iudicat?Rubric.11.Annot. 2.numero 6.183.& Rubric.12.Annotatione vnic. n.5.6.8.& 11. 193.& seq.

Alia verbo *Cultus*.

Spes.

Sola spes aliquid consequendi, in Iudice crimen reperundarum inducit.Rubric.9.Annot.7.ex n.5. 113
Spes præmij iustitiam præuertit. ibi. Annot. 10.n.10. 120
Furatur labores, metum abscondit periculi, ingenia acuit, fouet arteis, merita gloriamque solicitat.Rubric. 15. Annot. fin. n. 2. 299
In Deo figenda.Rubric.13.Annot.vnic.n. 9. 199

Statera.

Statera dolosa verborum quantum Domino displiceat? Rub.14.Annot.4. n. 56. ad finem. 242

Status ratio, verbo *Ratio status*.

Statutum.

Statum & Consuetudo æquiparantur. Rubric.9.Annot.6.n.5. 108
Quando statutum sit consuetudine fortius? ibi.& n.11. 109
Etiam in particulari, & intra statuentium terminos legem tollere nequit.ibi.num.5. 108

Principis, iuris vniuersalis vim habet, & quodammodo ius commune dici potest. d. Rubric. 9. Annot. 8. num. 4. ad finem. 115

Stipendia, verbo *Tributa*, verbo *Tabellio*, & verbo *Index*.

Stipulatio.

An ex stipulatione alteri facta naturalis saltem nascatur obligatio? Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. num. 31. 32. & 33. 139

Stratagemata, verbo *Insidiæ*.

Studium.

Studium exigit indefessum laborem. Quique senes etiam eidem vacauerint? Rubric. 15. Annot. 1. n. 1. & seqq. præcipuè n. 1. 8. & 9. 281. & seqq.

Nulla ætas ad discendum sera est, tandiuque discendum, quandiu nescias, seu potius quandiu viuas, numero 2. 8. 9. & seq. ibi.

Studiis multitudo nouercatur. d. Rub. 15. Annot. fin. n. 12. & 29. 307. 321

Quantum humanæ vitæ conducat. num. 25. ibid.

Stultitia, Stultus.

Stultitia nihil pacatum habet, ad omnia pauet, impatata est, & ipsis terretur auxiliis. Rubric. 13. Annotatione vnic. numero 11. 200

Stultus verba multiplicat. Rubric. 1. Annot. 4. n. 4. 55

Stultum deliciæ non decent. Rubric. 7. Annot. 1. n. 11. ad finem. 69

Stylus, verbo *Praxis*.

Suantocopius.

Suantocopius Bohemiæ, & Morabiæ Rex quid circa vitam solitariam, publicamque professus? Rubric. 15. Annot. fin. num. 13. 308

Suarez.

Francisci Suarez opinio impugnatur. Rub. 9. Annot. 12. §. 3. n. 16. & 19. 146

Subditi.

Subditi ad superiorum normam formantur. Rubric. 7. Annotatione 1. num. 3. & seqq. 74

Submissio.

Submissio indecens, auræ cupida populatis fœdat turpatque imperantem. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 3. 45

Quanto quis superior, tanto se decenter submissius gerere debet. Rub. 4. Annot. vnic. n. 14 61

Subtilitas.

Subtilitas nimia iuri exosa, Iudicibus nocua. Rub. 15. Annot. 1. n. 48. 293

Suggestio, verbo *Confessio*.

Summa, verbo *Alta*.

Superbia, Superbus.

Superbia in nitido cultu apparet, in fordido latet. Rubric. 1. Annot. 5. numero 7. 39

Quàm sit Iudicibus perniciosa, quamque fugienda? Rub. 4. Annot. vnic. num. 4. & seqq. 58

Superbus iniustus, contemptibilis & abiectus. ibidem.

Vbi fuerit superbia ibi erit ignominia, & infœlix casus, sequiturque superbos à tergo vltor Deus. d. numero 4. & seqq. ibidem.

Ipsum superbire, cedere est. ibid.

Superbus Iudex ipse sibi dedecus & infamiam irrogat, suique detegit vilitatem. ibi. n. 5. & seqq. 59

Quo magis attollitur, peius colliditur. n. 7. ibi.

Stultitiam ostendit superbia. ibi. numero 8. 60

Probos mores corrumpit. d. Rubric. 4. n. 11. 60

Omnis peccati initium est, & omne peccatum ea accedente committitur. Quæque speciatim generet mala? num. 12. & seqq. ibidem.

Enumerari vix illius vitia possunt. ibidem.

Quare omnis peccati initium dicatur? ibidem.

Nullum aliud crimen in Rectore turpius, eiusque comparatione cætera minora videntur. d. Rub. 4. n. 13. 61

Odibilis est coram Deo & hominibus. n. 15. ibi.

Detrahenda rebus per se superbis, rebusque secundis, quæ in superbiam efferunt. n. 16. ibi.

Vicina, cognataque esse superbia Potentibus solet. ibid.

Superbus est, qui supra vult videri quàm est. ibi. n. 6. 59

Regimine se præstat indignum, & vilitatem detegit. ibid. & ex numero 4. cum seqq. 58

Cum fuco iustitiæ iniquitas tegitur, pestilentia superbiæ venenosius serpit. ibid. n. 15. 61

Contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri. Rubric. 14. Annot. 1. numero 14. 205

Superba mens etiam cum de se falsa bona dicuntur exultat. Rub. 10. Annot. vnic. num. 2. 161

Superfluitas.

Superfluitas quàm Iuri sit exosa, quamque vitanda Iudici? Rub. 9. Annot. 3. n. 3. & seqq. 92

Superior.

Superiores irreprehensibiles esse debent, & cæteros multo longe antecellere, solis, seu lucentium gemmarum ad instar. Rubric. 1. Annot. 1. n. 6. 3. Rub. 7. Annot. 2. per tot. 71. & Annot. seq. per tot. præcipuè, num. 1. & 2. 76

Superiorum vitia & virtutes in aperto sunt. d. Rub. 1. Annot. 4. n. 3. 75. & Rub. 7. Annot. 2. n. 1. 71

Minimi etiam eorum notantur defectus, & magni reputantur. ibi. Annot. 2. num. 1. 71

Quot superiorum discrimina? Quibusque sint maledictis subiecti? Rubric. 1. Annot. 3. numero 10. & seqq. 12. Rubric. 2. Annotatione vnic. numero 4. cum seqq. 46. & Rubric. 15. Annot. fin. numero 7. præcipuè

UAB Biblioteca de Ciències Socials

post med. 303. & num. 8. 15. & seqq. 304. & seqq.
Quanto quisque superior, tanto se gerere submissius debet. Rubric. 4. Annot. vnic. n. 14. 61
Rei sunt criminum, quæ subditi illorum exemplo committunt. Rub. 7. Annot. 2. n. 4. 74
Tot mortibus digni sunt, quot exempla perditionis ad subditos transmittunt. ibi. n. 6. 75
Tot è conuerso ab humani generis saluatore retributiones accipient, quot lucra ei operati fuerint animarum. ibi. numero 5. & 7. & Rubric. 15. Annot. fin. numero 6. 302
Quasi signum positi sunt ad sagittam. d. Rubric. 7. Annot. 2. n. 7. 75
Quàm difficilis eorum sit salus. d. Rubric. 1. Annot. 3. n. 10. 12
Inferiorum sententias nonnunquam in peius reformant. Rubric. 14. Annot. 5. num. 62. 257
Superiorum vita seruitus graueque supplicium est Rubric. 15. Annot. fin. num. 15. 309
Alia verbo *Irreprehensibilis*, verbo *Iudex*, & verbo *Subditi*.

Supplicium, verbo *Pœna*.

Suspensio, verbo *Censura*.

Suus.

Inæstimabile est suum fieri. Rubric. 15. Annot. fin. n. 18. 311

Syncerisas.

Synceritatis nomine Iudex subintelligitur. Quidque eius nomine contineatur. Rubric. 14. Annot. 4. n. 17. 225
Et ibi Syncericatis laudes.

Syndicatus.

Syndicatus causæ ab inferioribus Iudicibus factæ, ad Principem referuntur. Rub. 9. Annot. 6. n. 15. 211

Alia verbo *Actio*.

T

Tabellio.

TAbelliones an maiora stipendia recipere possint quam sint taxata, propter abundantiam vel penuriam superuenientem post taxationem, vel quod à principio iniusta taxatio fuerit? Rubric. 9. Annot. 12. n. 15. 127
Cameræ, qualiter munera recipere prohibeantur? ibi. n. 15. 129

Taciturnitas.

Taciturnitas quàm omnibus, Iudicibus maximè necessaria? Rub. 1. Annot. 4. num. 4. & seqq. 35
Partis præsentis nec contradicentis, habetur pro consensu etiam in sibi præiudicialibus. Rubric. 14. Annotatione 5. numero 18. 26. 46. 47. 48. & 50. 248. & sequentibus.
Quod parte præsente dicitur de substantia, & necessitate; præsente & tacente, dicitur congruitatis, vel non de substantia. ibi. n. 47. 254
Taciturnitate facilius inducitur consensus in his quæ commodum continere possunt. ibi. n. 58. 257
Non semper taciturnitate ius perditur. n. 62. ibi.
Alia verbo *Iudex*, verbo *Virgo*, verbo *Secretum*, & verbo *Silentium*.

Tale.

Quidquid est causa aliorum vt sint talia, illud est maxime tale. Rub. 14. Annot. 4. n. 24. 218.
Temperantia, verbo *Ira*, verbo *Correptio*, & verbo *Modus*.

Temporalia.

Temporalia timentes perdere, & ob illa à Iustitia deuiantes; temporalia & spiritualia perdent. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 9. 199

Tempus.

Tempus iudicandi, quod? Rubric. 1. Annot. 7. num. 9. & 10. 43
Parcendum tempori, nec in superuacuis conterendum. Rubric. 1. Annot. 3. & 1. num. 3. 20
Tempore indigemus vt aliquid maturius agamus. Rubric. 15. Annot. 1. n. 10. ad fin. 284
Temporis vicinitas, quam suspicionem inducat? Rubric. 9. Annot. 9. numero 15. 119
Ex temporum varietate, leges variantur. d. Rubric. 9. Annot. 6. numero 9. 109
Alia verbo *Breuitas*, & verbo *Festinatio*.

Tentatio.

Tentatio Dei quando & quomodo incurratur? Rubric. 14. Annot. 4. n. 32. ad finem. 233
Terminus, verbo *Electio*, & verbo *Dilatio*.

Terribilis, Terror.

Terribilis an & quatenus Iudex esse debeat? Rubric. 14. Annot. 1. per tot. 202
Nomen Iudicis terribile est. ibi. numero 13. 205
Quem terrorem incutere debeat Iudex? d. Annot. 1. à n. 1. cum seqq. præcipuè num. 4. & seqq. 202
Terribilis Deus. ibid. n. 13. 205
Alia verbo *Timor*.

Testes.

Testis facilius à testificando quàm Iudex à Iudicando repellitur. Rubric. 7. Annot. 3. n. 4. & 17. 77. 79
Inhabilis sustinetur, si de inhabilitate pars non opponat. Rubric. 14. Annot. 5. num. 48. 254
Non legitimè interrogatus si occultum peccatorem detegit, an ex reuelatione ad restitutionem teneatur? ibid. numero 69. 259
Legitimè interrogatus an occultum delinquentem debeat reuelare, siue solus, siue cum aliis sciat? ibid. numero 75. & 78. 260
Dicens se nescire, & veritatem occultans an iustitiam

iustitiam commutatiuam lædat,& ad restitutionem teneatur? ibi.n.80. 261

Alia verbo *Probatio.*

Testimonium.

Testimonium eius cui ab aduersa parte opponitur crimen, reprobatur, si in ipso crimine perseueret. Rubric. 7. Annot. 3. num. 5. 77

Multorum, non ideo grauissimum est. Rubric. 15. Annot. 1. n. 51. 294

Thebani.

Thebani oculis in cœlum eleuatis Iustitiam referebant. Et quare? Rubric. 11. Annot. 2. n. 8. 183

Themistocles.

Themistocles quàm exosum habuerit Magistratum? Rubric. 1. Annot. 3. num. 10. ad med. 12

Theodosius.

Theodosius religiosissimus Imperator Hispanus fuit. Rubric. 1. Annot. 3. numero 4. 10

Magis arguentem, quàm adulantem probabat. Rubric. 10. Annot. vnic. num. 7. ad fin. 163

Ad Imperium coactus venit. Rubric. 1. Annot. 3. n. 3. 10

Theophilus.

Theophilus Imperator *Inexorabilis* in delinquentes. laudem assequutus. Rubric. 12. Annot. vnic. n. 3. 193

Thomas Sanchez.

Pater Thomas Sanchez laudatur, excusaturque posthumus. Rubric. 9. Annot. 8. n. 3. in fin. 114

Tiberius Imperator. Tiberius Decianus.

Tiberius Imperator (cùm negotia pro solatijs habuisset) postquam se luxuriæ dedit, Reipublicæ regimen pœnitus abiecit. Rubric. 1. Annot. 2. n. 6. 6

Quanta arte Imperij ambitionem celare curauerit? ibi. Annot. 3. n. 4. 10

Secessu authoritatem tueri etiamque augere procurauit. ibi. n. 15. 16

Tiberius Decianus reprehenditur. ibid. d. Annot. 3. §. 1. n. 15. 19

Timor.

Timor Domini prima in Regente qualitas. Rubric. 7. Annot. 1. n. 7. 68

An contra Iudicem Dei non timoratum legitimè excipi possit? ibid.

Incutiendus à Iudice potentioribus. Rubric. 13. Annot. vnic. per tot. 195

A timore Iudex ipse alienus esse debet. ibidem, præcipuè, à n. 4. 197

Timor seruitus est. ibid. num. 6. remissiuè. 198

Humanus nunquam à misera trepidatione vacat: Diuinus humanum expellit, comitem habet fortitudinem, estque virtutum custos. ibi. n. 10. 199

Initium & plenitudo sapientiæ, imo ipsamet sapientia est. ibi. n. 12. 200

Naturalis homini est. Quidque deceat, dedeceatve Iudicem? n. 13. ibi.

Quibus maximè timorem incutere, debeat Iudex? d. Rubric. 13. Annotatione vnic. num. 3. 196. & Rubric. 14. Annot. 1. n. 14. 205

Pœnam habet, ipseque timor pœna est; & tanta quis paritur, quàm pati timet. d. Rubric. 14. Annot. 4. n. 42. 237

Alia verbo *Metus.*

Titulus.

Titulus Canonicæ institutionis, quo possessionis tempore præsumatur? Et an de illo teneatur docere decennalis possessor? Rubric. 9. Annotatione 12. §. 2. numero 26. 138

Titus Vespasianus.

Titi Vespasiani clementis Principis, in pœnarum inflictione consuetudo. Rub. 11. Annot. 1. n. 17. 175

Tormenta.

Tormentis aut tormentorum terrore, quæ infligere non intendit, an veritatem extorquere licitè valeat Iudex? Rubric. 14. Annot. 4. n. 9. & 42. 223. 237

Tormentorum multiplex gradus, inter quos primus, tormenti propinquus terror. ibi. n. 41. 237

Tormenti quantitatem & qualitatem, quàm non exprimere tenetur Iudex, prudenter celat. ibidem.

Traianus.

Traianus Imperator laudatur. Rubric. 1. Annot. 2. n. 2. 6. Annot. 3. n. 5. 10. & §. 3. ibidem, n. 6. 25

Tribuni.

Tribunorum domum fores neque diu neque nocte occludebantur, vt facilè semper ad eos pateret aditus. Rubric. 1. Annot. 7. n. 11. 44

Tributa.

Tributorum Principibus constituendorum, quæ præcipua extiterit causa? Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. n. 5. & 7. 25

Tristitia.

Tristitia quid sit? Rubric. 5. Annot. vnic. n. 2. 62

Maxima affert mala. n. 3. ibi.

Repellenda est. ibi. & n. seqq.

Et Aquila à Poëtis efficta, cor Promothei in Caucaso monte religati continuo tundens. n. 4. ibi.

Affectata, iure punibilis. n. 6. ibid.

Sine affectatione seuera, sine hypocrisi grauis, sine amaritudine temperata, quæ metum incutiat, ad amorem pariter & reuerentiam prouocet; à Iudice amplectenda ibi. num. 7. & 14. 62. 63

Pro *Grauitate* & *Prudentia* à veteribus probatisque Auctoribus sumitur. numero 8. ibi.

Grauis & decora, si non turbæ, rectoribus placebit. ibi n. 15. 63

In virgine, illiusque comite desideratur. n. 6. ibi.

Quæ, quantumque Iudicibus conueniat? ibi. ex n. 1. cum seqq. 62

Turba.

Turba grauis paci placidæque inimica quieti. Rubric. 15. Annot. fin. num. 8. & seqq. 304

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Alia verbo *Otium.*

Tutor.

Tutor quando teneatur, & conueniri, possit ob prædia male comparata? Rubric. 12. Annot. vnic. n. 5. 193

V

Valentinianus.

VAlentinianus audire in consistorio negotia solitus, Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. n. 6. 25

Valerianus.

Valerianum ad Censuram & Imperium probitas euexit. Rubric. 7. Annot. 1. numero 4. 67

Qualiter immutatus? ibid. remissiuè.

Valerius Reginaldus.

Valerius Reginaldus notatur. Rubric. 14. Annot. 4. n. 31. 232

Varietas, verbo *Tempus.*

Vendere.

An Magistratus & officia publica vindi possint? Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. per tot. 24

Quæ mala ex horum venditione proueniant? ibid. n. 18.

Alia verbo *Negotiatio*, & verbo *Emere.*

Venenum.

Venenum mors est homini, vita serpenti. Rubric. 15. Annotatione fin. numero 28. 319

Venia.

Difficilium facilis est venia. Rubric. 1. Annot. 2. n. 20. 8

Verba.

Verbum *Debet* necessitatem plerunque importat. Rubric. 1. Annot. 3. §. 3. numero 16. 28.

Verba Legis ad honestatem relata an necessitatem inducant? ibidem.

Verbum *Videtur*, fictionem & oppositum veritati denotare solet. n. 17. ibi.

Non nisi ponderosa verba in sale gratia condita proferre debet Iudex. Rubric. 1. Annot. 4. n. 4. 35

Secundùm subiectam materiam intelliguntur. Rubric. 9. Annotatione 3. n. 30. 97

Nullum verbum nec minimum, exiſtit in Lege sine virtute aliquid operandi. ibid. n. 3. & seqq. 92

Verbum *Debet*, negatiua præposita, quid importet? ibid. Annotatione 5. numero 11. 104

Verba *Abrogare* & *Derogare* quid sibi velint? vide verbo *Abrogare* & verbo *Derogare.*

Verbum *Tenere* idem est quod Retinere. ibi. Annot. 12. §. 2. n. 6. 135

Verbum *Non possit* an inducat necessitatem, potentia priuet, & actum aliter factum reddat ipso iure nullum? d. Rubric. 9. Annot. 12. §. 2. n. 6. 13. 24. & seqq. & n. 47. & 48. 133. & seqq.

An differat à verbo *Non potest*? ibi. n. 24. & seqq. 138

Verbum *Ipso facto* latam sententiam significat & importat. d. Rubric. 9. Annot. 12. §. 3. n. 1. 143

Verbum *Pro commisso habeatur*, an latam sententiam significet? ibi. n. 7. 144. & §. 4. n. 9. 155

Verbi *Ipso facto*, qui recenſuerint effectus? d. Rubric. 9. Annot. 12. §. 4. n. 45. 151

An ad proximam solum pœnam, vel orationem, seu ad omnes in Lege contentas referatur? d. Annot. 12. §. 5. per tot. 156

Verbum *Eo ipso* quid importet, qualiterque sumatur? ibi. §. 4. n. 18. 154

Verbum *Perdat*, an sententiam latam significet, vel ferendam? d. §. 5. num. 16. & seq. 158

Verbum *Expellantur*, sententiam ferendam denotat, etiamsi ei dictio *Omnino*, *Pœnitus*, similesve latam sententiam significantes inserantur. n. 18. ibid.

Verba *Arceatur*, *Excludatur*, *Reddat*, seu *Restituat*, quam naturam habeant, & an latam, seu ferendam sententiam significent? d. Rubric. 9. Annot. 12. §. 5. num. 20. & 21. 159

Verba futuri temporis ad Iudicem, vel ad partem relata, an latam sententiam inducant? d. n. 21. ibi.

Verbum *Ante*, quid importet? ibid. Annot. 12. §. 3. n. 16. 146

An, quatenus, & quando liceat verbis ex se & sua significatione ambiguis, vel etiam non ex se ambiguis, nec ex circumstantiis, sed ex aliquo in mente retento verum sensum reddentibus vti? Rubric. 14. Annot. 4. n. 36. & duobus seqq. 235

A verbis iniuriosis quatenus abstinere debeat Iudex? Rubric. 11. Annot. 1. n. 22. & 23. 171. 172

Veritas, *Verum.*

Veritas quid sit? Rubric. 14. Annot. 1. num. 1. 202. & Annot. 2. n. 2. 212

Veritate nihil potentius, fortius, & terribilius. d. Annot. 1. num. 4. 202

An Iustitia ipsa, vel Lex sit? Quatenus veritatis amans, cultorque Iudex esse debeat? d. Annot. 2. per tot. 212

Est mater, Origo, fundamentum, & basis Iustitiæ. ibi. n. 7. 214

Est vita animæ, neque viuere dicenda est, quæ non habet veritatis cognitionem. ibidem.

Est vltimus finis totius vniuersi. numero 8. ibi.

Veritas & Iustitia collectaneæ sunt. ibid. n. 2. in fine. 123

Nunquam latet; nec amat angulos, in medio stat, in paucis consistit, nec verborum desiderat adminicula. ibi. num. 9. & 13. 214. 215

Vnde magis oppugnatur, inde magis confirmatur, & quo magis obscuratur, eo clarior euadit. ibidem.

Hominum cauillationibus, quasi in profundissimum puteum demersa exiſtit. num. 10. ibi.

Dilucidatione

Dilucidatione & defensione eget. num. 11. ibid.
Deprehensa, ipsa se defendit. ibid. num. 13. 215
Quam ament, amplectendam & sequendam leges dicant? Rubric. 14. Annot. 3. n. 4. & seq. 216. & Annot. seq. n. 11. 17. & seqq. & num. 45. 224. & seqq.
Fulciri non quærit auxilio falsitatis. ibid. Annot. 4. num. 24. in princip. 228
Veritatis vna vis, vna facies est. ibidem.
Quæstionibus aut terrore an quatenusque Iudici veritatem liceat extorquere? ibi. d. Annot. 4. num. 9. & 42. 223. 237
Iustitiæ capax non est veritatis extraneus. ibi. num. 24. in fine. 230
Sæpè mendacij faciem gerit. Rubric. 15. Annot. 1. num. 3. 282
Per ampliores homines perfectissimè reuelatur. ibi. num. 48. 293
Intellige vt num. 51. & seqq. 294
Verissimum est, quod est causa vt alia sint vera. d. Rubric. 14. Annot. 4. numer. 24. 228
Verum pro *Iusto* frequenter iura sumunt. d. Rubric. 14. Annot. 2. num. 2. 212
Amicus Plato, sed magis amica veritas. ibi. Annot. 8. n. 17. in fine. 277
Plana est veritatis via. d. Rubric. 14. Annot. 4. num. 56. in principio. 241
Superbo oculo non videtur, sincero patet. Rubric. 15. Annot. 1. numero 53. 295

Versutia.

Versutia odiosos facit, estque fidei inimica. Rubric. 14. Annot. 4. num. 40. in fine. 236
Quid sit, qualiterque sumatur? ibi. num. 41. 237
Alia verbo *Calliditas*, verbo *Astutia*, & verbo *Dolus*.

Vestitus.

Vestium forma indicium morum & animi est. Rubric. 1. Annot. 5. numero 5. 38

Alia verbo *Cultus*.
Vetita, verbo *Desiderata*.
Vetustas, verbo *Antiquitas*.

Via.

Via Regia incedendum est, quæ ad Iustitiam, ad virtutes ducit: iter deuium ducit ad mortem. Rubric. 14. Annot. 4. num. 56. 242

Victima verbo *Malus*.
Victoria, Vincere.

Vincere se operosius, magisque egregium quàm vincere hostem. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 3. 54
Multa alia in id. tota ea Annot.
Si vinco vincentè re &c. verbo *Argumentum*.

Victorinus.

Victorinus Imperator multas libidine virtutes & in regendo dexteritatem fœdauit. Rubric. 1. Annot. 2. num. 2. 6

Vindicta.

Non odio sed affectu Iustitiæ, & dolenter crimina vindicanda sunt. Et an vindictæ animo à delinquentibus sumens pœnas Iudex culpam, quamque contrahat? Rubric. 11. Annot. 1. num. 2. & seqq. 166

Vinum.

Vini vsus quare Sacerdotibus Iudæis fuerit interdictus? Rubric. 15. Annot. fin. num. 28. 319

Vir bonus.

Solus vir bonus honore afficiendus est. Rubric. 1. Annot. 1. n. 175. & Rubric. 7. Annot. 1. n. 4. & seqq. 67
Iudex appellatur. ibi.
Bonus, sapiens, suique iudex, vix ex hominum mille reperitur. Rubric. 3. Annot. vnic. n. 7. 56

Alia verbo *Iudex*.

Vires.

Cum onere mittendæ sunt vites. Rubric. 15. Annot. 1. num. 36. 289

Virga.

Virga de radice Iesse quid denotet? Rubric. 6. Annot. vnic. num. 10. 69
Quid virga nucina Aaron? Rubric. 8. Annot. vnic. n. fin. ad finem. 83

Virginitas, Virgo.

Virginitas omnes videtur continere virtutes, omnesvè per eam significantur, & sine illa, multum cæteræ valoris perdunt. Rubric. 1. Annot. 1. n. 1. & 3. 2. & Annot. 1. n. 2. & seqq. & n. 16. 7
Sine pudore esse non potest. d. Rubric. 1. Annot. 5. n. 1. 37
Ipso aspectu Virginitatis violatur sanctitas. d. Rubric. 1. Annot. 7. num. 1. 42
Flos est qui ad manum tactum marcescit, perditque decorem. n. 2. ibid.
Virgo non corpore tantum, sed mente pariter esse debet, peritque & mente Virginitas. d. Annot. 1. n. 1. 2
Secessum amare & profiteri debet. ibi. Annot. 3. num. 1. 9
Taciturna, & modesti debet esse sermonis. ibi. Annot. 4. num. 1. 35
An & quando formidabilis & feuera? Rubric. 2. Annot. vnic. num. 1. 45
Totam se interius & exterius lustrare debet, ne parua quidem macula deformetur. Rubric. 3. Annot. vnic. num. 1. 53
Nec satis religiosa velit videri, nec plus humilis, quàm necesse est. Rubric. 4. Annot. vnic. num. 1. 57
Non esse tantum, sed & intelligi debet & credi, vt nemo eum Virginem videt, dubitet an Virgo sit. Rubric. 1. Annot. 5. n. 1. 37
Qualis Virginis cultus? ibidem.

Alia verbo *Pudicitia*.

Virtus.

Virtus extollit hominem, & supra cæta mortalibus collocat, ad dignitatumque cacumina, etiam inuitos, trahit. Rubric. 1. Annot. 3. num. 4. & seqq. 10
Est gradus ad gloriam, eiusque mater. d. n. 4. ibi.
Nunquam latet, sed mittit sui signa num. 5. ibi.

Vulgi, vt appareat, diu luctatur, superiorem in aperto est. ibid. Annot. 4. n. 3. 9. & Rubric. 7. Annot. 2. n. 1. 71
Cognata sapientiæ est, imò sapientiæ mater. d. Rubric. 7. Annot. 1. num. 12. 70
Sicut glacies calore dissoluitur, ita virtus ore laudantis. Rubric. 2. Annot. vnic. num. 7. in fine. 48
Indiscreta, pro vitio habetur. Rubric. 11. Annot. 1. num. 11. ad finem. 168
Calcatis vilitatibus ad virtutem eundum est. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 4. 197
Perfecta habet quietis tranquillitatem & stabilitatem. ibid. num. 8. 198
Nec lucro inuitatur, nec absterretur damno. ibid. num. 9. 199
Rara est, & maxime laudanda, quam non fortuna gubernat. Rubric. 14. Annot. 8. n. fin. 279
Nulla virtus virtuti contraria est. Rubric. 8. Annot. vnic. num. 3. 82
In ardua tendit. ibid. num. 4. 83
Quamuis sui ipsius merces sit, præmium exigit. Rubric. 15. Annot. 1. num. 1. 282
Gloriosum hominem facit. Rubric. 10. Annot. vnic. num. 4. & 5. 162
Atquè beatum. Rubric. 15. Annot. fin. n. 7. 303
Alia verbo *Vitia*, verbo *Discretio*, & verbo *Conscientia*.

Vis.

Vis & dolus æquiparantur. Rubric. 14. Annot. 4. num. 21. & 43. 227. 238
Alia verbo *Metus*.

Vita.

Vita Iusti dies, nox accipitur peccatoris. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 3. 196
Vita actiua an potior, maiorisque sit meriti quàm contemplatiua, vel è contra. Rubric. 15. Annot. final. num 4. 300
Clericorum seculatium an perfectior, dignior, & excellentior sit vita Monachorum? ibi. num. 5. 301
Viuere sibi soli, an & quatenus deceat, expediatve? ibi. num. 19. 311
In glorioforum vita, ob id ipsum beatior. ibid. num. 20. 21. 22. & 23. 311. & seqq.
Publicis intenta negotiis, fretum est, solitaria, portus. ibi. n. 8. 14. & 30. longè ante finem. ibid.
Ad solitariam vitam qui Imperatores, Reges, & Magnates se contulerint? ibi. n. 13. 308
Qualiter vita ignaua differat ab otiosa? ibid. num. 24. 315
Actiua & contemplatiua contubernales sunt. ibid.
Beata quæ? Rubric. 2. Annot. vnic. num. 7. & 8. 48. 50. & Rubric. 15. Annot. fin. n. 22. 313
De vitæ solitariæ laudibus. tota ea Annot. fin. 298. & seq.
Quam Auctor optet? ibi. num. 24. & seqq. & num. 3. 299. & seq.
Alia verbo *Solitudo*, verbo *Occupatus*, & verbo *Otium*.

Vitia.

Vitia aliorum qui corrigit, carere vitio debet. Rubric. 1. Annot. 1. num. 6. 3. Rubric. 3. Annot. vnic. à num. 1. 53. Rubric. 7. Annot. 2. per tot. 71. Annot. seq. n. 1. & 2. 76
Vitia vulgi tenebras habent, superiorum in aperto sunt. Rubric. 1. Annot. 4. num. 3. 35. & Rubric. 7. Annot. 2. n. 1. 71
Sub bono disciplinę iacent. Rubric. 11. Annot. 1. num. 34. 180
Virtutis velamine sæpè latent, & est quædam vitiorum virtutumque vicinia. Rubric. 15. Annot. 1. num. 3. 282
Vitium cum virtus creditur, sine metu culpa cumulatur. Rubric. 14. Annot. 1. num. 51. 211
Alia verbo *Peccatum*, & verbo *Superior*.

Vltio, verbo *Vindicta*.

Voluntas.

Metu seu dolo an tollatur voluntas? Rubric. 14. Annot. 4. n. 43. 238

Voluptas.

Voluptatis nomen Quieti & Tranquillitati Philosophi dedere. Rubric. 15. Annot. final. num. 12. 307
Alia verbo *Luxuria*.

Votum.

Qualiter teneatur Iudex votum suum ante sententiam pandens? Rubric. 14. Annot. 4. n. 29. 231

Vox.

Vox operis validior quàm oris. Rubric. 3. Annot. vnic. n. 2. 55
Vox quandoque contentior, elatiorque in Iudice desideratur. Rubric. 14. Annot. 1. num. 18. 207
Magna, solum magna vox efficere solet. n. 19. ibi.
In dura voce non peccatur, si mite sit cor. num. 20. ibi.
Sine contumelia esse debet. n. 22. ibi.
Alia verbo *Vulgus*.

Vrbanitas.

Vrbanitas dum affectatur, modestia soluitur. Rubric. 5. Annot. vnic. n. 7. 62
Vsura, verbo *Fanerator*.

Vsurpatio iudicij.

Vsurpatione iudicij quinam peccent? Et ad quid teneantur? Rubric. 9. Annot. 9. n. 3. & 4. 117. & ibid. Annot. 11. num. 24. & 25. 124
Vsus, verbo *Consuetudo*.

Vtilitas.

Vtilitas publica & communis, vtilitati propriæ à Iudice anteponenda. Rubric. 13. Annot. vnic. num. 11. 200
Priuata, quantum distet à Recto? Rubric. 13. Annot. vnic n. 17. ibi

Vulgus.

Vulgi turbæque virtutes vt appareant, diu luctantur, & vitia tenebras habent. Rubric. 1. Annot. 4. n. 3. 35
Vanæ vulgi voces contemnendæ; à Iudicibus maxime, & in bona conscientia fiduciam habentibus. Rubric. 2. Annot. vnic. n. 4. cum seqq. 46
Vulgi honores & iniuriæ in promiscuo habendi sunt, nec his dolendum, nec illis gaudendum. ibi. n. 6. & seq. 47

Vulgò naturaliter insitum vt de bonis male iudicet. ibi. num. 12. 51
An molliores velit Imperatores, & grauiores spernat? num. 10. & seq. ibi.
Serpens est insequens gubernantes. ibi. n. 5. 47
Vulgò placebit nullus. ibi. n. 4. 46
Et Chlamydatos vulgus habet. Rubric. 15. Annot. 1. n. 51. vers. *Neque est.* 294

Vulnus, verbo *Medicina.*

Vultus.

Qualis Iudicis vultus esse debeat? Rubric. 2. Annot. vnic. per tot. 45. Rubric. 12. num. 1. 193. & Rubric. 14. Annot. 1. num. 33. 211
Sapientia hominis lucet in vultu eius. ibi. n. 2. 202
Simulacrum est mentis. ibidem.
Vultus mutatio multum in actu valet. ibi. vbi multa in id alia, & num. seqq.
Qualiter animi motum regere vultus debeat? Rubric. 14. Annot. 4. num. 2. & 29. 222. 231

Alia verbo *Conscientia.*

X

Xenia.

AN Iudices recipere Xenia possint? Rubric. 9. Annot. 5. num. 3. 7. & seqq. 102. 103

Alia verbo *Munera.*

Z

Zaleucus.

ZAleuci memorabile factum ne Leges, earumque pœnæ aliqua ex parte labefactarentur. Rubric. 11. Annot. 2. n. 30. 188

Zelus.

Zelus extorquendi veritatem à dolo malo, mendacioque non liberat. Rubric. 14. Annot. 4. num. 24. 25. 31. & 41. 229. & seqq.
Importabilis est absque scientia. ibi. n. 31. 232
Quo vehementius irruit, eo grauius corruit, impingens nimirum atque resiliens. ibi.
Qualis Iustitiæ zelus esse debeat? Rubric. 8. Annotatione vnic. numer. fin. ad fin. 83. & Rubric. 1. Annot. 1. numero 17. 3

FINIS.



UAB
Biblioteca de Ciències Socials



UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials